LANFRANCI ZACCHIAE

TRACTATVS DE SALARIO SEV OPERARIORVM MERCEDE.

LANFRANCI

ZACCHIAE

I. V. D.

ET ADVOCATI ROMANI

DE SALARIO,

SEV

OPERARIORVM MERCEDE

Tractatus

IN TRES PARTES DISTINCTVS;

In quo quæstiones omnes, tàm ad Theoricam, quàm ad Praxim pertinentes proponuntur, pertractantur, resoluuntur,

Opus Iurisperitis omnibus tàm in Foris, quàm in Scholis versantibus vtile, & necessarium;

CVM DVPLICI INDICE.



ROMÆ, Ex Typographia Nicolai Tinassi. M. DC. LVIIII.

SVPERIORVM PERMISSV, & PRIVILEGIO.

SANCTISSIMAE, AC BEATISSIMAE
VIRGINI MARIAE
OMNIPOTENTIS DEI GENETRICI
HONOR, & GLORIA

ECVM ipſe diù commoratus, variaſque animi incurſiones perpendens mihi permulta repræſentantes, vna tandèm inter cœteras potiſſima, & pœnè ſingularis obuiam veniens mentem hùc illùc curſitantem fortiter obſiſtendo pœnitùs detinere viſa eſt. Nempè vnica, & prægrandis illa cœleſtium, & innumerabilium Immago beneficiorum, quibus ipſe, ac Mortales omnes cumulatiſſimè referti adinueniuntur. Te inquam, ò Deipara ſimulque Virgo MARIA memoriæ ſollicitudine perpetuò recolens, & actuoſa grati animi reuocatione ſingulis momentis repetens; Te quoque erga vniuerſum Orbem, ac præſertim erga me indignum ferè ſemper gratiarum mare profundentem recognoui. Quamobrem in me reuerſus, meaſque partes abſoluere intendens ſtimulo quodam ſatisfaciendi compulſus vires omnes explicare quoad mea facultas potuit, ſum conatus; Labores enim mei ingenioli, curaſque intellectus extremas conuertens ſuper tractatu de Mercede Operariorum huiuſmodi operis materiam extendens, ac difficultatum exorientes ſpinas conterens, veritatis faciem vetuſtate comprobationis condecoratam oſtentans, ac tandèm volumen ad finem perductum typis mandare procurans tibi ò BEATISSIMA VIRGO, illud humiliter dicare volui, quia ingratitudinis impatiens ſtatim exactiſſima lance me totum ſuſpendens; & mille nominibus me debitorem introſpiciens, nequiui non aliquid, licèt paruulum in ſignum retributionis cordicitùs offerre. Non me latet munuſcula ſubditorum Magnatibus nimis arridere ſi concomitante affectionis obſeruantia coniuncta ſimul appareant; Regia enim Maieſtas æqui bonique conſulit non totius Orientalis Indiæ argentum, & aurum, ſed minimi, ac nullius prætij rerum

oblationes è sinu cordis depromptas; Vndè nil mirum extet si animosè admodum audeo pagellas eiuscemodi compositionis tibi Inclitæ Cœlorum Reginæ consecrare. Ipsa enim virtutum omnium excellentia, ac cœlesti magnaminitate præpollens multo magis dignaberis meam oppellam hilari vultu excipere; dum satis superque tibi constet quo amoris ardore, quo animi desiderio à me tale donum ante tuos virgnieos pedes vna cum summa reuerentia deuehatur. Porrò singuli Auctores immortalitati se se commendantes feruenti studio insudant in fronte libri expolienda, quæcumque ornamentorum genera illùc deferentes, vt primo aspectu legentium oculos, vel longissimè rapiant, & raro delectationis incitamento proritare valeant, non immemores Pindari sententiæ, qui principio operis autumabat perillustrem faciem esse collocandam. Et merito quidem; auratis enim foribus coruscantibus ædificij tantò magis interna dignitas præsagetur à spectatoribus. Quid ergo erit mihi? dum statim in limine proposui Te, ò BEATISSIMA VIRGO, anteferre in meum patrocinium, meamque vnicam defensionem: Hinc certè dignitatis iubar meus liber exhaurire plenissimè potuerit, hinc decus omne porsus expiscari, hinc auctoritatis fulcimen acquirere. Ineffabili ergo lætitia præ tanto proposito meus congaudet animus, ac solemne tripudium celebrare nititur; Humiliter igitur ante tuam celsitudinem prouolutus Volumen hoc de Mercede Operariorum Tibi, quam libentissimè offero, tamquam peculiare argumentum meæ voluntatis, nihil magis exoptantis, quàm Tuæ perenni gloriæ pro viribus inseruire: Reliquum tandèm mihí extat Te humiliter depræcari, quòd hæc vnica Merces mihi de Mercede scribenti reseruetur; Quod scilicèt inter tuos electos Operarios pro solo excessu tuæ gratiæ me, quamuis indignissimum adscribere digneris, vt tandem habere merear copiosam Mercedem in Cœlis.

DIVINAE MAIESTATIS TVAE

Indignissimus, & abiectissimus seruus

Lanfrancus Zacchias.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

VM ficut dilectus filius Augustinus Horatij Nobis nuper exponi fecit, ipse opus quoddam de Salario, seu Operariorum Mercede inscriptum Authore Lanfranco Zachia Romano, in hac Vrbe nostra suis expensis typis mandari facere intendat, vereatur autem ne postquam in lucem prodierit, alij qui ex alieno labore lucrum quærunt id ipsum opus etiam imprimi facere curent in ipsius Augustini præiudicium, Nos eius indemnitati ne ex impressione huiusmodi aliquod dispendium patiatur prouidere illumque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis suspen. & interdicti alijsque ecclesiasticis sententijs censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis. Si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes supplicationibus ipsius Augustini nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati eidem Augustino ne Decennio proximo durante à primeua dicti Operis, dummodo tamen antea à dilecto filio Magistro Sac. Palatij Apostolici approbatum sit, impressione computan. Nemo tam in Vrbe, & in reliquo Statu Ecclesiastico, mediate, vel immediate Nobis subiecto quam extra dictum Statum vbiuis locorum opus prædictum, aut cum alijs additionibus Scholijs, vel alijs obseruationibus quocumque nomine, seu vocabulo nuncupatis, ordine vel titulo mutato, coniunctim vel diuisim in quacumque forma in toto vel in parte imprimere vel imprimi facere, aut impressum vendere, seu venale habere, proponere aut alias edere, vel euulgare sine speciali dicti Augustini, aut eius hæredum, & successorum, seu ab eis causam habentium licentia in scriptis habita, possit & valeat Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus, Inhibentes propterea vniuersis & singulis Christifidelibus, & præsertim Librorum impressoribus & Bibliopolis quoad personas, videlicet extra Statum nostrum Ecclesiasticum degentes sub excommunicationis latæ sententiæ, quoad cæteras vero sub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amissionis librorum, & typorum omnium pro vna Cameræ nostræ Apostolicæ, & pro alia Augustino aut eius hæredibus, & successoribus, seu ab eo causam habentibus, ac pro reliqua tertijs partibus accusatori & Iudici exequenti irremissibiliter toties, & quoties contrauentum fuerit eo ipso applican. & absque vlla declaratione incurren. pœnis, ne dicto decennio vt supra computan. durante opus prædictum, aut aliquam eius partem coniunctim vel diuisim, aut cum alijs additionibus Scholijs, vel quibusuis alijs obseruationibus quocumque nomine vel vocabulo nuncupatis à quacumque persona cuiuscumque Status, & conditionis editis seu edendis ordine vel titulo mutato in quacumque forma in toto, vel in parte tam in Vrbe, quam in reliquo Statu Ecclesiastico prædictis sine dicti Augustini, & hæredum, ac successorum suorum, vel causam ab eis habentium speciali licentia in scriptis habita imprimere seu imprimi facere, seu ab alio impressum vendere, aut venale habere, seu proponere, seu alias edere, vel euulgare, seu quouis modo clam, vel palam distrahere audeant, aut præsumant. Mandantes propterea Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Prælatis, nec non dilectis filijs nostris, & Apostolicæ Sedis de Latere Legatis, seu eorum Vicelegatis, Præsidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs Iustitiæ Ministris Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum Status nostri Ecclesiastici, quatenus eidem Augustino eiusque hæredibus, & successoribus, seu ab eis causam haben. huiusmodi in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes quandocumque ab eodem Augustino, & alijs prædictis fuerint requisiti pœnas prædictas contra quoscumque inobedien. irremissibiliter essequantur, non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis Statutis, & consuetudinibus etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis priui legijs quoque indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoris, & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis in contrarium facien. quomodolibet concessis approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio haben. aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenore huiusmodi pro plene, & sufficienter expressis haben. illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque: Volumus autem, quod præsentium transumptis etiam in ipso Opere impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diocęsis sub Annulo Piscatoris die XXV. Octobris M. DC. LVII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Loco † sigilli

G. Gualterius.

Imprimatur si videbitur Reuerendissimo Patri Magistro Sacri Palatij Apostolici.

M. Episc. Sutrinus, & Nepesinus Vicesg.

EX mandato Reuerendiss. Sacri Pal. Apost. Mag. per legi, ac obseruaui Tractatum de Salario, seu Operariorum Mercede Auctore D. Lanfranco Zacchia, & quia illum inueni Sacrosanctæ Catholicæ fidei, bonis moribus, & Christianæ Pietati consentaneum, tamquam Opus eruditissimi, ac celebris Aduocati, summo studio elaboratum ad communem legentium vtilitatem prælo mandari posse iudico. Romæ hac die 6. Septembris 1654.

Ego Pellegrinus Albertus I. V. D. Prothonot. Apost. & Aduocatus.

Imprimatur,

Fr. Raymundus Capisuccus Sacri Apostolici Palatij Magister.

IN LAVDEM
PERINSIGNIS AVCTORIS
Eruditissimo, & exactissimo iudicio
frugiferum, & aureum volumen
DE MERCEDE OPERARIORVM,
piè admodum prælo demandantis.

Carolus Mussus I. V. D.

EPIGRAMMA

INsudent omnes operentur pectore forte
Stat manibus Merces, premia certa fluunt.
Vt Rhadamantus Iudex de Mercede laboris
Scribens Lanfrancus munere facta beat
Haud poterit fessis technas fallacia seruis
Tendere Lanfrancus franget in ore dolum.

AD D.
LANFRANCVM ZACCHIAM
ob suum Tractatum de Salario.

Bonauentura Arighinus I.C. Lucen.

EPIGRAMMA.

DAt cunctis Lanfrancus opes, trudatur Egestas,
Nec sit, qui crepitet garrulus, indigeo.
Quisque legis doctus, nō doctus sperne labores
Pro meritis Panem diuidit ipse suum.
Vndique Lanfranchū Zacchiā quærite Gentes
Mercedem reddens Arbiter ille sedet.

AVCTORIS
Qualitates, & mores ex insignibus familiæ
depromptas indicat.

Marius Carolus Mancinus I. V. D.
Tiburtinus.

EPIGRAMMA.

NON factos Macedo Victurus defleat Orbes,
Tres tibi sufficiunt, quos tua signa ferunt.
Orbes recturus plures, namque ipse capacem
Hauxisti mentem ingenioque parem.
Fulua triumphales si cingit palma Leones,
Agnaque vexillum si gemebunda tenet?
Omnia virtutis sunt hæc insigna auita,
Quando etiam verna dant tibi serta Rosæ.

ALIVD EIVSDEM
Super eodem Argumento.

AVdis? Lanfranci radijs animata loquuntur,
Quæ nuper fuerant stemmata muta, decus.
Vt gemini surgunt alta ceruice Leones,
Et Palmæ seruant vnguibus, ore, comas:
Sic sublime petit culmen Lanfrancus honoris
Ignea quò Mentis Vis Animique rapit.
Vexillum regale Crucis, quod ventilat Agnus
Cæsareos mores innocuosque refert.
Orbes tergemini, vastū, imperijsque capacem,
Tergeminisque docent Orbibus esse parem.
Quid mirum si Flora cupit redimere Coronis
Et senis texit florida serta Rosis?

AD LIBRVM
D. LANFRANCI ZACCHIAE
de Mercede, & Salario.

Bernardinus Marchesius I.C. Foroliuien.

AVare Lector lege,
Messor eris, non Lector,
Immò, & Lector, & Messor;
Ceu manipulos legens,
Lectionis MERCEDEM texes.
Legite Iudices, Patroni legite,
Domini Serui;
Mercedem dare, vel recipere,
Serui, vel Domini,
Iudicis, Patroni
Est.
Quid ni ingeniorum Emporia
Accademias dictites,
Si vel ab vno Zacchiæ Lyceo
Vberrima Doctrinæ MERCES
Prodit!
At opes fastidiens,
Illecebras, titillantesue sales
Fortasse quæritas?
Et Salarium exhibet Sapientissimus Doctor,
Pro tanta ergo MERCEDE, & SALARIO,
Gratitudinis MERCES esto
MERCEDEM, & SALARIVM.
Cum grano Salis legere.



INDEX

INDEX QVAESTIONVM, QVAE IN HOC TRACTATV CONTINENTVR.



QVAE-

QVAE-

FINIS.

TRACTATVS

TRACTATVS DE SALARIO SEV OPERARIORVM MERCEDE.

AVCTORE

LANFRANCO ZACCHIA

I.V.D. ET ADVOCATO ROMANO.

PROOEMIVM.

SVMMARIVM.

1 *Merces est omnium humanarum operationum finis.*
2 *Labor omnis optat præmium.*
3 *Verbum, Labor, aliquando accipitur pro mercede.*
4 *Virtus, nisi haberet annexam Mercedem, contempta passim remaneret.*
5 *Mercedem Magistratibus Octauianus Cæsar constituit primus.*
6 *Rationi repugnat, vt proprijs expensis viuat ille, qui alienis defatigatur laboribus.*
7 *Mercede potius nihil est ad acuendam Magistratuum diligentiam.*
8 *Homines naturali quodam instinctu Præmium amant.*
9 *Præmij spes est solatium laboris.*
10 *Laborem omnes effugiunt, ex quo commodum non prouenit.*
11 *Mercedem laborantibus constituere interest Reipublicæ.*
12 *Præmiorum exempla nutriunt virtutes.*
13 *Merces laborantibus debetur de Iure Diuino.*
14 *Merces debet esse æqualis labori.*
15 *Mala multa eueniunt quando publicis Officialibus non constituitur merces proportionata laboribus.*
16 *Salarium officialibus constituendum est tale, vt non solùm sit pro eorum substentatione sufficiens, sed ex eo quotannis aliqua summa reponi possit.*
17 *Mercedem qui negant æquiparãtur homicidis*
18 *Salarium succedit loco victus.*
19 *Deus graues minatur pœnas illis, qui operarijs mercedem negant.*
20 *Troiæ destructio ob negatã à Laomedonte mercedẽ opificibus Dijs euenisse, existimarũt Ethnici.*
21 *Artis omnis progressus à generalibus rectè ducitur.*

VAM latè pateat, & frequens sit in vniuerso Orbe terrarum mercedis laborum, seù Salarij materia, de qua consilium est in praesentia pro mearum virium imbecillitate differrere ipsa experientia
1 praecipuè docemur; Quidquid † enim intendimus collimat in mercedem tamquam scopum; haec vnica laborantibus nobis meta proponitur, ad hanc nostri ipsorum in sanguine nauigamus in prelijs, ad hanc per caedes & funera: nec aliò tendũt lucubrationes, & quid quid intra domesticos parietes homines in pacis tranquillitate moliuntur. *l. cum duobus §. si in coeunda ff. pro soc.*

Oraculi locum obtinuit, quod olim emerserat in vulgus prouerbium. Omnis † labor
2 optat praemium. *cap. abundanti 7. quaest. 1. cap. charitatem 2. quaest. 2. glos. in c. fin. 8 quaest. 1. Hipp. sing. 693. Bald. in leg. 2. C. de oper. libert. Speculat. in tit. de deposit. vers. sed pone, §. 7.*
3 Eamque † in ipsa communi appellatione habet cum mercede labor affinitatem, vt eorum nomina nonnunquam confundantur; & labores meos mihi negare passim dicatur quisquis meorum mihi laborum abnuit mercedem impartiri. *Elis. Danz. in tract. de Pugn. Doct. tit. de Salar. cap. 1. num. 2. tom. 1.* Quasi in necessariam consequentiam tribuenda veniat merces illi, qui fuit labores passus. Collaberetur haud dubiè, breuique corrueret elegantissima Terrarum Orbis Respublica, nisi eius in mercede fundamenta consisterent; quandoquidem ex opificiorum varietate suae ipsa foelicitatis fundamenta deriuat, in laboribus singulorum in diuersa tendentibus acquiescit. Nauat hic operum culturae camporum, ille moenibus construendis, salutem hic fidei ventorum exponit, nauigationes adoriens, peregrinationes alius terrestri itinere congreditur difficillimas. Haec autem, & huiusmodi plura, quae nimis prolixum esset recẽsere, Statum magnae huius Reipublicae fulciunt, & ijs detractis, exploratum est, humanam Rempublicam pessum ituram, atque in illud, appellabo, Chaos reuersuram iterum: Ecquis autem ad haec opificia pertractanda mortalis accederet, nisi proposita illum merces alliceret, & sui desiderio praemium inuitaret? nulli omninò boues coloni tellurem proterarent, nisi vberem messem aestas polliceretur Agricolę: sterilescerent in frõdes, nulloque ferro amputatae vites vini spem omnem eluderent, nisi vindemiam exundantem sponderet Autumnus: serperet tandem inter mortales omnes consuetudo Scitharum peragrandi syluas, & lustra, nisi ad aedes moliendas merces pecuniae fabros solicitaret:
4 Virtus † ipsa, quam sui ipsius pretium celebris Poeta commendat, & quae latè nitens secura fortunae, nec alieno pretio alitur, nec petit plausu vulgi clarescere; Ipsa inquam Virtus, cuius desiderium humanis altius pectoribus inseruit Natura, contęmpta passim iaceret, nisi ad ipsius amplexum praemij desiderium, & cupido mercedis urgeret.

Quis enim virtutem amplectitur ipsam,
Praemia si tollas?

cecinit Iuuenalis Sat. 10.

5 Mirum † propterea est, quantum in Octauianum Caesarem ex communi consensu mortalium laudis effluxerit ex ea, qua primus decreuit lege, mercedes, & praemia, tum laborũ, tum dignitatis nomine Magistratibus, qui antea proprijs expensis Reipublicae munera suscipiebant, mandauitque praemiorum spe nutriri, & eorundem possessione coronari labores eorum, quibus publici moderaminis pondus incumberet. *Menoc. de Arbitrar. iudic. cas. 514 n. 1. Mastrill de magistrat. lib. 1. cap. 21. tit. de Salar. Magistrat. num. 7.* Neque laudibus parcitur Męcenatis, cuius consilium in hoc decreto Caesarem impulit. quippe suadebat hic
6 † cum recta ratione omnino pugnare, vt suis impensis viueret, quem alieni labores defatigarent, & qui conferret animum in aliorũ negocia, nullum propriae facultatis susciperet incrementum, vt tradit *Dio Cassius Roman. Hist. lib. 3. Petr. Gregor. in Syntag. Iur. par. 3. lib. 7. cap. 2. num. 7.*
7 Et † sanè, ad acuendam Magistratuũ diligentiam nihil est potius mercede proposita:
8 naturali † namque quodam instinctu homines praemium amant, vt per *Aristotel. politicor. 7.*
9 Omneque † opus leue fieri solet, cũ eius prēmium cogitatur, & spes praemij solatium fit
10 laboris. Quemadmodum † è contra tunc laborem omnes effugiunt, ac in segnitiem omnino degeneratur, penitusque moderaminũ cura lãguescit, cũ laborib⁹ prēmiũ (placet prēmiũ cũ mercede cõfundere, in idem enim recidit) non

non respondet, cum merces debita non excipit laborantes. *l. meminimus C. quando & quib. quart. pars. deb ex bon. decur. & de mod distr. cor. lib.* 10. Huius certè rationem habuit in sua, cui adscripsit idea Plato Republica: quippe qui demandauit, bene de Republica meritis viris præmijs, & stipendijs occurrendum
11 amplissimis. Summopere † namque id ad Reipublicæ conseruationem confert. *ad tex. in l. vnic. vbi Rebuff & Ioan. de Plat. C. de præben. Salar lib.* 10. *Domin. à Ponte in tract. de potest. proreg. tit. de Abundant. Ciuitat.* §. 6. *num.* 16.
12 Cùm † præmiorum exempla virtutes nutriāt, nec quisquam est, qui non ad morum summā nitatur ascendere, quando irremuneratum nō relinquitur id, quod cōscientia teste laudatur, vt ait *Cassiod. lib. 2. epist* & cecinit *Martialis.*

Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones

Et Cicero de natur. Deor. 1. nec domum, nec Rempublicam stare posse asserit, si in ea, nec rectè factis præmia extant vlla, nec supplicia peccatis. & Idem pro Rabir. *Nemo nostrum* inquit, *in Reipublicæ periculis cum laude, ac virtute versatur, quin spe posteritatis, fructuque ducatur.* & Aristoteles suo cæteroqui Præceptori satis infensus, in eandem tamen consensit cum ipso sentētiam, legemque à Platone traditam, quam idem à Solone desumpserat, votò in ethicis authorauit suo. Prætereo Democritū gemino duntaxat Numini fecisse locū in rerum Vniuersi moderamine, Præmio scilicet, & Supplicio *Plin. natural. histor. lib. 2. cap. 7.* Non loquor, apud Romanos tot, tantaque olim pręmiorum genera prosiluisse, coronas videlicet Obsidionales, Ciuicas, Ouales, Castrenses, Campales, Murales, collātam in Papirium prætextam, traditam sedendi cum purpura facultatem Catoni: Hæc, inquam, omitto tacitus, aliaq; eiusdem rationis innumera, quæ cum nostri temporis Respublicę imitentur, eorum recordatione non indigemus.

13 Non † facio tamen, vt taceam, Vnigenitam Dei sobolem, quam ad nos erudiendos caligantis ignorantię nocte suffusos Miseratio traxit in terras, nostræque exuuijs mortalitatis vestiuit, pluries mercedem laborantibus impendēdam imperauisse, dignumque esse operarium mercede sua affirmasse nō semel. *Ecce venio citò & merces mea mecum est reddere vnicuique secundùm opera sua*, legitur in Apocal. c. 22. Quid Paulus eius egregius (qualem appellauit Gregorius) concionator? *Vnusquisque mercedem accipiet secundùm suū laborem*, scribit ipse ad Cor. Quid Gregorius scribens ad Siracusanum Episcopum? *Iustum est*, ait ipse, *vt illi consequantur stipendium qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium.* Tædet in medium Sanctorum Patrum id apertè testantium proferre sententias; vix enim paucos reperies, qui hoc idem de mercedis impendendæ necessitate non adfirmarint.

Neque vero mandatis, quæ de Mercede Operarijs impertienda traduntur, quicumque vel præmium in benè de se meritum, vel beneficium confert, quomodocumque satisfacit:
14 Verùm † interest plurimùm, vt laborem merces adæquet, *glos. in lge. argentarius, ff. de eden. Felin. in cap. 1. n. 9. de Simon. Io. Maria. Dialog. Relat. & Aduocat. part. 3. cap. 32. in fine. Menoch. de arbitrar. Iudic cas.* 514. *nu* 4.
15 Scatent † namque quammaxima in eos Populos incommoda, quorum Moderatoribus huiusmodi mercedes laborem coæquantes non assignantur: quandoquidem ij ex negato sibi iure ad iura violanda sibi viam arbitrantur apertam. *l. 1. C. de præben. Salar. lib.* 10. *Capoblanc. de Iure Baron. pragmatic.* 4. *num.* 50. *in fine. Elis. Danza in pugna DD. tom. 1. tit. de Salario cap. 2. num. 6.* & vbi per Leges haudquaquam consultum inspiciunt, Legibus se coerceri non putant, vt aduertit *Tex. ibiq. Scriben. in l. hanc,* §. *sexcenti, C. de Aduocat. diuers. iudic.* vbi propterea cautum reperitur, quòd
16 † tale constituendum sit publicis Officialibus Salarium, vt non solùm sit pro eorum substentatione sufficiens, sed ex eo quotannis aliquam summam reponere valeant, qua senectuti consulant, vt expressis verbis legitur in dicto textu ibi, *Sexcenti autem aurei, quibus pro tempore fisci patronis fori tuæ celsitudinis ad exemplum priorū temporū ex arca tui iudicij consulatur, ne post decursum celerē aduocationis, & labores gloriosos egesti exeant.* At si merces non sufficienter prouisa Principes legum conditores damnat, & in eos qui laborantibus satis mercedis non impendunt, ignominiam, infamiamque deriuat: Quid improperij satis ad eos mulctandos arbitramur futurum, qui omnem omninò mercedem abnuunt, laboresque operariorum Salario defraudant? Homicidis
17 † æquiparantur huiusmodi, nec minus damni creditur inflixisse qui mercedem non soluit, quàm, qui sanguinem, & vitam abstulit, vt habetur Eccles. c. 34. ibi: *Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.* Quod refertur in *c. immolans* 14. *quest.* 5.

& notarunt Caſſan. in Catalog. Gloriæ mund. par. 3. conſiderat. 1. nu. 8. verſ. condeſcendo, Bonacoſſ. in tract. de Seru. & famul. quæſt. 79. in princip Gothofred. in proxi ciuil. lib. 1. tit. 6. Rot. Ianuen. deciſ. 115 ſub num. 1. Mauſon. de cauſ. executiu. ampliat. 32. num. 7. Quid enim eſt aliud homini negare vnde viuat, cùm teneris ſuppeditare, quàm illum è viuis eximere? *c. paſce. 86. diſt. l. necare ff. de liber. agnoſcen. Surd. in tract. de Aliment. tit. 1. quæſt. 48. nu. 5.*
18 Salarium † namque loco victus ſuccedit *l. 2. C. locat. Angel. in l. ſi non ſortem §. libertus col. penul. ff. de condict. indebit. Surd. in d. tractat. tit. 1. quæſt. 67. n. 7.* Propterea quemadmodum in cęlum clamare dicitur ſanguis effuſus, ita cui merces negatur in Cælũ clamat. Hinc Deuteronomij 24. lege cautum eſt. *Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, qui tecum eſt, ſed eadem die reddes ei pretium laboris ſui ante Solis occaſum, quia pauper eſt, & ex eo ſubſtentat animam ſuam, ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.* & Iacob. cap. 5. *Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini*
19 *Sabaoth introiuit.* Graues † vero ſe pœnas exacturum ab eo, qui mercedem negauit, minatur Deus Malachiæ cap. 3. ijs verbis. *Ecce accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij.* Neque verò iſta Chriſtifidelibus cognitio de mercede impendenda, vel propter fidei lumen, ſeu proptèr traditiones Maiorum, ita peculiaris eſt, quin etiam Ethnicos ipſos à veritatis lumine cæteroqui flectentes, vtpotè diuinæ veritatis lumine deſtitutos, eadem contigerit; ita vt aduerſa ſuis temporibus euenta in criminis negatæ mercedis pœnam eueniſſe arbitrati ſint. Quo-
20 circa † dirutam Troiam celebrem illam Vrbium Aſiæ Reginam, propter negatam à Laomedonte mercedem opificibus Dijs cauſantur, vt videre eſt apud *Homer. Iliad. lib. 21.*

Cætera, quæ poſſem adducere è maiorum petita monumentis exempla omiſſa facio, cũ ex ſupradictis ſatis ſuperque cõprobatum remaneat, grauiter apud omnes delinquere quẽcumque, qui mercedem laborantibus, præmia meritis, & ſtipendia non erogat. Sicut quoque ex iam dictis apparet, Salarij materiam non minus eſſe amplam, quàm vſu frequentem: de qua tamen cum nullus adhuc particularem ediderit tractatũ, ita vt in controuerſijs, quę quotidie eueniunt, huc & illuc doctrinas mendicare ſit neceſſe: Id mihi ſuaſit, non futuros irritos, penituſq; inutiles labores meos, ſi in præſentem de Mercede, Salarioue tractatum eos conferrem; ijſque ſatis mercedis reſponſurum credidi, ſi benignè illum Lector fuerit amplexus, & errata in eo perpetranda, quæ, attenta mei imbecillitate ingenij, arbitror futura non pauca, condonauerit; neque me, quòd onus meis viribus adeò impar adortus fuerim, accuſabit.

Ad hoc autem, vt fugiamus confuſionem, quæ Legentium animis officeret, in tres partes tractatum noſtrum ſecabimus: in quarum Prima generaliora proponemus, quia omnis
21 † artis progreſſus à generalibus rectè ducitur *l. 1. ibique DD. ff. ſi cert. petat.* In Secunda verò agemus de Salario, quod particularibus perſonis præſtandum venit, & ad hoc, vt vniuſcuiuſque ſit facilior adinuentio, alphabetico ordine procedemus. Tertia tandem, & vltima nonnullas quæſtiones ad praxim pertinentes cõtinebit. DIVINO IGITVR, AC BEATAE VIRGINIS MARIAE humiliter implorato præſidio, Quæro Primò,



PARS

PARS PRIMA.

Quid sit Salarium, & vnde dicatur.

QVAESTIO PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Salarium nomen accepit à Verbo, solum.*
2 *Salarij definitio.*
3 *Salarium est vox æquiuoca, & plures habet significationes.*
4 *Salarium aliquando accipitur pro vectigali.*
5 *Salarium significat aliquando solatium.*
6 *Salarium nonnunquam significat expensas.*
7 *Salarium aliquando accipitur pro bonore.*
8 *Dos Ecclesiæ seu beneficij, Salarium appellatur.*
9 *Salarium aliquando significat eleemosynas, quæ Ecclesijs à Publico dari consueuerunt.*
10 *Salarium aliquando significat Mercedem.*
11 *Definitio debet esse cuiuslibet tractatus initium.*
12 *Definitio Salarij mercedem significantis.*
13 *Definitio debet continere genus, & differentias.*
14 *Definitio debet continere essentiam rei definitæ.*
15 *Definitio non debet continere verba superflua.*
16 *Verba non possunt dici superflua in definitione, quando per ea comprehenduntur omnia substantialia.*
17 *Remuneratio significat præstationem ex causa factam.*
18 *Remuneratio significare valet præstationem ex quacunque causa factam.*
19 *Verbum, Debita, importat necessitatem.*
20 *Beneficium receptum non obligat ex necessitate benefactori munus reddere.*
21 *Benefacere benefactoribus, Ius naturale dictat.*
22 *Definitio conuerti debet cum suo definito.*
23 *Definitio comprehendere debet omnes casus. Contrarium, num. 28.*
24 *Officialis decedens ante finitũ officium transmittit totius anni Salarium ad hæredem; Immo etiam Salarium anni subsequentis, num. 25.*
26 *Lex mandans solui Salarium Officiali non seruienti, inducit fictionem, quòd seruiat.*
27 *Fictio legis habetur pro veritate.*
29 *Definitio omnis in Iure est periculosa.*

1 SAlarium, † vt docet *Glos. in l. Prætor ait,*
§ si quis nomine, verbo solarium, ff ne quid
in loc. pub. nomen accepit à verbo, Solum
ex eo, quòd pro mercede lapidum in alieno
fundo, & solo excisorum, fundi Domino aliquid veniat soluendũ, *l. venditor, §. 1. ff comm.*
Prædior. Caroc. de locat. & conduct. par. 7. con-
2 *clus. 50.* & † definitur *in l. etiam, ff. qui potior.*
in pignor. habean. Salarium est pensio, quæ
3 datur pro solo, seu superficie. Sed † cum
æquiuoca vox sit, pluresque habeat significationes, *Benuenut. de mercat. par. 1. num. 75.*
4 Aliquando † enim accipitur pro vectigali ex
eo, quòd, vt supra diximus, solo soluatur, &
tunc dicitur etiã solarium, *vt in d. l. Prætor. ait*
§ si quis nomine, ff. ne quid in loc. publ. Aliquan-
5 do † verò accipitur pro solatio, *l. per hanc, C. de*
erogat. milit. Annon. l. 1. in fine, ff. de muner.
glos. in l. restituendæ, verb. solatijs, C. de Aduocat.
diuers. Iudic. Vgolin. de procurator. part. 4. c. 5.
6 *n. 13.* Nonnunquam † pro expensis, *vt in l. si*
7 *cum dotem, ff solut. matrimon.* Item † pro
honore ex parte eius, cui debetur, *l. si remune-*
8 *randi. ff. mandat.* Significat † etiam dotem Ecclesiarum, vel beneficij, cum dos assignetur
beneficio pro salario Sacerdotis, *c. nemo de*
consecrat. dist. 1. Rot. decis. 230. num. 2. part. 1
9 *diuers.* Quandoque † etiam accipitur pro
eleemosynis, quæ à publico Ecclesijs dari cõsueuerunt, *vt in l. priuilegia, ibi,* Salaria etiam
quæ Sacrosanctis Ecclesijs in diuersis speciebus de publico hactenus ministrata sunt, iubemus nunc quoque inconcussa, & à nullo
prorsus imminuta præstari, &c. *C. de Sacro-*
10 *sanct. Eccl.* Et denique aliquando † accipitur
pro mercede, seu remuneratione laboris, *l. Salarium, ff. mandati, §. um in solo, Instit. de rer.*
diuis. Io. de Plat. in d. l. per hanc n. 3. C. de erogat. milit. ann. lib. 12. Franc. de Petr. sest. lect.
lib. 1. cap. 8. n. 6. Alberic. de Rosat. in suo diction.
iur. verb. Salarium, Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 3.
cap. 92. n. 5. Menoch. cons. 1262. nu. 2. vol. 13
Vgolin. vbi supra nu. 14. & in hoc significatu
acceptũ, sic dictum fuisse à sale, eo quia, tam
necessa-

necessariũ sit homini, quam Sal: omniumque humanarum operationum condimentum dixere *Ambrof. Calepin. in verb. Salarium. Plin. Hiftor. natural. lib.* 31. *cap.*7. *Anton. Niger de Laudem. tom.*1. *quæft.*38. *num.*9.

Ex hac igitur significationum pluralitate oritur, quòd non possit dari generalis, & certa salarij definitio: tot enim varias sibi vendicat definitiones, quot habet significationes. Igitur cum nos Tractatum de Salario Mercedem significante aggrediamur, *Ciceronis pra-*
11 *cepto lib.*1.*offic.* edocti, à † quidditate rei, scilicet à definitione, qua cognita intelliguntur facilè ea, quæ subsequuntur; ignoratis enim principijs, & ea, quæ subsequuntur ignorantur, *Din. in c. nullus de reg. Iur. in* 6. initium ducentes, talem definitionem Salario in proposito nostro optimè applicari posse credimus
12 si dicatur: Salarium † est remuneratio debita pro operis retributione, *vt per D.Thom. in* 1.2. *quæft.*114. *art.*1.*in corpore.* & post Aristotelem sequitur *Danza in tract. de pugna Doct. tit. de Salar. cap.*1. *num.*1. Quæ quidem definitio idonea videtur, dum omnes qualitates
13 bonæ definitionis habet; Continet † enim genus, & differentias, *Bart. in l.*1. *in princ. de teftam. Dec. in dicta l.omnis definitio num.* 1.
14 *ff. de Reg. Iur.* Et † essentiam rei definitæ, *Cagnol. in dicta leg. omnis definitio, Alciat. in Parergon Iuris, lib.* 9. *cap.* 21. *definit.* 1. Nec
15 † continet verba superflua, prout continere non debet bona definitio, *Arift.*6.*Topic. cap.*1. *& in* 7. *Metaphyf. cap.* 13. *text.* 43.

16 Non continet quidem verba superflua,† dũ illa,quibus definitio nostra reperitur cõcepta, si bene considerentur, comprehendunt omnia substantialia, quo casu superflua dici non possunt, *Bertazol. in tract. de clauf. glof.*3. *claufol.* 4. *nu.*3. *Crauett. conf.* 70. *nu.*19. Et quòd comprehendat genus, & differentias, nec non essentiam rei definitæ, patet, dum per verbũ,
17 Remuneratio, † quo vtimur, significetur propriè præstatio ex causa facta, vt per *Text. in l.inter donum, & munus, ibique scribentes, ff. de*
18 *verbor.fignificat.* At † quia tale verbum adaptari potest præstationi ex quacumque causa, vt aduertit *Alciat.in d.l.inter donum nu.*2. Ideo adduntur verba significantia certam causam nempe, pro retributione operis: & insuper
19 apposuimus verbum, debita, † quod necessitatem importat, *l. Prætor, ff. de eden. l.* 1. *§. qui magiftrati, ff. quod quifque iur. Grat. de diction. dict.* 37. *num.* 1. *Seraph. decif.* 335. *in princ.* Ad differentiam eorum munerum, quæ licet præstentur ex causa, non tamen præstantur ex
20 necessitate: vt puta si † quis aliquod mihi fecerit beneficiũ sua tantũ benignitate, & charitate impulsus, si tali benefactori munus reddam, dicetur quidem munus ex causa beneficij recepti, sed non debitum ex necessitate, dum cogi non possum ad reddendam ei parẽ gratiam, *Alex. conf.*55, *num.* 3. *verf. nec obftat lib.* 1. *Rot. decif.* 138. *num.* 26. *par.* 5. *in recen.*
21 licet † Ius naturæ dictet quod omnibus nobis benefacientibus benefaciamus, *l. veluti, & l. ex hoc Iure, ff. de Iuft. & Iur. leg. fed & fi, § confuluit Senatus, ff.de petit.hæred. Tiraquell.in l. fi vnquam, verb. donatione largitus, C. de reuocan.donat.* vbi refert plura exempla animalium irrationabilium, quæ pro beneficijs acceptis gratum animum in benefactores ostenderunt. Sicque ista definitio continet genus sub quo est definita, & differentias vt apparet dum differt ab alijs speciebus cõtentis sub illo ge-
22 nere, Et † insuper conuertitur cum suo definito, quod pariter requiritur in bona definitione vt per *Bar. in l.* 1. *§. dolum, ff. de dol. malo, Dec. in l. fi fugitiui n.*2. *C. de feru. fugitiu. in dict. l. omnis definitio num.* 2. *& ibidem Cagnol. Euerard. in topic. Iur. loc. à definition.* Dicendo namque, Remuneratio debita ex causa seruitij nihil aliud erit, nisi salarium.

23 Sed † aliquis fortasse opponet contra nostram definitionem, quòd ipsa non comprehendat omnes causas, prout debet bona definitio comprehendere, dum dicitur tantummodo, quòd sit remuneratio debita ex causa seruitij: Et tamen quandoque debetur salariũ etiam absque aliqua seruitij præstatione, vt exemplum est in *l. diem functo, ff. de offic. Affeffor. in l. fi quis in facris, C. de proxim. facr. fcrin. lib.* 11. *& in l. poft duos, §. final. C.de Aduocat. diuerf. Iudic. in l.* 2. *C. de primipilo. & in leg.* 3.
24 *C. de Agen. in reb. lib.* 12. vbi, quòd † salarium totius tẽporis hæres officialis cõsequi debeat si ante finitum officium officialis decesserit;
25 Imò † disponitur, *in l. pragmatica, C. de Domeftic. & protector. lib.* 12. quòd hæres non solum debeat consequi salarium totius temporis, sed etiam vnius anni subsequentis: quam dispositionem mirabilẽ esse dixit *Bart. in ead. leg. pragmatica, vbi Alex. in apoftilla,* & idem confirmarunt *Bal. Alberic. Angel. & Ray. poft Glof. in d. l. diem functo, ff. de offic. affeffor.*

Hoc tamen obiectum facillimè tollitur si
26 aduertatur, quòd † præallegatæ Leges mandantes

dantes solui salarium in certis casibus, & certis personis non seruientibus, semper inducunt fictionem quòd seruiant. *Bar. in d. l. diem functo in princ. & ibidem Alex. & Ias. in 3. 4. & 6. notab. & Cagnol. n. 77. ff. de offic. Assessor.* Cum
27 autem † fictio legis habenda sit pro veritate, *cap. dilectus, & cap. ad audientiam de Cleric. non residen. l. 1. §. hoc Senatusc. ff. ad S.C. Velleian. l. non est verisimile, ff. quod met. caus. l. quod ad certum, ff. locat. Abb. in cap. tanta, num. 4. qui fil. sint legitim. Paris. cons. 21. num. 10. lib. 2.* dicendum est verè, & realiter seruire, vt per *Surd. cons. 42. nu. 1. lib. 1. Dec. cons. 70. sub nu. 2. vers. nam certum est, vol. 1.* Sicque isti etiam casus comprehenduntur in nostra definitione.
28 Et quando † etiam definitio casus omnes non comprehenderet, sufficeret tamen ad hoc, vt dici posset idonea, quòd adaptaretur ad regulam, & ad communiter accidentia, secundùm communem opinionem, de qua testatur *Cagnol. in d. l. omnis definitio, nu. 37. ff. de regul. Iur.*

Et pro maiori huius definitionis subsisten-
29 tia sciendum est, † omnem definitionem in Iure periculosam esse, vt habetur in sæpe allegata *l. omnis definitio, ff. de reg. Iur.* Ideoque definitiones legales non habent omnes qualitates requisitas in definitionibus: nempe, quòd sint propriæ, & breuiter comprehensa rerum substantia enarrationes, quæ genere, specie, proprijs, & differentijs constent. Quia Iurisconsulti subtilitates huiusmodi Dialecticis reliquerunt, ipsique satis habuerunt si substantiam rei ex communi regula describerent, vt aduertit *Alciat. in tractat. de verbor. significat. lib. 1. col. 3. vers. definitio autem.* Et hæc satis dicta sint ad defensionem præpositæ definitionis.

Quotuplex sit Salarium.

QVAESTIO II.

SVMMARIVM.

1 *Salarium generaliter refertur ad quodcunque negocium commissum.*
2 *Salariorum tria sunt genera.*
3 *Salarij primum genus quale sit.*
4 *Quale secundum.*
5 *Quale tertium.*
6 *Salarij quartum genus.*
7 *Merces quæ soluitur Iurisconsultis, Honorariũ appellatur.*
8 *Sportulæ quid sint, & cur salaria Iudicum ita appellari consueuerint.*
9 *Salarij varia nomina.*
10 *Stipendium quid sit, & vnde fuerit dictum.*

IN præcedenti quæstione vidimus quid sit Salarium. Videndum modò erit, Quo-
1 tuplex sit. Cum † enim ipsius nomen sit generalissimum, dum refertur ad quodcumque negocium commissum, *l. 1 & l. si litteras, C mandat Fenzon. ad Statut Vrb li. 2. ca 93 n 8.* consequens est, vt sub se contineat genera subalterna plures sub se species continentia, ad notat. per *DD. in rubr. C. de probat. & per Canon. in ead. rubr.*
2 Tria † igitur Salariorum genera assignat *Bal. in l. si fratres §. si inter fratres ff pro soc. Bal. in l. 1. §. Diuus ff. de var. & extraordinar.*
3 *cognit.* Et † sub primo genere comprehenduntur Salaria respicientia probitatem scientiæ, & intellectus, non autem laborem corporis; vt sunt Salaria Iudicum, Aduocatorum, Assessorum, Medicorum, & simi-
4 lium. Ad † secundum genus referuntur Salaria, quæ dignitatem respicere dicuntur, vt sunt Salaria Familiarium, seu Domesticorum
5 Principum. Militant sub † tertio genere Salaria, quæ non solum respiciunt scientiam, & probitatem intellectus, sed etiam laborem corporalem, prout Salaria Capitaneorum, Signiferorum, Caporaliũ, & similiũ.
6 Superioribus † tribus generibus potest addi quartum, ad quod referuntur Salaria, quæ solummodò corporis laborem respiciunt, vt sunt illa famulorum, & omnium operariorum, qui mercenarijs rebus inseruiunt: quorum Salaria licèt specialia, & propria ha-
7 beant nomina, videlicet, Honorarium, † si agatur de mercede, quæ soluitur Iurisconsultis sicuti Aduocatos honorando dixit *Vlpian. I. C. in l. 1. ff. de var. & extraordinar. cognit. & Paul. in l. qui operas in fine ff. locat. & Gordianus Imperator in l. si sub specie, in princip. C. de postulan. & Iustinian. Imp. in l sancimus, C. de Iudic. & Imperator Valerian. in l. cum vos, C. de Legation. lib x.* Et ita fuit talis merces nuncupata, eo quia Aduocatis non solum pro
8 labore, sed pro honore præstetur. *Bar. in d. l. 1. §. Diuus, ff. de var. & extraordinar cognit.* Sportula † dicitur Salarium quod Iudicibus datur, vt in *tit. C. de Sportul.* & sic fuit dictum accipiendo continens pro contento, vt notat, *Gloss. in §. Triplic. Inst. act. Faber ibi d. n 4.*

Plat.

Plat. n.6. Myſinger. n. 8. erant enim ſportulæ quædam vaſa in, in quibus Salaria Iudicum continebantur. *Abb. in c. cum ab omni, n. 9. de vit. & honeſt. cleric. Alciat in l. pecunia verbum n* 15. *ff. de verbor. ſignificat*. Vbi enim lis conteſtabatur, Actor, & Reus deponebant in æde ſacra ſportulam, id eſt vas de minutis virgis concinnatum, in qua pecunia erat, quam qui viciſſet lucrabatur: & quia deinde cœptum eſt ex eadem pecunia Iudicibus honoraria perſolui, ſportulæ Iudicum inde nomen traxerunt: *Idem Alciat diſpunct. lib. 3. cap. 17. prope fin. Polet. hiſtor. for. Roman. lib. 5 cap. 11. Cæl. Rhodig. lect antiquar. lib. 12. ca. 21*
9 *in fine*. Conſueuerunt † quoque huiuſmodi Salaria appellari pluribus in locis Propinę, alibi Capita ſolidorum, & alibi Datia, quę ſoluũtur fiſco, vt notat *Ioan. de Plat. in l. in ſacris §. modum n 5. C. de proxim ſacr. ſcrin. lib. 12.* Soteria vel Iatrea dicitur, quod medicis datur: Didaſcalia, vel Didactra, vel Minerualia: appellatur quod Præceptoribus, & Magiſtris: Ep ichera quod Artificibus: Nutrititium quod Nutricibus: Naulum quod Nautis: Proxeneticum quod proxenetis. *l fin. C de proxenet.* Præconium quod pręconis, Athletor quod Athletis: Euãgelia, vel Meniſtra, quod Nuntijs præſtatur: Stipendium quod militibus, *l. ager eſt § Stipendium ff de verbor. ſignificat*. Quod
10 Stipendiũ † antiquitus erat quidam denarius qui ſoluebatur in ſingulos dies, *ex Tacit. lib. 1. Annal*. & iſte denarius vnciæ argenti octaua pars erat. *Rot decis* 230. *n.* 3. *par.* 1 *diuerſ.* dictumq; fuit ſtipendium à ſtipe, quia per ſtipes, id eſt modica æra colligebantur, *l. ager §. 1. ff. de verb. ſignific.* Fuit etiam appellatum Tributum, & ſic fuit dictum à contributione tributum, vel ex eo, quod militibus tribuebatur, vt ad litteram dicit *text. in d l. ager ff de verb.*
11 *ſignific* & alia † plura nomina Salarij, ſeu mercedis videri poſſunt apud *Alciat. in l. inter donum 294. ff de verbor. ſignificat.* Verùm nullam inter hęc nomina intercedere differentiã voluerunt *Alciat. in d. l ager. §. ſtipendium n. 4. Ambroſ Calepin. in verb Salarium*. Nec nos aliquam facimus: præcipuè cum in hoc tractatu agere intendamus de Salario, non certarum perſonarum in ſpecie, ſed in genere omnium operariorum.

Quinam poſſint Salaria conſtituere.

QVAESTIO III.

SVMMARIVM.

1 *Salarij onus qui ſentit, debet etiam habere honorem illud conſtituendi.*

2 *Salarium nulli tribui poteſt, niſi illi qui iubente Principe ſpecialiter fuerit conſecutus.*

3 *Poteſtas Ciuitatis non poteſt conſtituere Salarium capienti bannitum, etiamſi hoc reſpiciat publicam vtilitatem. Limita vt numeris ſeqq.*

4 *Poteſtas repetit expenſas factas in capiendo bannito.*

5 *Salarium promiſſum à Poteſtate in banno facto auctoritate Superioris, debetur.*

6 *Merces promiſſa in banno facto à Poteſtate, ex mulctis ab ipſo impoſitis ſoluenda eſt: ſecus ſi ex pecunia publica.*

7 *Merces promiſſa in banno Poteſtatis, ex eo, quod debet ſumptu publico expediri, ſoluenda eſt.*

8 *Vniuerſitates non poſſunt abſque Principis licetia Salaria conſtituere. Declara vt n. 10.*

9 *Salarij conſtitutio eſt de reſeruatis ipſi Principi*

11 *Decurio ſi amiſit bona ſua poteſt ſibi quamdam mercedem conſtituere pro alimentis, maximè ſi amiſſio euenerit cauſa Reipublicæ. Contrarium n. 12.*

13 *Textus clara diſpoſitio quando adeſt, ea venit attendenda; non autem Doctorum contraria opinio, licèt eſſet communis.*

14 *Decurio poteſt conſtituere Salaria Aduocatis, Medicis, & ſimilibus, etiam ſine licentia Superioris. Contrarium n. 17.*

15 *Decurionibus aliquando licet donare legitima præcedente cauſa inſpecta qualitate donatarij, & poſſibilitate Ciuitatis. Declara vt n. 16*

18 *Opinionis ratione ceſſante, & ipſa opinio ceſſare debet.*

19 *Salarium per decem annos abſque licentia Principis præſtitum, poterit in futurum abſque illius licentia præſtari.*

20 *Tutor poteſt ſine auctoritate Iudicis conſtituere Salaria magiſtris pro ſeruitio pupilli.*

21 *Tutor debet curare, quod Pupillus addiſcat aliquam Scientiam, & debet Magiſtris ſoluere debitas mercedes: aliàs contra eum in litem iurari poterit, tamquam non iure admi-*

administrassent.

22 Tutores non solum bona minorum tueri debent, sed etiam ipsos minores in bonis moribus, & artibus educari facere.

23 Tutores non possunt constituere Salaria Aduocatis, & Procuratoribus sine Iudicis licentia. Contrarium n. 26.

24 Tutor non habet maiorem auctoritatem in bonis Pupilli, quam habeat Decurio in bonis Ciuitatis, & aequiparantur inter se.

25 Minores, & Ciuitates aequiparantur inter se.

27 Tutor computat in redditione rationum Salaria data Aduocatis, & Procuratoribus pro pupillo. Declara vt n. 28.

29 Tutor in dubio praesumitur mouisse litem animo calumniandi.

30 Tutor ea facere potest in negocijs pupilli, quae fecisset in suis. Declara vt n. 31.

32 Iactare suum nemo praesumitur.

33 Donatio remuneratoria facta à Tutore de bonis Pupilli, est valida. Declara vt n. 45

34 Tutor non potest donare bona Pupilli. Declara vt numeris sequentibus

35 Tutor donando remuneratoriè dicitur debitum soluere.

36 Donatio remuneratoria non est propriè donatio, sed compensatio, & satisfactio, quae accedit naturae contractus onerosi.

37 Dispositio loquens simpliciter de donatione non procedit in donatione remuneratoria.

38 Tutor Principis, aut viri Illustris potest pro dignitate pupilli donare, atque etiam debita remittere. Declara vt n. 46.

39 Nobilitati nihil magis conuenit quàm magnificentia.

40 Tutor licitè donat bona pupilli pro habenda pace, quam pupillo expedit habere.

41 Tutor ante susceptionem tutelae tenetur satis dare se omnia vtilia pro pupillo facturum & inutilia praetermissurum.

42 Tutor potest donare alimenta matri, & sororibus pupilli se ob egestatem substentare non valentibus.

43 Filius tenetur alere matrem.

44 Frater tenetur alere sororem in egestate constitutam.

47 Praelatus absque licentia Ecclesiae potest constituere Salaria illis, qui honesta seruitia impenderunt.

48 Praelatus potest donare ob benemerita de bonis Ecclesiae, vt tutor de bonis pupilli, cum inter se aequiparentur. Declara vt n. 49. & 50.

51 Iudex potest ex iusta causa Salaria constituere.

52 Iudex potest notarijs Salarium constituere, dummodò ipse de illo non participet.

1 AD † solum Dominum Salarium soluentem, ipsius constitutionem spectare priuatiue quoad quoscumque alios, etiam habentes liberam administrationem, suadet regula Textus *in. c. Qui sentit. de regul. Iur. in 6. & l. secundum naturam ff. de reg. Iur.* vbi cautum reperitur, quod ille, qui sentit onus, debeat etiam commodum sentire: sed Dominus sentit onus soluendi Salarium, ergo illius constitutio ad ipsum tantummodò spectare debet. ita arguit Rota. *coram Andrea decis. 98. num. 4.*

2 Et † hoc comprobatur per *tex. in l. nulli Salarium, C. de praeben. Salar lib. 10.* quae praecipit quod nulli tribuatur Salarium, nisi illi, qui iubente Principe specialiter fuerit consequutus, *& ibi Bar. n. 1. Bal. cons. 164. incipien. qui feruore col. 1. lib. 3. Ioan. à Platea in l. 1. C. de praeben. Salar. lib. 10. Angel. in l. 1 ff. quod quisque iur, & in l. interesse ff. de acquiren. poss. Bar. in l. nauiculariorum in fin. C. de nauicular. lib. 10. Caroc. de locat. & conduct p. 1. tit. de Mercede Iudic. quaest. 7. n. 80. Munnoz de ratiocin. administrat. cap. 27. sub n. 1. Menoch. de Arbitrar. Iudic. lib. 1. quest. 46. n. 1. Affict. in cap. 1. n. 21. vers. item habet arbitrium statuendi, ex quibus caus. feud. amittatur.* qui suae sententiae, & praedictae legis rationem adducit, ne scilicet sequatur laesio Reipublicae, cum facile sit Salaria constituere, atque ita quae iuris communis sunt erogare, *l. officium §. 1. ff. de rei vendic. Caroc. vbi supra n. 80. vers. & ratio videtur. Menoch. vbi supra d. n. 1. in fin. Cassan. in Catalog. Glor. Mundi par. 5. consi-*

3 *derat. 24 n. 44.* Nec † sub praetextu publicae vtilitatis potest administrator liberam potestatem habens Salarium constituere, vt puta si aliquis Potestas Ciuitatis faceret bannum, quòd quicumque bannitum caperet, scuta centum consequeretur: tale bannum non valeret, nec daretur aliqua merces capienti, *Bar. in d. l. nulli Salarium Ias. in l. 1. n. 11. ff. de Iust. & Iur. & ibidem Bar. n. 3. & Castren. n. 11. Caroc. vbi supra*

4 *n. 81.* Sed † tantummodò posset Potestas

repetere sumptus, si quos in captura fecisset. *l. mulier ff. de capt. Bar. in d. l. 1. ff. de Iust. & Iur. Alex. in addit. ad Bar. in d. l. vnic. C.*
5 *de præben. Salar. lib.* 10. Nisi † tamen huiusmodi bannũ emanasset auctoritate superiorũ Ciuitatis, quia tunc valeret mercedis constitutio in banno facta, & capienti bannitum esset persoluenda, *Ioan. de Plat. in l. cum nauarchorum, C. de Nauicular. lib.* 11.
6 Sicut † quoque soluenda esset merces in banno constituta, quando illius quantitas vel fuisset promissa ex mulctis ab ipso Potestate impositis, non autem ex publica pecunia, *Bar. in l. mulctar. C. de mod. mulct. & in l. Diuus in fin. C. de bon. damnat.*
7 Vel † ex eo quod debet sumptu publico expediri, *l. mulier, vbi Bar. ff. de captiu. & postlimin. reuers. Aret. in l. 1. n. 11. ff. de Iust. & Iur.*
8 Quinimo nec ipsæ Vniuersitates absque Principis licentia vllis personis pro quibuscumq; negocijs peragendis Salarium possunt constituere, *l. 1. C. de præben. Salar li.* 10.
9 Cum † enim Salaria constituere sit de reseruatis ipsi Principi, vt in *d. l. nulli Salarium Cassan. in Catalog. glo. mund. p. 5. considerat.* 24 *n.* 44. non possunt Vniuersitates in ipsa Salarij constitutione se intromittere. *Anton. de Rosell. in tract. de legitimat. lib. 2. tit. de le-*
10 *gitimat. Princip. clement. n* 51. nisi † tamen essemus in constitutione Salarij facienda, in casibus in Iure expressis, vt puta in Salarijs Aduocatorum, Procuratorum; & similium, de quibus per *DD. in l. ambitiosa ff. de Decret. ab ordin. facien.* cuius Textus dispositionem exponemus *infra n.* 14 Vel versaremur in illis Ciuitatibus, quæ superiorem non recognoscunt, prout Venetiæ, & aliæ quas refert *Nicolaus de Vbald. in tractat. de succession. ab intestato n.* 83. *& seq.*

In nonnullis tamen casibus licitum est administratoribus, seu Præpositis Salariũ constituere, vt est casus in *l. Decurionibus, vbi Bar & alij scribentes ff. de Decurion.* in qua ha-
11 betur † quòd si Decurio perdat omnia sua bona, possit sibimet quamdam constituere mercedem pro alimentis, & præsertim si bona sua amiserit causa Reipublicæ: cuius legis præcisa verba cantant vt infra; Decurionibus facultatibus lapsis alimenta decerni permissum est: maxime si ob munificentiam in Patriã patrimonium exbursauerint.
12 Et † quamuis huius textus dispositioni aduersetur doctrina *Io Francisci Pauini in tractat. de offic. & potest. capituli sede vacan. par. 2. quæst.* 10. *n.* 27. vbi firmat non posse aliquem officialem sibi ipsi Salarium constituere ex quacumque causa, allegando *Bar. in d. l. vnica C. de præben. Salar. lib.* 10. Attamen ipsius Pauini opinio non est attendenda: tum quia Bar. per eum allegatus, hoc
13 non firmat. Tum etiam quia dum † habemus claram dispositionem textus, ea venit attendenda, nec aliqua admittenda distinctio seu interpetratio extrinseca, *l. 1. §. generaliter. l. 1. ff. de & de pretio ff. de pub. in rem. act. l. 3. ff. de offic. præsid. Crauet. cons. 4. n. 21. Rot. d. 261. n. 6. par. 5. rec.* Etiam si interpetratio esset communiter à Doctoribus recepta *glos. in l. minime ff. de leg Mat. Matthesilan. d. elect. opin. §. 1. n. 1. vers. aut. debac consuetud.*
14 Secundus † casus habetur in *l. Ambitiosa §. sed si Salarium, ff. de Decreto ab ordin. facien.* per quam legem disponitur, posse Decuriones constituere Salarium Doctoribus, Aduocatis, Medicis, & similibus personis etiam sine licentia superiorum: secus tamen alijs. *Nunez de exequend. mandat. Reg. p. 2. cap. 10. n. 19. Munnoz de ratiocin. administrat. cap. 27. n. 41. Menoch. de Arbitrar. lib. 1. quæst. 46. n. 4. post Bar. in d. l. vnica C. de præben. Salar. lib. 10. & in d. l. Ambitiosa n. 2.* vbi ampliat, quod liceat
15 † etiam Decurionibus liberum arbitrium habentibus aliquando donare, seu remunerari benefacientes, dummodo iusta, & legitima præcedente causa donent: Vt puta, si donarent aliquid nuncijs, seu legatis afferentibus fælicem belli euentum, Pacis conclusionem, Primogeniti Principis natiuitatem, & his similia, *vt post Bar. dixerunt Felin. in c. accedentes in fin. de præscript Alex. cons. 101. col. 4. lib. 5. Ias. cons. 101. col. 2. vol. 2. Io. de Plat. in l. penul. C. de cur. publ. Caroc. de locat. & conduct. p. 1. tit. de mercede remunerator. quæst. 10. n 58. & est text. in l. 1. C public. lætit. vel consul. nunt. ibi.* Quidquid nostrum vnquam nunciari cœperit prosperum ad bella, si desinunt, si oriuntur fructus, si honor datus sit Regalium, vel Consulum, vel trabearum, compositæuè pacis erit offerenda Tranquillitas: si sacros vultus inhiantibus fortè populis inferimus; hoc sine modico pretio nunciari, excipique sancimus: Inspecta tamen qualitate personarum, & Ciuitatis possibilitate

iuxtà

iuxta, *tex. in l. iubemus. §. scientes, C. de sacrosanct. Eccles. & l. compluresi §. penul. ff. de administrat. tutor. & l. tutor secundum dignitatem ff. eod. tit.*
16 Secùs † vero, si donarent sine aliqua causa, seu ficta: nam tunc nullo modo donare possent, quia adesset magna collusionis, & fraudis suspicio, vt notat *Bart. vbi. proximè, & Menoch. d. quæst. 46. n. 5.*
17 Contrariam † tamen esse sententiam. *glossæ in d. l. vnica:* Scilicet, quod non solum non possint donare, sed, nec Salaria constituere, aduertit *Munnoz loc. citat.* ea ratione, quia daretur occasio colludendi, & defraudandi Principem præstando Salaria excessiua, consanguineis, amicis, & similibus. At ratio huiusmodi corruit, dum supra iam diximus requiri concursũ iustæ causæ, & Salarij constitutionem non debere excedere summam dari solitam similibus personis, considerata illarum qualitate, *Rolan. cons. 18. n. 70. vol. 2. Caroc. de locat. d. tit. de merced. remunerat. quæst. 10. n. 68.* quibus concurrentibus, cessat omnis suspicio, quæ oriri posset ex constitutione magni Salarij. & sic corruit
18 ratio allata per *glos.* & † consequenter etiã illius opinio, vulgata *l. adigere §. quamuis ff. de Iur. patro. & l. quod dictum ff de pact. & ibi Bar. & Angel. Tiraquell. in tract. cessant. caus. p. 1. liter. l. n. 125. Rot. coram*
19 *Buratt. decis. 120. n. 32.* sicut † quoque prorsus dicta collusionis suspicio cessaret, si semel à Principe, seu Republica Salarium fuisset assignatum in certa summa, vel, si à tempore immemorabili, seu etiam per spatium decem annorum absque licentia Principis, seu Reipublicæ præstitum fuisset. *Cephal. cons. 615. n. 37. Munnoz de ratiocin. d. cap. 27. n. 42.*
20 Tertius † est casus in tutoribus, & curatoribus, qui sine auctoritate superioris, quẽ recognoscunt, scilicet Iudicis, possunt operarijs Salaria constituere pro seruitio pupilli vt puta, Magistris, & similibus, vt habetur in *l. cum pluries §. cum tutor ff de administrat. tutor. ibi, Merces præceptorũ non quantitas minima poterit, sed pro quantitate patrimonij, & di-*
21 *gnitate natalium constituet.* Immò † huiusmodi personis, non solùm Tutor, & Curator possunt, sed debent constituere Salaria ad hoc, vt Pupilli iuxta illorum qualitatem, ingenium, & facultates addiscant aliquam scientiam, seu artem: & si hoc non facerent, dicerentur esse in culpa lata, & contra eos in litem iurari posset, tamquam non iure administrassent. *Plot. in l. si quando n. 230 vers. dare operam C. vnde vi. Borgnin. de tutor. & curat. n. 275. Caroc. de locat. tit. de administrat. tut. n. 45. Roman. cons. 425 sub. n. 1. vers. tertio quia cum tutor. Galganett. in tractat. de tutor. & curat. lib. 2. tit 7. n. 1.*
22 Tutores † enim non solùm tenentur adhibere diligentiam in gubernandis rebus minorum, verum etiam in eos educando in bonis moribus, & artibus: alias, vti suspecti poterunt à tutela remoueri, *Crauetta cons. 190. lib. 1.*

Verum oritur dubium, An possint Tutores, & Curatores pro seruitio pupilli constituere Salaria: Aduocatis, procuratoribus sollicitatoribus, & similibus, prout constituere posse diximus Magistris? Et huic
23 quæstioni † negatiuè respondet *Munnoz de ratiocin. administrat. cap. 27. n. 43.* Scilicet quòd nullatenus possint, nisi interueniente legitima Iudicis licentia. & affert rationem,
24 quia † Tutores non habent maiorem potestatem in bonis Pupilli, quàm habeant Decuriones in bonis Ciuitatis, cuius admini-
25 strationem gerunt. Quare, cùm † minores, & Ciuitas æquiparentur, *l. Rempublicam C. de Iur. Reip.* par debet esse in hoc vtriusque potestas, ita vt Decurio à Principe, Tutor à Iudice licentiam constituendi Salarium Aduocatis habere debeant.

26 Contrariam † tamen sententiam veriorem esse apparet ex ipsamet ratione allata per *Munnoz* pro comprobatione suæ opinionis. Si enim Tutores, & Decuriones æquiparantur inter se, vt ipse ait, & habent eandem potestatem, hinc sequitur, quòd, cum Decuriones possint constituere Salaria Aduocatis, & Procuratoribus, vt diximus supra n. 14. *per l. ambit.* & refert *idem Mun. contraria reiecta opinione in d. cap. 27. n. 42. vers. Ego tamen priorẽ sententiã:* Ita quoque posse Tutores Aduocatis, & Procuratoribus Pupillorũ, quorũ tutelam habent, debitam mercedem iuxta seruitij meritum, &
27 personæ qualitatem constituere, illamq; † in redditione rationum computare inter expensas legitimè factas; dummodò tamen causa, propter quam Tutor egit pro pupillo, fuerit iusta, & Tutor antequam ad litem deueniretur, considerauerit, an pupillus vi-
28 ctoriam relaturus foret, necne. Aliàs †, si causa

causa fuerit iniusta, & Tutor non considerauerit, vel considerari fecerit à peritis illius merita, ex quibus dignosci poterat, an pupillus obtenturus fuisset, nec nè, non solũ non computabit Salaria data Aduocatis, & Procuratoribus, sed tenebitur restituere pupillo omnes expensas in causa factas. *l. non est ignotum, & l. si bonam C. de administrat. tutor. Bar. in l.4. ff. de re. iudic. Ias in l. omnibus §. si procurator n.21. ff si quis iusd. non obtemp. Rebuff. ad Constitut. Reg. Galliæ tit. de senten. prouisional. art.3. glos.2. n.22. vers. & si causam. Capell. Tholos. decis.40. & ibi Adden. Duen. reg.285. n.8. in verb. Executio limitat. 8. Ruin. cons. 1. n.23. vol.3*

29 Et in dubio † præsumeretur, Tutorem mouisse litem iniustè, & animo potius calumniandi, quàm iuuandi. *glos. in l. si bonam C. de administrat. tutor. Didac. practicar. quæst. cap.27. sub. n.2. vers. sexto condemnatio expensarum & est text. in cap. 1. de elect. in 6.*

Et pro hac opinione, quòd Tutor possit sine Iudicis auctoritate Salarium constitue-
30 re, facit condusio, quòd † Tutor potest in rebus pupilli illas expensas facere, quas in rebus suis fecisset. *l. auctoritatibus C. de administrat. tutor. & l. 1 C. de tutel. & ration.*
31 *distraben.* Dummodo † non esset vir prodigus; ita vt etiam in proprijs negocijs vltra debitum expenderet, *l. cum plures §. mirum ff. de administrat. tutor.* quod tamen nunquam præsumitur. *Mascard. de probat. conclus.360. n.7.* nisi euidens, & notorium sit, & communiter habeatur pro prodigo;
32 Stat enim præsumptio, quòd † nemo velit iactare suum. *l. cum de indebito §.1. ff. de probat.* sed potiùs acquirere, & ditari, *Mascard. de probat. conclus.439. n.20. Rot. dec.195. n.8. par.6 & decis.453. n.6. par.7. recentior.*

Facit secundò, quia illud, quod datur Aduocatis, præstatur propter remunerationem laboris in rebus, & negocijs pupilli ab ipsis impensi, quo casu remunerando
33 † rectè Tutor donare potest; & quod donauit recipiendum venit in calculo, *l. qui filium ff. vbi pupill. educ. deb Cuman cons.101. Roman. cons.50. n.3. Munnoz. vbi supra cap. 24. n.43. in fin.* Neque obstat si dicatur
34 Tutorem † non posse bona pupilli donare, *l. ab. agnato ff. de. curat furios. l. procurator. tuto. ff. de Procurat. l. filiu familias ff. de donat. l.1. §. mutuam ff si quis in fraud. Natt cõs.545 n.13.14. & 16. vbi de cõmuni, & n.19. & seqq. lib. 3. Caualcan. in tractat. de tut. & curat. n.121.* ac in tutore, curatore, executore, aut alio administratore communem dicit *Tiraquell. de retract. conuent. §.4. glos. 6. n.12. & 13. Marescott. variar. resolut. lib.2. cap.93. n.7. Rot. decis.115. n. 10. par. 6. in recen.*

Quia respondetur, non procedere in donatione facta pro seruitijs, & remuneratio-
35 nibus. & ratio est quia † tutor, donando remuneratorie, non dicitur simpliciter donare, sed potiùs debitum soluere, *l. filius in princip. ff. de procurat. Bar. in l. ambitiosa ff. de decret. ab ordine facien. Tiraquell. in l. si vnquam verb. Donatione largitus n.25. C. de reuocan. donat. Ias. in l. ex hoc iure ff de Iust. & Iur. Aret. cons.24. col. fin. Rolan. cons.18.*
36 *n.61. & 62.* Cum † talis donatio potius dicatur compensatio, & satisfactio, quàm donatio; accedit enim naturæ contractus onerosi, & non lucratiui. *Menocb. de præsumpt. lib.4. præsumpt 167. n.32. l. Aquilius ff. de donat.* & dicitur necessitate quadam facta, iuxtà *l. primam. §. 1. ff. de tut. & rat. distraben. & l. complures §. tutor. ff. de administrat. tut. Tiraquel. in d. l. si vnquàm verb. donatione largitus n. 11. Alex. in l. Iuris gentium §. quinimo col.4. vers. iuxta prædicta ff. de pact. & cons. 217. col. 1. lib.2. & cons.42. col. 6. vers. nec obstat, quod*
37 *statutum lib.4.* Ex quo fit quòd † dispositã in simplici donatione ex mera liberalitate proueniente, non habeant locum in donatione remuneratoria. *Ioan. Cars. in tractat. de donat. remunerat. n.24.*

38 Fallit † etiam secundò supradicta conclusio, quòd non possit donare bona pupilli in Tutore Principis, aut virorum illustrium; quia pro pupilli dignitate, aliquid donare, atque etiam debita remittere potest, argumento *l. filius familias ff. de donat. & l. cum plures §. cum tutor ff. de administrat tut.* in qua lege habetur, quod tutor possit mittere munera solemnia parentibus, & cognatis pupilli de illius bonis, secundùm qualitatem, possibilitatem, & consuetudinem familiæ. *Bal. in l.2. C. de dot. promiss. Bar in l. contra Iuris §. 1. de pact. Menocb.*
39 *cons. 29. n.3. & 33. lib.1.* Nihil † enim magis nobilitatem decet, quàm magnificentiã *cap.1. de probat.* Quare Tutor Regis poterit munera, largitiones, & beneficia subditis

Mill-

Militibus, & alijs benemeritis impartiri, vt in allegata *l. cum plures*, *§. cum Tutor. Román. d. consf. 50. n. 3. Rolan. d. consf. 18. n. 60. lib. 2.*

40 Tertiò † fallit, quando Tutor donaret pro habenda pace; Stante namque tali causa, licitè potest Tutor de benis pupilli donare, vt per *Farinacc. de accusat. quæst. 15. n. 17.* præsertim si pupillus esset Rex, & illi suisque subditis expediret pro quiete sui Regni. Imò si Tutor hoc non faceret, puniri posset tamquam suspectus, quia ad eius officium spectat, omnia facere, quæ agnoscit vtilia pro pupillo, & inutilia pretermit-
41 tere; prout † se facturum satisdare tenetur ante susceptionem tutelæ. *§. 1. & ibi glos. Instit. de satisdat. tutor.* & dare debet idoneos fideiussores, *l. 1. ff. qui satisd. cog. l. non quasi ff. rem pupill salu. fore l. prætoria ff. de prætor. stipul. l. prima C. de tut. qui non satisde.*

42 Quartò, & vltimò fallit † quando Tutor matri, vel sorori pupilli se non valentibus substentare ob inopiam alimenta donaret. *l. 14. §. in soluendis ff. de administrat. tut. l. qui filium 4. ff vbi, & apud quem pupill. educ. deb. Galganet. de tut. & curat. lib. 2. tit. 7. n. 9.* & pupillus debet recipere in computum dicta alimenta. *Surd. de alimen. tit. 1. quæst. 22. n. 1. probat Textus in l. 1. § sed & nonnullas ff. de tute. & ration distraben.* Et
43 ratio est, quia † filius tenetur matri alimenta præstare. *l. filia C. de patr. potest. Bal. in l. furiosa ff. de curat. furios. Bal. Nouell. in l. 1. n. 139. & 143. ff. solut. matrim. vbi etiam Ias. n. 25, & in auth. res quæ C. commun. de legat. Cæphal. consf. 5. n. 64. & alij quos refert, & sequitur Surd. de aliment. d. tit. 1. quæst. 22. n. 1.* Idem quoque procedit in sorore;
44 cum frater † teneatur sororem egestate laborantem alere. ita *glos. in l. qui filium ff. vbi pupill. educ. deb. & in d. l. 1. §. sed nonnullos ff. de tut. & ratio. distraben. & in l. si quis à liber. §. item respicit vers. iustè ff. de liber agnoscen. & in l. 1. C. de alen. liber. Cyn. in l. 2. n. 2. C. eod. tit. & ibidem Alberic. n. 1. vbi de communi. Surd. in d. tract. d. tit. 1. quæst. 25 n. pr.*

Sed est aduertendum, supradictas omnes limitationes, generalem vnam recipere declarationem: Scilicet semper intelligen-
45 dum esse † illas procedere dummodò dona non excedant terminum, consideratis facultatibus pupilli, & meritis donatarij, & donatio non sit sine legitimæ præcedentia causæ, nec vltra solitum. Et secunda fallentia, quam attulimus in Tutore Principis,
46 habet † tantummodò locum in ijs, quæ Princeps erat solitus donare; non autem in ijs, quæ rarissimò largitus erat. *Innoc. in c. grandi de supplen. negl. prælat. Barbat. in cap. 1. in princ. de donat. & in c. quod translationem n. 57. de offic. deleg.* vbi dicit, coadiutorem vel tutorem pupilli posse exercere illam liberalitatem, quam exercere consueuit pater eiusdem pupilli, dum tamen non fuisset nimiùm prodigus. quod esse menti tenendum pro Tutoribus pupillorum illustrium, dicit *Rolan. d. consf. 18. sub n. 65. l. 2.*

Quartus casus est † in Prælato, qui po-
47 test absque licentia Ecclesiæ mercedem constituere illis, qui honesta seruitia impenderunt, iuxa seruitij meritum. *Camill. de Medic. consf. 12. sub n. 16. Abb. in c. cum in officijs n. 6. de testam. Fælin. in c. cum deputati sub. n. 11. de Iudic. Ias. consf. 116. col. 1. vol. 1. & in l. ex hoc iure ff. de Iust. & Iur. Tiraquell. in l. si vnquàm verb. donatione largitus n. 27. C. de reuocan. donat. Redoan. in tract. de spolijs q. 7. n. 1. & seq. & idem in tract. de reb. Eccl. non alienan. §. contra autem fol. mihi 284. Monta. in l. consilij. ff. de reg. iur. & in tract. de appell. lib. 4. c. 2. cum alijs relat. per*
48 *Bonacoss. in tract. de famul quæst. 9.* Imò † potest etiàm donare aliqua ob benemerita de bonis Ecclesiæ, vt Tutor de bonis pupilli, cum inter se æquiparentur. *Innoc. in c. cum deputati, vbi etiam Abb. circa fin. de Iudic. glos. in c. qualiter, & quando, il. 2. de accusat. c. relatum il 2. & c. in officijs de testam. c. quicumque suffragio 12. quæst. 2. Bart. post glos. in l. iubemus in princ. C. de sacrosanct. Eccles.* & etiam in præiudicium successoris. *c. illud 16. quæst. 6. Rolan. d. cons. 18. n. 69. Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de reb. Eccles. non alien.* Vbi refert quosdam promotores cuiusdam Episcopi ab illo extorsisse gratuitum contractum, qui adscendebat ad tantam summam, vt duas redditum Episcopatus partes excederet, donec viuerent; eo quia opera, & meritis illorum fuerat beneficium consequutus: fuitque celebratum instrumentum cum magnis solemnitatibus, & consensu Capituli: Mortuo vero Episcopo illius successor reuocari curauit dictam donationem, prout reuocari obtinuit non obstan-

obstante, quod pro parte donatariorũ allegaretur, esse donationem remuneratoriam, quam Prælatus facere poterat, etiam in præiudiciũ sui successoris, vt in *d.c. illud 16. quæst. 6.* & ratio reuocationis fuit, quia dicta donatio excedebat fines meritorum.

49 Ideoque † ad hoc, vt donatio remuneratoria à Prælato facta teneat, debet esse iuxta seruitij meritum. *c. ad hæc, & c. relatum il 2. §. licet de testam. Ias. in d. l. ex hoc iure n. 6. ff. de Iust. & Iur.* Insuper † nulla

50 esset donatio à Prælato facta, etiam ob benemerita, si donasset immobilia Ecclesiæ *Castren. in l. iubemus C. de sacrosanct. Eccles.* Et dicemus infra *in quæst. 59.*

51 Quintus, & vltimus casus est † in Iudice qui potest ex iusta causa Salarium constituere, *Bar. in l. comperimus C. de nauicul. lib. 11. Guidopap. singul. 698. vers. Iudex. de nouo. Caroc. de locat. & conduct. p. 1. tit de mercede iudiciali quæst. 7. n. 82. in fin. vers. potest etiam*, prout † videmus, posse con-

52 stituere Salarium notarijs, siue sit Iudex ordinarius, siue delegatus: dummodo ipse cum notario de illo Salario non participet. *summa Angelic. in verb. Iudex. n. 17. vbi Adden. littera C.*

Quisnam teneatur soluere Salarium.

QVAESTIO IIII.

SVMMARIVM.

1 *Salarium soluendum est ab eo, qui aliquid fieri mandat.*

2 *Quod procedit etiamsi mandatum respiciat commodum tertij. Declara vt num. seqq.*

3 *Administratores non debent soluere de proprio Salaria officialibus, qui de mandato eorum suas operas præstiterunt ad fauorem administrati, Declara vt nu. seqq.*

4 *Damnum quis sentire non debet ex eo, ex quo lucrum non capit.*

5 *Tutor constituens actorem pupillo cum certo Salario absque necessitate, soluit Salarium de proprio.*

6 *Decretum Iudicis requiritur in constitutione actoris facienda per tutorem pupillo; cum remittatur arbitrio Iudicis, an talis constitutio sit necessaria.*

7 *Tutores non possunt constituere actorem pupilli absque legitima causa. Contrarium n. 8. Dic tamen vt n. 9.*

10 *Perito à Iudice electo ad terminandam aliquam difficultatem ad legalem scientiam non pertinentem, soluendum venit Salarium à partibus litigantibus pro rata.*

11 *Peritus electus à Iudice ordinario ad diffiniendum articulum Iuris, consequitur Salarium ab ipso Iudice. Declara vt n. 13.*

12 *Iudices ordinarij esse debent legalis scientiæ periti.*

14 *Peritus deputatus à Iudice delegato motu proprio consequitur Salarium à partibus litigantibus. Declara vt n. 15.*

16 *Peritus deputatus à Iudice delegato ad alicuius partis instantiam, consequitur Salarium ab eo, qui pro deputatione instetit.*

17 *Aduocatus deputatus à Iudice ad defendendas rationes alicuius litigantis, consequitur Salarium ab ipso litigante, si diues sit: si vero est pauper, à publico.*

18 *Salarium operarijs soluendum non est ab eo qui aliquid fieri mandat, sed ab eo, cuius culpa mandatum fit.*

19 *Salarium debitum Barisellis, seu alijs Executoribus deputatis ad capiendum malefactorem, soluendum est ex bonis ipsius malefactoris, & quid in hoc praxis obseruet n. 20. 21. 23. & 24.*

22 *Sententia habet pro se præsumptionem iustitiæ, & validitatis.*

25 *Custodes Rei, qui remittitur à Iudice ad Principem, ad quem appellauit, consequuntur Salarium ab ipso Reo*

26 *Clericus si instet se remitti ad Iudicem suum remissio facienda est eius expensis.*

27 *Episcopus petens sibi remitti Clericum suæ diœcesis, tenetur ad expensas in remissione faciendas. Declara vt n. 28.*

29 *Custodes appositi reo ob infirmitatem à vinculis relaxato, ab ipso reo Salaria consequuntur.*

30 *Iudex apponi mandans custodes carcerato, prius exigat cautionem à carcerato de præstando Salarium custodibus.*

31 *Officiales exercentes officium ad Principem spectans, ab ipso Principe Salarium consequuntur.*

32 *Iudices habere debent Salarium à Principe. Contraria opinio refertur n. 38. Declara, vt n. 39. & seqq.*

33 *Principis munus est, in suis Principatibus iustitiam*

stitiam administrare.
34 *Principes appellari solent Iudices.*
35 *Principes tributa recipiunt ob administrationem iustitiæ.*
36 *Tributa dicuntur stipendia constituta Principibus, vt iustitiam faciant.*
37 *Princeps non potest imponere noua vectigalia pro administranda iustitia, sed eam seruare debet ex redditibus Principatus.*
39 *Subditi tenentur ad onera personalia.*
41 *Princeps, qui vult facere per ministros id, quod ex persona propria tenetur, Salaria ipsis ministris soluere debet.*
42 *Cancer. variar resolut lib. 3. cap. 13. n. 55. declaratur.*
43 *Iudex datus à Principe ad instantiam partium litigantium ab ipsis litigantibus Salarium consequi debet.*
44 *Salarium Iudicis soluendum est à subditis, si talis adsit consuetudo.*
45 *Salarium Iudicis soluendum est ab vniuersitate quando Principis redditus vix pro eius substentatione sufficiunt.*
46 *Et posset tali casu cogi communitas ad imponendam collectam.*
47 *Officialibus retentis ad expurgandam Ciuitatem latronibus, & maleficis, soluendum est Salarium à Principe.*
48 *Redditus Principum sunt quasi stipendia eis constituta pro administratione iustitiæ, ita vt si eam non administrent, teneantur ad restitutionem.*
49 *Stipendia militibus Princeps de proprijs redditibus subministrare tenetur.*
50 *Episcopi tenetur soluere de suo Salaria debita Prædicatoribus, Confessoribus, & similibus. Declara vt n. 52. & 54.*
51 *Prædicandi munus spectat ad Episcopum.*
53 *Prædicator pro quadragesima, quando dubitatur, cuius expensis sit conducendus, debet interim Episcopus conducere illum proprijs expensis.*
55 *Legati, Ambasciatores, seu Agentes ad Principem à Populo missi, consequuntur Salaria à publico.*
56 *Salarium quod deputatur magistris liberalium artium, & medicis, soluendum est a publico.*
57 *Salarium quod Doctoribus, seu Aduocatis Ciuitatum debetur, soluendum est a publico.*
58 *Sequestro publico debetur Salarium, illudque a publico soluendum venit.*
59 *Officiales omnes Publico, & Magistratui seruientes, Salarium a publico consequuntur.*
60 *Custodibus messium, & vinearum soluendum est Salarium a Dominis vinearum & messium.*
61 *Custodia bonorum spectat ad Dominum.*
62 *In Salarij solutione babenda est ratio illorum, quorum principaliter interest, licet secundario resultet in publicum commodum.*
63 *Custodes deputati ob suspicionem pestis recipere debent Salarium a subditis, & non a Principe.*

VT magis dilucide appareat huius quæstionis resolutio, facienda venit distinctio officialium, qui priuatis seruiunt & illorum, qui publico officio sunt præpositi. Quotiescumque enim sumus in officialibus seu operarijs inseruientibus per-
1 sonis priuatis, regula est, quod † Salarium soluendum sit ab eo, qui aliquid fieri mandat. *l. salarium ff. mandati l. diu ff. de var. et extraord. cognit. Larrea decis. Granaten. 85. n. 10*
2 Etiamsi † ministerium personæ, quæ mandatum recipit, alium iuuaret. *Signorol cons. 45. in princip.* Dummodo tamen non versemur in mandato facto à tutore, curatore, aut
3 alio simili administratore, † ad quos certum est non spectare onus solutionis Salarij, sed ad illos, ad quorum fauorem, & vtilitatem fuit ab administratoribus factum mandatum operarijs. *Guttier. de tutel lib. 3. cap. 2 n. 20. cum seqq Domaud. in tractat de tut & curat. cap. de mercede §. 1. n. 46. Munnoz de ratiocin. administrat. cap. 27. sub n. 35. vers. si tamen quæstio.* vbi de Salario præstando procuratori, sollicitatori, vel alio simili, qui negocia pupilli tractauit de mandato tutoris vel curatoris. & *n. 37.* vbi de Salario præstando præceptoribus, qui de mandato tutorum pupillos artes liberales docuerunt *Caroc. in tractat de locat. & conduct. tit. de. administrat tutor. quæst. 3. n. 48. Caualcan. de tutore sub. n. 275. Roman. cons. 225. & est text. in l. cum pluries §. cum tutor ff. de administrat. tut r* Aliàs enim tutori officium su-
4 um esset damnosum, & † eius ex quo lucrum non caperet, damnum sentiret, contra regulam *tex in l. 1. §. si pupillis, vers. item ff. de*
5 *tutel. & ration. distraben.* Intelligendo † tamen semper, dummodo necesse fuisset, il-
lum

lum actorem constituere pro seruitio pupilli: nam aliàs soluendum veniret ab ipso tutore, nec in calculo redditionis rationum reciperetur. *Munnoz de ratiocin. vbi supra*
6 *sub num.* 35. Quando † autem dicatur necessaria huiusmodi Actorum constitutio, erit remittendum Iudicis arbitrio, cuius decretum creationem præcedere debet. *l. decreto ff. de administra. tutor. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 4. n. 1. par. 1. Munnoz vbi supra n. 35. circa medium, vers. & proculdubio.*
7 Non † enim permissum est Tutoribus creare actores ex eorum mera voluntate, sed tantum ob imminentes causas, puta infirmitatis, absentiæ, nobilitatis, & alijs huiusmodi. *§. finali instit. de curat. Bar. in l. Actor. vers. tertio quæro ff. rem rat. hab.*
8 Et † licet idem *Bar. in d. l. decreto ff. de administrat. tutor. quem sequuntur Caroc. in d. tractat. tit. de administrat. tutor quæst. 3. n. 40. Caualcan. d. tract. de tutor. n. 211. Damaud. de tutor. & curat. cap. de Mercede d. §. 1. n. 44. & 49. Gutier. de tutel. lib. 3. c. 2. n. 20.* voluerit, quod possit tutor actorem constituere ex sua mera voluntate: Tamen
9 † magis prudenter sibi consulet tutor, si aliquam quantumcunque generalem exprimat causam, vt quia negocia pupilli sint diffusa, vel ob impedimentum rei familiaris, absentiam futuram, & similia. *l. Thais §. 1 ff. de fideicommissar. libert. l. si longius ff. de Iudic. Vantius de nullitat. ex defect. inhabilit. seu mandat. comparen. sub n. 147 vers. consultius tamen. Ioseph Ludouic d. decis. 4 sub n. 1. Munnoz de ratiocin. loc. citato sub d. num. 35. post princip. vers. consultius tamen.*
10 Neque † minus locum sibi vendicaret regula supra firmata, nempe, quod Salarium soluendum veniat ab eo, qui aliquid fieri mandat, etiamsi respiceret commodum tertij; quando versaremur in mandato facto à Iudice alicui perito, qui non ab ipso Iudice, sed à partibus litigantibus Salarium consequeretur, quotiescumque iste peritus qui mandatum reciperet, esset necessarius ad definiendam aliquam difficultatem, quæ non concerneret scientiam legalem: vt puta si deputetur calculator ad solidanda computa, scriptor ad dignoscendam identitatem vel diuersitatem manus, Medicus, vel Chirurgus ad cognoscendam infirmitatem, & similes: quibus soluendum venit Salarium à partibus collitigantibus pro rata. *Larrea decis. Granaten. 85. n. 10. lib. 2. Garz. de expens. cap. 21. n. 8. Signorol. de Homod. cons. 47. Tusc. practicar. conclus. littera S. conclus. 12. per totam.*
11 Si † vero peritus eligeretur ad definiendum articulum ad legalem scientiam spectans; erit videndum, an Iudex, qui peritum deputat, sit ordinarius, vel delegatus: & si erit ordinarius, debebit de proprio tali perito Salarium soluere. *c. quia cognouimus 10. quæst. 3. Syluester in summa in verb. Iudex 1. sub nu. 15 vers. Assessor vero Ordinarij.*
12 Et ratio est, quia † talis Iudex debet esse legalis scientiæ peritus, vt notant *DD. omnes in c. cum ab omni, de vita & honest. Clericor. summ. Angelic. in verb. Iudex n. 16.*
13 Dummodo † tamen talis Iudex non elegerit peritum ad instantiam alicuius ex partibus litigantibus: tunc namque Salarium soluendum erit ab eo, qui instetit causam expediri cum periti consilio, *Speculat in tit. de Assessor. §. Salarium, vers. quod si alter litigatorum Bald. in l. Prætor ait §. 1. ff. de eden. & in l. 4. §. in Iudicio ff. fin regundor. Bar. & Alex. in l. si postulasti in fin. ff. de adult.* At
14 † si Iudex sit delegatus, non tenebitur soluere de proprio Salarium peritis ab ipso motu proprio deputatis, *c. statutum §. Assessorem de rescript. in 6. Angelic. vbi supra sub n. 16. vers. Delegatus. Syluester in summa verb. Iudex. 1. sub n. 15. vers. nec obstat:*
15 Dummodo † fraudolenter non deputauerit: vt puta, quia dixerit se indigere perito, cum re vera non indigeret; sed id fecerit ad effectum, vt partes vel, earum alteram grauasset, vel vt amicis seruiret, vel vt se ipsum exoneraret. quod facere non debet, *d. c. statutum §. Assessorem, & ibi glos. in verb. fraudolenter de rescript. in 6. Angelic. vbi supra sub d. n. 15.* Nam si fraudolenter deputauerit, ad ipsum Iudicem spectabit soluere Salarium, non autem ad partes litigantes, vt expresse habetur in *d §. Assessorem, ibi, Alioquin de suo proprio prouidere teneatur idem.*
16 At † si non motu proprio, sed ad alicuius partis instantiam peritum deputauerit, onus soluendi Salarium ad illam partem spectabit, quæ pro deputatione instetit. *Bar. in l. si postulauerit ff. ad leg. Iul. de adulter. Ias. in l. Prætor ait §. 1. n 10 ff de eden. Sur. de aliment. tit. 1 quæst. 63. n. 4. Speculat. in tit. de Assessor §. Salarium vers. Quid ergo si alter litigato-*

rum

rum Boer decis. 303. sub n. 5. Granat. ad Vestr. lib. 6. sub n. 14. Crot. in tractat. de Testibus n. 412. Gratian. disceptat. forens. cap. 55. n. 43 & cap. 57. n. 2 & latius Xamar de offic. Iud. p. 1. quaest. 19. n. 59 & latius de hoc dicemus infra in 2. parte cum agemus de Salario Assessoris

17 Item † falleret regula praedicta quando versaremur in mandato facto à Iudice Aduocatis ad hoc, vt alicuius litigantis rationes tuerentur, quod iudicibus facere licitum est, vt in *l. 1. ff. de postulan.* Nam, non ad ipsum Iudicem spectabit Salarium soluere, sed ad illam partem, pro qua Aduocatus suas operas impendit, vt per *glos. in d. l. 1. verb. non habebunt ff. de postulan.* Et in casu, quo illa pars, pro qua Iudex Aduocatum deputauit esset pauper; ita vt non posset de proprio salarium soluere, talis Aduocatus consequeretur salarium à publico, vt per *glos. in d. verbo non habebunt vers. Sed quid si est pauper clientulus.*

18 Pariter † predicta regula locum sibi non vendicaret quãdo fieret mandatũ culpa alicuius, quia tunc Salarij onus spectat ad eum, cuius culpa fuit factum mandatum, vt post *Gorz. de expens. & Menoch. de arbitrar quas allegat firmat Larrea decis. Granaten. 85. n. 10 vers. nisi alicuius.* Et haec limitatio exem-

19 plificari potest † in mercede debita Barisellis, seu alijs executoribus à Iudice deputatis ad capiendum malefactorem. Talis namque merces, sicut alię expensę necessarię, soluendae veniunt non ab ipso Iudice, sed ex bonis ipsius malefactoris, qui expensis causam dedit, vt notat *Bar. in l. Corneli. ff. ad Syllan. & Angel. l. Cornelia, §. liberum ff. de iniur. Petr. Nunez de Auẽdã in tractat. de exequẽ mãdat.*

20 *reg. p. 2. cap. 10 n. 14.* Licèt † praxis obseruet, quod non statim accusatus cogatur ad tales expensas, cum multoties accusentur ij, qui omnino culpa carent; ideoque, donec accusatus nõ appareat malefactor, cogitur ad expensas capturae ille, ad cuius instantiam fuit captus, & deinde à reo condemnato illas recuperat, vt post *Ioan. de Plat. in l. finali C. de erogat. Milit Anno. li. 12. Petr. Nunnez vbi supra sub d. n. 14. vers. &*

21 *licet Iure communi.* Quod † tamen intellige verum, quando quis capitur antequam fuerit declaratus reus criminis, quo fuit accusatus: secus verò si ante capturam praecesserit sententia, etiam in contumaciam lata, declarans accusatum reum esse criminis, Tali namque casu, cùm cesset dubium an vere accusatus delictum commiserit, vel

22 non, Cùm † saltem praesumptio stet pro iustitia, & validitate sententiae *l. Ingenuum ff. de stat. homin. Cagnol. in l. res iudicata n. 1 ff. de regul. iur. Rota coram Cardinali Seraphino decis. 1073 n. 6. & coram Buratt. dec. 334. n. 9.* statim cogendus esset reus ad solutionem expensarum, vt optime distinguit *Auendan. in d. tractat. de exequen. mandat. reg. par. 2. cap. 10. sub n. 14. vers. Quam opi-*

23 *nionem.* At † si reus non haberet in bonis vnde solueret, tunc expensas huiusmodi subministrare deberet ille, ad cuius instantiam fieret captura, quia eius negocium agitur vt, *in l. mulier in opus salinar um ff. de captiu. & postlimin. reuers. & notat. Bal in c. 1.*

24 *vers. hic finitur lex in vsibus feudorum.* Et † si neuter ipsorum habeat in bonis tunc essent subministrandae ex publico aerario ipsius loci in quo fuit commissum delictum. *Couarr. practicar. quaest. cap. 11. sub n. 11. Munnoz. de Escobar. in tractat. de ratiocin. administrat cap. 26. n. 13.*

25 Aliud † exemplum sub allata limitatione militans esset, si Iudex remitteret aliquem reum ad aliũ Iudicem superiorem, ad quem reus appellauerat; nam, cùm talis remissio sit facienda sub tuta custodia, ita requirens officium Iudicis remittentis, qui alias puniretur poena, de qua *in §. si quis Auth. vt nulli Iudic. Parid. de Put. in tractat. de Syndicat. in verb. remissio. Boer. decis. 303. in fin.* Merces custodibus debita non ab ipso Iudice custodiri mandante, sed a reo, cuius culpa mandatum fit; venit soluenda; vt notat *Bal. in l. generaliter. §. bis de praesentibus C. de reb. cred. & iur. iur. Adden. ad Cappell. Tholos. quaest. 100. & quaest. 274. Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 228. n. 7. & 8.* Vb

26 quòd † idem sit in Clerico petente se remitti coram Iudice suo, quia talis remissio ipsius petentis expensis facienda veniret, vt late comprobat, *Boer. in d. decis. 303. n. 1. 11. 12. & per totam scilicet. in l. eos. C. de appell.*

27 Si † verò remissio non esset facienda ad instantiam ipsius Clerici, sed ad instantiam Episcopi suam Iurisdictionem tueri volentis ad ipsum Episcopum spectare onus soluendi Salarium, voluit *Menoch. de Arbitrar. d. cas. 228. n. 23. post Boer. in d. dec. 303. n. 12.*

28 Praxis † tamen obseruat quod, siue instet pro remissione reus; siue, Episcopus vtro-

que casu expensæ pro remissione soluantur ab ipso reo, si ipse habeat vnde soluere possit; si verò non sit soluendo, remissio fit expensis Episcopi, vt testatur *Ricc. in prax. rer. quotidianar. for. Ecclesiastic. resolut 76. lib. 2. Boer. dicta decis 303. n. 12.* dummodo Iudex laycus non esset morosus in facienda remissione; quia si requisitus renueret, teneretur postea proprijs expẽsis remissionẽ facere, vt post *Aufr. in add ad Cap. Tholos. dec. 274. Sperell. decis. for. Eccles. tom. 1. decis. 18. num. 12.*

29 Tandem † ad limitationem prædictam referendus esset casus, in quo per Iudicem adijciuntur custodes alicui malefactori incarcerato, qui ratione infirmitatis esset à vinculis relaxandus: de ipsius namque malefactoris substantia essent custodibus soluenda Salaria. *Ias. in leg. si super n. 6. C. de transaction. Boer. decis. 85. n. 11. Munnoz. de ratiocin. d. cap. 26. n. 12. & 13.* Vbi

30 † admonet Iudices, quòd in appositione similium Custodum cogant delinquentes ad præstandam cautionem pro solutione Salarij, ne de suo teneantur soluere. *Ioan. de Plat in d. l. fin. C. de erogat. milit ann. lib. 12 Put. de Syndicat. in verb. carcer. cap. 4. n. 3. Petr. Nunnez d. tract. de exequen. mandat. Reg. part. p. cap. 20. n. 15. & par. 2. cap. 10. n. 14. Menoch d. cas. 228. n. 6. & 9.*

Quando autem versamur in officialibus, qui publico officio sunt præpositi, isti quandoque habere debent Salarium à Principe, aliquando à publico, & nonnunquam à priuatis personis, habita ratione qualitatis

31 officij. Nam † si officium sit tale, vt eius exercitium spectet ad Principem, ab ipso Principe officialibus suas vices exercentibus soluendum erit. *Rolan à Valle cons. 1. n. 55. vol. 2. Mastrill. de Magistrat c. 21. n. 17 l. 1.*

32 Exemplum esse potest in Iudicibus, † qui Salarium à Principe habere debent, vt *in §. oportet, & ibi Glos. in verb. ministratis & in §. festinabis, & § illud Auth. de mandat. Princip. collat. 3. & in §. maxime Auth. de Quæstore collat. 6. Peregrin. cons. 13. n. 5. vers. secundo quod & si. Io. Baptista Rugin. practicar. quæst. cap. 46. n. 71. Vasquius. controuers. Illustr. person. lib. 1. cap. 1 n. 2. & si Rolan. cons. 1. n. 54. & seq. vol. 2. Bimius*

33 *cons. 103. n. 10. vol. 2.* Ad Principes † enim spectat in suis Principatibus Iustitiam administrare. *c. Regum. 23. quæst. 5. ibi, Regum officium est proprium, facere iudicium, & iustitiam. Afflict. decis 265. n. 80. Peregrin. de Iure fisci lib 1. tit. 1. sub n. 10. Fulg. cons. 20.*

34 *in fine.* Vnde † merito iudices appellari solent. *Sot. de Iust. & Iure lib 5. quæst. 4. art. 4. vers. ad quæstionem. Luc. de Penna in l. contra publicam n. 67. C. de re milit. lib. 12. & in l. 1. n. 17. C. ne rustic. ad vll obseq. lib. 11. cum alijs relatis per Garz. Mastrill. in tract. de Magistrat. lib. 3. cap. 1. n 2.* Et hoc ex munere, & natura Principatus, vel ex inuestituris Principum Supremorum, in quibus vt plurimum imponitur feudatarijs onus Ius dicendi, & debitam iustitiam ministrandi, & quidem suis expensis *l. suo vi-*

35 *ctu, ff. de oper. libert.* Cùm † non aliam ob causam ipsi recipiant vtilitates iurisdictionales, & tributa. *l. 1. C. de Anno, & tribut. lib. 10. Molin. de Iust. & Iure tract. t. 2 disput. 25. sub littera D. vers. cum autem.*

36 Quæ † quidem tributa sunt stipendia ad hoc Principibus constituta, vt iustitiam faciant. *D. Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 7. in conclus. Afflict. decis. 265 n. 81. Luc. de Penna in l. neminem, C. de suscept. & arca lib. 10. Mastrill. de Magistrat lib. 3. ca. 1. n. 52. Segur in director. Iudic. par. 1 cap. 14. n. 3. Munnoz de ratiocin. administrat. cap. 25. n. 13.*

37 *& 14.* Vbi quod † non possit Princeps imponere noua vectigalia pro administranda iustitia, sed eam debet seruare ex redditibus Principatus. *Foler. in sua praxi criminal. verb. notatus capiat n. 22.*

38 Et † licet *Anguissol. cons. 19. lib. 1.* contrarium senserit, dum consuluit, onus soluendi Salarium Iudicibus spectare ad subditos, ad quorum commodum ius dicitur, & Iustitia administratur; considerans, quòd

39 † hoc sit onus personale, ad quod subditi tenentur, *Bar in l. libertus §. sola ff. ad municip. Rolan. cons. 1. n. 10. vol. 2. Peregrin d. cons. 13. sub n. 5. vers. secundo, quod & si*

40 *in fin lib. 1.* Anguissolæ † tamen opinio est communi sententiæ contraria, nec habet subsistentem rationem. Parum namque refert, quòd collecta, quę imponitur pro officialibus publicis, dicatur onus personale & propterea ad illud subditi teneantur: nam hoc procedit, quando collecta imponitur pro Salario illorum officialium, quibus non spectat ad Principem subministrare Salarium. secus vero quando sumus in officialibus, qui ab ipso Principe Salarium consequi debent, quia eius vices exercent:

quoties-

41 quotiescumque enim † Princeps ea, quæ facere tenetur ex propria persona, vult facere per ministros, illis de suo debet Salaria soluere. *Greg. Valent. de Iust. & Iur. lib. 3. disput. 5 quæst. 7. §. 5. vers de hac re, cum alijs quos refert, & sequitur Mastrill. in d. tractat. de Magistrat lib. 1. cap. 21. num. 22.*
42 Et † sic respondetur etiam *Cancerio var. resol. par. 3. cap. 13. n. 55.* vbi dicit onus Salarij publicorum officialium spectare ad subditos, post *Petr. in tractat. de potest. Princip. cap. 6 n. 43.* Nam intelligitur de illis, qui Principum vices non gerunt.

Et hæc absque difficultate procedunt, tribus exceptis casibus. Quorum primus est
43 † quando partes peterent, aliquem particularem ipsis in Iudicem dari, tunc namque ab ipsis partibus, & non à Principe soluendum erit Salarium Iudici. *summ. Angelic. in verb. iudex 1. quæst. 8. 9. & 10. Petr. Nunnez vbi supra d. cap. 2. n. 8. & seqq. Garz. de ex-*
44 *pens. cap. 21. n. 5.* Secundus † casus est, si adesset consuetudo, quòd subditi, ad quorum commodum iustitia administratur, Salarium Iudicibus soluant; nam tunc talis consuetudo est seruanda, vt post *Specul. in tit. de Salar. Iudic. n 13. Anguisi. cons 19. n. 9. Iacob de Gell. in tract. de Adoa n. 5. Bimius d. cons. 103. n. 54. Petr. Nunez in d. tractat. de exequend. mandat. reg. cap. 10. n. 3. & seqq. Burg. de Paz cons. 48. per tot. Flor. Diez variar. quæst. lib. 1. quæst 8. n. 7. & 10. in fine sequitur Mastrill. d. cap. 21. n. 25. Decian. cons. 41. sub n. 80. lib. 2 Peregrin. d cons 13*
45 *sub n. 5.* Tertius † casus est, quando redditus Principis essent adeo tenues, vt vix sufficerent pro illius victu; tunc enim Princeps non teneretur præstare Salarium Iudicibus sed soluendum esset ab vniuersitate. *Luc. de Penna in l. Annonas col. 2. in fin. C. de erogat. militar. Annon. lib. 12. Iacob de Gell. in d tractat. de Adoa. n. 4. Menoch. cons 1047. n. 5.*
46 *lib. 11. Mastrill. vbi supra n. 26.* Et † posset Communitas cogi ad imponendam collectam. *Cyn. & Bal. in l. neminem C. de sacrosanct. Eccles. Francisc. Lucan. de Priuileg. fisci. par. 3. principali sub n. 4. vers. Item Vniuersitas. Luc. de Penna in l. finali quæst. 12. C. de quib. muner. Munnoz de ratiocin. administrat cap. 25. n. 23. & seq.*
47 Ad † Principem quoque spectat Salarium soluere ijs officialibus, qui retineri solent ad expurganda loca maleficis, & latronibus: quod facere nulli dubium est, quin ipsius Principis munus sit, cum ad hunc effectum habeat tributa, & redditus Principatus, ideoque debet proprijs pecunijs id agere absque aliquo subditorum onere, seu grauamine, vt per *Bart in §. nullo n. 2. Auth. de Iudicib. Petr. Nunez in d. tractat. de exequen mandat. c. 17 Rolan. a Valle cons. 1. n. 56 lib. 2. post Luc. de Penna in l. 1. C. ne rustic.*
48 *ad vllum obseq. deuoc lib. 11.* Et si hoc Principes non faciunt, ita vt per eorum defectum latrones increscant, tenentur ad restitutionem reddituum, quia illos habent quasi stipendia ad hoc instituta, vt iustitiam conseruent in terra. *D. Thom. 2. 2. dicta quæst. 67. art. 7.*
49 Item † stipendia militum Princeps tenetur subministrare de proprijs pecunijs, quia ad ipsum spectat aduersus inimicos classem parare, & sua ope, industria, diligentia, & expensis facere debet, vt tuta, & secura Ciuitas quiescat, vt in *l. 1 C. de Classib. lib 11. Ias. in l. diuortio §. vltimo ff solut. matrimon. Catellia. Cotta in memoriali verb. fortalitium, & verb Iudex. Munnoz de ratiocin. cap. 25. sub. num. 5. vers. contraria tamen.*

Nec prædicta locum habent tantummodo in Principibus secularibus; verum
50 etiam in Ecclesiasticis, vt † in Episcopis, & alijs Prælatis, qui tenentur de suo Salaria debita publicis officialibus, vt puta Prædicatoribus, Confessoribus & similibus subministrare, vt expresse disponitur in *c inter cætera, vbi Abb. Bal. & alij de offic. Iudic. ordinar. Segur. in director. Iudic. par. 1. cap. 14. n. 3. Mastrill vbi supra n 21. Petr. Nunez in d. tract. par. 2 c. 10. n 27.* Et ratio est eadem, quam assignauimus supra in Principi-
51 bus laycis; Nempe, quòd † ad ipsos Episcopos spectet munus prædicandi. *Abb. in d. c. inter cætera n. 1. Felin. in c excommunicamus n. 3. de hæretic. Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. c. 21 n. 1. Campanil. in diuersorio Iur. canonic. rubr. 12. cap. 13. Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 3. allegat. 76. n. 1. Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 424. n. 1. & habetur in S. Concil. Tridentino sess. 5 cap. 2. de reformat.* dum per alios hoc munus propter aliquam caussam volunt explere, tenentur de suo Salaria subministrare. *Barbos. vbi supra n. 16.* Et
52 † hæc est communis sententia, quotiescumque non adsit consuetudo, quòd à Populo, vel

vel ex publico Ciuitatis ærario, Concionatori merces soluatur; nam tunc talis consuetudo esset omnino seruanda *Armendar. in addit. ad recopilat. legum Nauarræ lib. 4. tit. 30 de Prædicator. S. Scriptur. n. 24. lib. 3. Gallet. in Margarita casuum conscientiæ in verb. Prædicatores 1. Barbos. in d. tractat. de offic. & potestat. Episc. p. 3 alleg. 76. n. 12. & facit Concil. Trid. sess. 24. cap. 4. n. 5. de reformat.* vbi mandat deputandos esse Concionatores expensis eorum, qui eas præstare te-
53 nentur, vel solent. At † si onsuetudo esset dubia, & ignoraretur, uorum sumptu conducendus veniret concionator pro quadragesima; tali casu, donec definiretur huiusmodi quæstio, deberet Episcopus concionatorem de proprio conducere, *Armendar. vbi supra n. 4. Barbos. loc. citat. n. 15.* vbi quod ita aliàs decisum fuerit. *Zerol. in praxi Episcopali par 1. verb. prædicatio §. 7.* Quando vero nulla adsit consuetudo, Episcopus soluet de proprio, si habeat redditus
54 sufficientes: Si † vero Ecclesiæ redditus non sufficiant, quòd teneatur Populus Prędicatori mercedem soluere, voluit *Abb. in d. c. inter cætera n. 3. Barbos. loc. cit d. n. 16.* vbi quòd sit rationi consonum prædicatores tali casu ab ijs, quibus spiritualia seminant temporalia metere. Verum non crederem, habendam esse rationem aliquam reddituum, quos habet Episcopus, quia, dum, vt supra diximus, munus prædicationis tenetur explere per seipsum, non poterit ab eo se eximere, deputando alium, qui suo muneri satisfaciat, certa constituta mercede, & grauare populum onere solutionis sub prætextu, quod redditus non nisi pro substentatione ipsius Episcopi sint sufficientes. quia ideo ipsi redditus persoluuntur, vt suo muneri satisfaciat: nec rationi congruit, quod percipiat redditus, & nolit onera subire, sed illa adimpleat per interpositam personam expensis aliorum. Veritas tamen est, quòd si Episcopus non posset ob aliquam iustam causam, puta infirmitatis, vel similis, munus prædicationis explere, & eius redditus, dempto eo, quod esset pro substentatione necessarium, non superessent pro soluenda mercede concionatoris, crederem, quòd teneretur populus ad illam soluendam, & in tali casu procedere doctrinam *Abb. & Barbos. loc. citat.*

Alij vero publici Officiales Salarium à
55 Publico recipiunt: Exemplum est † in Salario soluendo Legatis seu Ambasciatoribus seu Agentibus ad Principem à populo missis, argumento *tex. in l. legatus § si quis, ff. de legation. Petr. Nunez de exequen. mandat. par. 2. cap. 10 n 7. vers Quintum exemplum.*
56 Salarium † quoque quod magistris liberalium artium vel medicis deputatur, ex publica pecunia soluendum esse, disponit *tex. in l. ambitiosa ff. de decret. ab ordin. facien.*
57 Item † Salarium, quod datur Doctoribus, seu Aduocatis Ciuitatis, deputandum venit ex pecunia publica, vt post *Bart. in l. 1. C. de præben. Salar. lib. 10. Petr. Nunez in d. tractat. de exequen. mandat. loc. supra citat.*
58 Publicus † etiã sequester, cui Salarium deberi firmant *Rebuff. in l. 109. ff. de verbor. significat. Gutier. de Tutel par. 3. cap. 7. n. 9. cum seqq. Flores de Men. variar. lib. 1. quæst. 7. quæst. 21 §. 3. n. 20. Caldas Pereyr qu. forens. lib. 1. n. 5.* percipere illud debet à Publico, vt post *Angel. in l. interesse ff. de acquir. possess. firmat Nunez loc citat.* Correctores pariter ex bonis communibus Ciuitatis Salariũ consequi debere, dixit idem *Nunez vib proxime n. 9.*
59 Et tandem omnes † alij Officiales, qui Publico seruiunt, seu Magistratibus Publicum repręsentantibus, ab ipso Publico Salarium percipiunt. *Petr. de potest. Princip. c. 6. n. 43. Capic. decis. 27. n. 43. & seq.*

Alij denique sunt publici Officiales, qui à priuatis suam mercedem consequi debent. ex eo, quòd Officialium opera resultet principaliter in ipsorum priuatorum vtilitatem,
60 vt exemplificari potest in † Custodibus messium, aut vinearum, quibus non à Publico, sed à Dominis vinearum, & messium soluendum est Salarium. *Ias. in l. diuortio §. impendia ff. solut. matrim. Petr. Nunez vbi supra n. 23. Rot. coram Card. Seraph.*
61 *decis. 514. n. 3.* Ad † quos pertinet custodia suorum bonorum. *l. Diuus ff. de vsu. & habit. l. quæsitum, § saltuarium ff. de fund. instruct l. si a Domino §. fructus ff. de petit hæred. Bal. in l 1. C. locat. Bar. in l. fin. ff. de impens. in reb. dot. fact. Angel. & Alex. in l. diuortio §. impendia ff solut. matrim.* Nec vlla habetur ratio de commodo, quod secundario prouenit Publico ex tali custodia, cum sic conseruetur in ciuitate abundantia frumenti, & vini, vt in *l. 1. §. cura carnis ff. de offic.*
62 *Præfid.* Nam, † in soluendis Salarijs, habenda

benda est ratio illorum, quorum principaliter intereſt, licèt ſecundario reſultet in publicum commodum, vt in ſimili notat *Bal. in l. rogaſti in princ. ff. ſi cert. petat. & eſt gloſ. in l. ait Pretor §. 1. in verb. meum ff. de eden. & eſt tex. in l. nihil §. fin. ff. de inoffic. teſtam. & gloſ. in cap. 2. verb. detrimentum de pact. in 6. Surd. conſ. 289. n. 9.* vbi quod

63 † Cuſtodibus deputatis ob ſuſpicionem peſtis, merces debeatur à ſubditis, non à Domino loci. & idem firmant *Rip. in tract. de remed. ad conſeruan. vbert. n. 209. Iacob. Leon. conſ. 117. n. 217. poſt conſ. Brun.*

Eccleſiaſtici an, & quando teneantur contribuere collectis impoſitis pro ſolutione mercedis publicorum Officialium.

QVAESTIO V.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtici non tenentur ad onera impoſita à Laycis.*

2 *Immunitatem à ſolutione onerum laycalium habent Eccleſiaſtici à Iure Diuino.*

3 *Layci cogentes clericos ad contributionem onerum per ipſos impoſitorum, ſunt excõmunicati, nec abſoluuntur, niſi præuia reſtitutione eius quod extorſerunt.*

4 *Eccleſiaſtici tenentur ad ſoluendam collectam à Laycis impoſitam pro Salario publicorum officialium. Contrarium n. 5. Declara vt n. 8.*

6 *Collectæ impoſitæ pro Salario officialium publicorum non dicuntur impoſitæ pro onere reali perpetuo, & inuariabili.*

7 *Eccleſiaſtici non niſi ad onera realia perpetua, & inuariabilia tenentur. Declara vt n. 8.*

9 *Eccleſiaſtici tenentur ad onera impoſita pro communi vtilitate, tam Eccleſiaſticorum, quam Laycorum. Declara vt n. 11, & 21. & ſeqq*

10 *Clericus vtens beneficio Laycorum tenetur ſubire onus illi beneficio annexum.*

12 *Clerici habentes prædia tenentur contribuere ad ſolutionem Salary, quod datur ſaltuarijs. Declara vt n. 21. & ſeqq.*

13 *Clerici tenentur ad ſolutionem collectarum impoſitarum pro mercede medicorum, & ſimilium. Declara vt n. 21. & ſeqq.*

14 *Eccleſiaſtici tenentur conferre oneribus impoſitis pro mercede excubiarum ob publicam vtilitatem indictarum.*

15 *Eccleſiaſtici tenentur ad onera laycalia impoſita pro cauſa, quæ reſpicit pietatem. Declara vt n. 21. & ſeqq.*

16 *Studij cauſa dicitur pia.*

17 *Studij cauſa fruitur priuilegijs Eccleſiarum, illiſque æquiparatur.*

18 *Eccleſiaſtici tenentur ad onera impoſita pro Salario debito Doctoribus legentibus in publicis ſcholis. Declara vt n. 21. & ſeqq.*

19 *Eccleſiaſtici tenentur contribuere ad ſolutionem Salarij debiti Prædicatoribus. Declara vt n. 21. ſeqq.*

20 *Eccleſiaſtici tenentur ad contributionem onerum Laycorum impoſitorum pro cauſa pia, vel ipſis vtili æque principaliter. Declara vt nn. ſeqq.*

22 *Eccleſiaſtici quando tenentur contribuere ad onera laycalia, neceſſe eſt quòd Papa conſulatur.*

23 *Eccleſiaſtici quando tenentur contribuere ad onera Laycorum, ſunt compellendi à Superiore Eccleſiaſtico, non autem à Laycis, nec valet conſuetudo in contrarium.*

24 *Conſuetudo reprobata per Canones dicitur corruptela.*

1 Eccleſiaſticas † perſonas non teneri ad gabellas, collectas, impoſitiones, vel quælibet alia onera à Laycis impoſita, eſt concluſio, quæ contradi-

2 ctionem non habet, cum † immunitatem huiuſmodi habeant Eccleſiaſtici ex Iure diuino, vt probatur *Geneſ cap. 24. l. Eſdræ c. 7. Matthæi cap. 17.* Et eſt magis communis, & verior ſententia amplexa nõ ſolum à Theologis, ſed etiam Canoniſtis, & Iuriſtis, vt ex Theologis *Syluester. in verb. Immunitas par. 1. quæſt. 4. ſumm. Angelic. in eodem ver. n. 33. Azor Inſtit. moral. par. 1 lib. 5. cap. 12. quæſt. 1.* Bonacc. *in 8. præcept. Decalog. diſp. 10 quæſt. 2. punct. 1. §. 1. n. 3. Paul. Comit. reſponſ. moral. lib. 1. cap. 97. Suarez in defenſ. fidei lib. 4. cap. 8. n. 9. Layman. in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. c. 8. n. 1. cum alijs plurib. relat. per Dian. reſolut. moral par. 1. tractat. 2. reſol. 1.*

Et ex Canoniſtis *Gloſ. in c. ſi Imperator verb. & diſcuti, diſtinct. 93. Innoc. in cap. 2. de maiorit. & obed. Abb. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ*

Maria, de constitut. & ibidem Felin. n. 8. Cardinalis in c. perpendimus de senten. excommunicat. Lup. de libert. Eccles. quaest. 2. per tot. Leo in Thesaur. fori Eccles. par. 1. cap. 14. n. 1.

Et ex Ciuilistis *Natt. cons. 203. per tot. vol. 1. & cons. 280. n. 5. vol. 2. Bursat. cons. 42. in princ. vol. 1. Euerard. cons. 42. Ceuall. commun. opin. contr. commun. quaest. 550. Surd. cons. 301. n. 52. Rolan. à Valle cons. 23. n. 18. vol. 2. Borell. cons. 74. n. 1. & 2. cent. 1.* Et haec opinio canonizata fuit à S. Rota in Alben Gabellae, seu onerum 28. Iunij 1630 coram bo. me. Merlino, quae est *decis. 339.*
3 *n. 7. par. 6. in recen.* Ita vt si † layci cogant clericos ad contributionem onerum per ipsos impositorum, excommunicationis vinculo adstringantur, ad *tex. in cap. clericis de Immunit. Eccles. Bellet. disquisit. cleric. par. 1. tit de exempt. cleric. & eorum bonor. §. 1. n. 4. vers. quo circa, & n. 5. Ciarlin controuers. forens. lib. 1. cap. 103. n. 4. Carol. de Grass. de effect. cleric. effect. 3. n. 5. & 6. Duard. in Bull. Coen. Domini can. 18. quaest. 6. n. 1. Diana resolut. moral. lib. 1. tractat. 2. resolut. 4. & 39 Rot. d. decis. 339. n. 3. part. 6. recen.* Et non nisi praeuia restitutione eius, quod fuit exactum, absoluantur. *c. quamquam in fine de censib. in 6. clement. praesenti eod. tit. Rolan. d. cons. 71. n. 13. lib. 4. Octau. Glorit. respons. 5. n. 5.*

Veruntamen dantur nonnulli casus, in quibus clerici, aliaeque personę Ecclesiasticę contribuere tenentur ad collectas à laycis impositas, quos casus enumerat *Carol. de Grass. in d. tractat. de effect. cleric. eff. 3. n. 154. & seqq.* apud quem poteris videre. nam cum ad materiam de qua agitur non pertineant, hic referre nolumus. Vnus tamen ad rem nostram faciens non erit om-
4 mittendus, nempe quando † collecta imponitur pro Salario publicorum officialium, quo casu, teneri Ecclesiasticos ad contributionem voluerunt idem *Carol. de Grass. d. eff. 3. n. 271. Decian. cons. 14. per tot. lib. 1. Natt. cons. 280. n. 6. & cons. 311. n. 1. & per tot. Borgnin. Caualcan. decis. 44. sub. n. 100. lib. 1.*

5 Contrariam † tamen sententiam amplexi fuerunt *Lancellott. Gall. cons. 59. n. 45. Ruin. cons. 111. sub n. 11. lib. 5. Bellon. cons. 12. n. 8. Bursatt. cons. 16. n. 17. 27. & 31. Alderan. Mascard. de statut. interpret. conclus. 1. n. 50. Alex. cons. 68. n. 3. vol. 2. Sperell. decis. for. Eccles. 35. n. 9. Ciarlin. controuers. forens. lib. 1. cap. 103. n. 26. Adrian. Negusan. q. 375. n. 9.* Et pro suae opinionis fundamento ad-
6 ducunt quod † huiusmodi collectae non dicantur imponi pro oneribus realibus perpe-
7 tuis, & inuariabilibus, ad † quae tantummodo tenentur Ecclesiastici, vt docent communiter Canonistae in *c. 1. de Immunit. Eccles. in 6. Barbos. de vniuers. Iur. Eccles. l. 1. c. 39. §. 5. n. 57. & seq. Butrig. in c. 1. in fine de censib. Abb. in c. fin. subb. n. 12. de vit. & honest. Cleric. & ibi Imol. n. 16. vers. secus si possessio. Less. de Iust. & Iur. lib. 2. cap. 33. dub. 3. sub. n. 23. Suarez de censur. disputat. 21 sect. 2. n. 99. Azor. Instit. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 13. in princip. Duard. in Bull. Coenae Domini lib. 2. can. 18. quaest. 6. n. 6. Sperell. decis. for. Eccles. d. decis. 35. per tot. & fuit dictum in Brundusina Gabella 13. Febuarij 1604. coram Penia, & in d. Alben. Gabellae, quae est decis. 339. n. 55. par. 6. recen. & in Albiganen. Auenae 12. Februarij 1644. coram R. D. Terracinen. Et in Nouarien. Talearum 11. Decembris 1648. coram R. P. D. Peutingerio*

Sed ista quidem ratio non videtur ada-
8 ptari casui, de quo quaerimus. Nam † licet vera sit conclusio, quòd Ecclesia non teneatur nisi ad onera realia perpetua, & inuariabilia; Tamen intelligenda est procedere quando agitur de soluendis oneribus rebus ipsis, seu bonis impositis antequam ea peruenirent ad manus Ecclesiasticorum; Quando autem quaeritur, An ipsi Ecclesiastici teneantur subire onera à laycis imposita, non erit curandum, an onera sint realia perpetua, & inuariabilia, vt optime distinguit Rota in illa celebri decisione Brundusina Gabellę coram Penia: Sed erit quę-
9 rendum: An † onera imponantur pro communi vtilitate, tã Clericorum, quàm Laycorum; quo casu, Ecclesiasticos teneri ad collectas impositas à laycis, firmant *DD. in c. non minus, & in c. peruenit de Immunit. Eccles. Bal. Salicet. & alij in l. ad instructionem C. de sacrosanct. Eccles. Ancharan. cons. 96. n. 6 Speculat. in tit. de cleric. coniugat. §. 1. n. 3. Remig. in tract de charitat. subsid. quaest. 62. n. 36 & 45. Osasc. decis. 68. n. 5. & decis. 181. n. 6. Festas. in tractat de aestim. & collect. par. 4. cap. 1. n. 15. 18. 32. & seqq. Rolan. cons. 2. n. 1. vol. 4. Menoch. cons. 800. n. 3. 9. 12. lib. 8. Natt. cons. 180. n. 6. Paul. Layman in Theolog. Moral. tractat. 9. cap. 6. n. 7. vers. vide etiam. Molin. de Iust. & Iur. disputat. 672. n. 4.*

n.4. *vers. secunda conclusio.* cum alijs quamplurimis, quos refert, & sequitur *Carol. de Grassis de effect. cleric. eff.3 n.200. & dixit Rota in Corduben Gabellæ 26. Martij 1601.*
10 *coram* Penia. Ea ratione, † quia clericus vtens beneficio laycorum tenetur subire onus illi beneficio annexum, *Bal. in l.1. circa finem C. de contrahen. empt. Abb. cons.6. lib.1. Natt. d. cons.311. n.3. Grass. vbi supra n.273*
11 Quod † difficultatem non habet quotiescumque vtilitas æque principaliter respicit commodum tam Clericorum, quàm Laycorum *Becc. cons.183. n.8. & 31. Castren. cons.424. col. fin.* Secus tamen esset si non æque principaliter, sed in cõsequentiam interesset etiam Clericorum. Tale enim interesse non esset in consideratione habendum, iuxta distinctionem *Abb. in c. non minus de Immunit. Eccles. communiter approbatam, vt dicunt DD. quos refert, & sequitur Azor. Institut. moral par.3. lib.5. cap.19. folio mini 385. & sequen. sub littera* F. cum attendendum sit id, quod principaliter agitur, *l. si quis nec causam ff. si cert. petat.*
12 Infertur ex prædictis, quòd † solutionem Salarij, quod datur Saltuarijs, seu Custodibus agrorum, vel animalium, teneantur contribuere etiam Clerici habentes Prædia *Natt. cons.280. n.6. & cons.311. n.1. & per tot. Castren. d. cons.424. sub n.2 vers. breuiter aduertendum, vol.2. Bursatt. cons.42. n.15. lib.1. Bertachin. de Gabell. par.7. n. 20. Nunez de Auendan. de exequen. mandat. Reg. par.2. cap. 14. n.13.*
13 Eadem quoque ratione† tenerentur Clerici ad solutionem collectarum, quæ imponuntur pro solutione mercedis debitę Medicis, Chirurghis, & similibus, quia eorum opera non minus necessaria, & vtilis est laycis, quàm ipsis clericis. *Bellamer. cons.47 n.1. vers. subdit autem. Borgnin. d. decis.44. sub n.100. lib.1. Castren. cons.424. lib.2. Natt. cons.311. sub n.4. vers. concludit etiam lib. 2. Festas. de collect. par.4. cap.1. n.10. Vrsell. in suis conclusion. legal. concl. 111. sub n.6. vers. subamplia secundo.*
14 Item † conferre tenentur Ecclesiastici oneribus impositis pro mercede excubiarum ob publicam vtilitatem indictarum *Natt. de cons. 311. sub n. 4. Andr. de Iser. in c.1. §. illicitas de Pac. iuram. firman. Luc. de Penna in l. finali col.1 in fin. & col. 3. C. de exact. trib. lib. 10. Caroc. de locat. par.2. tit. de vsufruct. quæst.16. n.8. Io. de Amic. cons.146 n.1. Imol. & Anchar an. in c. non minus de immunit. Eccles. & ibidem Abb. n.18. Vrsell. vbi supra sub d. n. 6.*
15 Erit insuper quærendum, An † onera, ad quæ prætenditur contribuere debere personas Ecclesiasticas, sint imposita pro causa respiciente pietatem; quo casu, teneri ad solutionem collectarum, firmarunt *Layman. de Eccles. Immunit. c.6. n.7. vers. verum vt summus Pontifex Cassan in catalog glor. mund. par.5. considerat.24. n. 162. Ceuall. quæst. commun. con. commun. quæst. 78 n. 6. & seqq. Thesaur. decis.234. n.10. Carol. de Grass. de effect. cleric. eff.3. n.283. Ferrett. de Gabell. n.581. Menoch. cons.800. lib.8. Bursatt. cons. 16. n.23. lib.1. & post. Innoc. Bar. Goffred. & alios consuluit Collegium Taurinen. inter consil. feudal.3. n.4.* Inter quas
16 pias causas cùm † connumeretur illa studiorum, vt per *Bar. in l. 1. in fin. ff. solut.*
17 *matrim.* Ita vt fruatur priuilegijs Ecclesiarum, & Clericorum, illisque æquiparetur *Bal. in l.1. col. 4. vers. Item adde, si scholares ff. solut. matrim. & ibi etiam Ias. n.45. Horat Lut. de Priuileg. Scholar. priuileg. 2. per tot.* hic
18 est quod † teneantur personæ Ecclesiasticę ad onera imposita pro Salario debito Doctoribus in publicis Scholis legentibus *Decian. d. cons. 14. n.19. 25. & seqq. lib. 1. Riminal. Iun. cons.974. n.4. lib.5. Menoch. d. cons.800.16. Borgnin. d. decis.44. n.104. vers. nisi hæc onera lib.1. Carol. de Grass. in d. tractat. d. effect.3. sub n.254. Sperell. in decis. fori Eccles. 12. n. 10.* & habemus Textum expressum in Clementina 1. *de magistr. ibi*: Romæ legentibus per Sedem Apostolicam: in Gymnasio vero Parisiẽsi per Regem Francię in Oxoniensi autem per Anglię, Scotiæ, Hiberniæ, ac Vualiæ: in Bononiensi per Italiæ: in Salamantino per Hispaniæ Prælatos, Monasteria Capitula, Conuentus exempta & non exempta, & Ecclesiarum Rectores, in stipendijs competentibus, & sumptibus volumus prouideri contributionis onera, iuxta facultatum exigentiam imponenda, priuilegijs & exemptionibus quibuscumque nequaquam obstantibus
19 Item † pietatem respicere dicitur Salarium, quod datur Prædicatoribus, & similibus: Ideoque ad illud pro sua rata teneri Ecclesiasticos post plures, quos allegat, firmat *Carol. de Grass. in sæpe allegat. tractat. eff. 3.*

effect. 3. sub num. 251.

20 Ex prædictis igitur habemus † Ecclesiasticos teneri ad contributionem collectæ, quæ imponitur pro mercede illorum officialium, quorum opera vel consistit in pia causa, vel communi Clericis, & Laycis, æque principaliter. *Remig. de Gon. in tractat de charitat. subsid. quæst. 62. n. 36. & 45. Osasch decis. 68. n. 5. & decis. 181. n. 6. Rip. respons. 20. n. 5. & seqq. Menoch. cons. 800. n. 3. 9. & 12. lib. 8. Isern. in cap. 1. v. illicitas n. 36. de pac. iur. firman. vbi etiam Afflict. n. 14. Cened collect. canon. 153. n. 3. lib. 2. Carol. de Graff. de effect. cleric. effect. 3. n. 200. & seqq. Quaran. in summa Bullar. v. vectigal. vers. Item bulla Barbos. de Iure Ecclesf. lib. 1. cap. 39. n. 40. & seqq.* quæ tamen conclusio intelligenda est, quod procedat infrascriptis tribus concurrentibus requisitis, & non aliàs.

21 Et Primo † ad hoc vt Clerici teneantur ad solutionem mercedis talium officialium à Publico deputatorum requiritur, quod ipsi Clerici vtantur illorum operà; secus vero si alios officiales conducerent; tunc namque sicuti commodum non sentirent, ita, nec onus solutionis Salarij subire deberent argumento *Tex. in c. qui sentit de reg. Iur. in 6. & in l. naturaliter ff. eod tit. Rot. in Neapolitana Pecuniaria 22. Iunij. 1648. § quia pretium in fi e coram R. P. D Meltio.*

22 Secundo † potissimũ requiritur, quod Papa consulatur, & ipso consulto, & non aliàs Clerici contribuant *c. non minus, & c. aduersus vbi notat Abb. n. 5. vers. Quarto requiritur de Immunit. Ecclesf. Idem Abb. cons. 13. n. 1 & 2. lib. 2. Molin. de Iust. & Iure disput. 672. in 3. euen. conclus. 1. Azor. Institut. moral. par. 1. lib. 5. cap. 13. quæst. 9. Carol. de Graß. de effect. Clericat. eff. 2. n. 477. Surd. cons. 301. n. 3. & 4. & cons. 449. n. 51. & seqq. vol. 3. Natt. cons. 203. n. 4. & seqq. Castren. cons. 423 n. 2. lib. 2. Ceuall. commun. opin. con. commun. quæst. 899. n. 107. ad finem Sanchez respons. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 5. n. 7. Rot. d. cis. 139 n. 70. par. 6. in recen.* Et iure quidem merito; nam si arbitrio Episcoporum, & Clericorum hoc relinqueretur facile contingeret, quod huiusmodi impositiones per ambitum, & preces Principum & Ministrorum Laycorum, quibus occurrere solent Romani Pontifices, qui non aliter quàm causa cognita istas facultates, vt Clerici contribuant concedere solent, vt dicitur in *d. c. Aduersus de Immunit. Ecclesf. & in d. Brundusina Gabellæ §. Quinto in istis.*

23 Requiritur tandem quod ad soluenda talia onera præfatis requisitis imposita non cogantur Ecclesiastici à Ministris Laycis, sed à suo Episcopo, seu alio Ecclesiastico superiore; Principes enim, & Potestates seculares non possunt se in his intromittere *Innocen. in d. c. non minus n. 6. vers. quod verum credo de sacrosanct. Ecclesf. Guidopap. decis. 18. in fine vers. si tamen dicti viri Anguian. in tractat. de legib. tom. 1. lib. 2. controuers. 15. n. 14. & seqq. Natt. d. cons. 311. n. 4. lib. 2. Carpan. ad statut. Mediolan cap. 250. n. 4. & 5 par. 2. Ferrett. de Gabell. n. 433. Marchabr. cons. 40. n. 143. Surd. d. cons. 301. n. 35. Carol. de Graß. d. effect. 3. n. 296. Bellet disquisit. cleric. par. 1. tit. de exempt. cleric. §. 2. n. 10. vers. & breuiter Ciarlin. controuers. forens lib. 1. cap. 103. n. 29. Antonin. Diana resolut. moral. par. 1. tractat. 2. resol. 41.* Idque procedit etiam adesset consuedo in contrarium, quia

24 † non diceretur consuetudo, sed potius corruptela cum sit reprobata per canones *c. cum venerabilis de Consuetud. Sperell. decis. for. Ecclesf. 133. n. 19. par. 2. Rot. decis. 265. n. 15. par. 5. recen.* Et propterea non valeret, *c. 1. in fine vbi glos. in v. irrationabilis de Constitution. in 6. Hostien. in summa tit. de Consuetud. §. quid sit. consuetudo sub. n. 4.*

Exempti à solutione onerum ob numerum duodecim filiorum an teneantur soluere collectas impositas pro Salario officialium conductorum publicæ vtilitatis causa:

QVAESTIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Numerus duodecim filiorum tribuit parentibus exemptionem à singulis muneribus, & collectis.*

2 *Immunitas ob 12. filios concessa suffragatur Patri, & filijs non solum pro bonis quæsitis, sed etiam quærendis, in futurum. Declara vt n. 3.*

4 *Exemptio concessa ob numerum 12. filiorũ non comprehendit onera iam imposita*

Filij

5 *Filij tam masculi, quàm fœminæ, tam Nuptæ quàm Religionem ingressæ computantur in numerum 12. filiorum ad effectum liberandi parentes ab oneribus.*

6 *Bastardi non computantur in numero 12. filiorum ad effectum eximendi parentes ab oneribus, Declara vt n. 7. & seqq.*

8 *Legitimati filij computantur in numero Duodecim ad hoc, vt pater gaudere possit exemptionibus.*

9 *Immunitas ob 12. filios concessa quando cesset remissiue.*

10 *Numerus duodecim filiorum non excusat parentes à collectis impositis pro oneribus publicam vtilitatem respicientibus, Contrarium n. 9.*

11 *Exemptio ob numerum duodecim filiorum concessa non suffragatur ad effectum se eximendi à collectis impositis pro Salario officialium publicæ vtilitatis causa conductorum.*

12 *Lex generaliter disponens generaliter intelligenda venit, Quod tamen declara vt n. 13.*

14 *Exemptio generalis ab oneribus non suffragatur quando agitur de ijs ob publicam vtilitatem impositis.*

15 *Collectæ impositæ pro communi vtilitate proprie onera dici non possunt.*

16 *Legis dispositio cessat quando non verificatur qualitas per eam requisita.*

17 *Exemptionis verba stricte, & rigorose sunt interpretanda.*

18 *Exemptiones tendunt contra publicam vtilitatem.*

19 *Exemptione vni concessa grauantur alij ad illius portionem.*

20 *Onera imponuntur non singulis vti singulis, sed vti vniuersis, ita vt si vnus eximatur soluantur integrè per alios.*

21 *Salarium si ex forma statuti sit soluendum officialibus publicis à Communitate si vna villa ex priuilegio fuerit exempta tenentur aliæ ad integrum Salarium.*

1 NVmerus † duodecim filiorum acquirit Parenti immunitatem a singulis muneribus tam personalibus, quàm realibus, & etiam ab ijs, quæ personæ pro rebus imponuntur *Glos. in l. si quis Decurio C. de Decurion. lib. 10. Ias. in l. sciendum §. si fundum n. 3. ff. qui Satisdar. cogar. Alex. in l. si cum dotem §. si maritus sub n. 6. ff.* solut. *Matrim. Bursatt. cons. 161. n. 1. lib. 2. Borell. cons. 28. n. 10. Rolan. cons. 52. vol. 2 plene Cacheran. in cōs. 6. per tot. Thesau. decis. 267 à n. 4. & seqq. Nouar. quæstion. foren. par. 1. quæst. 17. n. 1. & quæst. 75. n. 3. Tondut. sanleger. resol. ciuil. lib. 2. cap. 26. n. 1. Osasc. cons. 60*
2 *per tot.* Et † hæc immunitas suffragatur non solum viuente patre sed etiam omnibus filijs parte defuncto, vt latè comprobat *Surd. in decis. 123. per tot.* Et non solùm pro bonis possessis de tempore natiuitatis duodecimi filij sed etiam pro bonis postea acquisitis; & in futurum acquirendis *Menoch. cons. 486. in fine in 4. dubitat. Ricc. in addit. ad Vincent. de franch. decis. 259 Sola de Iure emphit Decret. Licet. par. 3. glos. 2*
3 *n. 19. Osasc. decis. 136. n. 1.* Non † obstante, quòd bona posteà acquisita iam reperirentur in catastro descripta, & sic onerum impositioni obnoxia *Osasc. loc. citat. n. 2. Sala vbi supra d. n. 19.* Dummodo tamen non ageretur de oneribus iam impositis, & indictis eo tempore, quo superuenit priuile-
4 gium, quia † exemptiones cuiuscumque sint generis numquam comprehendunt onera anteà imposita, & indicta. *l. semper §. hoc circa ff. de iure immunit. Io. de Platea in l. negotiantes C. de excusat. muner. lib. 10. Nouar. quæst. forens par. 1. quæst. 75. n. 6. Bellon. Iun. cons. 69. n. 30. & seqq. Ricc. ad d. decis. Vincent. de franch. 259. vers. & dictum beneficium immunitatis Sola in d. tit. de Iure Emphit.*
5 *Decret. licet. p. 3. glos. 2. n. 21.* In † prædicto autem numero duodecim filiorum computantur tam masculi, quàm fœminę etiam nuptæ, & Religionem ingressæ; prout de filijs nuptis loquendo firmarunt *Thesaur. d. decis. 267. n. 5.* vbi quod ita semper viderit obseruari, & de ingressis Religionem siue monialibus *Rolan. d. cons. 52. n. 5. vol. 2. Maran. cons. 81. n. 21.* Et ita decisum fuisse per S. Consilium Neapolitanum testatur, *Vincent. de franc. decis. 532.* Quinimò filij
6 † bastardi, qui ad hunc effectum non computantur *glos. in l. 3. C. de his qui numer. liber lib. 10. Cott. in suo mem. in verb. Bastardi,*
7 computandi essent † si Religionem profiterentur, nam per talem ingressum legitimantur vt consuluit *Io. Franc. à Pont. in*
8 *cons. 16. & 17. per tot.* Et † omnes filij legitimati veniunt computandi ad hoc, vt pater tali exemptione gaudere possit *Bar. in l. si quis ita §. primo ff. de legat. 2. Ruin. cons. 124.*

conſ. 124. *num.* 5. *lib.* 4. *Rolan. conſ.* 67. *n.* 18. *vol.* 3.

9 Huiuſmodi † tamen immunitas ceſſat in aliquibus caſibus, de quibus *Theſaur. d. deciſ.* 267. *per tot. Paſchal. de Patr. poteſt. p.* 4. *cap.* 4. *n.* 25. *& ſeqq.* Quorum vnus applicatur materiæ, de qua agimus, ſcilicet, quan-
10 do † agitur de ſolutione collectarum, quæ imponuntur pro oneribus publicam vtilitatem reſpicientibus ad *tex. in l.* 1. *C. de collat. fund. Patrimonial. lib.* 11. *& ibi Io. de Plat. n.* 6. *Theſaur. d. deciſ.* 267. *n.* 10. *Paſcal de patr. poteſt. d. par.* 4. *cap.* 4. *n.* 28. *& ſeqq.*

Ex quo oritur præſentis quæſtionis reſo-
11 lutio, nempe, quod talis † immunitas non ſuffragetur ad effectum ſe eximendi à ſolutione collectæ impoſitæ pro Salario officialium publicæ vtilitatis cauſa conductorum, vt puta ſi Vniuerſitas conducat Medicos, Magiſtros artium, excubias pro defenſione Ciuitatis, & ſimiles *Marant. conſ.* 81. *& poſt Theſaur dec.* 267. ita fuiſſe iudicatum teſtatur *Capiblanc. in ſuis ſingularibus impreſſ. poſt. Tractat. de Iure Baron. ſingular.* 78. *n.* 135. *Ioan. Maria Nouar. quæſt. forenſ. par.* 1. *q.* 17 *n.* 2.

12 Nec † Aduerſatur opinio, *Rolan. in d. conſ.* 52. *n.* 27. *& ſeqq. lib.* 2. vbi firmare conatur, exemptos tali priuilegio non teneri ad ſolutionem onerum pro vtilitate publica impoſitorum, ea ratione quia priuilegium duodecim filiorum parentes habeant non
13 ex diſpoſitione hominis, ſed legis, cuius † diſpoſitio cum ſit generalis debeat generaliter intelligi *l. in fraudem* §. *fin. ff. de milit. teſta-*
14 *men.* Reſpondetur namque, quod † tunc lex generaliter loquens, generaliter intelligenda veniat, quando non ſubeſt ratio eam reſtingendi *Rot. deciſ.* 172. *n.* 31. *par.* 4.
15 *tom.* 2. *in Recen.* In † caſu vero noſtro ratio reſtingendi talem generalitatem eſt euidens dũ ex huiuſmodi onere vtilitas cõmunis reſultat, quo caſu expreſſe in lege cautum habemus, exemptionem generalem non ſuffragari, vt videre eſt in *d. l.* 1. *C. de collat. fund. Patrimon. lib.* 11. ibi nullus enim ratione debet, ab hoc, quod in commune omnibus profuturum eſt ſeiungi, Vnde videmus, quòd ab huiuſmodi oneribus, nec ipſi Eccleſiaſtici ſunt exempti, licet à Iure diuino exemptionem habeant ab oneribus laycorum, ſed pro eorum rata contribuere tenentur, vt late oſtendimus ſupra *quæſt.* 5.
16 *n.* 9. Et quidem recta ratione, nam † iſtæ collectæ, quæ pro communi vtilitate imponuntur non poſſunt dici propriè onera, *gloſ. in l. licet in verb. Mortis cauſa C. de pact.* Certum namque eſt, quòd ſi Communitas non aſſumeret in ſe onus tribuendi Salaria officialibus huiuſmodi, quilibet teneretur, tam Eccleſiaſticus, quam laycus, & tam exemptus, quam non, huiuſmodi officialium operas conducere proprijs impenſis, & fortaſſe maioribus, quàm ſoluant in communi: Vnde lex concedens exemptionem ab oneribus non poteſt dici conceſſiſſe ab iſtis, in quibus oneris qualitas non verifica-
17 tur, ceſſante namque qualitate à lege ſpecificata ceſſat etiam diſpoſitio ipſius legis, *Bart. in l.* 1. §. *quod autem ait Prætor ff. ne quid in flumin. public. & in l. Prætor la ſeconda* §. *docere ff. de vi bonor. raptor. ſalin. in c.* 2. *de reſcript. Dec. conſ.* 520. *n.* 11. *lib.* 2. *Natt. conſ.* 474. *n.* 31. *Surd. conſ.* 45. *n.* 14. *& conſ.* 130 *n.* 1. *& conſ.* 138. *n.* 1. *Giouagnon. conſ.* 30. *n.* 4. *lib.* 2. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 619. *n.* 18. *& ſeq. Cyriac. controuerſ.* 345. *n.* 5. *Peregrin. in tract. de Immunit. Eccleſ. cap.* 3. *n.* 5. *verſ.* 3. *Cancer. variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 41.

Quæ eo magis admittenda veniunt, attento quòd verſamur in priuilegio exem-
18 ptionis, cuius † verba valdè ſtricte, & rigoroſe ſunt interpretanda vt per *Bal. in conſ.* 112 *in fin. verſ. vltimo quæritur vol.* 1. *quem ſequuntur Caphal. conſ.* 553. *n.* 12. *Lanar. conſ.* 65 *n.* 27. *& in conſ.* 76. *n.* 24. *Car. Bardell. conſ.* 94 *n.* 2. *Bero. conſ.* 148. *n.* 37. *vol.* 2. *ſurd. conſ.* 278
19 *n.* 2. *vol.* 2. cum † exemptiones tendant contra publicam vtilitatem *gloſ. in l. ſi ita ſit ſcriptum in verb. maſculo ff. de legat.* 2. *Caſtren. in l. Maritum n.* 7. *ff. ſolut. matrim. ſurd. cõſ.* 140. *n.* 1. *Dec. conſ.* 32. *n.* 5. *& conſ.* 466 *ſub. n.* 31. *& in l.* 2. *ſub n.* 68. *ff. de reg. Iur. Alex. in cõſ.* 125. *n.* 10. *vol.* 2. *Bero cõſ.* 173. *n.* 67 *vol.* 1. *Arias Pinell. in l.* 3. *n.* 32. *C. de bon. matern. Couarru. in c. Raynaldus in princ. ſub n.* 13. *de teſtamen. Bardell. in d. conſ.* 9.
20 Conceſſa † namque vni exemptione, grauantur alij ad illius portionem, vt per *Scriben. in l. ab omnibus ff. de legat.* 2. *Bal. in l. ſi generaliter ff. de pact. Caſtren. conſ.* 187, *vol.* 2. *Ancharan. in conſ.* 10. *ſub n.* 3. *cum alijs relatis per Falin. in c. accedentes ſub. n.* 22. *de præſcription*, dum onera imponuntur non ſingulis vti ſingulis, ſed ſingulis vti

vniuer-

vniuersis; Ideoque si vnus eximatur, soluuntur integre per alios. *Bal. in c. secundo requiris in fin. de appellat. Ias. in l. Arcus n. 11. ff. de pact. Cardin. in Clementin prasenti quast. vbi de exensib. Felin. in c. accedentes col. fin. vers. octaua conclusio de prascription. Ias. in l. accusatis cobis ff. de pact. Roman. cons. 125. in pr. Dubio Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 2. resol. 60 cas. 34. vers. & fuit dictum, & facit tex. in l. ab omnibus ff. de legat. 1. Surd. in d. cons. 278. n. 10.* Et in terminis Salarij *Alex. in l. si se non obtulit n. 20. ff. de acquiren. possess.* ubi firmat, quod si Salarium publicorum officialium sit soluendum per Communitatem ex dispositione Statuti, si vna villa ex priuilegio fuerit exempta, teneantur alij ad integrum Salarium.

Camera apostolica succedens in Spolijs an teneatur soluere Salaria debita pro seruitijs præstitis Prælato, cui succedit.

QVAESTIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Succedens in bonis defuncti tenetur soluere illius debita.*
2 *Prælatus acquirens post prælaturam, ex bonis Ecclesia præsumitur acquirere.*
3 *Camera Apostolica succedens Prælato in spolijs non tenetur soluere illius debita, Declara vt nu. seqq.*
4 *Filius tenetur soluere debita sui patris.*
5 *Prælatus tenetur soluere debita contracta à suo prædecessore pro seruitio Ecclesia.*
6 *Camera Apostolica tenetur soluere debita contracta pro Salarijs eorum, qui prælato defuncto seruiuerunt, Declara vt n. 12.*
7 *Debita contracta pro substentatione Prælati dicuntur pro necessitate Ecclesia contracta.*
8 *Ecclesia tenetur suo prælato alimenta præstare.*
9 *Altari qui seruit de altari viuere debet.*
10 *Debita contracta pro Salarijs operariorum, qui prælato seruiuerunt pro ipsius Prælati substentatione dicuntur contracta.*
11 *Successor in spolijs tenetur Soluere Salaria debita pro seruitijs præstitis Prælato, cui succedit. Declara vt n. 12.*

1 SVccedens † in bonis defuncti regulariter tenetur ad debita per ipsum defunctum contracta *c. 1. de solution. c. fin de offic. Ordinar. in 6. l. 1. & ibi Bar. C. si cert. petat. l. in controuersia C. de transact. glos. in l. si cum dotem §. penul. ff. solut. matrimon. Bal. in l. quemadmodum ff. de inoffic. testam,* Et faciunt notata in *l. si Curatoris C. de Iure deliberan. & in l. pro hæreditarijs. C. de hæredit. act.* Tamen Camera Apostolica Prælatis, seu Clericis deficientibus succedens in bonis ab eis relictis tamquam Spolijs, stante præsumptione Iuris, quod
2 † quicquid Prælatus post prælaturam acquirit, seu Clericus post adeptionem beneficij ex bonis Ecclesiæ proueniant, & ad ipsam Ecclesiam spectent *c. 1. & c. Præsbiter de pecul. cleric. & auth. licentiam C. de Episcop. &*
3 *Cleric.* Non † tenetur ad debita contracta ab ipsis Prælatis seu Clericis *Rot. decis. 42 de probat. in antiq. Camill. de Medic. cons. 1. n. 19.* Sed illa soluere debent illorum hæredes, qui succedunt in bonis Patrimonialibus, seu acquisitis ante Episcopatum, seu etiam post, sed tamen ex successione, seu donatione agnatorum, & cognatorum obuentis *d. auth. licentiam C. de Episcop. & cleric. Rot. decis. 41. n. 2. in fin. de probation. in antiq.* de quibus bonis possunt Prælati, seu clerici ad libitum disponere *c. 1. c. quia nos & c. relatum il 2. §. cæterum de testam d. auth. licentiam C. de Episcop. & Cleric. Corn, cons. 314 vol. 3.* Ideoque concludendum videtur, non teneri Cameram in spolijs succedentem soluere Salaria debita pro seruitijs præstitis Prælato.

Contrariam tamen quæstionis resolutionem suadet *Tex. in c. finali de offic. ordinar.*
4 *6. & c. 1. de solut.* vbi dicitur, quòd † sicuti filius debita Patris soluere tenetur, ita
5 † Prælatus debita sui prædecessoris contracta pro Ecclesiæ necessitate, & cum præfato textu concordant. *Roman. cons. 430. Gemin. cons. 1. num. 2. & 3. Alciat. cons. 14. num. 6. vol. 1. Bursatt. cons. 226. n. 95. vol. 3. Couarr. var. resolut. lib. 2. cap. 17 nu. 3. Menoch. de Arbitr. Iudic. cas 432. num. 32. & in cons. 64. nu. 20. & seqq. lib. 1. Tiraquell. in tract. de Retract. consanguin §. 15. glos. 1. num. 7. Bellet. disquisit. cleric par 1. tit. de Cleric. debit. §. 3. num. 1. Nauarr. de spolys cleric. §. 10. num. 6. Paris. de resignat. lib. 1. quæst. 16. nu. 49. cum seqq. Hieron. Comitol.*

obstante, quod pro parte donatariorũ allegaretur, esse donationem remuneratoriam, quam Prælatus facere poterat, etiam in præiudiciũ sui successoris, vt in *d.c. illud 16. quæst.6.* & ratio reuocationis fuit, quia dicta donatio excedebat fines meritorum.

49 Ideoque † ad hoc, vt donatio remuneratoria à Prælato facta teneat, debet esse iuxta seruitij meritum. *c. ad hæc, & c. relatum il 2. §. licet de testam. Ias. in d. l. ex hoc*

50 *iure n. 6. ff. de Iust. & Iur.* Insuper † nulla esset donatio à Prælato facta, etiam ob benemerita, si donasset immobilia Ecclesiæ *Castren. in l. iubemus C. de sacrosanct. Eccles.* Et dicemus infra *in quæst. 19.*

51 Quintus, & vltimus casus est † in Iudice qui potest ex iusta causa Salarium constituere, *Bar. in l. comperimus C. de nauicul. lib. 11. Guidopap. singul. 698. vers. Iudex. de nouo. Caroc. de locat. & conduct. p. 1. tit de mercede iudiciali quæst. 7. n.82. in fin. vers.*

52 *potest etiam*, prout † videmus, posse constituere Salarium notarijs, siue sit Iudex ordinarius, siue delegatus: dummodo ipse cum notario de illo Salario non participet. *summa Angelic. in verb. Iudex. n.17. vbi Adden. littera C.*

Quisnam teneatur soluere Salarium.

QVAESTIO IIII.

SVMMARIVM.

1 *Salarium soluendum est ab eo, qui aliquid fieri mandat.*

2 *Quod procedit etiamsi mandatum respiciat commodum tertij. Declara vt num. seqq.*

3 *Administratores non debent soluere de proprio Salaria officialibus, qui de mandato eorum suas operas præstiterunt ad fauorem administrati, Declara vt nu. seqq.*

4 *Damnum quis sentire non debet ex eo, ex quo lucrum non capit.*

5 *Tutor constituens actorem pupillo cum certo Salario absque necessitate, soluit Salarium de proprio.*

6 *Decretum Iudicis requiritur in constitutione actoris facienda per tutorem pupillo; cum remittatur arbitrio Iudicis, an talis constitutio sit necessaria.*

7 *Tutores non possunt constituere actorem pupilli absque legitima causa. Contrarium n.8. Dic tamen vt n.9.*

10 *Perito à Iudice electo ad terminandam aliquam difficultatem ad legalem scientiam non pertinentem, soluendum venit Salarium à partibus litigantibus pro rata.*

11 *Peritus electus à Iudice ordinario ad diffiniendum articulum Iuris, consequitur Salarium ab ipso Iudice. Declara vt n.13.*

12 *Iudices ordinarij esse debent legalis scientiæ periti.*

14 *Peritus deputatus à Iudice delegato motu proprio consequitur Salarium à partibus litigantibus. Declara vt n.15.*

16 *Peritus deputatus à Iudice delegato ad alicuius partis instantiam, consequitur Salarium ab eo, qui pro deputatione institit.*

17 *Aduocatus deputatus à Iudice ad defendendas rationes alicuius litigantis, consequitur Salarium ab ipso litigante, si diues sit: si vero est pauper, à publico.*

18 *Salarium operarijs soluendum non est ab eo qui aliquid fieri mandat, sed ab eo, cuius culpa mandatum fit.*

19 *Salarium debitum Barisellis, seu alijs Executoribus deputatis ad capiendum malefactorem, soluendum est ex bonis ipsius malefactoris, & quid in hoc praxis obseruet n. 20. 21. 23. & 24.*

22 *Sententia habet pro se præsumptionem iustitiæ, & validitatis.*

25 *Custodes Rei, qui remittitur à Iudice ad Principem, ad quem appellauit, consequuntur Salarium ab ipso Reo*

26 *Clericus si instet se remitti ad Iudicem suum remissio facienda est eius expensis.*

27 *Episcopus petens sibi remitti Clericum suæ diœcesis, tenetur ad expensas in remissione faciendas. Declara vt n.28.*

29 *Custodes appositi reo ob infirmitatem à vinculis relaxato, ab ipso reo Salaria consequuntur.*

30 *Iudex apponi mandans custodes carcerato, prius exigat cautionem à carcerato de præstando Salarium custodibus.*

31 *Officiales exercentes officium ad Principem spectans, ab ipso Principe Salarium consequuntur.*

32 *Iudices habere debent Salarium à Principe. Contraria opinio refertur n. 38. Declara, vt n.39. & seqq.*

33 *Principis munus est, in suis Principatibus iustitiam*

stitiam administrare.

34 *Principes appellari solent Iudices.*

35 *Principes tributa recipiunt ob administrationem iustitiæ.*

36 *Tributa dicuntur stipendia constituta Principibus, vt iustitiam faciant.*

37 *Princeps non potest imponere noua vectigalia pro administranda iustitia, sed eam seruare debet ex redditibus Principatus.*

39 *Subditi tenentur ad onera personalia.*

41 *Princeps, qui vult facere per ministros id, quod ex persona propria tenetur, Salaria ipsis ministris soluere debet.*

42 *Cancer. variar resolut lib. 3. cap. 13. n. 55. declaratur.*

43 *Iudex datus à Principe ad instantiam partium litigantium, ab ipsis litigantibus Salarium consequi debet.*

44 *Salarium Iudicis soluendum est à subditis, si talis ad sit consuetudo.*

45 *Salarium Iudicis soluendum est ab vniuersitate quando Principis redditus vix pro eius substentatione sufficiunt.*

46 *Et posset tali casu cogi communitas ad imponendam collectam.*

47 *Officialibus retentis ad expurgandam Ciuitatem latronibus, & maleficis, soluendum est Salarium à Principe.*

48 *Redditus Principum sunt quasi stipendia eis constituta pro administratione iustitiæ, ita vt si eam non administrent, teneantur ad restitutionem.*

49 *Stipendia militibus Princeps de proprijs redditibus subministrare tenetur.*

50 *Episcopi tenetur soluere de suo Salaria debita Prædicatoribus, Confessoribus, & similibus. Declara vt n. 52. & 54.*

51 *Prædicandi munus spectat ad Episcopum.*

53 *Prædicator pro quadragesima, quando dubitatur, cuius expensis sit conducendus, debet interim Episcopus conducere illum proprijs expensis.*

55 *Legati, Ambasciatores, seu Agentes ad Principem à Populo missi, consequuntur Salaria à publico.*

56 *Salarium quod deputatur magistris liberalium artium, & medicis, soluendum est a publico.*

57 *Salarium quod Doctoribus, seu Aduocatis Ciuitatum debetur, soluendum est a publico.*

58 *Sequestro publico debetur Salarium, illudque a publico soluendum venit.*

59 *Officiales omnes Publico, & Magistratui seruientes, Salarium a publico consequuntur.*

60 *Custodibus messium, & vinearum soluendum est Salarium a Dominis vinearum & messium.*

61 *Custodia bonorum spectat ad Dominum.*

62 *In Salarij solutione babenda est ratio illorum, quorum principaliter interest, licet secundario resultet in publicum commodum.*

63 *Custodes deputati ob suspicionem pestis recipere debent Salarium a subditis, & non a Principe.*

VT magis dilucide appareat huius quæstionis resolutio, facienda venit distinctio officialium, qui priuatis seruiunt & illorum, qui publico officio sunt præpositi. Quotiescumque enim sumus in officialibus seu operarijs inseruientibus per-
1 sonis priuatis, regula est, quod † Salarium soluendum sit ab eo, qui aliquid fieri mandat. *l. salarium ff. mandati l. diu ff. de var. et extraord. cognit. Lurea decis. Granaten. 85. n. 10*
2 Etiamsi † ministerium personæ, quæ mandatum recipit, alium iuuaret. *Signorol cons. 45. in princip.* Dummodo tamen non versemur in mandato facto à tutore, curatore, aut
3 alio simili administratore, † ad quos certum est non spectare onus solutionis Salarij, sed ad illos, ad quorum fauorem, & vtilitatem fuit ab administratoribus factum mandatum operarijs. *Guttier. de tutel lib. 3. cap. 2 n. 20. cum seqq Domaud. in tractat de tut. & curat. cap. de mercede §. 1. n. 46. Munnoz de ratiocin. administrat. cap. 27. sub n. 35. vers. si tamen quæstio.* vbi de Salario præstando procuratori, sollicitatori, vel alio simili, qui negocia pupilli tractauit de mandato tutoris vel curatoris. & *n. 37.* vbi de Salario præstando præceptoribus, qui de mandato tutorum pupillos artes liberales docuerunt *Caroc. in tractat de locat. & conduct. tit. de. administrat tutor. quæst. 3. n. 48. Caualcan. de tutore sub. n. 275. Roman. cons. 225. & est text. in l. cum pluries § cum tutor ff. de administrat. tut r* Aliàs enim tutori officium su-
4 um esset damnosum, & † eius ex quo lucrum non caperet, damnum sentiret, contra regulam *tex in l. 1. §. si pupillis, vers. item ff. de*
5 *tutel. & ration. distraben.* Intelligendo † tamen semper, dummodo necesse fuisset, illum

lum actorem constituere pro seruitio pupilli: nam aliàs soluendum veniret ab ipso tutore, nec in calculo redditionis rationum reciperetur. *Munnoz de ratiocin. vbi supra*
6 *sub num.* 35. Quando † autem dicatur necessaria huiusmodi Actorum constitutio, erit remittendum Iudicis arbitrio, cuius decretum creationem praecedere debet. *l. decreto ff. de administrat. tutor. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 4. n. 1. par. 1. Munnoz vbi supra n. 35. circa medium, vers. & proculdubio.*
7 Non † enim permissum est Tutoribus creare actores ex eorum mera voluntate, sed tantum ob imminentes causas, puta infirmitatis, absentiae, nobilitatis, & alijs huiusmodi. *§. finali instit. de curat. Bar. in l. Actor. vers. tertio quaero ff. rem rat. hab.*
8 Et † licet idem *Bar. in d. l. decreto ff. de administrat. tutor. quem sequuntur Caroc. in d. tractat. tit. de administrat. tutor quaest. 3. n. 40. Caualcan. d. tract. de tutor. n. 211. Damaud. de tutor. & curat. cap. de Mercede d. §. 1. n. 44. & 49. Gutier. de tutel. lib 3. c. 2. n.* 20. voluerit, quod possit tutor actorem constituere ex sua mera voluntate: Tamen
9 † magis prudenter sibi consulet tutor, si aliquam quantumcunque generalem exprimat causam, vt quia negocia pupilli sint diffusa, vel ob impedimentum rei familiaris, absentiam futuram, & similia. *l. Thais §. 1 ff. de fideicommissar. libert. l. si longius ff. de Iudic. Vantius de nullitat. ex defect. inhabilit. seu mandat. comparen. sub n. 147 vers. consultius tamen. Ioseph Ludouic d. decis. 4 sub n. 1. Munnoz de ratiocin. loc. citato sub d. num. 35. post princip. vers. consultius tamen.*
10 Neque † minus locum sibi vendicaret regula supra firmata, nempe, quod Salarium soluendum veniat ab eo, qui aliquid fieri mandat, etiamsi respiceret commodum tertij; quando versaremur in mandato facto à Iudice alicui perito, qui non ab ipso Iudice, sed à partibus litigantibus Salarium consequeretur, quotiescunque iste peritus qui mandatum reciperet, esset necessarius ad definiendam aliquam difficultatem, quae non concerneret scientiam legalem: vt puta si deputetur calculator ad solidanda computa, scriptor ad dignoscendam identitatem vel diuersitatem manus, Medicus, vel Chirurgus ad cognoscendam infirmitatem, & similes: quibus soluendum venit Salarium à partibus colligantibus pro rata. *Larrea decis. Granaten. 85. n. 10. lib. 2. Garz. de expens. cap. 21. n. 8. Signorol. de Homod. cons. 47. Tusc. practicar. conclus. littera S. conclus. 12. per totam.*
11 Si † vero peritus eligeretur ad definiendum articulum ad legalem scientiam spectans; erit videndum, an Iudex, qui peritum deputat, sit ordinarius, vel delegatus: & si erit ordinarius, debebit de proprio tali perito Salarium soluere. *c. quia cognouimus 10. quaest. 3. Syluester in summa in verb. Iudex 1. sub nu. 15 vers. Assessor vero Ordinarij.*
12 Et ratio est, quia † talis Iudex debet esse legalis scientiae peritus, vt notant *DD. omnes in c. cum ab omni, de vita & honest. Clericor. summ. Angelic. in verb. Iudex n. 16.*
13 Dummodo † tamen talis Iudex non elegerit peritum ad instantiam alicuius ex partibus litigantibus: tunc namque Salarium soluendum erit ab eo, qui institerit causam expediri cum periti consilio, *Speculat in tit. de Assessor. §. Salarium, vers. quod si alter litigatorum Bald. in l. Praetor ait §. 1. ff. de eden. & in l. 4. §. in Iudicio ff. fin regundor. Bar. & Alex. in l. si postulasti in fin. ff. de adult.* At
14 † si Iudex sit delegatus, non tenebitur soluere de proprio Salarium peritis ab ipso motu proprio deputatis, *c. statutum §. Assessorem de rescript. in 6. Angelic. vbi supra sub n. 16. vers. Delegatus. Syluester in summa verb. Iudex. 1. sub n. 15. vers. nec obstat:*
15 Dummodo † fraudolenter non deputauerit: vt puta, quia dixerit se indigere perito, cum re vera non indigeret; sed id fecerit ad effectum, vt partes vel earum alteram grauasset, vel vt amicis seruiret, vel vt se ipsum exoneraret, quod facere non debet, *d. c. statutum §. Assessorem, & ibi glos. in verb. fraudolenter de rescript. in 6. Angelic. vbi supra sub d. n.* 15. Nam si fraudolenter deputauerit, ad ipsum Iudicem spectabit soluere Salarium, non autem ad partes litigantes, vt expresse habetur in *d. §. Assessorem, ibi, Alioquin de suo proprio prouidere teneatur idem.*
16 At † si non motu proprio, sed ad alicuius partis instantiam peritum deputauerit, onus soluendi Salarium ad illam partem spectabit, quae pro deputatione institit. *Bar. in l. si postulauerit ff. ad leg. Iul. de adulter. Ias. in l. Praetor ait §. 1. n. 10 ff. de eden. Sur. de aliment. tit. 1 quaest. 63. n. 4. Speculat. in tit. de Assessor §. Salarium vers. Quid ergo si alter litigatorum*

rum Boer decis. 307. sub n. 5. Grauat. ad Vestr. lib. 6. sub n. 14. Crot. in tractat. de Testibus n. 412. Gratian. disceptat. forens. cap. 55. n. 43 & cap. 57. n. 2 & latius Xamar de offic. Iud. p. 1. quæst. 19. n. 59 & latius de hoc dicemus infra in 2. parte cum agemus de Salario Assessoris

17 Item † falleret regula prædicta quando versaremur in mandato facto à Iudice Aduocatis ad hoc, vt alicuius litigantis rationes tuerentur, quod iudicibus facere licitum est, vt in l. 1. ff. de postulan. Nam, non ad ipsum Iudicem spectabit Salarium soluere, sed ad illam partem, pro qua Aduocatus suas operas impendit, vt per. glos. in d. l. 1. verb. non habebunt ff. de postulan. Et in casu, quo illa pars, pro qua Iudex Aduocatum deputauit esset pauper; ita vt non posset de proprio salarium soluere, talis Aduocatus consequeretur salarium à publico, vt per glos. in d. verbo non habebunt vers. Sed quid si est pauper clientulus.

18 Pariter † prędicta regula locum sibi non vendicaret quādo fieret mandatū culpa alicuius, quia tunc Salarij onus spectat ad eum, cuius culpa fuit factum mandatum, vt post Garz. de expens. & Menoch. de arbitrar. quos alleg. et firmat Larrea decis. Granaten. 85. n. 10 vers. nisi alicuius. Et hæc limitatio exem-

19 plificari potest † in mercede debita Barisellis, seu alijs executoribus à Iudice deputatis ad capiendum malefactorem. Talis namque merces, sicut alię expensę necessariæ, soluendæ, veniunt non ab ipso Iudice, sed ex bonis ipsius malefactoris, qui expensis causam dedit, vt notat Bar. in l. Corneli. ff. ad Syllan. & Angel. l. Cornelia §. liberum ff. de iniur. Petr. Nunez de Auēdā. in tractat. de exequē. mādat.

20 reg. p. 2. cap. 10 n. 14. Licèt † praxis obseruet, quod non statim accusatus cogatur ad tales expensas, cum multoties accusentur ij, qui omnino culpa carent; ideoque, donec accusatus nō appareat malefactor, cogitur ad expensas capturæ ille, ad cuius instantiam fuit captus, & deinde à reo condemnato illas recuperat, vt post Ioan. de Plat. in l. finali C. de erogat. Milit. Anno. li. 12. Petr. Nunnez vbi supra sub d. n. 14. vers. &

21 licet Iure communi. Quod † tamen intellige verum, quando quis capitur antequam fuerit declaratus reus criminis, quo fuit accusatus: secus verò si ante capturam præcesserit sententia, etiam in contumaciam lata declarans accusatum reum esse criminis,

Tali namque casu, cùm cesset dubium an vere accusatus delictum commisserit, vel

22 non, Cùm † saltem præsumptio stet pro iustitia, & validitate sententiæ. l. Ingenuum ff. de stat. homin. Cagnol. in l. res iudicata n. 1 ff. de regul. iur. Rota coram Cardinali Seraphino decis. 1073 n. 6. & coram Buratt. dec. 334. n. 9. statim cogendus esset reus ad solutionem expensarum, vt optime distinguit Auendan. in d. tractat. de exequen. mandat. reg. par. 2. cap. 10. sub n. 14. vers. Quam opi-

23 nionem. At † si reus non haberet in bonis, vnde solueret, tunc expensas huiusmodi subministrare deberet ille, ad cuius instantiam fieret captura, quia eius negocium agitur vt, in l. mulier in opus salinar um ff. de captiu. & postlimin. reuers. & not. at. Bal. in c. 1.

24 vers. hic finitur lex in vsibus feudorum, Et † si neuter ipsorum habeat in bonis tunc essent subministrandæ ex publico ærario ipsius loci in quo fuit commissum delictum, Couarr. practicar. quæst. cap. 11. sub. n. 11. Munnoz. de Escobar. in tractat. de ratiocin. administrat cap. 26. n. 13.

25 Aliud † exemplum sub allata limitatione militans esset, si Iudex remitteret aliquem reum ad aliū Iudicem superiorem, ad quem reus appellauerat; nam, cùm talis remissio sit facienda sub tuta custodia, ita requirens officium Iudicis remittentis, qui alias puniretur pœna, de qua in §. si quis Auth. vt nulli Iudic. Parid. de Put. in tractat. de Syndicat. in verb. remissio, Boer. decis. 303. in fin. Merces custodibus debita non ab ipso Iudice custodiri mandante, sed a reo, cuius culpa mandatum fit; venit soluenda; vt notat Bal. in l. generaliter §. bis de præsentibus C. de reb. cred. & iur. iur. Adden. ad Cappell. Tholos. quæst. 100. & quæst. 274. Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 228. n. 7. & 8. Vb

26 quòd † idem fit in Clerico petente se remitti coram Iudice suo, quia talis remissio ipsius petentis expensis facienda veniret, vt late comprobat, Boer. in d. decis. 303. n. 1. 11. 12. & per totam salicet. in l. eos. C. de appell.

27 Si † verò remissio non esset facienda ad instantiam ipsius Clerici, sed ad instantiam Episcopi suam Iurisdictionem tueri volentis ad ipsum Episcopum spectare onus soluendi Salarium, voluit Menoch. de Arbitrar. d. cas. 228. n. 23. post Boer. in d. dec. 303. n. 12.

28 Praxis † tamen obseruat quod siue instet pro remissione reus, siue, Episcopus vtro-

que casu expensæ pro remissione soluantur ab ipso reo, si ipse habeat vnde soluere possit; si verò non sit soluendo, remissio fit expensis Episcopi, vt testatur *Ricc. in prax. rer. quotidianar. for. Ecclesiastic. resolut 76. lib. 2. Boer. dicta decis 303. n. 12.* dummodo Iudex laycus non esset morosus in facienda remissione; quia si requisitus renueret, teneretur postea proprijs expẽsis remissionẽ facere, vt post *Aufr. in addad Cap. Tholos. dec. 274. Sperell. decis. for. Eccles. tom. 1. decis. 18. num. 12.*

29 Tandem † ad limitationem prædictam referendus esset casus, in quo per Iudicem adijciuntur custodes alicui malefactori incarcerato, qui ratione infirmitatis esset à vinculis relaxandus: de ipsius namque malefactoris substantia essent custodibus soluenda Salaria. *Ias. in leg. si super n. 6. C. de transaction. Boer. decis. 85. n. 11. Munnoz. de ratiocin. d. cap. 26. n. 12. & 13.* Vbi

30 † admonet Iudices, quòd in appositione similium Custodum cogant delinquentes ad præstandam cautionem pro solutione Salarij, ne de suo teneantur soluere. *Ioan. de Plat in d. l. fin. C. de erogat. milit ann. lib. 12 Put. de Syndicat. in verb. carcer. cap. 4. n. 3. Petr. Nunnez d. tract. de exequen. mandat. Reg. part. p. cap. 20. n. 15. & par. 2. cap. 10. n. 14. Menoch d. cas. 228. n. 6. & 9.*

Quando autem versamur in officialibus, qui publico officio sunt præpositi, isti quandoque habere debent Salarium à Principe, aliquando à publico, & nonnunquam à priuatis personis, habita ratione qualitatis

31 officij. Nam † si officium sit tale, vt eius exercitium spectet ad Principem, ab ipso Principe officialibus suas vices exercentibus soluendum erit. *Rolan à Valle cons. 1. n. 55. vol. 1. Mastrill. de Magistrat c. 21. n. 17 l. 1.*

32 Exemplum esse potest in Iudicibus, † qui Salarium à Principe habere debent, vt *in §. oportet, & ibi Glos. in verb. ministratis & in §. festinabis, & § illud Auth. de mandat. Princip. collat. 3. & in §. maxime Auth. de Quæstore collat. 6. Peregrin. cons. 13. n. 5. vers. secundo quod & si. Io. Baptista Rugin. practicar quæst. cap. 46. n. 71. Vasquius controuers. Illustr. person. lib. 1. cap. 1 n. 2. & si Rolan. cons. 1. n. 54. & seq. vol. 2. Bim ius*

33 *cons. 103. n. 10. vol. 2.* Ad Principes † enim spectat in suis Principatibus Iustitiam administrare. *c. Regum. 23. quæst. 5. ibi, Regum officium est proprium, facere iudicium, & iustitiam. Afflict. decis 265. n. 80. Peregrin. de Iure fisci lib 1. tit. 1. sub n. 10. Fulg. cons. 20.*

34 *in fine.* Vnde † merito iudices appellari solent. *Sot. de Iust. & Iure lib 5. quæst. 4. art. 4. vers. ad quæstionem. Luc. de Penna in l. contra publicam n. 67. C. de re milit. lib. 12. & in l. 1. n. 17. C. ne rustic. ad vll obseq. lib. 11. cum alijs relatis per Garz. Mastrill. in tract. de Magistrat. lib. 3. cap. 1. n 2.* Et hoc ex munere, & natura Principatus, vel ex inuestituris Principum Supremorum, in quibus vt plurimum imponitur feudatarijs onus Ius dicendi, & debitam iustitiam ministrandi, & quidem suis expensis *l. suo victu, ff. de oper. libert.* Cùm † non aliam ob

35 causam ipsi recipiant vtilitates iurisdictionales, & tributa. *l. 1. C. de Anno, & tribut. lib. 10. Molin. de Iust. & Iure tract. 1. 2 disput. 25. sub littera D. vers. cum autem.*

36 Quæ † quidem tributa sunt stipendia ad hoc Principibus constituta, vt iustitiam faciant. *D. Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 7. in conclus. Afflict. decis. 265 n. 81. Luc. de Penna in l. neminem, C. de suscept. & arca lib. 10. Mastrill. de Magistrat lib. 3. ca. 1. n. 52. Segur in director. Iudic. par. 1 cap. 14. n. 3. Munnoz de ratiocin. administrat. cap. 25. n. 13.*

37 *& 14.* Vbi quod † non possit Princeps imponere noua vectigalia pro administranda iustitia, sed eam debet seruare ex redditibus Principatus. *Foler. in sua praxi criminali verb. notatus capiat n. 22.*

38 Et † licet *Anguissol. cons. 19. lib. 1.* contrarium senserit, dum consuluit, onus soluendi Salarium Iudicibus spectare ad subditos, ad quorum commodum ius dicitur, & Iustitia administratur; considerans, quòd

39 † hoc sit onus personale, ad quod subditi tenentur, *Bar in l. libertus §. sola ff. ad municip. Rolan. cons. 1. n. 10. vol. 2. Peregrin d. cons. 13. sub n. 5. vers. secundo, quod & si*

40 *in fin lib. 1.* Anguissolæ † tamen opinio est communi sententiæ contraria, nec habet subsistentem rationem. Parum namque refert, quòd collecta, quę imponitur pro officialibus publicis, dicatur onus personale & propterea ad illud subditi teneantur: nam hoc procedit, quando collecta imponitur pro Salario illorum officialium, quibus non spectat ad Principem subministrare Salarium. secus vero quando sumus in officialibus, qui ab ipso Principe Salarium consequi debent, quia eius vices exercent: quoties-

41 quotiescumque enim † Princeps ea, quæ facere tenetur ex propria persona, vult facere per ministros, illis de suo debet Salaria soluere. *Greg.Valent. de Iust. & Iur. lib.3. disput.5 quæst.7. §.5. vers de hac re, cum alijs quos refert, & sequitur Mastrill. in d. tractat. de Magistrat lib.1. cap.21. num.22.*
42 Et † sic respondetur etiam *Cancerio var. resol. par. 3. cap. 13. n. 55.* vbi dicit onus Salarij publicorum officialium spectare ad subditos, post *Petr. in tractat. de potest. Princip. cap.6 n.43.* Nam intelligitur de illis, qui Principum vices non gerunt.

Et hæc absque difficultate procedunt, tribus exceptis casibus. Quorum primus est
43 † quando partes peterent, aliquem particularem ipsis in Iudicem dari, tunc namque ab ipsis partibus, & non à Principe soluendum erit Salarium Iudici. *summ. Angelic. in verb. iudex 1. quæst. 8. 9. & 10. Petr. Nunnez vbi supra d. cap.2. n.8. & seqq. Garz. de ex-*
44 *pens. cap. 21. n. 5.* Secundus † casus est, si adesset consuetudo, quòd subditi, ad quorum commodum iustitia administratur, Salarium Iudicibus soluant; nam tunc talis consuetudo est seruanda, vt post *Specul. in tit. de Salar. Iudic. n 13. Anguiss. cons 19. n.9. Iacob de Gell. in tract. de Adoa n.5. Bimius d. cons.103. n.54. Petr. Nunez in d. tractat. de exequend. mandat. reg. cap.10. n.3. & seqq. Burg. de Paz cons.48. per tot. Flor. Diez variar. quæst. lib.1. quæst 8. n.7. & 10. in fine sequitur Mastrill. d. cap.21. n.25. Decian. cons.41. sub n.80. lib.2 Peregrin. d cons 13*
45 *sub n.5.* Tertius † casus est, quando redditus Principis essent adeo tenues, vt vix sufficerent pro illius victu; tunc enim Princeps non teneretur præstare Salarium Iudicibus sed soluendum esset ab vniuersitate. *Luc. de Penna in l. Annonas col.2. in fin. C. de erogat. militar. Annon. lib.12 Iacob de Gell. in d tractat. de Adoa. n.4. Menoch. cons 1047. n.5.*
46 *lib.11. Mastrill vbi supra n.26.* Et † posset Communitas cogi ad imponendam collectam. *Cyn. & Bal. in l. neminem C. de sacrosanct. Eccles. Francisc. Lucan. de Priuileg. fisci par. 3. principali sub n.4. vers. Item Vniuersitas. Luc. de Penna in l. finali quæst. 12. C. de quib. muner. Munnoz de ratiocin. administrat cap.25. n.23. & seq.*
47 Ad † Principem quoque spectat Salarium soluere ijs officialibus, qui retineri solent ad expurganda loca maleficis, & latronibus: quod facere nulli dubium est, quin ipsius Principis munus sit, cum ad hunc effectum habeat tributa, & redditus Principatus, ideoque debet proprijs pecunijs id agere absque aliquo subditorum onere, seu grauamine, vt per *Bart in §. nullo n.2. Auth. de Iudicib. Petr. Nunez in d. tractat. de exequen mandat. c.17 Rolan. a Valle cons.1. n.56 lib. 2. post Luc. de Penna in l.1. C. ne rustic.*
48 *ad vllum obseq. deuoc. lib.11.* Et si hoc Principes non faciunt, ita vt per eorum defectum latrones increscant, tenentur ad restitutionem redditiuum, quia illos habent quasi stipendia ad hoc instituta, vt iustitiam conseruent in terra. *D. Thom. 2. 2. dicta quæst. 67. art. 7.*
49 Item † stipendia militum Princeps tenetur subministrare de proprijs pecunijs, quia ad ipsum spectat aduersus inimicos classem parare, & sua ope, industria, diligentia, & expensis facere debet, vt tuta, & secura Ciuitas quiescat, vt in *l. 1 C. de Classib. lib 11. Ias. in l. diuortio §. vltimo ff solut. matrimon. Catellia. Cotta in memoriali verb. fortalitium, & verb Iudex. Munnoz de ratiocin. cap.25. sub. num.5. vers. contraria tamen.*

Nec prædicta locum habent tantummodo in Principibus secularibus; verum
50 etiam in Ecclesiasticis, vt † in Episcopis, & alijs Prælatis, qui tenentur de suo Salaria debita publicis officialibus, vt puta Prædicatoribus, Confessoribus & similibus subministrare, vt expresse disponitur in *c inter cætera, vbi Abb. Bal. & alij de offic. Iudic. ordinar. Segur. in director. Iudic. par.1. cap.14. n. 3. Mastrill vbi supra n 21. Petr. Nunez in d. tract par.2 c.10. n 27.* Et ratio est eadem, quam assignauimus supra in Principi-
51 bus laycis; Nempe, quòd † ad ipsos Episcopos spectet munus prædicandi. *Abb. in d. c. inter cætera n.1. Felin. in c excommunicamus n.3. de hæretic. Sbroz. de offic. Vicar. lib.2. c.21 n.1. Campanil. in diuersorio Iur. canonic. rubr. 12. cap.13. Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 3. allegat. 76. n.1. Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas.424. n.1. & habetur in S. Concil. Tridentino sess. 5. cap.2. de reformat.* dum per alios hoc munus propter aliquam causam volunt explere, tenentur de suo Salaria subministrare. *Barbos. vbi supra n.16.* Et
52 † hæc est communis sententia, quotiescumque non adsit consuetudo, quòd à Populo, vel

vel ex publico Ciuitatis ærario, Concionatori merces soluatur; nam tunc talis consuetudo esset omnino seruanda *Armendar. in addit. ad recopilat. legum Nauarræ lib. 4. tit. 30 de Prædicator. S. Scriptur. n. 24. lib. 3. Gallet. in Margarita casuum conscientiæ in verb. Prædicatores 1. Barbos. in d. tractat. de offic. & potestat. Episc. p. 3 alleg. 76. n. 12. & facit Concil. Trid. sess. 24. cap. 4. n. 5. de reformat.* vbi mandat deputandos esse Concionatores expensis eorum, qui eas præstare te-
53 nentur, vel solent. At † si onsuetudo esset dubia, & ignoraretur, uorum sumptu conducendus veniret concionator pro quadragesima; tali casu, donec definiretur huiusmodi quæstio, deberet Episcopus concionatorem de proprio conducere, *Armendar. vbi supra n. 4. Barbos. loc. citat. n. 15.* vbi quod ita aliàs decisum fuerit. *Zerol. in praxi Episcopali par 1. verb. prædicatio §. 7.* Quando vero nulla adsit consuetudo, Episcopus soluet de proprio, si habeat redditus
54 sufficientes: Si † vero Ecclesiæ redditus non sufficiant, quòd teneatur Populus Prędicatori mercedem soluere, voluit *Abb. in d. c. inter cætera n. 3. Barbos. loc. cit d. n. 16.* vbi quòd sit rationi consonum prædicatores tali casu ab ijs, quibus spiritualia seminant temporalia metere. Verum non crederem, habendam esse rationem aliquam redditum, quos habet Episcopus, quia, dum, vt supra diximus, munus prædicationis tenetur explere per seipsum, non poterit ab eo se eximere, deputando alium, qui suo muneri satisfaciat, certa constituta mercede, & grauare populum onere solutionis sub prætextu, quod redditus non nisi pro substentatione ipsius Episcopi sint sufficientes. quia ideo ipsi redditus persoluuntur, vt suo muneri satisfaciat: nec rationi congruit, quod percipiat redditus, & nolit onera subire, sed illa adimpleat per interpositam personam expensis aliorum. Veritas tamen est, quòd si Episcopus non posset ob aliquam iustam causam, puta infirmitatis, vel similis, munus prædicationis explere, & eius redditus, dempto eo, quod esset pro substentatione necessarium, non superessent pro soluenda mercede concionatoris, crederem quòd teneretur populus ad illam soluendam, & in tali casu procedere doctrinam *Abb. & Barbos. loc. citat.*

Alij vero publici Officiales Salarium à
55 Publico recipiunt: Exemplum est † in Salario soluendo Legatis seu Ambasciatoribus seu Agentibus ad Principem à populo missis, argumento *tex. in l. legatus § si quis, ff. de legation. Petr. Nunez de exequen. mandat. par. 2. cap. 10 n 7. vers Quintum exemplum.*
56 Salarium † quoque quod magistris liberalium artium vel medicis deputatur, ex publica pecunia soluendum esse, disponit *tex. in l. ambitiosa ff. de decret. ab ordin. facien.*
57 Item † Salarium, quod datur Doctoribus, seu Aduocatis Ciuitatis, deputandum venit ex pecunia publica, vt post *Bart. in l. 1. C. de præben. Salar. lib. 10. Petr. Nunez in d. tractat. de exequen. mandat. loc. supra citat.*
58 Publicus † etiã sequester, cui Salarium deberi firmant *Rebuff. in l. 109. ff. de verbor. significat. Gutier. de Tutel par. 3. cap. 7. n. 9. cum seqq. Flores de Men. variar. lib. 1. quæst. 7. quæst. 21 §. 3. n. 20. Caldas Pereyr qu. forens. lib. 1. n. 5.* percipere illud debet à Publico, vt post *Angel. in l. interesse ff. de acquir. possess. firmat Nunez loc citat.* Correctores pariter ex bonis communibus Ciuitatis Salariũ consequi debere, dixit idem *Nunez vib proxime n. 9.*
59 Et tandem omnes † alij Officiales, qui Publico seruiunt, seu Magistratibus Publicum repręsentantibus, ab ipso Publico Salarium percipiunt. *Petr. de potest. Princip. c. 6. n. 43. Capic. decis. 27. n. 43. & seq.*

Alij denique sunt publici Officiales, qui à priuatis suam mercedem consequi debent ex eo, quòd Officialium opera resultet principaliter in ipsorum priuatorum vtilitatem,
60 vt exemplificari potest in † Custodibus messium, aut vinearum, quibus non à Publico, sed à Dominis vinearum, & messium soluendum est Salarium. *Ias. in l. diuortio §. impendia ff. solut. matrim. Petr. Nunez vbi supra n. 23. Rot. coram Card. Seraph.*
61 *decis. 514. n. 3.* Ad † quos pertinet custodia suorum bonorum. *l. Diuus ff. de vsu. & habit. l. quæsitum, § saltuarium ff. de fund. instruct l. si a Domino §. fructus ff. de petit hæred. Bal. in l. 1. C. locat. Bar. in l. fin. ff. de impens. in reb. dot. fact. Angel. & Alex. in l. diuortio §. impendia ff solut. matrim.* Nec vlla habetur ratio de commodo, quod secundario prouenit Publico ex tali custodia, cum sic conseruetur in ciuitate abundantia frumenti, & vini, vt in *l. 1. §. cura carnis ff. de offic.*
62 *Præfid.* Nam, † in soluendis Salarijs, habenda

benda est ratio illorum, quorum principaliter interest, licèt secundario resultet in publicum commodum, vt in simili notat *Bal. in l. rogasti in princ. ff. si cert. petat. & est glos. in l. ait Pretor §. 1. in verb. meum ff. de eden. & est tex. in l. nihil §. fin. ff. de inoffic. testam. & glos. in cap. 2. verb. detrimentum de pact. in 6. Surd. cons. 289. n. 9.* vbi quod
63 † Custodibus deputatis ob suspicionem pestis, merces debeatur à subditis, non à Domino loci. & idem firmant *Rip. in tract. de remed. ad conseruan. vbert. n. 209. Iacob. Leon. cons. 117. n. 217. post cons. Brun.*

Ecclesiastici an, & quando teneantur contribuere collectis impositis pro solutione mercedis publicorum Officialium.

QVAESTIO V.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastici non tenentur ad onera imposita à Laycis.*
2 *Immunitatem à solutione onerum laycalium habent Ecclesiastici à Iure Diuino.*
3 *Layci cogentes clericos ad contributionem onerum per ipsos impositorum, sunt excõmunicati, nec absoluuntur, nisi præuia restitutione eius quod extorserunt.*
4 *Ecclesiastici tenentur ad soluendam collectam à Laycis impositam pro Salario publicorum officialium. Contrarium n. 5. Declara vt n. 8.*
6 *Collectæ impositæ pro Salario officialium publicorum non dicuntur impositæ pro onere reali perpetuo, & inuariabili.*
7 *Ecclesiastici non nisi ad onera realia perpetua, & inuariabilia tenentur. Declara vt n. 8.*
9 *Ecclesiastici tenentur ad onera imposita pro communi vtilitate, tam Ecclesiasticorum, quam Laycorum. Declara vt n. 11, & 21. & seqq*
10 *Clericus vtens beneficio Laycorum tenetur subire onus illi beneficio annexum.*
12 *Clerici habentes prædia tenentur contribuere ad solutionem Salary, quod datur saltuarijs. Declara vt n. 21. & seqq.*
13 *Clerici tenentur ad solutionem collectarum impositarum pro mercede medicorum, & similium. Declara vt n. 21. & seqq.*
14 *Ecclesiastici tenentur conferre oneribus impositis pro mercede excubiarum ob publicam vtilitatem indictarum.*
15 *Ecclesiastici tenentur ad onera laycalia imposita pro causa, quæ respicit pietatem. Declara vt n. 21. & seqq.*
16 *Studij causa dicitur pia.*
17 *Studij causa fruitur priuilegijs Ecclesiarum, illisque æquiparatur.*
18 *Ecclesiastici tenentur ad onera imposita pro Salario debito Doctoribus legentibus in publicis scholis. Declara vt n. 21. & seqq.*
19 *Ecclesiastici tenentur contribuere ad solutionem Salarij debiti Prædicatoribus. Declara vt n. 21. seqq.*
20 *Ecclesiastici tenentur ad contributionem onerum Laycorum impositorum pro causa pia, vel ipsis vtili æque principaliter. Declara vt nn. seqq.*
22 *Ecclesiastici quando tenentur contribuere ad onera laycalia, necesse est quòd Papa consulatur.*
23 *Ecclesiastici quando tenentur contribuere ad onera Laycorum, sunt compellendi à Superiore Ecclesiastico, non autem à Laycis, nec valet consuetudo in contrarium.*
24 *Consuetudo reprobata per Canones dicitur corruptela.*

1 Ecclesiasticas † personas non teneri ad gabellas, collectas, impositiones, vel quælibet alia onera à Laycis imposita, est conclusio, quæ contradi-
2 ctionem non habet, cum † immunitatem huiusmodi habeant Ecclesiastici ex Iure diuino, vt probatur *Genes. cap. 24. l. Esdræ c. 7. Matthæi cap. 17.* Et est magis communis, & verior sententia amplexa nõ solum à Theologis, sed etiam Canonistis, & Iuristis, vt ex Theologis *Syluester. in verb. Immunitas par. 1. quæst. 4. summ. Angelic. in eodem ver. n. 33. Azor Instit. moral. par. 1 lib. 5. cap. 12. quæst. 1.* Bonacc. *in 8. præcept. Decalog. disp. 10 quæst. 2. punct. 1. §. 1. n. 3. Paul. Comit. respons. moral. lib. 1. cap. 97. Suarez in defens. fidei lib. 4. cap. 8. n. 9. Layman. in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. c. 8. n. 1. cum alijs plurib. relat. per Dian. resolut. moral par. 1. tractat. 2. resol. 1.*

Et ex Canonistis *Glos. in c. si Imperator verb. & discuti, distinct. 93. Innoc. in cap. 2. de maiorit. & obed. Abb. in cap. Ecclesia sanctæ*

Mariæ



Mariæ, de constitut. & ibidem Felin. n. 8. Cardinalis in c. perpendimus de senten. excommunicat. Lup. de libert. Eccles. quæst. 2. per tot. Leo in Thesaur. fori Eccles. par. 1. cap. 14. n. 1.

Et ex Ciuilistis *Natt. cons. 203. per tot. vol. 1. & cons. 280. n. 5. vol. 2. Bursat. cons. 42. in princ. vol. 1. Euerard. cons. 42. Ceuall. commun. opin. contr. commun. quæst. 550. Surd. cons. 301. n. 52. Rolan. à Valle cons. 23. n. 18. vol. 2. Borell. cons. 74. n. 1. & 2. cent. 1.* Et hæc opinio canonizata fuit à S. Rota in Alben Gabellæ, seu onerum 28. Iunij 1630 coram bo. me. Merlino, quæ est *decis. 339.*
3 *n. 7. par. 6. in recen.* Ita vt si † layci cogant clericos ad contributionem onerum per ipsos impositorum, excommunicationis vinculo adstringantur, ad *tex. in cap. clericis de Immunit. Eccles. Bellet. disquisit. cleric. par. 1. tit de exempt. cleric. & eorum bonor. §. 1. n. 4. vers. quo circa, & n. 5. Ciarlin controuers. forens. lib. 1. cap. 103. n. 4. Carol. de Grass. de effect. cleric. effect. 3. n. 5. & 6. Duard. in Bull. Cœen. Domini can. 18. quæst. 6. n. 1. Diana resolut. moral. lib. 1. tractat. 2. resolut. 4. & 39 Rot. d. decis. 339. n. 3. part. 6. recen.* Et non nisi præuia restitutione eius, quod fuit exactum, absoluantur. *c. quamquam in fine de censib. in 6. clement. præsenti eod. tit. Rolan. d. cons. 71. n. 13. lib. 4. Octau. Glorit. respons. 5. n. 5.*

Veruntamen dantur nonnulli casus, in quibus clerici, aliæque personę Ecclesiasticę contribuere tenentur ad collectas à laycis impositas, quos casus enumerat *Carol. de Grass. in d. tractat. de effect. cleric. eff. 3. n. 154. & seqq.* apud quem poteris videre. nam cum ad materiam de qua agitur non pertineant, hic referre nolumus. Vnus tamen ad rem nostram faciens non erit om-
4 mittendus, nempe quando † collecta imponitur pro Salario publicorum officialium, quo casu, teneri Ecclesiasticos ad contributionem voluerunt idem *Carol. de Grass. d. eff. 3. n. 271. Decian. cons. 14. per tot. lib. 1. Natt. cons. 280. n. 6. & cons. 311. n. 1. & per tot. Borgnin. Caualcan. decis. 44. sub. n. 100. lib. 1.*

5 Contrariam † tamen sententiam amplexi fuerunt *Lancellott. Gall. cons. 39. n. 45. Ruin. cons. 111. sub n. 11. lib. 5. Bellon. cons. 12. n. 8. Bursatt. cons. 16. n. 17. 27. & 31. Alderan. Mascard. de statut. interpret. conclus. 1. n. 50. Alex. cons. 68. n. 3. vol. 2. Sperell. decis. for. Eccles. 35. n. 9. Ciarlin. controuers. forens. lib. 1. cap. 103. n. 26. Adrian. Negusan. q. 375. n. 9.* Et pro suæ opinionis fundamento ad-
6 ducunt quod † huiusmodi collectæ non dicantur imponi pro oneribus realibus perpe-
7 tuis, & inuariabilibus, ad † quæ tantummodo tenentur Ecclesiastici, vt docent communiter Canonistæ in *c. 1. de Immunit. Eccles. in 6. Barbos. de vniuers. Iur. Eccles. l. 1. c. 39. §. 5. n. 57. & seq. Butrig. in c. 1. in fine de censib. Abb. in c. fin. subb. n. 12. de vit. & honest. Cleric. & ibi Imol. n. 16. vers. secus si possessio. Less. de Iust. & Iur. lib. 2. cap. 33. dub. 3. sub. n. 23. Suarez de censur. disputat. 21 sect. 2. n. 99. Azor. Instit. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 13. in princip. Duard. in Bull. Cœnæ Domini lib. 2. can. 18. quæst. 6. n. 6. Sperell. decis. for. Eccles. d. decis. 35. per tot. & fuit dictum in Brundusina Gabellæ 13. Febuarij 1604. coram Penia, & in d. Alben. Gabellæ, quæ est decis. 339. n. 55. par. 6. recen. & in Albiganen. Auenæ 12. Februarij 1644. coram R. D. Terracinen. Et in Nouarien. Talearum 11. Decembris 1648. coram R. P. D. Peutingerio*

Sed ista quidem ratio non videtur ada-
8 ptari casui, de quo quærimus. Nam † licet vera sit conclusio, quòd Ecclesia non teneatur nisi ad onera realia perpetua, & inuariabilia; Tamen intelligenda est procedere quando agitur de soluendis oneribus rebus ipsis, seu bonis impositis antequam ea peruenirent ad manus Ecclesiasticorum; Quando autem quæritur, An ipsi Ecclesiastici teneantur subire onera à laycis imposita, non erit curandum, an onera sint realia perpetua, & inuariabilia, vt optime distinguit Rota in illa celebri decisione Brundusina Gabellę coram Penia: Sed erit quę-
9 rendum: An † onera imponantur pro communi vtilitate, tā Clericorum, quàm Laycorum; quo casu, Ecclesiasticos teneri ad collectas impositas à laycis, firmant *DD. in c. non minus, & in c. peruenit de Immunit. Eccles. Bal. Salicet. & alij in l. ad instructionem C. de sacrosanct. Eccles. Ancharan. cons. 96. n. 6 Speculat. in tit. de cleric. coniugat. §. 1. n. 3. Remig. in tract de charitat. subsid. quæst. 62. n. 36 & 45. Osasc. decis. 68. n. 5. & decis. 181. n. 6. Festas. in tractat de æstim. & collect. par. 4. cap. 1. n. 15. 18. 32. & seqq. Rolan. cons. 2. n. 1. vol. 4. Menoch. cons. 800. n. 3. 9. 12. lib. 8. Natt. cons. 180. n. 6. Paul. Layman in Theolog. Moral. tractat. 9. cap. 6. n. 7. vers. videtur etiam. Molin. de Iust. & Iur. disputat. 672. n. 4.*

n.4. verſ. ſecunda concluſio. cum alijs quamplurimis, quos refert, & ſequitur *Carol. de Graſſis de effect. cleric. eff.3 n.200. & dixit Rota in Corduben Gabellæ 26. Martij 1601.*
10 *coram Penia.* Ea ratione, † quia clericus vtens beneficio laycorum tenetur ſubire onus illi beneficio annexum, *Bal in l.1. circa finem C. de contraben. empt. Abb. conſ.6. lib.1. Natt. d. conſ.311. n.3. Graſſ. vbi ſupra n.273*
11 Quod † difficultatem non habet quotieſcumque vtilitas æque principaliter reſpicit commodum tam Clericorum, quàm Laycorum *Becc. conſ.183. n.8. & 31. Caſtren. conſ.424. col. fin.* Secus tamen eſſet ſi non æque principaliter, ſed in cõſequentiam intereſſet etiam Clericorum. Tale enim intereſſe non eſſet in conſideratione habendum, iuxta diſtinctionem *Abb. in c. non minus de Immunit. Eccleſ. communiter approbatam, vt dicunt DD. quos refert, & ſequitur Azor. Inſtitut. moral par.3. lib.5. cap.19. ſol. mini 385. & ſequen. ſub littera* F. cum attendendum ſit id, quod principaliter agitur, *l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert. petat.*
12 Infertur ex prædictis, quòd † ſolutionem Salarij, quod datur Saltuarijs, ſeu Cuſtodibus agrorum, vel animalium, teneantur contribuere etiam Clerici habentes Prædia *Natt. conſ.280. n.6. & conſ.311. n.1. & per tot. Caſtren. d. conſ.424. ſub n.1 verſ. breuiter aduertendum, vol.2. Burſ. tt. conſ.42. n.15. lib.1. Bertachin. de Gabell. par.7. n. 20. Nunez de Auendan. de exequen. mandat. Reg. par.2. cap. 14. n.13.*
13 Eadem quoque ratione † tenerentur Clerici ad ſolutionem collectarum, quæ imponuntur pro ſolutione mercedis debitę Medicis, Chirurghis, & ſimilibus, quia eorum opera non minus neceſſaria, & vtilis eſt laycis, quàm ipſis clericis. *Bellamer. conſ.47 n.1. verſ. ſubdit autem. Borgnin. d. deciſ.44. ſub n.100. lib.1. Caſtren. conſ.424. lib.2. Natt. conſ.311. ſub n.4. verſ. concludit etiam lib. 2. Feſtaſ. de collect. par.4. cap.1. n.10. Vrſell. in ſuis concluſion. legal. concl. 111. ſub n.6. verſ. ſubamplia ſecundo.*
14 Item † conferre tenentur Eccleſiaſtici oneribus impoſitis pro mercede excubiarum ob publicam vtilitatem indictarum *Natt. de conſ. 311. ſub n. 4. Andr. de Iſer. in c.1. §. illicitas de Pac. iuram. firman. Luc. de Penna in l. finali col.1 in fin. & col.3. C. de exact. trib. lib. 10. Caroc. de locat. par.2. tit. de vſufruct. quæſt.16. n.8. Io. de Amic. conſ.146 n.1. Imol. & Ancharan. in c. non minus de immunit. Eccleſ. & ibidem Abb. n.18. Vrſell. vbi ſupra ſub d. n. 6.*
15 Erit inſuper quærendum, An † onera, ad quæ prætenditur contribuere debere perſonas Eccleſiaſticas, ſint impoſita pro cauſa reſpiciente pietatem; quo caſu, teneri ad ſolutionem collectarum, firmarunt *Layman. de Eccleſ. Immunit. c.6. n.7. verſ. verum vt ſummus Pontifex Caſſan in catalog glor. mund. par.5. conſiderat.24. n. 162. Ceuall. quæſt. commun. con. commun. quæſt. 578 n. 6. & ſeqq. Theſaur. deciſ.234. n.10. Carol. de Graſſ. de effect. cleric. eff.3. n.281. Ferrett. de Gabell. n.581. Menoch. conſ.800. lib.8. Burſa t. conſ. 16. n.23. lib.1. & poſt. Innoc. Bar. Goffred. & alios conſuluit Collegium Taurinen. inter conſil. feudal.3. n.4.* Inter quas
16 pias cauſas cùm † connumeretur illa ſtudiorum, vt per *Bar. in l. 1. in fin. ff. ſolut.*
17 *matrim.* Ita vt fruatur priuilegijs Eccleſiarum, & Clericorum, illiſque æquiparetur *Bal. in l.1. col. 4. verſ. Item adde, ſi ſcholares ff. ſolut. matrim. & ibi etiam Iaſ. n.45. Horat Lut. de Priuileg. Scholar. priuileg. 2. per tot.* hìc
18 eſt quod † teneantur perſonæ Eccleſiaſticę ad onera impoſita pro Salario debito Doctoribus in publicis Scholis legentibus *Decian. d. conſ.14. n.19. 25. & ſeqq. lib. 1. Riminal. Iun. conſ.974 n.4. lib.5. Menoch. d. conſ.800. 16. Borgnin. d. deciſ.44. n.104. verſ. niſi hac onera lib.1. Carol. de Graſſ. in d. tractat. d. effect.3. ſub n.254. Sperell. in deciſ. fori Eccleſ. 12. n. 10.* & habemus Textum expreſſum in Clementina 1. *de magiſtr. ibi*: Romæ legentibus per Sedem Apoſtolicam: in Gymnaſio vero Pariſiẽſi per Regem Franciæ in Oxonienſi autem per Angliç, Scotiæ, Hiberniæ, ac Vualiæ: in Bononienſi per Italiæ: in Salamantino per Hiſpaniæ Prælatos, Monaſteria Capitula, Conuentus exempta & non exempta, & Eccleſiarum Rectores, in ſtipendijs competentibus, & ſumptibus volumus prouideri contributionis onera, iuxta facultatum exigentiam imponenda, priuilegijs & exemptionibus quibuſcumque nequaquam obſtantibus
19 Item † pietatem reſpicere dicitur Salarium, quod datur Prædicatoribus, & ſimilibus: Ideoque ad illud pro ſua rata teneri Eccleſiaſticos poſt plures, quos allegat, firmat *Carol. de Graſſ. in ſæpe allegat. tractat. eff. 3.*

effect. 3. sub num. 251.

20 Ex prædictis igitur habemus † Ecclesiasticos teneri ad contributionem collectæ, quæ imponitur pro mercede illorum officialium, quorum opera vel consistit in pia causa, vel communi Clericis, & Laycis, æque principaliter. *Remig. de Gon. in tractat de charitat. subsid. quæst. 62. n. 36. & 45. Osasch decis. 68. n. 5. & decis. 181. n. 6. Rip. respons. 20. n. 5. & seqq. Menoch. cons. 800. n. 3. 9. & 12. lib. 8. Isern. in cap. 1. v. illicitas n. 36. de pac. iur. firman. vbi etiam Afflict. n. 14. Cened collect. canon. 153. n. 3. lib. 2. Carol. de Graff. de effect. cleric. effect. 3. n. 200. & seqq. Quaran. in summa Bullar. v. vectigal. vers. Item bulla Barbos. de Iure Eccles. lib. 1. cap. 39. n. 40. & seqq.* quæ tamen conclusio intelligenda est, quod procedat infrascriptis tribus concurrentibus requisitis, & non aliàs.

21 Et Primo † ad hoc vt Clerici teneantur ad solutionem mercedis talium officialium à Publico deputatorum requiritur, quod ipsi Clerici vtantur illorum operà; secus vero si alios officiales conducerent; tunc namque sicuti commodum non sentirent, ita, nec onus solutionis Salarij subire deberent argumento *Tex in c. qui sentit de reg. Iur. in 6. & in l. naturaliter ff. eod tit. Rot. in Neapolitana Pecuniaria 22. Iunij. 1648. § quia pretium in fine coram R. P. D Meltio.*

22 Secundo † potissimũ requiritur, quod Papa consulatur, & ipso consulto, & non aliàs Clerici contribuant *c. non minus, & c. aduersus vbi notat Abb. n. 5. vers. Quarto requiritur de Immunit. Eccles. Idem Abb. cons. 13. n. 1 & 2. lib. 2. Molin. de Iust. & Iure disput. 672. in 3. euen. conclus. 1. Azor. Institut. moral. par. 1. lib. 5. cap. 13. quæst. 9. Carol. de Graß. de effect. Clericat. eff. 2. n. 477. Surd. cons. 301. n. 3. & 4. & cons. 449. n. 51. & seqq. vol. 3. Natt. cons. 203. n. 4. & seqq. Castren. cons. 423 n. 2. lib. 2. Ceuall. commun. opin. con. commun. quæst. 899. n. 107. ad finem Sanchez respons. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 5. n. 7. Rot. decis. 439 n. 70. par. 6. in recen.* Et iure quidem merito; nam si arbitrio Episcoporum, & Clericorum hoc relinqueretur facile contingeret, quod huiusmodi impositiones per ambitum, & preces Principum & Ministrorum Laycorum, quibus occurrere solent Romani Pontifices, qui non aliter quàm causa cognita istas facultates, vt Clerici contribuant concedere solent, vt dicitur in *d. c. Aduersus de Immunit. Eccles. & in d. Brundusina Gabellæ §. Quinto in istis.*

23 Requiritur tandem quod ad soluenda talia onera præfatis requisitis imposita non cogantur Ecclesiastici à Ministris Laycis, sed à suo Episcopo, seu alio Ecclesiastico superiore; Principes enim, & Potestates seculares non possunt se in his intromittere *Innocen. in d. c. non minus n. 6. vers. quod verum credo de sacrosanct. Eccles. Guidopap. decis. 18. in fine vers. si tamen dicti viri Anguian. in tractat. de legib. tom. 1. lib. 2. controuers. 15. n. 14. & seqq. Natt. d. cons. 311. n. 4. lib. 2. Carpan. ad statut. Mediolan cap. 250. n. 4. & 5 par. 2. Ferrett. de Gabell. n. 433. Marchabr. cons. 40. n. 143. Surd. d. cons. 301. n. 35. Carol. de Graß. d. effect. 3. n. 296. Bellet disquisit. cleric. par. 1. tit. de exempt. cleric. §. 2. n. 10. vers. & breuiter Ciarlin. controuers. forens lib. 1. cap. 103. n. 29. Antonin. Diana resolut. moral. par. 1. tractat. 2. resol. 41.* Idque procedit etiam adesset consuedo in contrarium, quia

24 † non diceretur consuetudo, sed potius, corruptela cum sit reprobata per canones *c. cum venerabilis de Consuetud. Sperell. decis. for. Eccles. 133. n. 19. par. 2. Rot. decis. 265. n. 15. par. 5. recen.* Et propterea non valeret, *c. 1. in fine vbi glos. in v. irrationabilis de Constitution. in 6. Hostien. in summa tit. de Consuetud. §. quid sit. consuetudo sub. n. 4.*

Exempti à solutione onerum ob numerum duodecim filiorum an teneantur soluere collectas impositas pro Salario officialium conductorum publicæ vtilitatis causa:

QVAESTIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Numerus duodecim filiorum tribuit parentibus exemptionem à singulis muneribus, & collectis.*

2 *Immunitas ob 12. filios concessa suffragatur Patri, & filijs non solum pro bonis quæsitis, sed etiam quærendis, in futurum. Declara vt n. 3.*

4 *Exemptio concessa ob numerum 12. filiorũ non comprahendit onera iam imposita*

Filij

5 *Filij tam masculi, quàm fæminæ, tam Nuptæ quàm Religionem ingressæ computantur in numerum 12. filiorum ad effectum liberandi parentes ab oneribus.*

6 *Bastardi non computantur in numero 12. filiorum ad effectum eximendi parentes ab oneribus, Declara vt n. 7. & seqq.*

8 *Legitimati filij computantur in numero Duodecim ad hoc, vt pater gaudere possit exemptionibus.*

9 *Immunitas ob 12. filios concessa quando cesset remissiue.*

10 *Numerus duodecim filiorum non excusat parentes à collectis impositis pro oneribus publicam vtilitatem respicientibus, Contrarium n. 9.*

11 *Exemptio ob numerum duodecim filiorum concessa non suffragatur ad effectum se eximendi à collectis impositis pro Salario officialium publicæ vtilitatis causa conductorum.*

12 *Lex generaliter disponens generaliter intelligenda venit, Quod tamen declara vt n. 13.*

14 *Exemptio generalis ab oneribus non suffragatur quando agitur de ijs ob publicam vtilitatem impositis.*

15 *Collectæ impositæ pro communi vtilitate proprie onera dici non possunt.*

16 *Legis dispositio cessat quando non verificatur qualitas per eam requisita.*

17 *Exemptionis verba strictè, & rigorosè sunt interpretanda.*

18 *Exemptiones tendunt contra publicam vtilitatem.*

19 *Exemptione vni concessa grauantur alij ad illius portionem.*

20 *Onera imponuntur non singulis vti singulis, sed vti vniuersis, ita vt si vnus eximatur soluantur integrè per alios.*

21 *Salarium si ex forma statuti sit soluendum officialibus publicis à Communitate si vna villa ex priuilegio fuerit exempta tenentur aliæ ad integrum Salarium.*

1 NVmerus † duodecim filiorum acquirit Parenti immunitatem a singulis muneribus tam personalibus, quàm realibus, & etiam ab ijs, quæ personæ pro rebus imponuntur *Glos. in l. si quis Decurio C. de Decurion. lib. 10. Ias. in l. sciendum §. si fundum n. 3. ff. qui Satisdar. cogan. Alex. in l. si cum dotem §. si maritus sub n. 6. ff. solut. Matrim. Bursatt. cons. 161. n. 1. lib. 2. Borell. cons. 28. n. 10. Rolan. cons. 52. vol. 2 plene Cacheran. in cõs. 6. per tot. Thesau. decis. 267 à n. 4 & seqq. Nouar. quæstion. foren. par. 1. quæst. 17. n. 1. & quæst. 75. n. 3. Tondut. sanleger. resol. ciuil. lib. 2. cap. 26. n. 1. Osasc. cons. 60*
2 *per tot.* Et † hæc immunitas suffragatur non solum viuente patre sed etiam omnibus filijs parte defuncto, vt latè comprobat *Surd. in decis. 123. per tot.* Et non solùm pro bonis possessis de tempore natiuitatis duodecimi filij sed etiam pro bonis postea acquisitis; & in futurum acquirendis *Menoch. cons. 486. in fine in 4. dubitat. Ricc. in addit. ad Vincent. de franch. decis. 259 Sola de Iure empbit Decret. Licet. par. 3. glos. 2*
3 *n. 19. Osasc. decis. 136. n. 1.* Non † obstante, quòd bona posteà acquisita iam reperirentur in catastro descripta, & sic onerum impositioni obnoxia *Osasc. loc. citat. n 2. Sola vbi supra d. n. 19.* Dummodo tamen non ageretur de oneribus iam impositis, & indictis eo tempore, quo superuenit priuile-
4 gium, quia † exemptiones cuiuscumque sint generis numquam comprehendunt onera anteà imposita, & indicta. *l. semper §. hoc circa ff. de iure immunit. Io. de Platea in l. negotiantes C. de excusat. muner. lib. 10. Nouar. quæst. forens par. 1. quæst. 75. n. 6. Bellon. Iun. cons. 69. n. 30. & seqq. Ricc. ad d. decis. Vincent. de franch. 259. vers. & dictum beneficium immunitatis Sola in d. tit. de Iure Empbit.*
5 *Decret. licet. p. 3. glos. 2. n. 21.* In † prædicto autem numero duodecim filiorum computantur tam masculi, quàm fæminę etiam nuptæ, & Religionem ingressæ; prout de filijs nuptis loquendo firmarunt *Thesaur. d. decis. 267. n. 5.* vbi quod ita semper viderit obseruari, & de ingressis Religionem siue monialibus *Rolan. d. cons. 52. n. 5. vol. 2. Maran. cons. 81. n. 21.* Et ita decisum fuisse per S. Consilium Neapolitanum testatur, *Vincent. de franc. decis. 532.* Quinimò filij
6 † bastardi, qui ad hunc effectum non computantur *glos. in l. 3. C. de his qui numer. liber lib. 10. Cott. in suo mem. in verb. Bastardi,*
7 computandi essent † si Religionem profiterentur, nam per talem ingressum legitimantur vt consuluit *Io. Franc. à Pont. in*
8 *cons. 16. & 17. per tot.* Et † omnes filij legitimati veniunt computandi ad hoc, vt pater tali exemptione gaudere possit *Bar. in l. si quis ita §. primo ff. de legat. 2. Ruin.*

vniuersis; Ideoque si vnus eximatur soluuntur integre per alios. *Bal. in c. secundo requiris in fin. de appellat. Ias in l. Arcus n. 11. ff. de pact. Cardin. in Clementin. præsenti quæst. vbi de xensib. Felin. in c. accedentes col. fin. vers. octaua conclusio de præscription. Ias in l. acc. cobi ff. de pact. Roman. cons. 125. in pr. Dubio Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 2. resol. 60 cas. 34. vers. & fuit dictum, & facit tex. in l. ab omnibus ff. de legat. 1. Surd. in d. cons. 278. n. 10.* Et in terminis Salarij *Alex. in l. si se non obtulit n. 20. ff. de acquiren. possess.* vbi firmat, quod si Salarium publicorum officialium sit soluendum per Communitatem ex dispositione Statuti, si vna villa ex priuilegio fuerit exempta, teneantur alij ad integrum Salarium.

Camera apostolica succedens in Spolijs an teneatur soluere Salaria debita pro seruitijs præstitis Prælato, cui succedit.

QVAESTIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Succedens in bonis defuncti tenetur soluere illius debita.*

2 *Prælatus acquirens post prælaturam, ex bonis Ecclesiæ præsumitur acquirere.*

3 *Camera Apostolica succedens Prælato in spolijs non tenetur soluere illius debita, Declara vt nn. seqq.*

4 *Filius tenetur soluere debita sui patris.*

5 *Prælatus tenetur soluere debita contracta à suo prædecessore pro seruitio Ecclesiæ.*

6 *Camera Apostolica tenetur soluere debita contracta pro Salarijs eorum, qui prælato defuncto seruiuerunt, Declara vt n. 12.*

7 *Debita contracta pro substentatione Prælati dicuntur pro necessitate Ecclesiæ contracta.*

8 *Ecclesia tenetur suo prælato alimenta præstare*

9 *Altari qui seruit de altari viuere debet.*

10 *Debita contracta pro Salarijs operariorum, qui prælato seruiuerunt pro ipsius Prælati substentatione dicuntur contracta.*

11 *Successor in spolijs tenetur Soluere Salaria debita pro seruitijs præstitis Prælato, cui succedit. Declara vt n. 12.*

Lanfranc. Zachias de Salario.

1 SVccedens † in bonis defuncti regulariter tenetur ad debita per ipsum defunctum contracta *c. 1. de solution. c. fin de offic. Ordinar. in 6. l. 1. & ibi Bar. C. si cert. petat. l. in controuersia C. de transact. glos. in l. si cum dotem §. penul. ff. solut. matrimon. Bal. in l. quemadmodum ff. de inoffic. testam,* Et faciunt notata *in l. si Curatoris C. de Iure deliberan. & in l. pro hæreditarijs C. de hæredit. act.* Tamen Camera Apostolica Prælatis, seu Clericis deficientibus succedens in bonis ab eis relictis tamquam Spolijs, stante præsumptione Iuris, quod
2 † quicquid Prælatus post prælaturam acquirit, seu Clericus post adeptionem beneficij ex bonis Ecclesiæ proueniant, & ad ipsam Ecclesiam spectent *c. 1. & c. Præsbiter de pecul. cleric. & auth. licentiam C. de Episcop. &*
3 *Cleric.* Non † tenetur ad debita contracta ab ipsis Prælatis seu Clericis *Rot. decis. 42 de probat. in antiq. Camill. de Medic. cons. 1 n. 19.* Sed illa soluere debent illorum hæredes, qui succedunt in bonis Patrimonialibus, seu acquisitis ante Episcopatum, seu etiam post, sed tamen ex successione, seu donatione agnatorum, & cognatorum obuentis *d. auth. licentiam C. de Episcop. & cleric. Rot. decis. 41. n. 2. in fin. de probation. in antiq.* de quibus bonis possunt Prælati, seu clerici ad libitum disponere *c. 1. c. quia nos & c. relatum il 2. §. cæterum de testam d. auth. licentiam C. de Episcop. & Cleric. Corn. cons. 314 vol. 3.* Ideoque concludendum videtur, non teneri Cameram in spolijs succedentem soluere Salaria debita pro seruitijs præstitis Prælato.

Contrariam tamen quæstionis resolutionem suadet *Tex. in c. finali de offic. ordinar.*
4 *6. & c. 1. de solut.* vbi dicitur, quòd † sicuti filius debita Patris soluere tenetur, ita
5 † Prælatus debita sui prædecessoris contracta pro Ecclesię necessitate, & cum præfato textu concordant. *Roman. cons. 440. Gemin. cons. 1. num. 2. & 3. Alciat. cons. 14. num. 6. vol. 1. Bursatt. cons. 226. n. 95. vol. 3. Couarr. var. resolut. lib. 2. cap. 17 nu. 3. Menoch. de Arbitr. Iudic. cas 433. num. 32. & in cons. 64. nu. 20. & seqq. lib. 1. Tiraquell. in tract. de Retract. consanguin §. 15. glos. 1. num. 7. Bellet. disquisit. cleric par. 1. tit. de Cleric. debit. §. 3. num. 1. Nauarr. de spolys cleric. §. 10. num. 6. Paris. de resignat. lib. 1. quæst. 16. nu. 49. cum seqq. Hieron. Comitol.*

D 2 respons.

respons. moral. lib. 1. quæst. 87. num. 2. cum seqq. Franc. Marc. decis. 436. num. 2. Bonacoss. de famul. quæst 14. Gratian. discept. Forens. cap. 94. num. 30 Rot. dec. 805. num. 4. par. 1. diuers. & coram Buratto decis. 401. sub num. 5.

6 Tenebitur † igitur Camera Apostolica, quæ per specialem Papę reseruationem succedit in istis spolijs, soluere debita contracta pro Salarijs eorum, qui præfato defuncto suas præstarunt operas. *Rot. d. decis. 41. num. 2. de probat. in antiquis, Bellamera decis. 755. col. 3. ad fin. Redoan. de spolijs Eccles. quæst. 10. per tot. Gratian. dict. cap. 94. num. 31. Menoch. cons. 64. num. 20. Camill. de Medic. cons. 12. num. 15.*

Nec dicatur, quòd Textus tunc disponat successorem teneri ad debita præfati antecessoris, quandò illa fuerunt contracta pro necessitate Ecclesiæ; salaria autem debita non videntur contracta pro necessitate Ecclesiæ, & sic sub dispositione textus non comprehensa, & consequenter ad eorum solutionem Camera non teneatur, vt arguit *glos. in eod. c. 1. in verb. necessitate*.

7 Respondetur namquè, quòd † debita contracta pro substentatione Prælati dicuntur contracta pro necessitate Ecclesiæ. *Abb. in c. ex præsentium sub num. 3. de pignor. & alijs caut. & in d. c. 1. sub num. 2. vers. nam si Prælatus de solut. & in c. si quorumdam sub n. 2. vers nam tunc eod. tit Redoan. de spol. Eccles. quæst. 10. sub num 32. vers. & pro Ecclesia necessitate, Flor. de Mena variar. quæst. lib. 1. quæst. 8. §. 1. num. 4. Salorzan. de Iure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 11. nu. 46. Carleual. de Iudic. tom. 2. disput. 29. nu. 16.*

8 Cum † Ecclesia teneatur illum alimentare *Abb. in d. c. ex præsentium de pign. & in d. c. 1. num. 2. de solut. Bursatt. cons 227. num. 95. Surd. decis. 255. num 25. Parts. de resignat. quæst. 16. num. 51. Paul. Comitol. Respons. Moral. lib. 1. quæst. 87. numer. 3.*

9 & est Regula, Qui † Altari seruit de Altari viuere debet *c cum secundum de præben. c. de his 22. quæst 2. Bellett. disquisit. clerical. par. 1. tit. de bon Cleric. §. 6 nu. 5. Surd. de Aliment tit 1. quæst. 60. num. 1.*

10 Quod autē † debita contracta pro Salarijs operariorum, qui seruitia præstiterunt Prælato dicantur pro illius substentatione contracta firmat idem *Redoan. vbi proximè*

11 *nu. 55. & in quæst. 7. num. 4.* Et † expressè, quòd successor in spolijs teneatur soluere Salaria debita pro seruitijs præstitis Prælato, cui succedit, dispositum reperitur in *c. præsenti de offic. ordinar in 6.* vt videre est in ijs verbis: Porrò vbi ex priuilegio, vel consuetudine, seù alia de causa rationabili sibi aliquis prædictorum asserit bona competere supradicta, hoc de illis bonis solùm debet intelligi, solutis debitis si quæ sint & his, quæ fuerint necessaria pro seruitoribus, & Ministris, ac incumbentibus oneribus vsque ad nouos redditus supportandis congrue reseruatis ex ipsis reperta fuerint superesse, &c. Ibique *glos. in verb. salutis debitis, & ibid. Geminian. num. 2. & 3. Franc. num. 2. glos. in c. si tibi concesso in verb. fructus de præben. in 6. Tiraquel. de Retract lignager. §. 15. glos. 1. num. 6. & seq. Menoch. cons. 64. nu. 20. & seq. Azeued. ad rubr. tit. 20. nu. 6. lib. 6. nou. recop. Gratian. discept. Forens. cap. 94. nu. 32. Franc. Marc. decis. 346. num. 2. lib. 1. Bonacoss. de famul. q. 14. Redoan. de reb. Eccles. non alienan. q. 4. n. 3. Camill. de Medic. d. cons. 12. num. 15. Gemin. cons 78. incipien. formatur ista col. vlt. Nouell de Iure Prothom. §. 7. n. 66. tom. 17. fol. 45. & habetur in d. decis. 41. n. 2. de probat. in antiq. cum alijs relatis supra num 7.*

12 Supradicta † tamen intelligenda sunt sibi locum vindicare quotiescumque Salarium, quod petitur sit debitum necessarium, & non sit præscriptum, nàm si debitum esset voluntarium, vel esset præscriptum, nullatenùs ad illius solutionem Camera teneretur. Et prescriptum dicetur quotiescumque famuli illud in vita Prelati consequi distulerint per longiorem duorum annorum spatium, & post mortem intrà vnius anni tempus petere neglexerint *Redoan. de Spolijs d. quæst. 10. nu. 33. Bonacoss. de famul. qu. 14. in fin.* & hoc ex dispositione motus proprij Pauli Papæ III. & Pij V. de quibus latiùs dicemus infrà in parte tertia, vbi de Salarij præscriptione agemus.

Necessarium verò Salarij debitum diceretur quandò potuisset Prælatus defunctus de iure compelli ad illius solutionem; Voluntarium verò tunc diceretur quandò Prælatus non potuisset inuitùs de Iure cogi ad soluendum; vt puta, si Salarium non fuisset conuentum, ad quod non tenetur successor Prælati, nisi probentur duo illa extrema,

quòd

quòd Prælatus fuisset solitus conducere Officiales cùm mercede, & Officialis, non nisi soluta sibi competenti mercede, esset solitus suas operas præstare, vt dixit *Rot. in Zamoren. Pecuniaria 5. Nouembris 1543. coram Puteo. & in eadem 12. Nouembris eiusdem anni, coram eodem* quæ sunt inter eius impressas *decis. 43. & 44. lib. 2. Gratian. discept. Forens. cap. 96. num. 35. & 36. & seqq.*

Pensionarius An teneatur ad contributionem Salarij, ad cuius solutionem tenetur Rector beneficij.

QVAESTIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius tenetur contribuere collectis impositis pro solutione Salarij debiti publicis officialibus, Declara vt num. 9. & seqq.*

2 *Rector beneficij soluens integrè onera poterit vti retentione aduersùs pensionarios.*

3 *Salarium dicitur onus extraordinarium.*

4 *Pensionarij tenentur ad contributionem onerum extraordinariorum.*

5 *Pensionarij æquiparantur vsufructuarijs.*

6 *Vsufructuarij tenentur soluere onera, quæ ratione rei, vel fructuum debentur.*

7 *Vsufructuarius tenetur ad solutionem Salariorum.*

8 *Pensionarius tenetur contribuere pro Salario Officialis, cuius opera est necessaria pro seruitio beneficij.*

10 *Concionatoris officium exerceri debet per Episcopum.*

11 *Episcopus, si vult per alium Concionatoris officium exercere, tenetur de suo mercedem soluere, nec illam poterit aliqua ex parte à pensionarijs exigere.*

12 *Rector beneficij non potest imponere onera voluntaria in præiudicium pensionarij.*

13 *Procuratio, seù Salarium debitum Visitatori soluendum est integrè à Rectore beneficij, non autem à pensionarijs.*

14 *Pensionarius, cui fuit reseruata pensio ex causa onerosa, non tenetur contribuere oneribus.*

15 *Pensionarius non tenetur contribuere oneribus, quandò illa absorbent pensionem.*

16 *Vsufructuarius non tenetur contribuere oneribus, quandò illa absorbent vsumfructum.*

17 *Pensionarius non tenetur ad onera, quandò fuit ei reseruata pensio libera, & immunis ab oneribus.*

18 *Pensionarius ex causa resignationis, vel coadiutoriæ non tenetur ad onera.*

19 *Pensio si sit reseruata ad commodum vnius sub nomine alterius, tunc onerum solutio spectat ad eum, qui commodum percipit.*

20 *Pensiones Hispaniarum obstantibus Regijs pragmaticis solent tantùm reseruari in capite Hispani ad vtilitatem Itali.*

21 *Pensio reseruata in capite Hispani ad commodum Itali vacat per mortem Hispani, apud quem ius pensionis resides.*

DVO sunt distinguendi casus pro præsentis quæstionis resolutione, quorum primus est, quandò agitur de solutione onerum, quæ imponuntur pro Salario debito officialibus Publico inseruientibus; secundus verò quandò agitur de Salario officialium, quorum opera est necessaria pro beneficio, super quo quis reseruatam pensionem habet.

1 Et primus casus, cum fuerit in sacro Rotæ Auditorio propositus sub die 12. Februarij 1546. resolutum fuit teneri † Pensionarium contribuere ad onera imposita pro solutione Salarij debiti publicis officialibus vt videre in *decis. Mohedan. 4. num 5. de locat. & conduct.*

2 In tantum, vt † si Rector beneficij soluerit integrè huiusmodi onera poterit vti retentione aduersùs pensionarios pro rata eorum pensionis, *Caccialup. in tractat. de Pens. quæst. 17. nu. 2. Gigas in eodem tractat. quæst. 59. nu. 5. Marcabrun. de Anguill. cons. 92. num. 34. Intrighol. decis. 18. num. 4. Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 184. num. 7.*

3 Ratio autem resolutionis fuit, quia † salaria huiusmodi dicuntur onera extraordinaria *Lancellot. Gall. cons. 59. num. 45. Ruin. cons. 111. sub num. 11. lib. 5. Bellon. cons. 12. num. 8. Bursatt. cons. 16. num. 17. 27. & 31. lib. 1. Alderan. Mascar. de statutar. interpetr. conclus. 1. n. 50. Alex. cons. 68. num. 3. vol. 2.*

4 Ad † quorum onerum contributionem tenentur Pensionarij de iure communi. *Dec. in l. penult. num. 4. C. de collat. Castren. cons.*

conſ.463.vol.1.Marcabrun.de anguill.conſ.92 n.34. Bellincin. de Charitat. ſubſid. quæſt.37. Remig. in eod. tractat. quæſt.60. Caccialup.in tract. de penſ. quæſt. 17. Gigas eod. tract. quæſt. 34. Vrſill. ad Afflict. deciſ.252. num.7 Put. deciſ.5. num.1. & 5. lib. 1. Penſionarij
5 † namque æquiparantur vſufructuarijs *Cardin. in Clement. 1. §. ea quæſt.4. de ſupplen. negligen. Prælat.Caccialup.vbi ſupra quæſt.25 n.4. Gigas in d. tractat. quæſt. 38. n. 2. & quæſt.49.num.1.Couarra.variar.lib.1.cap.15 num.13.ferett.conſ.388.ſub n.8.Dec.conſ.156*
6 *col.2. Menoch. conſ.72.num.6. lib 1.* † Qui vſufructuarij tenentur ſoluere onera, quæ ratione rei, vel fructuum ſoluuntur *l. hactenus, & l. ſi pendentes ff. de vſufruct. Aym. conſ.217. num.5. & 6. Bergnin. de vſufruct. num. 160. ad 164. Pinell. in leg.1.par.2.n.27 C. de bon. Matern. Molin.de Primogenit.lib.1 cap.27. num.8. Valaſc.de empbiteus.quæſt.17 Craſſ. in §. legatum quæſt.37. Caſtill. de vſufruct. cap.57. num.14. & 15.Gratian.diſcept. forenſ. cap.611. num.5. Mauſon. de cauſ. exe-*
7 *cut.ampliat.29. num.15.* Et in ſpecie † quod vſufructuarius teneatur ad Salaria firmat; *Caroc. in tractat. de locat. & coduct. par. 2. tit. de vſufructuar. quæſt.16. num.1 Rot. coram Card. Seraph. deciſ. 114. num. 2. & eſt tex. in d. l. hactenus ibi: ſtipendium, & tributum, & Salarium ff. de vſufruct.*
8 In † ſecundo pariter caſu, ſcilicet, quando ageretur de Salario officialium, quorum opera neceſſaria eſt pro ſeruitio ipſius beneficij, ſuper quo reſeruata eſt penſio, vt puta, Cappellanorum Clericorum, muſicorum, & ſimilium, tenebitur penſionarius contribuere pro ſua rata *Adden.ad Greg. XV. deciſ.245. ſub n.12. verſ. onera vero neceſſaria Caſſador. deciſ.19. de præben. Caualer. deciſ.462. n.3. Rot. in Nouarien.Penſionis 9. Nouembris 1624. coram bo. me. Pirouano, & in Feretrana Penſionis 4 Decembris 1623. co-*
9 *ram bo. me. Vbaldo ſeniori.* Dummodo † tamen non agatur de Salario præſtando officiali exercenti munus ſpectans ad ipſum Rectorem beneficij, tunc namque non tenebitur penſionarius contribuere *Rot. coram Buratto deciſ.418. n.6. & deciſ. 468. n. 1. & in Recentior deciſ.158.n.19.par.1. & in Romana Penſionis 13. Maij 1602. coram clar. mem. Cardin. Pamphilio* Exemplum dari poteſt in Salario præſtando Concionatori, cu-
10 ius † officium cum ſpectet ad Epiſcopum; *Campanill. in diuerſor. Iur. canon. rubr. 12. cap.13. n.13.Barboſ.de offic.& poteſt. Epiſcop. par.3. alleg.75. n.1. & diſponitur per Sacr. Concil. Trident. in ſeſſ.5. cap.5. de reform.*
11 Ideo in † caſu, quo Epiſcopus velit per alium exercere, tenebitur de proprijs redditibus mercedem Soluere vt diximus ſupra *in quæſt.4. n.50.* nec illam poterit aliqua ex parte à Penſionarijs exigere *Barbos in d. tractat. d. allegat75. ſub n.13. poſt. Armendar. quem allegat in addition. ad recopilat. leg. Nauarr. lib. 4. tit. 30. l. 3. de Prædicator. ſacr. ſcript. n.23. & habetur in Declarationi ſacr. Conc. Triden. ſeſſ. 24. cap.4. ſub. n. 5 verſ. merceſ. quæ Prædicatoribus inter recollect. per*
12 *Io. Gallemart.* Et ratio eſt quia † non valet Rector beneficij ex ſua voluntate imponere onera in præiudicium penſionarij *Caualer.d. deciſ.462. n.2 Buratt. dec.418. ſub n.3. verſ. in qua etiam.*
13 Nec † teneretur penſionarius contribuere quando verſaremur in Salario nuncupato procuratio, quod ſoluitur viſitatori, quia, cum ſoluatur propter viſitationem, quæ fit magis intuitu perſonæ, quàm rerum ideo debet integre ſolui per Rectorem beneficij *Bellen. de Charitat. ſubſid. quæſt. 37. ſub n.4. verſ.ſecus tamen Sarnen. de Annal. quæſt.21. n. 20. Gigas de Penſion. quæſt.38. in fine & reſponſ.27. n.6.cum ſeqq.de penſion.*
14 Exemptus † pariter eſſet penſionarius ab huiuſmodi Solutione quando penſio fuiſſet reſeruata ex cauſa onerosa, vt puta ſeruitiorum, & aliorum laborum, quia tunc Penſionarij non debebunt contribuere ſed Rector beneficij, ſuper quo fuit penſo impoſita integraliter onera ſoluet *gloſ. in clem. ſi beneficiorum, & ibi Imol. de Decim. & eſt Tex. in extrauagan. Bonifacij Octaui in rubr. de Decim. §. ſi quis verſ. ſi autem perſonis Caccialup. in d. tract. de penſion. quæſt. 17. n.3. & 4. Bellen. d. tract. de charitat. ſubſid. q.15. Gigas de penſ. quæſt.59. n.8.*
15 Item † nec cogi poſſet penſionarius ad huiuſmodi onera quando penſio eſſet talis, vt perſolutis oneribus, nihil ipſi penſionario
16 remaneret, exemplo vſufructuarij † qui licet contribuere debeat collectis, tamen quando nihil commodi ex vſufructo ipſi remaneret, detractis oneribus, ad ea non tenetur, ſed integra illorum ſolutio ſpectat ad Proprietarium *gloſ. in l. qui concubinam §. ſi ſtichus verſ. qui Hortus ff. de legat. 3. Din. &*

Bar.

Bar. in l. bis verbis §. Idem testator ff. eod Roman. singular. 157. Afflict. decis. 152. n. 2. Surd de Aliment. tit. 2. quaest. 15. n. 251. & tit. 4. quaest. 16. n. 13. & decis. 28. n. 8. Tiraquell. de retract. consanguin. §. 15. glos. 1. n. 16. Gratian. disceptat. forens. cap. 129. n. 4. & cap. 294. n. 19 Adden. ad Buratt. decis. 73. n. 14. Immunis
27 † etiam erit Pēsionarius ab huiusmodi oneribus, quando fuisset ei reseruata pensio libera, & exempta ab omnibus, & quibuscumque oneribus *Gigas in saepe allegat. tract. de Pens. quaest. 59. n. 6. Gratian. discept. 548. n. 26. & seqq. Rot. diuers. decis. 161. n. 2. p. 2. & in recen. decis. 702. n. 5. & 6. par. 2. & coram Seraphin. decis 1348. sub n. 2. vers. nam cum non agatur & vers. non tamen tollit, & coram Duran. decis. 48. sub. n. 6. vers. Caeterum re mature discussa, & in Valentina subsidij 4. Maij, & 26 Nouembris 1611 coram Penia, & in Perusina Pensionis 13. Ianuarij 1614. coram Sacrato, & in Ceneten. Pensionis 7. Iunij 1621. coram Remboldo.*
28 Tandem non † teneretur pensionarius ad contribuendum huiusmodi oneribus quotiescumque pensio fuisset reseruatà ex causa resignationis, vel occasione coadiutoriae; Tali namque casu apponuntur in reseruatione pensionis pacta, & cōuenctiones, quod si quid soluendum erit à Pensionario, Titularis illud soluat de suo *Ciarlin. controuers. 24. sub n. 39. vers. his stantibus lib. 1.*
Aduertendum tamen erit, quod quotiescumque pensionarius tenetur ad solutio-
29 nem huiusmodi onerum, si † pensio reseruata sit ad commoditatem vnius sub nomine alterius, tenebitur soluere ille, qui commoditatem percipit, non autem qui nudum nomen habet, vt dixit *Rot. in causa Giennen & Placentina subsidij, & excusat. 8 Nouembris 1602. coram clar. mem. Cardin. Pamphilio,* quod est notandum; Quotidie enim potest contingere casus in pensionibus Hy-
20 spanorum, quarum † cum non sint capaces nisi Nationales quia obstant Regię pragmaticae, Ideo solent imponi in capite Hispanorum ad vtilitatem Italorum, qui vere pensionem exigunt Hispani vero nullum commodum, seu vtilitatem habent, & propterea vulgo dicuntur Testa di ferro; li-
21 cet † apud eos Ius pensionis residcat, in tantum; vt per eorum mortem pensio vacet *Rot. decis. 399. num. 2. par. 1. Diuers. & coram Durano decis. 184. num. 8. & in Hispalen Pensionis 11 Ianuarij 1574. coram Robusterio, & in Segobien. Pensionis 20 Maij 1598. coram Corduba, & in Turritana Pensionis 23 Februarij 1646. coram R.P. D. Verospio.*

Salarium competens quale dicatur?

QVAESTIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Salarium competens dicitur illud, quod fuit à lege, seu Principe constitutum.*
2 *Officialis accipiens aliquid vltra salarium constitutum à Principe, tenetur ad restitutionem.*
3 *Pacta, & conuentiones sunt seruanda.*
4 *Seruiens in officio, pro quo salarium taxatum sit adeo tenue, vt ex eo viuere non possit, An maius salarium petere, valeat, vel teneatur pro illo seruire? & nn. seqq.*
5 *Lex iniusta non est seruāda, Declara vt n. 7*
6 *Salarium non haberi, vel habere minus sufficiens paria sunt.*
8 *Contractus legem ex conuentione accipiunt*
9 *Absurdum tolleratur ad hoc, vt quod magis absurdum est euitetur.*
10 *Lex abhorret, vt quis puniatur ex delicto alterius*
11 *Damnum pati melius est, quàm aliquid indebite exigere.*
12 *Acceptans officium cum salario, quod sciebat non esse tale, vt ex eo viuere valeret, non potest praetendere illius augumētū*
13 *Seruire quis potest partim pro salario, & partim gratis.*
14 *In necessitate, qui sua sponte se posuit non est iuuandus.*
15 *Officialis conductus cum salario competenti si casus ferat, quòd salarium euadat incompetens poterit augumentum petere.*
16 *Salarium competens dicitur illud, quòd fuit inter partes conuentum, Declara vt n. 19*
17 *Conuentiones sunt seruandae tamquam leges.*
18 *Salarium soluendum est iuxtà conuentionem inter partes factam.*
20 *Pacta, & conuentiones contra leges, non valent, nec obligant, Declara vt n. 21.*
22 *Salarium competens illud dicitur, quod fuit à consuetudine constitutum, & num. 31. Declara vt num. 32. & seqq.*

23 Con-

23 *Consuetudines seruandæ sunt in ijs, in quibus nihil certi fuit à lege determinatum.*
24 *Consuetudo tantùm potest, quantùm Principis dispositio.*
25 *Constitutio Principis nihil valet, nisi fuerit à consuetudine approbata.*
26 *Consuetudo succedit loco legis, & illius vim habet.*
27 *Salarium soluendum venit iuxtà consuetudinem, licet contrahentes non fecerint mẽtionem præstationis salarij iuxtà summam consuetam.*
28 *Contrahentes præsumuntur velle se conformare cum consuetudine loci, in quo celebratur contractus.*
29 *Reconductus absquè noua conuentione, An censeatur pro eodem salario pro quo fuit prima vice conductus? Declara vt nu.30*
33 *Consuetudinis mentio si habeatur intelligitur de ea, quæ per longum temporis spatium fuit introducta.*
34 *Salarij vltima præstatio venit attendenda, Declara vt num. 35. & 37.*
36 *Salarij exactio, quæ fit per violentiam non inducit consuetudinem.*
38 *Ea quæ rarò accidunt non sunt attendenda.*
39 *Salarij quantitas quandò, nec à lege, nec à consuetudine, nec à contrahentibus reperitur constituta taxatur à Iudice arbitrio suo.*
40 *Salarium à Iudice taxatum dicitur competens, & iuxtà illam taxam soluendum venit.*
41 *Salarium extorquens vltrà summam à Iudice taxatam tenetur ad restitutionem, Amplia vt num. 42.*
43 *Arbitrium Iudicis regulari debet à Iure.*
44 *Iudex in taxando Salario debet rationem habere qualitatis personæ.*
45 *Salarij eamdem quantitatem Indoctum habere, quam doctus consequitur, æquitas non patitur.*
46 *Iudex in taxando Salario debet rationem habere qualitatis laboris.*
47 *Salarium idem constituendum non est illi, qui parum laborauit, quod illi, qui fuit magnos labores passus.*
48 *Salarium maius taxandum est à Iudice anno, quo adesset rerum penuria, quàm alio tempore.*
49 *Iudex in taxatione salarij considerare debet, An Officium demandatum requirat totum hominem.*
50 *Iudex in taxatione salarij rationem habebit An officij exercitium afferat honorem officiali, & extraordinaria emolumenta.*

1 QVATVOR in casibus Salariũ competens dici potest, & Primò † quandò fuit à lege, seù Principe constitutum *c. statutum §. Notarium de Rescript. in 6. Ioan. Bapt. Cauatius in suo oculo Reip. tit. de remed. contr. impedimen. Iustitiæ cap. 3. num. 16. Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 6. cas. 514. num. 5. Molin. de Iust. & Iure disput. 83. in princip.*
2 Quo casu † nefas est aliquid ãpliùs in salarium pro eo munere exercendo extorquere, & si aliquis quid extorqueat tenetur ad restitutionem. *Medin. de Restitut. quæst. 2. art. 2. §. contingit in quæst. 25. Couarr. in reg. Peccatum par. 2. §. 3. num. 1. Nauarr. in Manuali cap. 17. num. 33. Abb. in c. quia plerique nu. 33. de Immunit. Eccles. Molin. d. disput. 83. in princ. & est Tex. in c. non sanè. 14. quæst. 5.* & ratio conclusionis est, quia acceptans aliquod munus pro cuius administratione certum salarium constitutum reperitur à Principe dicitur tacitè cum ipso Principe contrahere exercendi munus pro ea mercede, quæ fuit taxata: Vndè ex tacita ista conuentione obligatur pro illo salario
3 officium exercere; conuentiones † enim, & pacta sunt seruanda: *c. 1. & c. qualiter de pact. c. simile 23. distinct. l. 1. vbi Bart. & Bal. & l. Iurisgentium, §. Prætor ait, ff. de pact. l. 1. ff. de constit. pec. Rot. decis. 299. num. 1. par. 4. in recen.*
4 Sed hic oritur quæstio † An si salarium illud à lege, seù Principe taxatum sit adeò tenue, vt ille, qui in eo officio seruit, ex eo viuere non possit, teneatur pro illo salario officium exercere? Et pro huius quæstionis resolutione tres afferũtur distinctiones Quarum prima est, quandò tempore, quo fuit susceptum officium salarium taxatum erat competens ità, vt ex eo officialis viuere cõmodè potuisset, sed posteà ob aliquem superuenientem casum, vt puta, quià rerum caritas aduenit vel aliquid simile, ita vt dici possent mutatæ rerum conditiones, tunc illud salarium non dici ampliùs competens, sed Principem teneri illud augere, & in casu, quo id facere recusaret, posse officialem petere incrementum vsquè ad limites iusti præ-

prætij ab ijs, ad quorum instantiam, & commodum officium exercet affirmat. *Menocb. de Arbitr. Iudic. cas. 514. num. 12. & seqq.* Et pro fundamento suæ opinionis quatuor adducit rationes, quarum prima est,
5 quòd non † teneatur officialis legem iniustam seruare: *c. erit autem lex. 4. distinct. D. Thom. 1.2. quæst. 96. art. 4. Siluester in Summa verb. lex quæst. 5. Carbo de legib. lib. 6. disp. 10. Bonacin. de legib. disput. 1. punct. 1. num. 4. & punct. 7. §. 3. Suarez in simili tract. lib. 1. cap. 9. num. 14. Paul. Layman. in Theologia moral. tract. 4. cap. 1. num. 4. Rot. in Cracouien. Iurislegendi 30. Martij 1629. coràm Rpd. Queippo impress. pœnès Posth. in tract. de manut. decis. 321. nu. 18.* prout iniusta dicitur illa, qua iniustum constitutum salarium reperitur: Secunda ratio est, quia, vt ipse ait, magnum esset absurdum, quòd illi, qui totam ætatem in alicuius officij administratione consumpserunt, cogerentur deniquè officium deserere, & quodam modo mendicare, quod Princeps nunquam
6 permittere debebit considerando † paria esse non habere salarium, vel minus sufficiens habere *Luc. de Penna in l. in sacris in fin. C. de proxim sacr. scrin.* Tertia ratio per eum adducta est, quia culpà Principis euenit, quòd salarium non sit competens, ideoq; eius auaritiæ adscribendum esse si officialis committat excessus, & Iudex cogatur quodammodò iustitiam vendere plus offerenti. Vltima ratio, quæ ab ipso affertur est, quòd excusandus veniat officialis, qui ab initio non potuit præuidere superueniendum fore casum, proptèr quem salarium constitutum minus competens esset euasurum.

Quibus tamen rationibus non obstantibus crederem, ni fallor, non posse officialem sibi prouidere propria autoritate de Salario competenti, si Princeps illud augere recusaret, & moueor auctoritate *Molin. de Iust. & Iure disput. 83. col. 6. sub littera D.* vbi ait quòd non auderet firmare, Ministros Regios, quibus tenuia stipendia sunt constituta habita ratione temporum; quæ tamen quando minor erat copia pecuniæ reputabantur proportionata, posse propria auctoritate de competenti Salario sibi prouidere adducens rationem, quòd Rex plurimos inueniet, qui pro eodem stipendio libenter in illo ministerio deseruient; Quæ quidem ratio, cum non solum adaptetur ministris Regijs, verum etiam militet in omnibus officialibus idem Ius, in omnibus venit statuendum, non obstantibus rationibus adductis à Menochio, quibus facile potest res-
7 ponderi, Corruit † namque Prima si dicatur, quòd quis teneatur seruare legem etiam iniustam quando per pactum illius obseruantiæ se adstrinxit *Cagnol. in l. contractus num. 70. ff. de reg. Iur. Castren. cons. 471. sub num. 1. lib. 1. & cons. 219. sub num. 2. vers. contractus autem lib. 2. Rot. decis. 415. num. 4. par. 1. in Recen.* & facit id, quod habetur apud Matth. cap. 20. vbi Paterfamilias tantum tribuit operarijs qui in vinea laborauerant à principio diei, quàm illis, qui ad laborandum iuerant hora decima de quo conquerebantur primi. Videbatur enim eis Patremfamilias iniustitiam facere tantum tribuendo ijs, qui per totam diem laborauerant, quantum illis, qui vna hora suas operas præstauerant contra regulam, quòd merces debeat esse æqualis labori: Verum non iniuste egit Paterfamilias, conuenerat enim cum primis tantam mercedem dare, quantum dedit secundis, vt desumitur ex illis verbis: Amice non facio sibi iniuriam Nonne ex denario conuenisti mecum? tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic nouissimo dare sicut, & tibi? Et est
8 regula quod † contractus legem ex conuentione accipiant *c. contractus de reg. Iur. in 6. l. contractus ff. eod. tit. Surd. cons. 383. num. 6. Menocb. cons. 52. num. 58. & in cons. 477. num. 3. Rot. decis. 669. num. 4. par. 1. & decis. 145. num. 4. par. 4. tom. 2. in recen. & coram Card. Seraphino decis. 787. num. 2.*

Cessat quoque absurdum consideratum à Menochio, & pro secunda ratione allatum si dicatur, quod absurdius sit, fidem fallere; prout faceret officialis, qui seruire promisisset pro certa summa, si postea aliquid vltra id, quod fuit conuentum subra-
9 heret, & sic id pótius venit euitandum † tolleratur enim absurdum ad hoc, vt quod magis absurdum est euitetur *l. si ita vulneratus §. quod si quis absurde ff. ad l. Aquiliam l. quoties nihil ff. de reg. Iur. Bar. in l. furti. §. Pactus num. 1. ff. de his, qui notat infam.*

Nec est bona tertia ratio, quia ex ea se-
10 queretur, quòd † vnus peccaret, & alius puniretur, & hoc lex maxime abhorret, iuxta *Tex. in c. non debet aliquis & cap. seq. de reg. Iur. in 6. & in l. non debet. alteri, & l. factum*

factum suum ff. eodem tit. l. si vnus §. ante omnia ff. de pact. l. cohæredibus ff. famil. hercis Castren. in cons. 336. in princ. vol. 1. Clar. in praxi Criminali §. fin. quæst. 86. in princip. Surd. decis. 102. in princ.

Quarta tandem ratio adducta non concludit; nam non ex eo, quòd officialis non potuerit cogitare Salarij tenuitatem, debet ei licitum esse sibi prouidere propria auctoritate de Salario vltra summam, pro qua ab initio officium exercere se exibuit, sed potius tali casu debebit, vel pro illo Salario seruire, vel officium derelinquere, melius
11 † namque est damnum pati, quàm indebite aliquid exigere *c. nerui, & c. duo mala 13. distinct. c. si aliquid 22. quæst. 4. D. Thom. par. 2. quæst. 19. art. 6. ad 3. vbi Medin. q. 1. Molin. de Iust. & Iur. disput. 335. sub n. 10. frat. Eman. Roder. in summa tom. 2. cap. 51. num. 6. Suar. tom. 4. de pœniten. disput. 4. sect. 10. num. 4. Couarr. de sponsal. par. 2. c. 7. §. 2. num. 9. cum seqq. Sanchez de Matrimon. lib. 2. disput. 39. sub n. 12. vers. ad quartum.*

12 Secunda distinctio est † Quando tempore, quo quis seruire cepit optime sciebat, Salarium ex illo officio proueniens non esse tale, vt ex eo viuere posset, & tamen voluit officium acceptare, Et hoc casu dicendum est, non posse vllo modo prætendere, quòd Princeps ipsi aliquid constituat præter taxatum Salarium, cum Princeps ad hoc non teneatur, nisi in quantum conuenit eius dignitati, & qualitas officij requirit, & multo minus poterit propria auctoritate vltra limitatum Salarium aliquid extorquere ab illis, ad quorum fauorem officium exercet, sed potius debebit officium relinquere si illo tenui Salario viuere non valeat vt per *Menoch. d. cas. 514. num. 19.*

Et pro firmiori huius opinionis fundamento facit, quòd sicuti potest quis donare alicui partem rei diuisibilis, ita quo-
13 que † potest quis pro parte gratiosas suas operas præstare, & partim pro pretio, argumento *l. quæ de tota ff. de rei vendicat. & l. illud. ff. ad leg. Aquil cũ concordantibus* Ergo quando quis sciebat, Salarium non esse competens pro illo officio, & tamen voluit illud suscipere, præsumitur voluisse partim gratis, & partim pro prætio seruire, & sic pro parte suas operas donare. & pro parte non *Nauar. cons. vnico num. 1. de locat. & conduct. lib. 1.* Concurrit insuper, quòd
14 † cum sua met sponte posuerit se in necessitate ipsi imputandum est, qui se in eam coniecit nec est iuuandus *l. si fideiussor §. si necessaria ff. qui satisdare cogan. Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 182. num. 38, & cas. 514 sub. num. 16.*

15 Tertia & vltima distinctio est † quando Salarium a Principe, seu lege constitutum erat competens à principio, sed postea incompetens euasit, quia in illo officio fuit auctus labor, & hoc casu, augendum esset Salarium à Principe, & ipso recusante, posset officialis propria auctoritate sibi augere recipiendo aliquid proportionatum labori vltra taxatum Salarium ab ijs, ad quorum instantiam labores suos impenderet *Roman. cons. 25. Nauarr. in suo opusculo de Dat. & recept. pro Iustitia in fine num. 47. & 48. Molin. de Iust. & Iure tom. 1. d disp. 8 col. 5. vers. deinde*, vbi loquitur de officialibus publicis, quos ait iustè posse aliquid accipere vltra Salarium si operam suam impendăt in eo, ad quod ratione sui officij non tenebatur *Rot. decis. 354. nu. 4. & 5. par. 1. rec. & in Romana Mercedis 26 Aprilis 1624 coram bonæ memoriæ Merlino, & in alia Romana Mercedis vigesima sexta Ianuarij 1604. coram Cardinali Hyeronimo Pamphilio*,

16 Secundo † dicitur competens Salarium illud, quod fuit inter partes conuentum,
17 quæ † conuentio tamquam lex, tam ex parte promittentis Salarium, quam ex parte promissionem acceptantis seruari debet ad *l. primam §. si conuenerit ff. depos. c. contractus cum ibi notatis de Reg. Iur. in 6. l. contractus ff. eod. tit. Bal. cons. 434. num. 1. lib. 1. Ang. cons. 199. num. 2. Dec. cons. 265. num. 4. Rot. decis. 145. num. 4. par. 4. tom. 2. recen.*
18 Et ideo † iuxtà conuentionem erit soluendum, & non poterit ille, qui suas operas locauit plus petere, neque ille, qui conduxit minus soluere *l. Salarium ff. mandati l. Iubemus* ibi, Et Salaria communi consensu deputata *ff. de Aduocat. Diuers. Iudic. Natt. cons. 376. num. 3. vol. 2 Surd. cons. 306 num. 9. vol. 3. & fuit dictum in Romana Mercedis 18 Decembris 1595. coram Iusto.*

19 Declarandum tamen est, tunc dicendum competens Salarium conuentum quãdo non excedat iustum, & summam à lege deter-

determinatam; ita vt, si Salarium conuentum excederet taxam legis, non esset soluendum. Exemplum esse potest in Aduocato; cui si pro patrocinio vnius causæ promisissem mercedem centum aureos excedentem, quæ est summa à lege taxata, vt in *l. 1. §. licita autem quantitas ff. de var. & extraordinar. cognit.* Quamuis hodie à lege Municipali; vbique fere limitatum sit, non solum non possem cogi ad soluendum summam excedentem taxam legis, sed solutam Aduocatus restituere teneretur *Cardinalis in Clement. sæpe in princip. de verb. obligat. quem sequitur Dec. in l. si creditori num. 4. vbi etiam Alciat. C. de pact.* Et si restituere recusaret posset à Iudice cogi *Bal. in Auth. ad hæc col. penul. vers. insuper quæritur. C. de vsur.*

20 Et ratio est quia † pacta, & conuentiones contra legem non valent, nec obligant *l. pacta quæ contra, & ibi communiter scribentes C. de pact. Ias. in l. Iurisgentium §. Prætor ait num. 1. ff. de pact. Sebastian. Medices in tract. de legib. & statut. par. 3. quæst. 4 num. 5.*

21 Nisi tamen † in huiusmodi pactis interuenisset Iuramentum; nam tunc, licet esset contra legem, adhuc esset obseruandum, quotiescumque id fieri posset absque interitu salutis æternæ *c. si vero de Iure Iuran. c. quamuis de pact. in 6. Abb. cons. 95. in fine. lib. 2. Rot. decis. 682. n. 14 par. 4. tom. 3. in recen.*

22 Tertio dicitur competens † Salarium illud, quod à Consuetudine fuit in certa summa constitutum *l. licet vbi cagnol. C. locati l. quod si nolit §. quia assidua ff. de edilit. edict. Bar. in l. si certis annis num. 9. C. de pact. Barbat. in c. quod translationem de offic. legati Alex. cons. 101. n. 1 & 2. vers. vel illa lib. 1. & cons. 3. col. fin. & cons. 26. vol. 2. Mantic. de Tacit. lib. 5. tit. 2. num. 5. vers. item locatio Menoch. de arbitrar Iudic. d. cas. 514. num. 5. Surd. cons. 42. num. 13. Adden. ad Buratt. decis. 508. num. 4. Rot. decis. 10. num. 15. par. 6 in recentior & coram Card. Mantica decis. 267 n. 1. vers. primum, & coram Merlino dec. 108 num. 1. & in Romana mercedis 26 Ianuarij 1604. coram clar. mem. Cardin. Pamphilio & in Interamnen mercedis 15 Maij 1645. coram R. P. D. Peutingerio vers. & hoc quidem*

23 In † ijs enim rebus, in quibus nihil certi à lege fuit determinatum, consuetudines seruandæ sunt *§. Ius consuetudinis Instit. canon. de Iure Diuin. consuetud. & constit.* Quamobrem vltra summam à consuetudine taxatam nemini licebit aliquid vltra extorquere, aliàs tenebitur ad restitutionem non secus ac si recepisset vltra summam à lege, seu Principe taxatam, consuetudo

24 † enim tantum potest quantùm Principis constitutio *l. hoc in princip. & in §. ductus aquæ ff. de aqu. quotid. & estiu l. si §. fin. ff. de aq. plu. arcen. Socc. cons. 297. col. 2. c. cum dilectus, & c. consuetudinis de consuetud. Rot. decis. 462 num. 1. par. 5. tom. 2. in recen.*

25 Imo plus operatur † quoniam dispositio Principis nihil valet nisi fuerit à consuetudine approbata *fælin. in c. cum contingat de foro competen. & in c. cum non liceat col. 4. & 5. de præscript. Roc. de Curt. in tractat. de consuetud. sect. 1. num. 32. & sect. 7. num. 3.*

26 Et † succedit loco legis, ideoque ipsius uim habet *l. de quibus ff. de legib. l. digna vox C. de legib.* & tamquam lex seruari debet *l. fin C. de Iniur l. 2. C. quemad. testam. aper. l 3. §. fin. ff. de Test ib. c. venerabilis de confirmat vtil. vel inutil. c. ex litteris vbi Abb. de constitut. Rot. decis. 577. num. 18. par. 5. tom. 2. in recen. cum alijs concordantibus.*

27 Et † hoc dicas procedere etiamsi inter locatorem operarum, & conductorem nulla fuerit facta mentio de præstatione Salarij iuxta summam à consuetudine taxatam pro illo officio, *l. licet vbi Bal. C. locati Alex. cons. 206. num. 1. lib. 2. & cons. 46. num. 8. lib. 5 Surd, d. cons. 42. num. 13. lib. 1. & cons. 460. num. 30. lib. 4. Rot. decis. 88. num. 5. par. 2. diuers. cum alijs relatis in Romana mercedis 14 Nouembris 1611. coram Vbaldo, quæ est*

28 *decis. 354. par. 1. in recen.* quia † contrahentes præsumuntur velle se regulare cum consuetudine loci, in quo celebratur contractus *l. quod si nolit §. qui assidua ff. de ædil. edict. Ioan. Andr. in reg. Quomodo facit de reg. Iur. in 6. Gomes in c. 1. num. 6. de constitut. Roman. cons. 114. col. 2. Ias. cons. 20. col. penult. vol. 1. Alex. cons. 107. col. penult. vol. 2. Ruin. cons. 47. col. 1. vol. 1. & cons. 104 col. 1. in fin. vol. 5. Tiraquell. de Retract. Ligniagier. §. 1. glos. 18. numer. 37.* Et in specie, quòd in locatione, & conductione operarum contrahentes dicantur se conformare cum consuetudine loci tradit *Gabr. commun. conclus. lib. 6. tit. de consuetud. conclus. 1. num. 5. post. Bar. in l. 1. §. ludi quoque ff. de var. & extraordinar. cognit.*

cognit. Alex. conſ.109. num.1. vol.6. Soccin. conſ.196. vol. 2. Feder. ſcot. conſ.18. num. 10. in fine lib. 3. tom. 1. Surd. conſ.460. num.30. & in tractat. de Aliment. tit. 4. quæſt. 23. num.18. Caroc. de locat. & conduct. tit. de famul. quæſt.10. num.3. & in tit. de mercede conſuetudinar. num.2. Gutiier. de Iuramen. confirmat. par.1. cap.64. num. 3. Carpan. ad ſtatut. medional.379. num.31. vol.2. Granu. Theorem.12. num.14. & 15. Menoch. conſ.228 num.39. & de Arbitrar. Iudic. caſ.515. n.2. & 5. Nauarr. lib.3. de reſtit. cap.2. num.409 Cancer. variar. reſolut. lib.2. cap.14. num.111 & ſeq. Gom. in reg. de Impetran. benefic. per obit. quæſt.14 Rimin. ſen conſ. 358. num.29 vol.2. Natt. conſ. 376. Bou. de ſtatut. Vrb. præſcript. gloſ.19. num.47. Rebuff. ad conſtitution Reg. Gallic. tit. de famul. Salar. gloſ.3. Giurb. deciſ.13. num.2. Rot. deciſ.10. num.15 par.6. in recen.

Sed ſi conſuetudo fuerit varia, ita vt aliquando maior, aliquando minor Salarij quantitas fuerit conſtituta, tali caſu inſpi-
29 ciendum erit, An † ille, qui ſuas operas locauit, aliàs conductus extiterit in eodem officio pro certo Salario, & poſtmodum fuerit ſimpliciter reconductus, & tali caſu intelligeretur cum eodem Salario reconductus; *Enriquez conſ.63. num.2. Magon. deciſ. florent.11 n.5. Menoch. de præſ. lib.3. præſ.85. n.18. Mantic. de tacit, & ambig. conuent. lib.3. tit.9. num.4. & facit Tex. in l. penult. ff. ſolut.*
30 *matrim.* niſi † tamen mutata eſſet qualitas, & conditio perſonæ conductæ, vt latiùs dicemus infra in queſtione ſequenti

31 Si vero non agatur de reconductione, ſed de conductione, tunc habenda eſſet ratio ſalarij, quod longo tempore conſuetũ fuiſſet alijs dari *gloſ. in l. excepto C. locati Bar. in l. Magiſtratus ff. ad municip. Iaſ. in l. diem functo col.3. ff. de offic. Aſſeſſor. Gabr. de conſuetudine concluſ. 1. num. 36.* Non autem
32 † habendum eſſet in conſideratione Salarium illud, quod duobus, vel tribus annis præſtitũ fuiſſet *ad tex in d. l. licet vbi expreſſe notat Bal. C. locati Idem Bal. in l. qui bonos C. de Aduocat. diuerſ. Iudic.*

33 Quotieſcumque † enim ſermo habetur de conſuetudine, de ea intelligitur, quæ pe longum temporis ſpatium fuit introducta *c. Cum in de Conſuetud. Bar. in l. nemo eſt qui neſciat ff. de duob. reis Abb. in c. cum M. ferrarienſis de conſtitution. Capic. dec.163*
34 *num. 3.* Dummodo † illa ſolutio duorum, vel trium annorum non eſſet proxima præcedens, nam tunc erit obſeruanda illa vltima Salarij præſtatio ad *tex. in l. Mela §. ſed ſi alimenta ff. de aliment. & cibar. legat. Bal. in l. binos C. de offic. diuerſ. Iudic. Siluester Aldobrandin. conſ. 66. ſub. num.7. lib.1. Aret. conſ.2. col. vlt. Roch. Curt. in repetit. c. fin. col.65. limitat. 4. de conſuetud. Alex. conſ.5. col. fin. vol. 5. Rebuff. ad conſtitut. Reg. Gall. tom.3. tit. de conſuetud. vſu, & ſtylo art.2. gloſ. vlt. num.2. Crauett. conſ.118 num.3. Iaſ. in d. l. diem functo num.16. ff de offic. Aſſeſſor. Bero. conſ.157. num.3. & ſeq. vol.3. Niger de laudemio tom. 1. quæſt. 4. art.5. num.8.* Poſterior enim derogat priori *d. l. mela verſ. quid ergo ff. de aliment. & cibar. legat. Alex. conſ.5. num. 9. & 10. lib.5. Dec. in l. ſemper in ſtipulationibus num. 8. ff. de regul. Iur. Purpur. in conſ.473. num.22. & conſ.582. num.48. Fælin. in c. cum acceſſiſſent num. 31. de conſtitut. Caſſan. conſ.10. num.7. Natt. conſ.367. num.18. Ciriac. con-*
35 *trouerſ. forenſ.67. num. 11.* Niſi † tamen Salarium vltimo loco ſolutum non fuiſſet indebitè ſeu per violentiam exactum, quia
36 † exactio Salarij, quæ fit per violentiam non inducit conſuetudinem *Bertazol. conſ. Criminal. 109. num. 10. Ciriac. d. controuerſ. 67. num. 44.*

37 At † ſi conſuetudo raro vel omnino extraordinariè fuerit variata, & certis tantummodo in caſibus, etiam ſi vltima conſuetudo immediate precedens fuerit varia, non erit attendenda vltima, ſed ſolita;
38 quæ † enim raro accidunt non ſunt in conſideratione habenda *l. ſcio §. Medico ff. de annu. legat. & ibi Bar. Alex. in l. vel vniuerſor. ff. eod. tit. & in conſ.28. vol.1. l. Fiſtulas §. frumenta ff. de contrahen. empt. Iaſ. in l.3. §. queritur ff. ſi quis caut. Euerar. in loco ab uſit. num. 13. Rip. in c. cum M. col. 21. de conſtitution. & ibidem Fælin. vol.3. & in c. ex litteris col. penul. de fide inſtrument. Iaſ. in l. vt liberis col.4. de collat. & in l. certi conditio §. ſi nummos ff. ſi cert. petat. Ioan. Nicol. in l. generaliter n.74. C. de ſecund. Nupt. Ant. Gabr. commun. concluſ. de conſuetud. concluſ. 3. num.29. Cagnol. in l. diem functo num. 98. & ſeqq. ff. de offic. Aſſeſſor.*

39 Quando † vero neque à lege, ſeu à Principe, nec per partium conuentionem, neque

que ab vsu, seu consuetudine certa summa Salarij constituta, & determinata reperitur, tali casu taxatur à Iudice arbitrio suo *Bar. in l. Seio in fin. ff. de annu. legat. Corn. cons. 116. num. 4. Capyc. decis. 27. num. 20. Magon. decis. florent. 12. num. 18. Menoch. de Arbitrar. Iudic. lib. 2. cent. 6. cas. 514. num. 9. & cas. 223. in fin. Coccin. decis. 256. num. 3. Rot. decis. 128. num. 3. par. 4. diuers. & decis. 354. num. 2. par. 1. recen. & coram Merlino decis. 108. num. 5. & in Romana Salarij 27 Aprilis 1640. coram R.P.D. Carillo §. quod autem, & in Interamnen. Mercedis 1 Iulij 1644. coram R. P. D. Peutingerio §. cum igitur, & in eadem coram eodem 15 Maij 1645. in §. 1. & in eadem 4 Iulij 1646 §. & quia coram R. P. D. Meltio, & in Romana de Ghezzijs 21 Febr. 1642. coram R.P.D. Merlino, seu R.P.D Cerro, à quo fuit decisio extensa §. quod vero attinet ad quanti-*
40 *tatem Salarij*: Et † Salarium sic à Iudice taxatum dicetur competens, & iuxta illam taxam erit Soluendum *Riminal. cons. 478. lib. 4. Seraph. decis. 65. in fin. Coccin. decis. 288 num. 2. Rota in recen. decis. 291. num. 2. vers. quia vero ad quantitatem par. 1. decis. 88. n. 4. par. 3 & 374. num. 2 vers. verum quia par. 4. & in Romana pratensæ restitutionis in integrum 1 Iunij 1609. coram Ortembergo in Leodien. Salarij. 19 Septembris 1610. coram Reu. Pirouano, in Romana Salarij 23 Ianuarij 1626. coram Remboldo, & in alia simili 27 Aprilis 1640. coram R. P. D. Carillo & in Toletana Canonicatus Penitentiariæ 28*
41 *Iunij 1645. coram R.P.D. Cerro*; Nec † aliquid vltra poterit extorqueri, aliàs extorquens tenebitur ad restitutionem, quia acciperet vltra id, quod sibi deberetur *Molin. de Iust. & Iure tom. 1. disput. 87.*
42 *col. 4. vers. Asserimus item*. Et † hoc habet locum etiamsi Salarium à Iudice taxatum non esset sufficiens, quia tali casu poterit recursum habere ad ipsum Iudicem, qui Salarium augebit.

Aduertere tamen Iudices debebunt in taxando Salario, quòd constituant summam iustam, nam licet ipsorum arbitrio relictum sit plus vel minus taxare, tamen
43 reminiscantur, arbitrium † Iudicis regulari debere à Iure *Cæs. de Graff. decis. 7. num. 6. & 7. & decis. 8. in princ. de senten. & re iudic. Rot. coram Greg. XV. decis. 465. num. 1. & decis. 365. num. 1. par. 7. in recen.* & ideo in Salarij taxatione ad hoc, vt se cum dispositione Iuris conforment multarum rerum
44 rationem habere debebunt, Et † primò qualitatis personæ, vt si sit persona docta vel ignara *Coccin. decis. 416. num. 1. Rot. in d. Rom. Salarij §. quod autem, & in d. Interamnen. mercedis 1 Iulij 1644. coram*
45 *R.P.D. Peutingerio §. cum igitur* Non † enim æquitati consentaneum est, tantum Salarium habere doctum, quantum ignarum, *Bal. cons. 155. in fin. lib. 5. Cagnol. in d. l. diem functo num. 93. ff. de offic. Assessor.* Secundò
46 considerare † debebit qualitatem laborum *Guttier. de Tutel. lib. 2. cap. 3. num. 46. Munnoz. de Ratiocin. administrat. cap. 22. num. 14 Surd. de Aliment. tit. 6. quæst. 14. num. 21.* Salarium enim debet labores adæquare *l. seio amico ff. de annu. legat. l. 1. §. in honorarijs ff. de var. & extraordinar. cognit. Rot. decis. 238. num. 4. & 291. num. 2. par. 1. in recen. & coram Card. Seraph. decis. 65. in fine & in d. Romana Salarij 27. Aprilis 1640. coram R.P.D. Carillo in §. Quod autem circa med. & in Oscen. Salarij 21 Iunij 1611. coram Cardin. Lancellotto, & in eadem 28 Nouembris 1612. coram Vbaldo, & in Toletana Salarij 8 Nouembris 1612. coram eodem & in d. Romana de Ghezzijs §. Quod vero* Et
47 † sic non idem Salarium constituendum erit illi, qui parum laborauit, quod illi, qui magnos labores, & industriam in officio impendit *Rot. decis. 123. num. 1. par. 4. diuers.*
48 Tertio † habebunt rationem temporum, vt puta si aliquo anno adsit caritas debebunt Iudices maius Salarium constituere, quàm eo tempore, quo annona est vilior *Menoch. de Arbitrar. Iudic. d. cas. 514. num. 11.*
49 Quarto † aduertent, An officium, quod quis exercuit esset tale, vt totum hominem requireret, vel potius permitteret, vt quis posset etiam alijs operam dare vt considerauit *Rot. in Rom. Mercedis 26 Aprilis 1604 coram bon. mem. Merlino, quæ inter eius impressas est decis. 108. num. 6.*
50 Quinto † in consideratione habebunt, An officium afferat honorem, vel aliqua extraordinaria afferre soleat emolumenta, tali namque casu minor erit taxa mercedis, cum officia huiusmodi consueuerint desiderari à pluribus etiam absque aliquo præmio vt optimè aduertit *Rot. in Romana mercedis 13 Ia-*

13 Ianuarij 1589. coram Card. Seraphino quæ inter eius impressas est decis. 849. num.4.

Reconductus absque expressione quantitatis Salarij an Censeatur pro eodem Salario, pro quo fuit prima vice conductus.

QVAESTIO X.

SVMMARIVM.

1 *Reconductus quis censetur pro eodem Salario, quo fuit prima vice conductus Declara vt num.5.*

2 *Vxor, quæ post diuortium redit ad virum censetur assignare eamdem dotem, quam antea constituerat.*

3 *Reconductio præsumitur facta cum eisdem qualitatibus, & conditionibus conuentis in primo contractu*

4 *Conductus ad tempus determinatum pro certo Salario, finito tempore si continuat in seruitio, pro eodem Salario, dicitur continuare.*

6 *Salarium soluendum est habita ratione laborum.*

7 *In constitutione Salarij habenda est ratio qualitatis personæ.*

8 *Quando Salarium est taxatum alicui officio non habetur ratio laboris, nec qualitatis officialis, sed est soluendum iuxta taxam.*

9 *Reconductus ad officium, cui erat taxatum Salarium. dicitur reconductus pro Salario taxato, etiam si taxa fuerit diminuta, vel aucta*

10 *Coudustus pro Salario incompetenti, an pro eodem censeatur reconductus, si aliqua non adsit nouatio?*

11 *Faciens aliquem actum dicitur se obligare legi disponenti circa illum actum*

12 *Lex iniusta non obligat.*

13 *Pacta non seruare aduersatur omni Iuri.*

SOlet non rarò contingere, quòd quis electus pro certo Salario ad aliquod officium recedat, & postea iterum ad officium conducatur nulla facta mentione Salarij, & hinc est, quod sæpè euenit dubitari An † is dicatur reconductus pro eodem Salario. Quæ quidem quæstio affirmatiuè communiter definitur à Doctoribus vt videre est apud *Bal. in l. etiam in fin. C. de iure dotium per l. qui ad certum ff. locati Cremen singular. 13. Rol. à valle in tractat. de lucro dotis quæst. 75. num.5. Bonacos. de famul. quæst. 80. Cagnol. in l. diem functo num. 9. & seqq. ff. de offic. Assessor & ibidem Ias. n. 19 & in §. Actionum num. 167. Instit. de Action. Magon. decis. florent. 11. num.6. Menoch. de præsumpt. lib.3. præsumpt. 85. num. 18. Caroc. de locat, & conduct. par.2. tit. de Medico quæst. 8. num.4 Viu. commun. opin. lib. 1. opin. 232. Ioseph. Ludouic. decis. Perus 99. num. 18. Rot. decis. 88. num.5. par.2. diuers. & decis. 354. num.3. par.1. recen. Adden. ad Buratt. decis. 508. num.4. Socc. sen. consil. 196. post princ. lib.2. Mantic. de Tacit. & ambig. conuent. lib.5. tit. 15. num. 19. & est Tex. in l. item queritur §. qui impleto ff. locati*, qui Textus licet loquatur de locatione rusticorũ & vrbanorum prædiorum, locum habet etiam in locatione operarum *Bar. in d. §. qui impleto num.5. & in l. si mora num. 17. ff. solut. matrim. Mantic. vbi supra num. 46. Bertran. cons. 241. num.9. vol.6. Mastril. de Magistrat. lib.1. cap.21. num.68. & facit. Tex. in l. penult.*
2 *§. vxor ff. solut. Matrim.* vbi vxor † quæ reuertitur ad virum post diuortium censetur illi assignare eamdem dotem, quam in primo contractu Matrimonij constituerat.

Ratio autem definitionis huius quæstio-
3 nis est, quia reconductio † præsumitur facta cum eisdem qualitatibus, & conditionibus, quæ in prima conductione interuenerunt. *Alciat. de præsumpt. reg.2. præsumpt. 11. n.5. Boer. decis. 284. num.14. Menoch. d. præsumpt. 83. num. 19. Mascard. de probat. conclus. 990. num. 3. Maluas. consil. 87. num. 39. vol. 1. Cancer. variar. resolut. lib.1. cap. 14. num.65. Rota in Romana Afflictus ferreriæ 25 Iunij 1649. §. opponi in fine coram R.P.D. Meltio.*

Et hæc conclusio multo magis procedit,
4 † si quis, finito tempore conductionis, continuaret in seruitio, tali namque casu pro eodem prius conuento Salario censetur continuare *Cagnol. in l. diem functo num. 92. ff. de offic. Assessor. Adden. ad Buratt. dec. 508 num.5. Francisc. Cremen. singular. 13. verb.*

vbi

vbi dicit Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 85. num. 19. Rot. in Roman. Mercedis 26 Ianuarij 1604 coram bo. mem. Card. Pamphilio.

5 Dummodo † tamen non adsint nouationes, quæ si adessent non diceretur reconductus officialis pro eodem Salario, sed esset augendum, vel minuendum iuxta casus occurrentes *l. Salarium C. mandati Bal. in l. licet num. 13. C. de locat. & conduct. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 2. num. 15.*

Nouationes autem possent versari vel circa officium, vel circa personam officialis: Circa officium, quia posset esse, quòd fuerit auctus, vel diminutus labor, & sic Salarium quoque veniret augendum, vel minuen-
6 dum cum † sit soluendum habita ratione laborum *Parid. de Put. in tract. de Syndic. verb. Salarium cap 1. num. 2. in fin. Gratian. decis. Marchiæ 101. num. 3. Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 223. num. 3. & per tot. & cas. 515. numer. 3. Petr. Enriquez. cons. 63. num. 6.*

Erit quoque habenda ratio qualitatis personæ officialis, nam si erat magis Idoneus quando fuit prima vice conductus, vt puta si non sit ita actus labori, vel propter senectutem, infirmitatem, aut ob aliam causam, erit quidem hoc casu Iudicis arbitrio minuendum Salarium sicut è contra esset augendum si officialis esset habilior,
7 conditio † enim personæ est in consideratione habenda in materia constitutionis Salarij *Caroc. de locat. d. quæst. 8. num. 5. Capic. decis. 27. num. 10. Corset. in suis singular. verb. Salarium 4. vers. sed præfatus Dominus, Cagn. in d. l. diem functo numer. 93. ff. de offic. Assessor.*

8 Istæ † tamen nouationes non essent habendæ in consideratione quotiescumque quis reconduceretur ad officium, cui esset certum determinatum Salarium, ita vt eius constitutio non penderet ex arbitrio electoris; tunc namque non habita ratione laborum, seu qualitatis personæ, sed iuxta taxam venit soluendum, etiam si nulla de Salario fuerit facta mentio *Mantic. de Tacit. & ambig. conuenct. lib. 3. tit. 9. num. 4. Corset in suis singular. in d. verbo Salarium 4. vers. Item limitauit Caroc. vbi supra d. quæst. 8. n. 7.* Quæ quidem taxa esset attendenda etiã si fuisset in maiori, vel minori sũma constituta, quàm esset quando officialis fuit prima vice conductus, nam quotiescumque adest certa quantitas taxata tacite intelligitur constitutum illud, quod, dari consueuit. Vnde tam conductor, quàm locator obligantur ad Solutionem, & receptionem talis Salarij; respectiuè, non secus ac si de illo fuisset expresse conuentum
9 intelligitur † enim expressũ quod à lege, vel consuetudine subauditur *Mantic. d. lib. 3. tit. 9 n. 3.*

10 At quid dicendum esset si † non adesset aliqua nouatio sed Salarium, quod fuit prima vice constitutum non esset competens habita ratione laboris vel qualitatis personæ? Et in hoc casu crederem Salarium esse soluendum in eadem quantitate, in qua fuit prima vice solutum, & ratio est quia officialis dum redit ad seruiendum absque aliqua noua conuentione videtur esse contentus Salario prima vice constituto, & pro eodem se ad seruiendum obligare, faciens
11 † enim actum dicitur se obligare legi disponenti circa illum actum *l. si duo in princip. ff. de acquir. hæred vbi Bald. & Castren. Franc. Mantic. in cons. post decis. Rot. Bonon. super Auth Præterea C. vnde vir. & vxor vers. octauo qui facit actum n. 19. Alex. cons. 13. n. 9. & cons. 157. col. penult lib. 2. & cons. 44. n. 10. & cons. 158. in princip. lib. 5. Crauett. cons. 186. n. 7. 8. & 9.*

12 Neque dicatur quòd lex † iniusta nõ obliget *Molin. de iustitia & iure disp. 83. col. 6. sub littera B. vers. Vt ad rẽ redeamus Menoch. de arb. Iudic. cas. 514. sub num. 12. vers. & rationem*, itaut cùm lex in casu nostro non sit iusta; dum per eam fuit constitutum iniustum Salarium, non obligat officialem ad illius obseruantiam

Respondetur enim, quòd si hoc esset verum sequeretur absurdum, nempe, quòd
13 † pacta non essent seruanda, quod est contra Ius non solum ciuile *vt in l. 1. & per tot. tit. ff. de pact.* Sed etiam contra Ius Canonicum vt *in c. 1. & c. qualiter de pactis* & ius naturale, vt habetur in *d. l. 1. ff. de pactis Christophorus Torniola in cons. 81. num. 1. & seq.* Dum enim à principio sciebat Salarium esse incompetens, & tamen absque aliqua noua conuentione redit ad exercendum officium pro eodem Salario, se obligare videtur, saltem tacite, quæ quidem tacita obligatio operatur tanquam expressa, & omnino venit obseruanda *Molin. in tract. de Iust. & Iur. disput. 83. col. 2. sub littera A. vers.*

vers. probatur conclusio quicquid esset dicendum, quando quis susciperet administrationem officij absque aliqua notitia modicitatis Salarij, seu si ex temporum calamitate redderetur incompetens illud Salarium, quod erat competens quando fuit à principio constitutum, de quibus casibus, cum iam in quæstione quinta præcedenti dixerimus, ne iam dicta repetantur ad illam me refero.

Salarium quando augendum, vel minuendum sit.

QVAESTIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Salarium debet esse proportionatum laboribus.*

2 *Salarium augendum est aucto labore, prout diminuendum labore diminuto, Intellige vt num.29. 30. & seq.*

3 *Aduocato augendum est Salarium si labor augeatur, Amplia vt num. 4.*

5 *Salarium inter Aduocatum, & Clientem conuentum potest à Iudice moderari, vel augeri habita ratione laborum*

6 *Scriptura etiam publica, & obligatione Camerali munita non potest executioni demandari nisi pro quantitate Salarij à Iudice taxata.*

7 *Officialis publicus si mittatur Ambasciator pro vtroque officio consequitur Salarium*

8 *Absens causa Reipublicæ non debet priuari aliquo emolumento, quod illi tempore absentiæ quoquo modo competere poterat.*

9 *Gubernatori duarum Ciuitatum gubernio præposito duplex debetur Salarium.*

10 *Collaterali debetur duplex Salarium Collateralium officium exercenti*

11 *Canonicus duo gerens officia habet duplices quotidianas distributiones*

12 *Distributiones debentur pro labore, & seruitio personali tamquam merces operæ & laboris*

13 *Curati duo si sint, & vnus remoueatur, alter vero vtriusque vices gerat, duplex consequitur Salarium*

14 *Curatus vnus si sit in vna Parrochia, si illa diuidatur, diuiditur Salarium. Intellige vt num.15:*

16 *Doctor ad duo officia electus duo consequitur Salaria.*

17 *Doctor dans vocem in vtroque Iure duplex consequitur Salarium.*

18 *Miles si priuatam militiam & capitaneatus officium eodem tempore exerceat duplex stipendium consequi debet*

19 *Episcopus si mittatur legatus emolumenta habebit tamquam Episcopus, & tamquam legatus, Declara vt num.20.*

21 *Famulo, aucto labore, augendum est Salarium, prout diminuendum si labor minuatur*

22 *Salarium augeri non debet propter augumentum laboris famulo, qui fuit indefinitè ad seruitium conductus*

23 *Famulus notarii si efficiatur tabellio, & instrumenta conficiat poterit de illis mercedem petere*

24 *Institor præpositus vni negocio cum certo Salario si postea alijs negocijs præponatur duplicatum Salarium consequi debet.*

25 *Notarius instrumentum conficiens duplex consequitur Salarium aliud pro originali alterum vero pro exemplari*

26 *Procuratores, qui funguntur etiam munere Aduocatorum duplex consequntur Salarium*

27 *Officia plura potest quis exercere & Salarium petere qnando non sunt inter se incompatibilia*

28 *Officia Aduocati, & Procuratoris, licet sint inter se distincta, possunt tamen vtraque per eundem exerceri*

29 *Vicesgerens duorum officialium duplex consequitur Salarium Intellige vt nu.31 & seqq.*

30 *Officialis exercens duo officia, & pro vtroque Salarium habens tenetur facere omnes expensas pro vtroque officio necessarias*

31 *Officiali ad certum officium electo, an aucto labore augendum sit, Salarium & num.32.*

33 *Officialis duplex gerens officium absque Principis licentia non consequitur duplex Salarium.*

34 *Officia duo eodem tempore, & in eadem persona regulariter stare non possunt.*

35 *Ambasciatores duo missi si alter eorum decedat, & superuiuens omnia negocia gerat*

rat non habet duplex Salarium Declara vt n.36.

37 *Furnario, qui pro certa summa promisit coquere panem pro vna familia, ea aucta non augetur Salarium, Declara vt num.38.*

39 *Medico annuatim à Principe, seu Communitate Salariato non est augendum Salarium si augeatur labor, sicut nec minuendum labore diminuto.*

40 *Salarium vnius officialis decedentis non accrescit alteri Declara vt n.41.*

1 CVm † Salarium debeat esse proportionatum laboribus *l. scio ff. de annu. legat. Bal. in l. binos num.10. C. de Aduocat. diuers. Iudic. Roman cons.25. per tot. Surd. cons.42. num.10. & cons.66. num.6. Rot. decis.156. num.4. par 5. in recen. & coram Cardin. Seraphino decis.65. in fin. & in Leodien. Salarij 18 Decembris 1610. coram Reuerendiss. Pirouano, quæ est decis.302. post 2 vol. cons. criminal. Farinaccij.* Ideo † aucto 2 labore augendũ erit etiã Salariũ, prout labore diminuto, & Salariũ quoque erit diminuẽdũ *l. fin C. de Princ. agen in rebus lib.12. l. ijs scholaribus vbi Ioan. de Platea C. de erogat. milit. Anno lib.12. Bal. in l. edicta C. de eden. Cagnol. in l. diem functo n.159. & ibidem Bolognet. n.47. ff. de offic. Assessor. Parid. de Put. in tract. de sindicat. v. Salarium cap.1. num.2. in fine Mastrill. de Magistrat. lib 1. cap.21. num.15. Menoch. de Arbitrar. Iudic. lib.2. cent.3. cas.223. per tot. Gail. singular. obseruat. lib.1. obseruat.44, num 8. Ciriac. controuers. forens. lib 1. controuers. 67. num.48. Adrian. Negusan. quæst.131. num 2. & 7. Gratian decis. Marchiæ 101. num.1. Rot. decis.354. num.4. & 5. par.1. in recen. & in Romana mercedis 26 Aprilis 1624. & 5 Martij. 1625. coram R. P. D. Merlino inter eius impress. decis.108. num.2. decis.162. num.1. & in Romana mercedis 26 Ianuarij 1604. coram Clar. mem. Cardinali Pamphilio, in Romana officij Aquarum 16 Iunij 1631 coram Eminentiss. Card. Verospio impressa penes Ludouic. Posth. in tractat. mandati de manutenen. decis 335. num.8 & in Interamnen Mercedis 1 Iulij 1644 coram R.P.D.* Peutingerio *S. cum igitur in fine, & faciunt Tex in l. secundum naturam ff. de reg. Iur. & in c. qui sentit de regul. Iur. in 6.*

3 Ex hoc ergo infertur primo † augendum esse Salarium Aduocato quando causa, in qua suum patrocinium præstabat redderetur magis difficilis, vel in longius tempus absque ipsius Aduocati culpa protraheretur, vt puta si fuisset contestata aliqua lis super Petitorio, & plures datæ ab Aduocato Iuris informationes, & diu in causa laboratum, deinde vero esset suspendendum petitorium, & conoscendum Possessorium, quo casu, cum augeretur Aduocati labor, ita quoque augendum esset Salarium, prout diminuendum veniret si labor diminueretur *Gratian. discept. forens. cap 56. num.4 & 5. Bal. in l. edicta C. de eden. Afflict. decis.70. num.3. Sarmient. lib.1. select. cap.11. num.9. Ceual. in Speculo commun. opin. con. com. lib.1. quæst.288. sub n.9. Adrian. Negusan. d. quæst.131. n.7.* & hoc etiam disponitur in statuto vrbis *l.3. cap 92. ibi* si vero dictæ causæ sũmaria & executiua intricarentur aut difficiles redderentur Procuratores pro modo laborum plus recipiant personarũ & causarũ qualitate pensata, & c.

4 Et † ex verbis huius statuti optime dignosci potest, quod hoc habeat locum etiamsi summa Salarij fuisset à statuto determinata, nam non per hoc tollitur arbitrium Iudicis quin possit illud augere, & moderari iuxta Aduocati merita, & labores *l.1. §. in honorarijs ff. de var. & extraordinar. cognit. Gratian. discept. forens. d. cap 56. sub num.3. vers.*

5 *Quamuis autem*, Sed quod magis est etiam si à principio litis fuerit inter partem litigantem, & Aduocatum de certo Salario facta conuentio adhuc Iudex poterit ad tàm ad petitionem partis moderari, quàm requisitionem Aduocati augere *Gratian d. cap.56. sub num.4. vers. ad exemplum Guttierez de Iuram. confirmator par.1. cap.53 num.3 Sarmient. lib.1. Select. cap.11. num.9.* vbi idem dicit de Medicis, Procuratoribus & sollicitatoribus, *Segura Daualos in suo directorio Iudicium Ecclesiasticorum cap.13 in 1. par, num 6. & seq. quos refert. & sequi-*

6 *tur Cæuall. d. quæst.288. num.9.* Ita vt † neque scriptura publica etiam quarantigia, seu obligatione Camerali munita de certa quantitate Salarij confecta executioni demandari possit, nisi pro iusto Salario per Iudicem taxato vt post *Rip. Rebuff. Pinell. & alios, quos allegant Flores variar. quæst. lib.1. cap.8. num.50. Gratian. discept. forens. d. cap.56. sub. num.4.*

7 Infertur ſecundo, quod † ſi quis gerens aliquod officium propter quod recipiebat Salarium mittatur Ambaſciator ad aliquem Principem, vel Ciuitatem, vt puta ſi mitteretur aliquis doctor, qui haberet annuum Salarium ad legendum, tam pro Ambaſciata, quàm pro lectura Salarium conſequeretur, etiam pro eo tempore, quo ab fuit, & non legit *Martin. lauden. in tract. de legat. Princip. quæſt.29.* & nos dicemus infra in 2. parte vbi agemus de Salario Ambaſciatorum. Et ratio huius illationis eſt, quia, cum duo gerat officia, ita quoque duplex Salarium conſequi debet ex regula ſupra firmata, quòd aucto labore, augendum quoquè veniat Salarium. Neque obſtat ſi dicatur, hìc non habere locum dictam regulam, quia dum vnum officium exerceri debet in vna Ciuitate alterum vero in alia; ſunt incompatibilia inter ſe; ita vt ſi quis vnũ exerceat alterũ deſerere cogatur Ergo dicendum ſit, quòd dum non poteſt in duobus officijs idem ſeruire, nec poſſit Salaria, quæ vtraque officia reddunt recipere, Reſpondetur enim, quòd, licet ſint officia incompatibilia, nec poſſit idem eodem tempore in vtroque ſeruire, attamen
8 quia ille abeſt cauſâ Reipublicæ † fingitur adeſſe, & ſeruire *l. quæſitum in princip. ff. de legat. 3. l. ſeiæ §. Pamphilæ ff. de fid. Inſtrument. l. quis Titio ff. ex quibus cauſ. maior c. ex parte, & c. cum dilectus de Cleric. non reſiden.* fictio autem legis habetur pro veritate *Abb. in c. tanta ſub num.4 Qui fil. ſint legitimi* Ideoque non debet priuari aliquo emolumento, quòd tempore abſentiæ ipſi quoquomodo competere poterat *Ricc. in praxi fori Eccleſiaſ. reſolut.462. num.1.* Sed vtrumque Salarium conſequi debebit, non ſecus ac ſi vere, & realiter vtrumque officium exerceret.
9 Infertur † Tertio quòd ſi gubernatore vnì ciuitatis præpoſito demandetur eodem tẽpore gubernium alterius ſoluendum veniat Salarium illud, quod pro vtriuſque gubernio largiri conſueuit *Iaſ. in §. perſonal. n.15. Inſtit. de Action. Caſtren. in l. ſi eadem ff. de offic. aſſeſſor. Bal. conſ.403. incipien. ad euidentiam vol.3. Maſtrill. deciſ. ſicil.49. nu.6. vol.1.*
10 Infertur Tertio † augendum eſſe Salarium Collaterali ſi collateralium, vel alterius Iudicis officia exerceat ſecundum *Bal. in l. qui duobus 23. ff. de condit. & demonſtrat.* ſi enim (inquit) Collateralis exercet officia Collateralium, ſeu cuiuſdam alterius Iudicis poteſt petere à poteſtate maius Salarium quia magis laborat *Bal. in l. honor 10 num.5. C. de Aduocat. diuerſ. iudic. vbi. Apoſtil. alios congerit Roman. conſ. 25. num. 1. & ſeq. Soccin. in l. quid vobus ff. de condit. indebit num.6. Caſtil. dec. 49. nu.6. & 5. vſq. in finem Niger. de Laudem. par.1. quæſt.22. n.45 & ſeq. Gratian. d. deciſ. 101. numer. 3.*
11 vbi † idem eſſe dicit in Canonico, qui poteſt habere duplices quotidianas diſtributiones ſi duo exerceat officia *Couarru. variar. reſol. lib.3. cap.13. ſub n.6. in fin. Fælin. in c. cum olim vbi etiam Ioan. Andr. Angel. Abb. num.6. & Cardinalis num.4. de ſenten. & re iudic. Azor. Inſtit. moral. par. 2. lib.7. cap.7. quæſt.13. Nauar. in tractat. de orat. miſcell.60 num.15. Barboſ. in tractat. de offic. & poteſt. Epiſcopi par.3. allegat.62. num.21. Garzia de beneficijs par.11. cap.5. num.245.* vbi refert ſic fuiſſe declaratum a Sac. Congregatione
12 Concilij, Diſtributiones † enim ex labore, & ſeruitio perſonali, & intuitu perſonæ, tamquam merces operæ, & ſtipendium laboris debentur *Monet in tract. de diſtribut. quotidian par.1. quæſt.1. num.9. Pariſ. conſ.33 num.3. vol.4. Gigas conſ.144. num.6. & 13. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. §.7. proæm. num.162. & 165. Rota in Cæſarauguſtana diſtributionum 27 Iunij 1642. coram R.P. D. Bichio S. eaſdemque diſtributiones.*
13 Infertur Quarto, quòd † ſi duo ſint Curati in aliqua Eccleſia, quorum alter remoueatur à cura, illi, qui ſolus remanet duplex ſoluendum eſſe Salarium, quia dupplicatur labor, vt per *Gloſ. in Auth. vt iudic. ſine*
14 *quo ſuffrag;* Sicuti † e contra ſi eſſet vnus Curatus, & adderetur alter fieret diuiſio Salarij quia labor diminueretur *Gratian. d. deciſ.101. num.12. & 13. Parid. de Put. in tractat. de Syndic. verb. Salarium cap. 1. ſub num.3. Menoch. de Arbitrar. Iudic. lib.2. cent.3. caſ.223. num.8. Roman. conſ.26. incipien. viſo facto Caſtren. in l. ſi eadem num.4*
15 *ff. de offic. Aſſeſſor.* vbi tamen † declarat non procedere quando Curatus fuit miſſus in officio ante diuiſionem, nam in ipſius præiudicium non eſt facienda diuiſio, *l. potior, & l. qui balneum verſ. Amplius ff. qui potior in pign. habean. Alex. conſ.232. n.6. & 7. lib.6. Rot. coram Greg. XV. 227. num.2*

& in

& in par. 5. recen. decis. 328. num. 30. & 335. num. 13.

16 Sexta illatio est † duplex deberi Salarium Doctori duobus officij præposito, *vt not. in auth. vt Iudic. sine quo suffrag. Alber. Bal. & Castren. in l. qui duobus ff. de condit. & demonstrat. l. talis §. Stichus ff. de fideicom. liber. Abb. in c. cum olim col. 2. de re Iudic.* vt puta si Doctor eligeretur ad legendum ordinarium, & extraordinarium duplicatum Salarium consequi deberet, nempe vtriusque sedis *Bal. in d. l. qui duobus, & in c. 1. §. 1. si de feud. guard. Cyn. in l. cum quæstio §. sed & alia C. de legat. Sebastian. Medic. de regul. Iuris reg. 3. num. 99. Caroc. de locat. & conduct. par. 7. conclus. 75. Gratian. d. decis. 201 num. 2. vers. idem videmus.*

17 Prout † etiam si doctor vnus daret vocem in vtroque Iure duo habere deberet Salaria *Bal. in l. si adscribatum num. 2. C. de appellat. Gratian. d. decis. 201. num. 8.*

18 Infertur Septimò quòd † si quis ex classe militũ laborũ merito erigatur ad regendum aliquem numerum militum debeat habere stipendium pro duplici officio idest tamquam miles priuatus, & tamquam capitaneus *l. his Scholaribus vbi Io: de Plat. num. 1. C. de erogat. militar. anno. lib. 12.*

19 Octaua illatio est, quòd † si mittatur legatus, seu Ambasciator aliquis Episcopus percipiat emolumenta vt Episcopus, & vt Ambasciator. vt ex *Text. in c. officij de testam. & Auth. vt determin. sit num. Cleric.* dixerunt *Lap. allegat. 89. Parid de Put. in d. tractat. de Syndicat. vers. Salarium cap. 3. vers. Quare Episcopus.*

20 Ego † tamen non auderem ita absolute hanc conclusionem firmare, sed crederem esse distinguendos casus, quando Episcopus mittitur legatus à summo Pontifice, & quando Ambasciator à Principe seculari, & primo casu me Subscriberem opinioni, quòd consequi deberet emolumenta legationis, & Episcopatus, secundo vero casu, nempè quando mittetur Ambasciator à Iudice Seculari iterum distinctione vterer nempe, Aut fuit missus Ambasciator pro negotio Ad Ecclesiam spectante, & cum summi Pontificis licentia, aut vero pro negocio pertinente ad personam seu statum ipsius Principis secularis, & primo casu adhuc procedere crederem conclusionem, quòd posset Episcopus percipere introitus Episcopatus, & Salarium Ambasciariæ, secus autem si versaremur in casu secundo

21 Nono infertur † augendum esse Salarium famulo si ei fuerit auctus labor vt est *Tex. in l. seio Amico ff. de annu. legat, & ibi Bar.* vbi ponit exemplum famuli, qui conuenit præstare operas suas tribus scolaribus pro certo Salario, si numerus Scholarium augeatur pro illa rata augendum esse Salarium *Albert. Brun. in tractat de augument. conclus. 12. num. 3.* sicut pariter esset diminuendum si aliquis ex illis recederet *Bal. in Auth. habita num. 98. C. ne fi. pro patr. Cepoll. in tractat. de seruitut. Vrban. præd. cap. 50. de furno Becc. cons. 27. num. 2. Marchesan. de commiss. par. 1. tit. de commiss. Appellat. in caus. merced. §. 1. num. 41. Ant. Nig. de Laudem tom. 1. quæst. 22. num. 27. Cagnol. in l. diem functo num. 259. ff. de offic. Assessor.* vbi tamen distinguit, quòd, aut famulus incepit seruire Scholaribus simpliciter nulla facta conuentione de certa quantitate Salarij, & tunc diminuta opera, & labore, diminuendum esset etiam Salarium, sicuti si labor augeretur, & Salarium etiam esset augendum arbitrio Iudicis, sed quando fuisset conductus famulus cum certa Salarij quantitate minui non deberet per recessum alicuius scolaris, cum per ipsum famulum non stet, & seruire paratus sit argumento *Tex. d. l. diem functo ff. de offic. Assessor.*

Hæc tamen distinctio est contra sententiam *Alberti Bruni loc. supra relatis, & reprobatur à Menocb. de Arbitrar. Iudic. d. cas. 223. num. 3. vers. & ipse Cagnolus* ea ratione, quia Salarium correspondere debeat labori, ità vt non teneat pactum inter partes factum de quantitate Salarij si labor augeatur vel minuatur, quia tali casu, non obstante pacto, poterit locator operarum à Iudice incrementum petere, sicuti etiam conductor posset instare pro moderamine in casu, quo fuisset labor diminutus, vt ex plurimorum DD. auctoritate comprobauimus suprà. Vnde ex his apparet, ad nihil inseruire distinctionem à Cagnolo adductam, quia semper habet locum arbitrium Iudicis, pro augumento, & modera-

22 tione Salarij; Nisi † tamen essemus in casu, quo famulus fuisset indefinitè ad seruitium conductus, vt puta, ad faciendum quid-

quid erit necesse facere, tunc enim non deberet augeri, vel minui Salarium propter augumentum, vel diminutionem laborum, vt fuit decisum in *d. Romana mercedis 26 Ianuarij 1604. coram clar.me.Card. Pamphilio vers. non obstat. & in allegata Interamnen. mercedis 15 Maij 1645. coram R.P.D. Peutingerio in §.non releuat Adden.ad Buratt. decis.508. in fine.*

23 Aliud † exemplum, quando sit augendum Salarium famulo affert *Roman.cons.25* quod est, vt si quis se locauerat pro famulo apothecæ alicuius notarij, & postea effectus Tabellio plura instrumenta confecerit, poterit de illis mercedem petere, vt quilibet alius tabellio *l.1. §. illud quoque ff. de var. & extraordinar. cognit. l.Argentarius ff. de eden.*

Neque obstat, si dicatur, illum famulum recipere Salarium, apothecæ famulis destinatum, & ideo non debeat etiam recipere Salarium debitum tabellionibus, quia Respondeo, officium famuli, & Tabellionis in apotheca esse officia diuersa, & dum quis exercet vtrumque duplex, & distinctum petere potest Salarium, vt in sepius allegat. *Auth.vt Iudic.sine quo suffrag. §. illud cum glos. in verb. duplex vbi adducitur casus l. binos C. de Aduocat. diuers. Iud. Fælin. in d. c. cum olim num.3. de senten. & re Iud.Pont de Alimen.cap.16.n.7.Parid. de Put. de Syndic.in verb.Salarium cap.1.Caroc.de locat. & conduct. par.7. conclus.65. sub num.3. vers. Ampliatur secundo Rota in d. Romana Officij aquarum post. tractat. de Manuten. decis.335. numer.9. cum alijs ibi relatis.*

24 Infertur † Decimo, quòd si institor, qui fuit vni negocio præpositus cum certo Salario alijs postea præponatur negocijs, augendum illi veniat Salarium pro qualitate, & quantitate negociorum, vt post *Rom. in sæpè allegat. cons.25.* dicit *Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas.223. num.9.*

25 Infertur vndecimo quòd † notarius instrumentum conficiens duplex petere possit Salarium vnum nempe pro prima Scriptura, alterum vero pro exemplari tamquam duplici labore grauatus, & ad hoc est, *Tex. cum glos. in verb. exemplaria & Alex. in addit. ad Bar. in vers. proscribend sub littera A. C. de Princip. agen. in reb lib.12. Amanel de clar. aquis singul.167. Parid. de Put. in d. verb. Salarium cap.1. num.3. Roman. in d. cons.25. sub num.2. vers. vbi tabellio Becc. d. cons.21. in princip. Rot. in d. decis.335. numer.11. post. tractat. de Manuten, & dicunt communiter Scribentes in d. l. multis.*

26 Duodecima illatio est; quòd † Procuratores, qui etiam Aduocatorum, & sic duplici munere funguntur rectè possint vtriusque muneris nomine Salaria petere, vt est Text. notabilis *in l. bis Scolaribus C. de erogat. milit. anno lib.12. & ibi Io. de Plat. num.1. & in l.3. num.2. cum sequenti C. de dignit. eod. lib. 12. Petr. Enriquez cons.63. per tot. Rot. decis.354. num.4. & 5. par.1. in recen. & coram Buratto decis.508. vbi Adden. num.6. & in allegata Romana mercedis 26 Aprilis 1624 & 5 Maij 1625. coram R. P. D. Merlino impressa post. senzon. ad statutum vrbis, quæ in ordine sunt decisiones 177. & 178.* Re-

27 ctè † enim quis potest vicem plurium sustinere, & vno eodemque tempore duo officia exercere, & pro vtroque Salarium recipere quando non habent annexam administrationem, aut si habent inter se non repugnant, sed inuicem se compatiuntur;

28 prout † in munere Aduocatorum, & Procuratorum; quorum officia, licèt sint separata, vtraque commode expediri possunt, cum ad idem finem tendant *c. penul. §.porro de elect. in 6. c.1. de offic. delegat. glos. in c. 3. verb. vices de probat. & ibidem Dec. num.52. Bero num.54. & Felin num.10. Gail singular. abseruat. lib.1. abseruat. 44. num. 9. & 10. Rot. decis.10. num.13. & 14. par.6. in recen.*

29 Infertur † tandèm quòd quilibet officialis, qui exercet duo diuersa officia quorum vtrique sit constitutum certum Salarium habebit vtrumque *Lap. allegation.99. incipien. commune Gaill. singular. obseruat. lib.1. obseruat. 44. Pinell. de bon. matern. par.3. num.73. ad finem vers. ad idem soles notari Guliel. de Benedict. in c. Rainutius verb. duas. habens filias num.63. Capic. decis.27. num.10 a Ponte in tractat, de potest Proreg. tit. de Abbundant. Ciuit. §. 6. num.11. cum seq. Ioseph. Sesse de inhibit. cap.1. §.8. num.10. & 11. & decis. 174. num.5. par.2. latè Garz. Mastrill. in tractat. de magistrat. lib.1. cap.21. n.72. Gratian. decis. Marchiæ 101. num.19. Castren in l. sic eadem de assessor. Bal. in c. 1. col. vlt. de feud. guar. & in l. binos C. de Aduocat. diuers.*

uerſ. Iudic. Angel. in d. §. illud Auth. de Iudic. ſine quo ſuffrag. Ioan. Andr. in c. cum olim de re iudicat. Parid de Put. vbi ſupra num. 1. & ſub num. 3. verſ. officialis ad duo officia Gul. de Cuneo in l. item ſi fundus ff. de vſufruct. & ibi Cin. in addit. Rot. in dd. deciſ. 177. & 178. poſt Fenzon. ad ſtatut. Vrb. vbi de Procuratore, qui exercuerat etiam officium Præfecti domus, & exactoris & *in d. deciſ. 354. num. 4. & 5. par. 1. in recen.* vbi de Computiſta, qui exercuerat etiam officium reuiſoris electi ad calculandam quamdam adminiſtrationem *& deciſ. 10. num. 13. par. 6. in recen. & in d. Romana Mercedis 14 Nouembris 1611. coram Vbaldo;* qui enim laboris ſentit incommodum, & commodum exinde proueniens ſentire debet *reg. ſecundum naturam ff. de reg. Iur. c. qui ſentit de reg. Iur. in 6.* prout è contra, qui ſentit commodum, & incommodum ſentire debebit

30 Quare † ſi officialis habebit iſtud duplex Salarium pro vtroque officio, onus impenſæ familiæ, aliaque neceſſaria pro vtroque officio ſufferre debebit *Angel. in d. § illud, & in auth. vt determinat ſit num. cleric.* Et quòd etiam debeat ſtare ad duos Syndicatus dixit *Parid. de Put. loc. proximè citatis & Angel. in d. §. illud.*

Verum non ita de planò procedit concluſio, quòd aucto labore augendum veniat etiam Salarium, & è contra, vt ſuas non patiatur exceptiones. Et quidem plures adducuntur à DD. tàm generales quàm particulares, reſpicientes ſcilicèt certas perſonas. Et deueniendo primò ad gene-

31 rales limitationes, Dicitur, † non ſemper aucto labore, augendum eſſe Salarium, prout è conuerſo diminuendum labore diminuto, ſed conſiderandos eſſe duos caſus, quorum Primus eſt, quòd quando pro certis officijs, & muneribus quis locauit operas ſuas ſi emergant aliæ occupationes, & negocia, quæ ad prædicta officia, & munera demandata non pertineant, tunc verum eſſe, quòd aucto labore, augendum ſit etiam Salarium in quibus terminis loquuntur *Roman. conſ. 25.* qui vt ſupra diximus affert exemplum vnius, qui vti famulus apothecæ inſeruiebat, deinde vti Tabellio eiuſdem Apothecæ inſtrumenta, & alias ſcripturas confecit, & ſic in ſeparato officiò, *& Angel. in §. illud auth. vt iudic. ſine quo ſuffrag. & idem Angel in addit. ad Bar. in l. 1. C. de legation. lib. 10. & Felin. in c. cum olim num. 1. de re iudic. Bal. in l. qui duobus ff. de condict. & demonſtrat. Rot. dec. 354. num. 5. par. 1. in recen. & in Romana mercedis 26 Ianuarij 1604. coram Card. Pamphilio* Aut vero ſuperuenerunt quidem labores, & negocia, ſed connexionem habent, & verſantur circa munus, & officium, quo quis fungitur, & tunc aucto labore non augetur Salarium, quia potuit ille, qui ſuas operas in illo officio locauit præcogitare huiuſmodi incrementum laboris, quod omnino euentuale fuit, cum ita augeri quemadmodum diminui labor potuiſſet *Abb. in c. quanto num. 9. & 11. de cenſib. Marſil. ſingul. 134. verſ. Et pro ampliatione Alex. conſ. 178. num. 11. verſ. ſecundo pro hoc facit, & num. 16. verſ. ad idem lib. 2. Cæpol. de ſeruitut. Vrban. præd. cap. 50. num. 5. & ſeqq. Adden. ad Buratt. dec. 508. in fine, & dicitur in d. Romana Mercedis coram Cardin. Pamphilio, & in alia Romana Mercedis 26. Aprilis 1624. & 5 Martij 1625. coram bo. mem Merlino quæ ſunt deciſion 108. & 162. inter eius impreſſas, & in Interamnen. Mercedis 15. Maij 1645. coram R. P. D. Peutingeria §. non releuat.*

32 Secundus † caſus eſt quando quis ſimpliciter ad ſeruiendum fuit receptus, Tunc enim, licet pluribus officijs occupetur, non tamen plura Salaria ei debentur, vt in *d. Rom. Mercedis corã clar. me. Card. Pãphilio & in d. Interamnen. Mercedis 15 Maij 1645. §. non releuat corã R. P. D. Peutingerio.*

33 Venit † ſecundo loco declaranda d. concluſio, quòd procedat quotieſcumque officialis exerceat duplex officium cum licentia Principis, ſi de muneribus publicis agatur ſecùs vero, quando exerceret ſine licentia *Dominic. de Ponte conſ. 146. num. 48. vol. 2. Capiblanc. in ſuis ſingular ſing. 162. verb. Salarium num. 266. impreſſ. poſt tractat. de Iure, & offic. Baron.* Regu-

34 lariter enim duo officia in eadem perſona eodemque tempore abſque Principis diſpenſatione eſſe non poſſunt *l. libertus §. præſcriptio ff. ad Municipal. l. finali de Aſſeſſ. l. is quidem § in poſterum C. qui milit. poſſ. lib. 10. l. 1. C. quemadmod. ciuil. mun. eod. lib. 10. l. hac. parte C. de proxim. Sacr. ſcin. lib. 12. c. ad hæc & c. de multa de præben. c. ſingula 89. diſtinct. Adrian. neguſan. quæſt. 293. num. 16.* & pæna contra exercentes duo officia explicatur

catur

catur in *l. quisquis vbi Bar. C. de cohort. lib.12.*

Et hæc est limitatio generalis, nunc venio ad particulares, Scilicet ad eas, quæ respiciunt certas personas, & Primo dico,
35 supradictam † conlusionem non habere locum in Ambasciatoribus quando duo fuerint missi ad eamdem ambasciatam, & non fuerunt distincta officia, si eueniat casus, quòd vnus decedat; alter vero, tam pro parte sua, quàm socij negocia expediat; non tamen propter hoc habebit Salarium, quòd habebat socius, & sic duplex, quia etiamsi expediat vtraque negocia, tamen quia non habebant officia distincta non dicitur aliquid agere, quod suum ad officium non pertineat *Bar. in l. 1. in fine C. de legat. lib. 10.* vbi loquitur in specie de Ambasciatoribus *Corset. in singul. 312. verb. Salarium Martin. Lauden. de legat. Princip. quæst. 12.*
36 Secus † vero esset si dicti Ambasciatores essent deputati ad diuersa negocia, ita vt vno decedente, alter gereret vtraque negocia, de mandato Superioris, quia tunc cũ officia sint distincta & distincta habeãt Salaria, iste dicitur sufferre vicem duorum, & ideo duplex Salarium habebit *arg. l. binos C. de Aduocat. diuers. Iudic. Ang. in addit. ad Bar in l. 1. in fine C. de legation. lib. 10.* & diximus supra in *quæst. 13. num. 29.*
37 Fallit secundo d. conclusio in † furnario qui promisit pro certa summa coquere panem pro tota familia singulis annis, vel perpetuo, nàm si eueniat, quòd familia augeatur, vel diminuatur, non propter hoc augendum, seu diminuendum erit Salarium, prout multis iuribus, & argumentis probat *Cæpol. in tract. De seruitut. Vrban. præd. cap. 59. num. 5. & seqq. de furno sequitur Menoch. de arbitrar. Iudic. d. cas. 223. num. 10.*
38 Hoc † tamen habet locum quando fit augumentum, vel diminutio liberorum per natiuitatem, vel mortem eorum, secus vero si cresceret familia propter aliquem casum accidentalem, vt puta si ille, qui conuenit cum furnario haberet aliquam dignitatem, ob quam conueniret retinere plurés famulos iuxta *Tex in lege §. si quis re sua ff. de petit. hæreditat.* Quia non potuit furnarius de isto verisimiliter cogitare, ergo non tenebitur pro eodem Salario illi coquere panem, sed erit augendum Salarium *l. cum Aquil. & l. cum tutor ff. de transaction. Cepol. locis proxime supra citatis* vbi dicit, idem Ius procedere in Molitore, qui promisit molere frumentum pro tota familia per *l. seruitus ff. de seruitut. Vrban. Prædior.* Vltimo dico, non habere locum in Me-
39 dico † annuatim ab aliquo Principe, seu communitate Salariato, cui non erit augendum Salarium etiamsi augeatur labor, quia sicuti totum Salarium erit soluendum pro vno anno, quo non euenerit occasio suas operas exercendi, ita quoque si alio anno multi essent ægroti, & sic augeretur labor, non tamen propter hoc erit augendum Salarium, sed fieri debebit compensatio temporum, pro vt dicemus infra in 2. parte.

Cæterum de augumento, quòd causatur
40 mortis euentu dicas regulariter Salarium per mortem vnius officialis alteri minime augeri *Gratian. d. decis. 101. in princ. & num. 16. Bar. in l. 1. in fin. C. de legat. lib. 10. Corsett. singul. 312. in verb. Salarium Martin Lauden. de official. domin. quæst. 112. per*
41 *tot.* Nisi † adsit constitutio; vel consuetudo in contrarium prout videmus adesse in S. Rotæ Romanæ Tribunali, in quo per obitum Auditorum pro tempore, quo remanet Rota in paucioribus Iudicibus accrescunt eis Salaria, & sportulæ distribuendæ.

Augumentum Salarij An debeat eodem iure censeri, quo ipsum Salarium.

QVAESTIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Augumentum est eiusdem naturæ, ac iuris cuius est principale, cui accedit.*
2 *Augumentum dicitur accessorium.*
3 *Accessorium sequi debet naturam sui principalis, nec debet diuerso iure censeri.*
4 *Accessorium regulari debet secundùm naturam sui præexistentis, cui accedit.*
5 *Salarij augumentum non debet diuerso iure censeri, quo ipsum Salraiũ primo loco constitutum, & gaudet iisdem priuilegijs Declara vt num. 15. & 17.*
6 *Augumentum rei legatæ sequitur ipsum legatum*

7 *Hypo-*

7 *Hypotecato fundo cadit sub hypoteca id quòd ipsi fundo in augumentum accedit*

8 *Si fuerit prorogatus terminus debitori ad soluendum intelligitur progatus cum omnibus qualitatibus, & pœnis in primo termino appositit.*

9 *Portio accrescens eadem petitur actione, qua prima portio*

10 *Exceptio rei iudicatæ, quæ obstat ratione principalis obstat etiam ratione eius augumenti*

11 *Augumentum dotis gaudet ijsdem priuilegijs quibus ipsa dos*

12 *In additionibus factis statuto idem Iuris repetitum censetur quod erat in ipso statuto*

13 *Castrum acquisitum Regno per modum augumenti regitur ijsdem legibus quibus ipsum Regnum.*

14 *Accessorium non sequitur naturam sui principalis quando ratio vtriusque diuersa est*

16 *Cessante grauamine quod fuit causa constitutionis alicuius commodi, & ipsum commodum cessare debet*

VIdimus in præcedenti quæstione quando Salarium veniat augendum, Nunc dubitari contingit, An augumentum Salarij debeat eodem Iure censeri, quo ipsum Salarium; itaut, si in illius constitutione fuerint apposita pacta, & conditiones, censeantur quoque repetitę in illius augumento, & eisdem gaudeat priuilegijs, quibus ipsum Salarium.

Et huiusmodi quæstionem affirmatiuè esse resoluendam suadet regula, quòd

1 Augumentum † est eiusdem naturæ, & iuris, cuius est principale, cui accedit *Vincen. de franch. decis.251. num.5. Menoch. cons.26. num.6. lib.1. & cons.245. num.26. lib.4. Et in tractat. de præsumpt. lib.4. præsumpt. 189. num.157. Decian. cons.42. n.51. lib.1 Tiraquell. in tractat. de Retract. lignia-gier. §.1. glos. 19. num.59. Bal. cons. 407. num.3. vers. cum ergo lib.1 Castren. cons.8. sub num.2. vers. ad idem facit lib.1. Gratian. decis. Marchiæ 213. num.1 & seq. Boer. decis.284. num.2. Rot. decis.72. num 4. & decis.94. num.3. par.2. in recen. & coram Buratto decis.481 num.3. & in Hypporegien. Præbendæ 9 Iunij 1608. coram Manzanedo & in Bononien Gabellæ 6 Martij 1651. coram R.P.D. Albergato & facit Tex in l. etiam*

2 *C. de Iur. dot.* Augumentum † namque dicitur accessorium vt *in d. Hipporeggien. Surd.*

3 *decis.88. num.10.* quòd † sequi debet naturam sui principalis *c. Accessorium de regul. Iur. in 6. l. cum Principalis ff. eod. tit. l. & ex diuerso §. 1. & ibi Bar. ff. de rei vendicat.* nec debet diuerso Iure censeri *c. cum in tua de Decim. c. cognouimus 12. quæst.2. l. cum fundus in fine ff. de legat.2. d. l. etiam C. de Iure*

4 *dot. l. eum qui ff. de vsucap.* Et † regulari debet secundùm naturam sui præexistentis, cui accedit *Rota dec.343. num.6. post 1. vol. consil. Criminal. farinacc. Honded. cons.84.*

5 *num. 67. lib. 2.* Itaque augumentum Salarij non debebit diuerso Iure censeri, quo ipsum Salarium primo loco constitutum, & gaudebit ijsdem priuilegijs, vt in puncto consuluit, *Ioan. Crot. consil. 10. per tot. vol. 1.*

Pro cuius conclusionis firmiori fundamento concurrit *Tex. in l. quod in rerum §. si quis ff. de legat.1.* per quem disponitur,

6 quòd augumentum rei † legatę sequatur ipsum legatum *Bar. in l. si ita num.4. ff. de legat.2. Alex. cons.278. num.10. lib.2. Crot. in l. omnes Populi num.155. de Iust. & Iure & in cons.14. num.13. Neuiz. cons.71. nu. 2. Bellon. cons.5. num.7. Dec. cons.52. num.51. lib.1. Cagnol. in l. fin. num.233. C. de Pact. Duran. de arte testan. tit. de legat. cantel.10. Menoch. cons.97. num.145. in fin. lib.1 Surd. d. decis.88. num.11.*

Concurrit secundo *tex. in l. si fundus in princip. vbi Bar. & Angel. & in l. Grege ff. de pignor. & in l. si conuenerit in princ. & §.1. ff. de pignorat act.* in quibus legibus dispo-

7 situm reperitur, quòd hypotecato † fundo censeatur etiam comprehensum sub hypoteca id, quòd ei in augumentum accedit *Decian. d. cons.52. num. 53.*

8 Accedit Tertiò, quòd terminus † prorogatus debitori ad soluendum intelligitur prorogatus cum omnibus qualitatibus, & pœnis appositis in primò termino *Bar. in l. 1 §. & post operis ff. de nou. oper. nunciat Cast. in l. lecta ff. si cert. pet. & in l. si insulam §.1. & in l. locum §. lege ff. loca. Fælin, in c. praeterea col.10, de Sponsal. Blanc. in tractat. de Compromiss. quæst.7. num.53. Fenzon. ad statut Vrb. lib.1. cap.10. num.66. Rot. coram Buratto dec.29. num.21. & in Firmana executionis Laudi 26 Ianuarij 1598. coram clarmem.*

mem. Cardin. Pamphilio quæ est decis.61. in princ. apud Fenzon.

9 Facit Quarto, quòd pro consequenda portione accrescenda eadem competat actio, quæ pro prima portione competebat *Bar. in l. re coniuncti ff. de legat. 3. n. 75. vers. Quæro utrum decrescat l. si Titio §. 1. ff. de vsufructu l. Interdum ff. de except. rei Iudic.*

10 Quinto facit, quòd exceptio rei iudicatæ, quæ obstat ratione rei principalis, de qua in sententia obstabit etiam ratione eius augumenti *l. si Titio §. vsumfructum ff. de vsufruct. l. egi §. item si fundo vbi Castren. ff. de exception. rei iudic. Decian. d. consil. 52. num. 55.*

11 Sexto facit, quòd idem † iudicatur de augumento dotis, quòd de dote ipsa *l. inter Socerum §. cum inter ff. de pact. dotal. l. etiam C. de Iure dot. l. fin. iuncta auth. ibi posita C. de donat. ante nupt.* Et eadem priuilegia competunt mulieribus pro dotis augumento, quæ pro ipsa dote *Brun in tractat. de Augumen. conclus. 9. principali Neuizan. cons. 76. num. 14. Rolan. in tractat. de lucr. dot. quæst. 100. per tot. Rota coram Buratto decis. 340. num. 6. & in recen. decis. 513. n. 3. par. 4. & decis. 300. num. 8. & 9. par. 6.*

12 Facit Septimo, quòd, si fiat aliqua additio Statutis idem iuris censetur repetitum in additione, quòd erat in ipso statuto *Cardinalis post Lap quem allegat in Clementina statutum sub num. 5. vers. ex hac solutione de elect. & elect. potest.* id namque, quòd venit per modum addendi fit pars illius, cui additur *l. sed si manente ff. de precario.*

13 Octauo facit, quòd castrum acquisitum Regno per modum augumenti regitur legibus, & constitutionibus, quibus ipsum Regnum, cui fuit additum *Bar. in l. si conuenerit §. si nuda ff. de pignorat act. & in l. 1. in trigesima septima quæstione C. quæ sit long. consuetud.* sicuti enim extenditur territorium, ita quoque extenduntur leges, & statuta.

Et ex his, alijsque quampluribus, quę possent adduci clarè patet definitionem huic nostræ quæstioni assignatam absque difficultate procedere, nisi tamen concurreret aliqua ratio, quæ diuersificaret, *Tiraquell. in tractat. de retract. Ligniagier. §. 1. glos. 18. num. 59. Corn cons. 240. incipien In præsenti consultatione col. fin. vers. nec obstat quod augumentum lib. 3. Surd. cons. 255. n. 24.*

14 Quandò † namque ratio accessorij est diuersa ab illa principalis non dicuntur eiusdem naturæ *l. & si is vbi Bal C. de præd. minor. & l. si tibi §. de pignore ff. de pact. & l. vnica §. itaque partus C. de rei vxor. act. Dec. in l. cum principalis ff. de reg. Iur.*

Rationes autem diuersificantes in casu nostro, itaut, augumentum non esset iudicandum eodem iure, quo ipsum Salarium, plures esse possunt ex casuum contin-
15 gentijs ortum habentes, vt puta si † augumentum Salarij fuisset factum ex eo, quòd auctus esset labor, & eueniret casus, quòd officialis non posset seruire facto Domini quo casu officialis Salarium consequitur *l. qui operas, & l. sed addes §. fin. ff locat. glos. in l. diem functo ff. de offic. Assessor. Tholos. decis. 268.* non tamen erit soluendum augumentum factum ratione laboris, cum cesset labor, qui fuit causa impulsiua dicti augumenti argumento *l. in omni vbi Bar. ff. de adopt. & l. licet §. ea obligatio ff. de Procurator. l. actione §. item si alicuius ff. pro Soc. l. adigere §. Quamuis ff de Iurepatr. l. nec Magistratibus ff. de Iniur. l. generaliter vbi glos. & DD. omnes C. de Episcopis, & Cleric l. eum qui iurauit in princip. & ibi Bar. Alex. & Ias. ff. de Iureiuran.* Et est de regula,
16 quòd cessante † grauamine, propter quòd fuit aliquod commodum constitutum, & ipsum commodum cessare debeat latè *Tiraquell. in suo tractat. Cessante causa cessat effec. par. 1. num. 49.*

17 Neque † minus locum sibi vindicaret resolutio huius nostræ quæstionis si in augumento fuissent apposita pacta diuersa ab illis, cum quibus fuit facta prima conuentio Salarij *l. inter socerum §. cum inter ff. de pact. dotal. & l. si constante §. pactis C. de donat. ante nupt. Paris. cons. 126 num. 25. vol. 1. Rolan. de Dote qu. 100. n. 12. Surd. d. cons. 255. num. 25.*

Officia-

Officiales duo si eligantur ad officium, quód per vnum exerceti solebat an Salarium diuidendum sit.

QVAESTIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Salarium diuidendum est inter duos officiales electos ad officium, cui vnus solebat praeesse.*

2 *Gubernator vnus duobus praepositus Castris habet medietatem Salarij si vni ex Castribus alter praeponitur Gubernator*

3 *Iudex fori Ciuilis, & Criminalis habet medietatem Salarij dum fora Ciuili, seu Criminali alter praeponitur.*

4 *Substituti plures in locum vnius considerantur tamquàm vnica persona.*

5 *Electi plures ad officium, cui vnus consueuit praeesse quilibet illorum illis priuilegijs vtitur, quibus ille solus vtebatur.*

6 *Diuersa inter se debent diuerso iure censeri.*

7 *Salarium diuidatur pluribus si inter plures labor diuidatur.*

8 *Priuilegia sunt latissimè interpretanda.*

9 *Prabendæ diuidi non debent.*

10 *Prebenda datur Canonico propter seruitium, quod praestat Ecclesiæ, itaut si non seruiat prebendam non habeat.*

11 *Eligi duo ad vnum canonicatum non possunt.*

12 *Prabenda diuiditur quando ad vnum Canonicatum, seu beneficium duo auctoritate Apostolica eliguntur.*

1 QVando † ad officium, cui vnus consueuit præesse, plures eliguntur, æqualiter inter eos diuidendum venit Salarium, quod ille solus habebat, non autem quilibet habebit tantum *Parid. d. Put. in tractat. de sindicat. verb. Salarium cap. 5. in princip. Bar. in l. binos C. de Aduocat. diuers. iudicior. per Tex in l. restituendæ C. de Aduocat. diuers. Iudic.* vbi habetur, quòd libræ auri sexaginta præpositæ officio Aduocati fisci, ad quod officium vnus tantùm antea eligi solebat, vt dicitur in *d. l. binos* cum postea duo fuerint electi, vt notat *glos. in eadem l. binos, & in d. l. restituendæ verb. vtrumque* pari lance inter eos diuidendæ sint *Bal.*

2 *in d. l. binos* vbi † quòd si in duobus Castris fuisset vnus Gubernator cum prouisione centum florenorum, & deinde Dominus Castrorum deputasset in quolibet Castro vnum Gubernatorem, Salarium esset diuidendum *Capic. decis. 27. num. 20.* vbi testatur decisum fuisse in Neapolitano Con-

3 silio, quòd † diuidendum esset salarium Capitanei, qui habebat Ciuilem, & Criminalem iurisdictionem dum iurisdictioni Ciuili fuit alter Capitaneus præpositus *Alois de leo in l. 5. num. 26. C. de postulan.* vbi refert ita fuisse iudicatum in S. C. *Carac. in c. cum quid par. 1. num. 9. de Reg. iur. Menoch. de Arbitrar. Iudic. lib. 2. cent. 3. cas. 223. n. 6.* sicut è contra, si duo loca vbi duo erant officiales vnirentur officialis electus duo illa Salaria consequi deberet, vt latè comprobauimus supra in quęstione octaua. Et ratio vide-

4 tur esse, quia † quando plures substituuntur in locū vnius tales sic substituti considerantur tāquā vnica persona vt per *Tex. in l. cui fundus in fine ff. de condit. & demonstr. Parid de Put. loc. supra citat.*

Contrarium tamen suadere videtur *tex. in alleg. l. binos C. de aduocat. diuers. Iudic.*

5 quia dispositum reperitur, quòd † quando eliguntur plures in officio, cui vnus consueuit præesse, quilibet illorum paribus dignitatibus, & priuilegiorum insignibus vtitur, quibus is, qui solus præpositus erat vtebatur, vt cantant verba textus, ibi; Binos, qui priores in tui culminis sede inueniuntur ad patronatum fisci singulis quibusque annis accedere paribus dignitatis, & Priuilegiorum insignibus ambiendos præcipimus, quibus ante hac vtebatur is, qui solus fisci creabatur patronus: Sicque cum non omnes coniunctim, sed quilibet insolidùm possit priuilegijs vti, Idem quoque dicendum esse videtur de Salario, quòd non omnes coniunctim, sed vnusquisque consequi debeat illam summam, quam habebat is, qui solus officio erat præpositus.

Sed huiusmodi obiectum facillimè corruit per regulam, quòd † diuerso iure censeri debeant ea, quæ inter se sunt diuersa *l. qui accusare ff. de Accusation. l. finali ff. de calum. Euerar. topic. Iur. loco à contrarijs n. 7. & 11.* Cum enim inter se differant Sala-

rium, & priuilegium, Istud namquè prouenit ex mera Principis liberalitate, vnde alio nomine dici solet gratia, nempe beneficium, quod gratis datur *Spiegel. in suo lexicon. Iur. verb. Gratia* Salarium vero prouenit ex debito, cum dicatur debita laborum remuneratio, quæ cum ipsis laboribus proportionata esse debeat, non mirum
7 si † diuidendum veniat dum diuiditur labor *l. seio ff de annu. legat.* Non tamen idem dicendum est de priuilegio, quod, non habita ratione laborum, sed solùm ex animi magnitudine, & liberali-
8 tate Principis moderatur, itaut † semper sit latissimè interpraetandum *l. finali ff. de constitution. Princip. c. si gratiosæ de hæret. lib. 6. Iaf. in l si quis pro emptore num. 336. ff. de vsucap.*

In contrarium secundo loco huius nostræ quæstionis definitioni facere videtur, quòd
9 † præbendarum diuisio facienda non sit, vt expressè habetur in *c. maioribus de præben.* in ijs verbis: Diuisionem præbendarum, aut dignitatum permutationem fieri prohibemus *vbi DD. communiter, & in c. dilecto, & c. vacante, & c. cum causam eodem tit. Rebuff. in repetit. c. extirpandæ §. qui vero de præben. in 6. Bursatt. conf. 185. lib. 2. Garz. de Benefic. par. 2. cap. 4. Lotter. de Re Beneficiar. par. 1. quæst. 28. num. 54. vers. Hæcque de dismembratione Rot in Calaguritana Beneficij de Ondategui 28 Martij 1583. coram Card. Lancellotto, & in alia Calaguritana Beneficij de Arriola 18 Iunij 1593. coram Gyptio* quæ reperiuntur impressæ penes *Garz. de Benefic. post d. cap. 4.* Ergo idem quoque dicendum videtur de Salario, quia certo modo possunt æquiparari præbendæ, & Salarium, cum vtrumque dentur pro remuneratione
10 seruitij; præbenda † namquè præstatur Canonico ex eo, quòd seruiat Ecclesiæ, Ita vt si Canonicus residentiam non faciat, nec seruitium præstet præbendam non consequatur *Hostien. in summa tit. de præben. num. 1.* Verum cessat obiectum, quia in Salario non militat eadem ratio, quæ militat in præbendis, In tantum enim prohibetur diuisio præbendarum in quantum
11 † non possunt eligi duo ad vnum canonicatum, seu beneficium vt notat *glos. in d. c. Maioribus vers. Nota quòd ad vnam de præben. Barbos. in collect. DD. ad d. c. num. 22. Rot. in d. Calaguritana Beneficij de Ondategui in princip.* vbi, quòd si plures patroni præsentauerint plures, itaut præsentati fuerint pares, non omnes veniant instituendi, sed optio sit Episcopi in gratificando cui voluerit *Abb in c. cum autem num. 8. de Iurepatronat. Dec. conf. 127. in princ. & 129. col. 2. vers. licet alius Lamberteng. de Iurepatronat. lib. 2. par. 3. quæst. 5. art. 1.* Quamobrem non mirum si prohibetur diuisio præbendarum, nam cum vnus sit ille, qui seruire debet non est ei diminuenda præbenda, & alteri applicanda, qui non seruit: Quæ quidem ratio non militat in Salario, cum nullo iure reperiatur prohibitum quin duo possint eligi ad idem officium, sicque, nec prohibita erit diuisio Salarij, sed omninò facien-
12 da dum fit diuisio laboris, Immo † si duo auctoritate Apostolica ad vnum Canonicatum assumerentur diuidenda esset præbenda, vt tenuit *Bal. in d. l. binos* quem sequuntur *Capyc. & Menoch. locis supra relatis.*

Salarium quo tempore debeatur.

QVAESTIO XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Salarium quando debetur ex dispositione legis soluendum venit in principio officij Declara vt num. 19.*

2 *Salarium quod debetur ex dispositione hominis. quo tempore veniat soluendum, Declara vt num. 19.*

3 *Salarium soluendum venit in principio operis Artifici pauperi, qui aliquod ædificium construere promisit.*

4 *Salarium Cerdonibus, Sartoribus, & similibus non debetur nisi opere perfecto.*

5 *Salarium quolibet die præstandum venit illi operario, qui quotidianis laboribus sibi victum quærit.*

6 *Dictio statim non admittit aliquam dilationem, & intelligitur sine aliqua mora.*

7 *Mercenarius quis proprie dicatur.*

8 *Salarium quod debetur officiali non solum pro labore, sed etiam pro expensis, soluendum est totum in principio officij, data cautione per officialem de seruiendo Declara vt num. 19.*

9 *Potestatibus, & Rectoribus Ciuitatum*

soluendum est Salarium in principio officij, pro ipsis, & eorum officialibus.

10 *Ambasciatores, & legati consequuntur Salarium in principio officij.*

11 *Salarium quando debetur non solùm pro labore sed etiã pro sciẽtiæ probitate soluendũ est in principio officij, Declara vt n. 19.*

12 *Salarium soluendum est Lectoribus in principio lecturæ.*

13 *Salarium Aduocatis quando sit soluendum, & nn. seqq.*

14 *Salarium quod recipiunt hodie Aduocati à personis priuatis est subrogatum in locum illius, quod ipsis prius constitutum erat per dispositionem legis*

15 *Subrogatum assumit naturam eius in cuius locum subrogatur.*

16 *Salarium debetur Medico postquàm infirmus ad sanitatem redactus est.*

17 *Salarium soluitur Aduocatis lite pendente pro singulis informationibus de consuetudine.*

18 *Salarium soluitur hodie Medicis pro singulis diebus, & visitationibus.*

20 *Conuentiones dant legem contractui.*

21 *Prouisio hominis facit cessare prouisionẽ legis*

22 *Salarium soluendum venit eo tempore, quo fuit inter partes conuentum.*

23 *Consuetudo soluendi Salarium certis temporibus est seruanda.*

24 *Consuetudo habet vim legis.*

EX diuersitate qualitatis officiorum, & personarum, quibus venit soluendum Salarium, difficilis redditur huius quæstionis resolutio, quæ tamen difficultas superata remanet quotiescumque infrascripta hæc distinctio, adhibeatur, Nempè, quòd Salarium, aut Soluitur ex dispositione legis vel statuti, aut Soluitur ex dispositione hominis, Aut soluitur non solum pro labore, sed etiam pro oneribus, & expensis, Aut tandem soluitur non tantùm pro mercede laboris, quantùm ob probitatem scientiæ, & intellectus.

1 Et primo casu, † quando Salarium debetur ex dispositionè legis, aut statuti venit soluendum in principio officij, ex quo lex magis mitis est, & debet latè interpetrari *Cagnol. in l. diem functo num. 126.* vbi quòd idem si ex capitulis communibus, qui succedunt loco legis *ff. de offic. Assessor. & ibidem Alex. num. 6. & communiter Scribentes Bar. in l. 1. §. Diuus ff. de var. & extraordin. cognit. Cardin. Tusch pract. concl. conclus. litter. S. conclus. 19. num. 2. Alciat in l. Creditori num. 9. C. de pactis.*

2 Si † vero Salarium soluendum venit ex dispositione hominis, ad hoc, vt appareat quando veniat soluendum, erit habenda ratio qualitatis personarum, nam si operarius esset talis, qui non posset operas promissas præstare, nisi soluto prius Sala-

3 rio, vt puta si † artifex pauper promiserit aliquod construere ædificium pro certa mercede, erit procul dubio soluendum Salarium in principio argumento *l. qui insulam §. ædem ff. locat. & conduct. l. si vero non remunerandi §. vlt. ff. mandati*, nam tunc videtur tacitè actum, quòd ab initio soluatur *Bar. in d. l. 1. §. Diuus num. 16. vers. Quandoque debetur pecunia pro mercede ff. de var. & extraordinar. cognit.*

4 Hæc † tamen non procedent in Cerdonibus, Sartoribus, & similibus, tales namque operarij antequàm mercedem consequantur opus perficere debebunt, Et ratio est quia, inspecto opere, non potest dici onerosa dilatio solutionis mercedis post opus perfectum, sicut esset onerosa illi, qui ad ædificandam domum suas operas locauisset, ideoque, si non tota in principio operis, saltem esset eligenda media via, soluendo illi certam summam quolibet mense, aut bimestri, aut semestri, vel prout qualitas personæ requireret, cuius

5 semper erit habenda ratio, ità vt † si operarius esset talis, qui quotidianis laboribus sibi victum quereret quolibet die esset præstandum Salarium *l. plenum §. equitij ff. de vsu, & habitat. l. eius artificis ff. de oper. libert. Cyn. Bar. Bal. & Alij in d. l. 1. C. de locat. & conducto Maranta in suo speculo aureo par. 4. distinct. 9. num. 197.* Et ad hoc facit id, quod habetur *Deutor. cap. 24. ibi* Non negabis mercedem indigentis, pauperis fratris tui, siue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est, sed eadem die reddes ei prætium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo substentat animam suam, ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum: Et hic est notandum, sacrum Textum mandare, mercedem solui eadem die, & ante solis occasum, afferendo rationem; quia pauper est, & sic habet rationem qua-

qualitatis personæ, & idem habetur *Tob. cap.4. ibi* Quicumque tibi aliquid operatus fuerit statim mercedem ei restitue, & merces mercenarij tui apud te non remaneat, Et in hoc quoque loco mandat quidem mer-
6 cedem solui statim † quæ dictio nullam dilationem admittit, & intelligitur sine aliquo temporis interuallo vt in *l. si finita §. non autem statim ff. de damno infecto l. cum quidam ff. de legat.2. Tiraquel.in l.si vnquam verb. reuertatur num.120. C. de reuocan. donat. Surd. decis.57. num.9. & decis.211.n.32. & cons.437 num.31 Gratian. disceptat. forens cap. 41 n.10.* habet tamen rationem
7 personarum dum vtitur verbo† Mercenarij, quod propriè significat operarios illos, quorum simplices operæ non artes conducuntur vt ait Cicero primo Officior Idem quoque legitur in *leuit. cap.19. ibi* non morabitur opus Mercenarij tui apud te vsque mane.
8 Tertio † vero casu, scilicet quando præstatur Salarium non solùm pro laboribus, verum etiam pro oneribus, & expensis, quæ requiruntur ab officio, ad quod quis fuit electus, soluendum erit totum in principio officij data cautione ab officialibus *Ias. in d. l. diem functo num.9. & ibidem Cagnol n.125 ff. de var. & extraordinar. cognit. l. si. vero non remunerandi §. final ff. mandati, & l. Insulam §. finali ff. locati l. legatus §. 1. ff. de legat. Caballin. Milleloq. 694. vers. vel nisi qualitas.*
9 Et hinc est, quòd † Rectoribus, & Potestatibus locorum debet solui Salarium in principio officij, non solum pro ipsis sed etiam pro omnibus suis officialibus *Ias in d. l. diem functo num.9. post Bald. & Castren.*
10 quos allegat: Eadem quoque ratione † Legati, & Ambasciatores consequuntur Salarium in principio officij *l. legatus §.1. ff. de legat. Bar. in d. l.1. §. Diuus num.16. vers. quandoque datur Alex. in d. l. diem functo n mer. 5. Caballin. d. Milleloq. 694. num.1.*
11 Quarto, & vltimo casu, nempe, quando Salarium soluitur, non tantùm pro mercede laboris, quantùm ob probitatem scientiæ, & intellectus soluendum venit in principio *Cagnol. in d. l. diem functo nu.130.*
12 *vbi alios allegat.* Et ideo † cum Salarium, quod datur Doctoribus præstetur ob scientiam, & intellectus probitatem *Dec. cons.70. num.1. vol.1. Cagnol. vbi supra d. num.130. Corn. cons.71. num.2. lib.1.* illis in principio lecturæ soluendum est *Cardinalis Tuscus practicar. conclus. litera S. conclus.10. num.3 Gratian decision. Marchiæ 101. num. 22.* vbi dicit Soluendum esse in principio, ad hoc, vt possit Doctor sibi de libris prouidere.
13 Et † hæc quæ dicimus de Doctoribus legentibus, locum sibi vindicant etiam in Aduocatis, in quibus eadem militat ratio, & est communis opinio, de qua testantur *Cagnol. vbi supra d. num.130. Alberic in l. 1. num 2. C. de suffrag. Speculator in tit. de Salario § sequitur vers. sed quando soluetur, & ibi Ioan. Andr. Alex. in d. l. diem functo n.7. Ias. in d. §. tripli num.59. & 61. Instit. de Act. Gail. singular. obseruat. cent.3. obseruat.7. num.1. Galgan. ad Statut. vrbis lib.1. cap.118*
14 Maximè quia † Salarium quod hodie soluitur Aduocatis à particularibus subrogatum est in locum illius, quod ipsis constitutum fuerat per dispositiomem legis *Crot. in l. fratre num.2. vbi Corras. num.104. ff. de condit. indebiti Gonzalez variar. quæst. cap.12. n. 8. Adden. ad Cappell. Tholos. decis. 10. num.2. Surd. in tractat de Aliment. tit.4. quæst.11. num. 14.* Ideoque soluendum venit in princip litis *Cagnol vbi supra num.133.* prout soluendum esse diximus Salarium debitum
15 ex legis dispositione, subrogatum † enim assumit naturam illius, in cuius locum fuit subrogatum *Ancharan. cons.110. in princip. & cons. 42. in princip. Alex. cons.38. num.4. vers. corroboro lib.1. Decian. cons.43. nu. 14. lib.4 Rot. decis.482. num.1. par.4. tom.2. & decis.252. num.4. & dec.353. num.97. par.5. tom.2. in recen.* Et ex hoc cessare videtur sententia *glos in l. venditor §. si constet verb. Salarium ff commun. præd.* qnam sequuntur *Innocen. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. in c. propter sterilitatem de locat. Guid. & Salicet. in l. 1. C. de suffrag. Ias. in d. l. diem functo num. 11. cum alijs relatis per Mynsinger. Singular. obseruat. cent.3. obseruation.7. num.2.* qui omnes firmant soluendum esse Salarium Aduocatis in fine litis.

Et tanto magis cessare debet d. opinio, cum ratio, super qua fundata reperitur, non subsistit, non enim tenet argumentum
16 non † debetur Salarium Medico nisi infirmo ad sanitatem redacto *l. Archiatri C. de professor. & Medic. lib.10. glos. in l.1. verb. consequenter, & ibidem Bart. in octaua quæst. C. de*

C. de suffrag. Ias. in d. §. Tripli Instit. de act. & in d. l. diem functo num. 12. Felin. in c. Presbiterum num. 4. de homicid. Rip. in tract. de Peste cap. finali num. 127. Thom. Act. in tractat. de infirmitate par. 2. verb. Salarium num. 3. Caroc. de locat. & conduct. par. 2. tit. de Medico quæst. 5. Ita nec erit soluendum Aduocato lite durante; Cessat enim hoc argumentum, cum militet diuersa ratio in Aduocato, ab ea, quæ militat in Medico, quoniam Medicus non consequitur Salarium nisi postquàm infirmus ad sanitatem fuerit redactus ex eo, quòd consueuerunt infirmi completo tempore, pro quo Salarium erat solutum medicum derelinquere cum magno vitæ periculo *l. Thais §. Lucius il 2. ff. de fideicommissar. libert.* & sic bonum est soluere in fine curæ. Quod tamen non euenit in Aduocato, qui non derelinquitur à Clientudo etiamsi amplius non duret tempus, pro quo fuit solutum Salarium. Et hoc tam si Cliens sit Reus, quàm si sit actor, nam si est reus recusat soluere id, pro quo conuenitur, & si est actor magna afficitur cupiditate consequendi, ita vt neuter curat nouum soluere Salarium, vt sibi satisfaciant. Immò, etiam si hoc eueniret, non propter hoc reseruanda esset solutio Salarij Aduocatis in fine litis, resultaret enim ex hac desertione concordia inter Ciues, quæ maximam afferre solet Reipublicæ vtilitatem.

Sed hodiè hæc disputatio inutilis reddi-
17 tur quoniam † ex vsu, & consuetudine nostri temporis soluitur Aduocatis honorarium lite pendente pro singulis Iuris informationibus, & hæc Consuetudo ortum habuit ab antiquo tempore vt videre est apud *Iasonem in d. §. Tripli num. 61. Instit. de Action. Fenzonius ad statut. vrbis lib. 3. capit. 92.*
18 *num. 41. vers. verum:* sicut etiam hæc † consuetudo viget in ipsis Medicis, cum illis soluatur Salarium pro singulis diebus, & visitationibus, vt est notorium, & de ea testatur *Gaspar Tristan. in tractat. de Clerico Medico §. 34. circa med. vers. Immo certe si nulla conuentio, & in vers. quare si conuentio, & Ias. in d. §. Tripli num. 61.* itaut hodie sit in obseruantia aphorisma illud.

Dum dolet infirmus Medicus sit pignore firmus.

19 Est † tamen aduertendum, quòd suprà allegatæ distinctiones locum sibi vindicent, quotiescumque non fuerit inter partes expræssè conuentum, quo tempore Salarium soluendum sit, nàm tunc conuentio esset seruanda *c. qualiter de pactis l. 1. §. si conueniat ff. depositi l. 1. ff. de pactis l. Iurisgentium §. Prætor ait ff. eod. Menoch. consil. 1. num. 226. cum seqq. & cons. 92. num. 33. & cons. 93. num. 30. & cons. 156. num. 46. & 54.*
20 *cum similibus*, Cum † dicatur dare legem contractui *Cald. Pereira de renouat. Emphit.*
21 *quæst. 11. num. 19.* & est regula † quòd prouisio hominis faciat cessare prouisionem legis *l. fin. C. de pact. conuent. cum concordantibus Rot decis. 301. num. 3. par. 4. tom. 1. & decis. 85. num. 9. ead. par. 4. tom. 2. & decis. 189 num. 14. par. 6. in recen. & coram Cardinali*
22 *Seraph. decis. 829. num. 3.* Itaut † veniat soluendum annuatim, dietim, singulis mensibus, seu quolibet alio tempore, nulla habita ratione, quòd Salarium sit debitum ex dispositione legis, siue hominis, vel soluatur, habita ratione probitatis scientiæ, seu expensarum, quæ ab officio requiruntur *l. post duos C. de Aduocat. diuers. Iudic. Alex. & alij scribentes in sæpius allegata l. diem functo ff. de offic. Assessor. Rebuff. d. Priuileg scolar. priuileg. 7. & in Comment. ad constit. Reg. Gallic. tom. 1. tit. de senten. prouis. art. 3. glos. 7. num. 5.*
23 Neque minus erunt in consideratione habendæ allatæ distinctiones quando in loco adest statutum vel consuetudo soluendi Salarium certis temporibus habita ratione personarum, & munerum, quia tunc erit omnino attenda dicta consuetudo *l. minimè l. si de interpretatione, & l. de quibus ff. de legib. DD. omnes in rubr. C. quæ sit long. consuetud. & in c. 1. eo d. tit. Sebastian. Med. de legibus, & statut. par. 2. quæst. 16. num. 2.*
24 Cum † legis habeat vigorem *l. 1. & 2. C. quæ sit longa consuetudo l. de quibus ff. de legibus §. constat Instit. de Iure naturali gent. & Ciuili c. cum Dilectus & c. consuetudinis de consuetud. Socc. cons. 297. col. 2. Rot. decis. 462 num. 1. & decis. 577. num. 18. par. 5. tom. 2. in recentior.*

Sala-

Salarium An debeatur á die, quo quis fuit ad aliquod officium electus, vel à die, quo incepit officium exercere.

QVAESTIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Salarium debetur à die, quo quis fuit ad officium electus, non autem à die, quo incepit officium exercere, & num. 5. Contrarium, num. 10. & 14. Declara vt num 18*
2 *Abesse Reipublicæ causa dicitur officialis à die electionis, non autem à die, quo iter arripuit.*
3 *Absenti causa Reipublicæ soluendum est Salarium.*
4 *Idem iudicatur de tempore præparationis ad absentiam, quod de tempore ipsius absentiæ.*
6 *Salarium Ambasciatori currit à die facti præcepti de eundo.*
7 *Officiali æquum non est vt damno afficiatur.*
8 *Mandans regulariter tenetur ad refectionem expensarum Mandatario.*
9 *Stipendium illi consequi debent, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium.*
11 *Dispositio regulari debet à sua causa.*
12 *Causa constitutionis Salarij est administratio.*
13 *Commoda officij debentur ratione administrationis.*
15 *Officialis non habetur pro electo nisi officium administret.*
16 *Officialis licet dicatur acquirere ius, in officio à die electionis, & non a die administrationis, attamen intelligitur ad effectum ne reuocari possit, non autem ad effectum consequendi Salarium.*
17 *Destinatū an pro impleto habeatur & præparatorium pro præparato continet materiam broccardicam.*
19 *Officialium electio fieri solet adhuc alijs durantibus officialibus, qui Salarium consequuntur vsque ad aduentum nouiter electorum.*
20 *Rempublicam grauari solutione duplicis Salarij eodem tempore, & pro eodem officio est absurdum.*
21 *Præparatoria non faciunt desinere rem esse integram.*
22 *Officialis si emolumenta officij consequi vult æquum est, quòd subeat onera ipsi officio annexa.*
23 *Officialis electus si antequam administrationem officij aggrediatur decedat, illius hæredes sunt releuandi ab impensis factis à defuncto causa officij.*
24 *Officialis electus si differat administrationem officij ingredi ex licentia Principis, vel ob casum fortuitum consequitur Salarium a die electionis, non autem administrationis.*

IN hac quæstione discordes inter se videntur non solùm Doctores, verùm etiam ipsarum legum dispositiones; Quamobrem necesse erit afferre leges, rationes, & argumenta tàm pro affirmatiua, quàm pro negatiua, quibus examinatis facile erit dignoscere quænam verior sit præsentis quæstionis definitio.

1 Pro opinione igitur, quòd † Salarium soluendum veniat à die, qua quis fuit ad officium electus, non autem à die exercitij facit *Tex. in l. legato ff. de legation.* vbi habetur *legato tempus prodesse non ex quo Romā venit sed ex quo legatus creatus est*, vbi glos
2 dicit, quòd † Reipublicæ causa abesse videatur à die creationis, non autem à die, quo iter arripuit, & idem repetit eadem *glos. in l. qui mittuntur §. sed si extra patriam in verbo agere ff. ex quibus causis maior.* sic-
3 què, cum † absenti causa Reipublicæ soluendum sit Salarium *glos. in l. 3. §. ad diem ff. de re milit. Bal. in l. si ea conditione C. de condit. insert. Bar. in l. hac lege C. de proxim. Sacr. Scrin. lib. 11.* & nos late infra suo loco dicemus, Ita quoque soluendum erit Salarium electo à die electionis, cum ab illo tempore fingatur abesse dum se preparat ad eundum, vt per glos in *d. l. qui mittuntur §. sed si extra Patriam in verb. agere, & in l. si cui §. 1. ff. ex quib. caus. maiors Bar. in l. ab hostibus §. sed quod simpliciter ff. eodem tit.*
4 Idem † enim iudicatur de tempore præparationis ad absentiam, quod de tempore ipsius absentiæ, ac de præparante, quod de præparato *l. 2. C. de Transact. & tradunt communiter Scribentes in rubr. C. de eden. & in rubr.*

rubr. extra de Iudic. ac de existente in via ad actum, quod de existente in actu *l. Pencum ibi notatis ff. de milit. testamen. Soccin.*
5 *cons.7. col. final. lib.4.* Facit † secundo Doctrina *Bar. in l.1. §. diuus num.13. ff. de varios, & extraordinar. cognit.* vbi ita loquitur. Certè in istis potestatibus, & Capitaneis, qui hodie assumuntur, qui tenent locum Iudicum maiorum, vt dixi est dicendum, quod à die electionis sibi præsentatæ dignitatis consequuntur, & ideo statim cedit dies huius obligationis, & totum Salarium debebitur.

Accedit Tertio doctrina *Bal. in l. si quis*
6 *decurio C. de Decurion. lib.10.* vbi dicit quòd currat Salarium Ambasciatori à die facti præcepti de eundo.

Concurrit Quarto, & vltimò, quòd cum necessarium sit à die electionis, electum se præparare ad accessum faciendo multas expensas iuxta qualitatem officij, ad quod fuit electus, nec non derelinquendo omnia alia negocia, quæ ipsi commodum afferre-
7 bant, res integra non est, & æquum non videtur quòd afficiatur damno, prout afficeretur si non nisi à die, quo officium exercere inciperet soluendum esset Salarium faciunt *Tex. in l. si mandassem in l. ex mandato, & in l. inter causas §. non omnia ff. mandati Alex. cons.52. num.1. vol.6. Rot. decis.10 num.5. par.6. recen.* Et consequenter dicendum videtur, quòd saltem consequi debeat Salarium ratione istorum damnorum, & expen-
8 sarum, ad † quarum refectionem regulariter mandans mandatario tenetur *l. si vero non remunerandi §. si mihi mandaueris l. si quis alicui §. impendia, & l. qui mutuam §. finali ff. mandati Paris cons.90. num.38. vol.1. Rot. d. decis.10. num.5. par.6. in recen. & coram Card. Seraphino decis.6. num.1.*

Pro parte vero negatiua scilicet, quòd Salarium à die tantùm ceptæ administrationis, non autem à die electionis debeatur facit *Tex. in c. charitatem 12 quæst.2.* vbi habe-
9 tur, quòd † illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium, & sic disponi videtur, quòd Salariū pro eo tantùm tempore debeatur, pro quo quis præstat obsequium, scilicet pro tempore, quo actu officiū exerceret

Secundo facit conclusio, quòd labor, & pecunia recipere debeant diuisionem *l. seio ff. de annu. legat.* vbi Albericus pro rata laboris Salarium distribuendum esse ait *Bar. in d. l.1. §. Diuus num.6. ff. de var. & extra-*
10 *ordinar. cognit.* Si † igitur ratione loboris Salarium venit soluendum non nisi à die, quo incepit officium exercere poterit officialis Salarium prætendere *Bar. in l.1. §. diuus num.6. ff. de var. & extraordinar. cognit.*
11 Facit Tertio, quòd † dispositio regulari debeat à sua causa *l. si vno ff. locat. l. lucius §. Imperatores ff. ad Municip. Ruin. cons.25. num.11. libr.1. Curt. Iun. cons.300. num.18. & seqq. lib.3. Dec. cons.118. num.6. Cephal.*
12 *cons.44. num.14. lib.1.* vnde cum † causa constitutionis Salarij sit administratio officij
13 *vt in l.1. C. de pæn. lib.12.* vbi † quod commoda officij habentur ratione administrationis *Parid. de Put. in tractat. de Syndicat. verb. Salarium cap.6. sub num.5. vers. quia commoda officij,* sequitur quòd Salarium debeat currere à die administrationis; non autem electionis.

Quarto tandem facit *Tex. in Auth. de Administrat. §. illud & ibi glos. in verb. Co-*
14 *dicillis* vbi expresse habetur, officialem † non debere Salarium consequi nisi post ingressam Prouinciam; non autem a die electionis, vt videre est in ijs verbis: Et non ex codicillis cinguli iudicare tempus, sed ex quo in Prouinciam ipsam accessit illius accipere Reipublicę emolumenta & nullum aliū accipere. Ergo qui præsentialiter in Prouinciam non accessit Emolumenta officij non percipiet, Et hanc opinionem tenent communiter DD. vt per *Bar. in l. absenti in fine ff. de donat. Bal. in l. sed & milites ff. de excusat. tutor. Frecc. de subfeud. tit. quis dicat. dux num.66. Mastrill. de Magistrat. lib.1. cap.21 num.98. par.1. & lib.5 cap.6. num.111. par.2 Regens à Ponte in tractat. de potestat. Proreg. tit. de Assens. Reg. §. 6. num. 16. Parid. de Put. in d. tractat. de Sindicat. in verbo electio officialium cap.2. sub. num.2. circa finem vers. & quia tales officiales, & in verb. Salarium cap.6. sub num.7. vers. & ibi à quo tempore Molphes. cons.15. num.17. impress. post. Addit. ad suos Comment. ad consuetud. Neapol.* & ita fuisse resolutum in Sac. Consilio Neapoli. Testatur *Carol. Tap. in dec.60.* Et ea est ratio
15 quia tanta † est vis administrationis, vt officialis non habeatur pro creato si non administret *Bal. in l. sed, & milites §. quæsitum in fin. ff. de excusat. tutor. Frecc. de subfeud. tit. quis dicatur dux num.56. Molphesius d. cons.15.*

conf.15. num.12. & facit tex in l.1.vers.cum Posterior. vbi glos. in verb. auspicia C. de consulib. vbi Io. de Plat. l. Publius Meuius ff. de Constitut.

Nec obstāt ea, quæ fuerunt pro contraria opinione adducta: Ad primum enim respon-
16 detur, quòd † quamuis a die electionis, præsentationis, & acceptationis officij acquiratur ius electo, Hoc tamen intelligitur ad effectum ne cassari, reuocarique possit, non autem ad effectum perceptionis Salarij, ad quod consequendum requiritur, quòd officialis cæperit administrare vt *in d. §. penult. Auth. de administrat. Bar. in d. l. absenti circa finem Seuer. in l. diem functo in 8. quaest. & ibidem Dec. num.20. vers. electo Ius acquiritur ff. de offic. Assessor.*

17 Illa † vero æquiparatio de existente in actu, ac in via ad actum, & de tempore absentiæ, ac præparationis ad absentiam de destinato, & existente in actu continet materiam broccandicam, de qua per *Capol. in repetit l. fugitiui col.2. & 11 C. de seru. fugitiu. Barbat. in c. iurauit col.14. de probat. Iohn. in c. cum adeo sub num.9. circa fin. de rescript.*

Non obstat doctrina *Bart. in pr. 2. & 3.* motiuo allata, nam respondetur, quòd procedit in Salario debito officialibus ratione probitatis scientiæ, & intellectus, quæ iam diù erat in eorum personis, & habetur ratio præteritorum laborum iuxta *Tex. in l.1.* ibi fructuum suorum laborum consequantur *C. de Aduocat. diuers. Iudic.* vt declarat idem *Bar. in d. l. 1. §. Diuus ff. de var. & extraordinar. cognit. Carol. Tap. d. decis.60. n.5.*

18 Non † tamen sic erit in alijs officialibus, quibus debetur Salarium propter dignitatem quam plenè non consequuntur nisi, per administrationem *l.2. C. vt dign. ord. seru lib.12.* Et cum hac distinctione sunt intelligendi DD. qui possent in contrarium allegari, aliàs posset valde Respublica grauari, nam cum
19 † electiones officialium fieri soleant adhuc alijs durantibus, qui Salarium consequuntur vsque ad aduentum nouitèr electorum *§. fin.* ibi non enim possibile, neque portabile est sine Iudice relinquere Prouinciam *Auth. de Administrat. l. vnica ff. de offic. Praefect. August. l. meminisse ff. de offic. Proconsul. l. vnica §. Administrationem C. vt omn. Iud. l. si forte ff. de offic. Praesid. DD. in l. Diem functo ff. de offic. Assessor. Bal. cons.116. lib.4. Roman. singul.395. Mastrill. de Magistrat lib.1. cap.21. num.84. par. 1.* grauaretur
20 † Respublica eodem tempore pro eodem officio duplex Salarium soluere, quod esset absurdum.

Ad Quartum motiuum cum rationibus ibi adductis respondetur, adhùc rem dici integram respectu requisitę administrationis quæ nondùm fuit cæpta, nec Præparatoria
21 † faciunt desinere, rem esse integram *l. si defunctus ff. de Proco. Bar. in l. si pecuniam num.2. ff. de condit. caus. dat. & ibidem Ias. num.6.* vbi ampliat tam in præparatorijs intrinsecis, quàm extrinsecis, *& Alex. nu.2.*
22 *& 5.* Nec † habendam esse rationem expensarum, quæ sunt necessariæ ad se præparandum pro administratione officij, nam rationi congruit, quòd si emolumenta officij consequi velit subeat onera, quæ habet annexa.

23 Bene tamen verum est † quòd eueniente casu, quo non posset electus consequi emolumenta officij, vt puta, si ante accessum ad officij administrationem diem clauderet extremum, tali casu eius hæredes ab impensis factis ab electo causa officij essent releuandi iuxta Textũ expressum *in l. si pecuniā* ibi. Ita tamen, vt indemnitas tibi præstetur eius, quod expendisti *ff. de condit. caus. dat. Corsett. in suis singular. verb. Salarium 3. circa medium vers. Adde tamen Cagnol. in l. diem functo sub num.205. vers. redeundo ad quaestionem ff. de offic. assessor.*

Cessantibus igitur omnibus motiuis pro contraria opinione adductis firma remanet conclusio, quòd Salarium officiales consequantur non à die electionis, sed à die cæ-
24 ptæ administrationis; Quæ † tamen limitanda erit, quotiescumque officialis differret administrare officium ex licentia, & permissione Principis, vel ob casum fortuitum, tunc namque consequeretur Salarium non secus ac si actu officium administraret *l. hac lege C. de proxim. Sacr. Scrin. lib.12. cum adductis per Dec. in cons.70. col. fin. lib.1. & Bal. cons.71. Cagnol. in l. diem functo sub d. num.205. ff. de offic. Assessor.*

Mone-

Monetæ Valor qui nam sit attendendus in solutione Salarij.

QVAESTIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Monetæ hodiernis temporibus sæpe relegari solent, & illarum valor augeri, & minui.*

2 *Monetæ valor si diminuatur cedit damno eius, qui fuit in mora soluendi.*

3 *Mora creditoris non debet nocere debitori.*

4 *Salarium promissum in certa moneta, & certo numero, vt puta in centum plastris si monetæ valor mutetur, salua tamen eius bonitate intrinseca, soluendum erit in eodē numero & specie monetæ.*

5 *Salariū promissum in scutis centum soluendū in tot plastris, si plastrarum valor augeatur, vel minuatur, soluendum est in plastris, sed non in eodem numero.*

6 *Salarium promissum in certa specie pecuniæ addito certo valore, si species pecuniæ sit immaginaria, soluendū venit iuxta æstimationes factam de tempore contractus Declara vt num. seqq.*

7 *Salarium promissum puta in scutis aureis addito valore si plures adsint species differentes in valore tali casu si mutetur valor illius speciei promissæ, soluendum erit Salarium in illa specie, nulla habita ratione æstimationis factæ, quia intelligitur facta ad differentiam alterius speciei, Amplia vt num. 8. Declara vt num. 9.*

10 *Monetæ qualitas intrinseca consistit in pondere, & qualitate materiæ.*

11 *Salarium promissum in certa speciæ monetæ, cuius qualitas intrinseca fuit mutata, soluendum erit de moneta antiqua, si reperiatur, sin minùs de moderna ad valorem antiquæ Amplia vt num. 12.*

13 *Salarium si in certa specie pecuniæ per statutum taxatum reperiatur, in eius solutione non est attendendus valor monetæ currens de tempore conditi statuti, sed de tempore, quo fuit officialis conductus.* Lanfranc, Zachias de Salario.

QVantitas Salarij Operarijs debita, si in certa specie monetæ taxata reperiatur per statuti dispositionem, vel per partium conuentionem, & casus eueniat, quòd valor monetæ augeatur, aut minuatur, vel
1 illa monetæ species relegetur, quòd † sepissime, tàm in aureis, quàm argenteis pecunijs varijs de causis hodiernis temporibus euenire demonstrat *Couarru. in tractat. de vet. collat. numismat. cap. 7. in princip. & variar. lib. 1. cap. 11. num. 3. & 4. vers. Quo vero obiter Boer. decis. 137. num. 1. & seq. Petr. Bellag. in specul. Princ. tit de mut. mon. rubr. 36 per tot.* Ita vt dubitari cōtingat, qui nàm monetę valor in ipsius Salarij solutione sit attendendus, talis distinctio adhibēda veniet

Aut agitur de Salario taxato in certa specie monetæ per statutum, Aut per conuentionem partium, & si per conuentionem iterum distinguendum est tali forma videlicet, Aut concurrit mora Contrahen-
2 tiū, vel non Et † si adsit mora diminutio valoris monetæ cedere debet damno illius, qui fuit in mora, Ita vt si debitor mercedis fuerit morosus in solutione diminutio valoris monetæ ad ipsum spectabit *l. quod te & l. vinum. vbi DD. ff si cert. petat. Bart. in l. Paulus la. 1 sub num. 8. vers sed si tu poneres ff. de solution. Soccin. cons. 298. sub. num. 1, vers. Quinimmò lib. 2. Albert. Brun. de Augument. & diminuet monet. limit. 1. sub num. 1. & seqq. Thesaur. decis. 174. sub num. 4. Cancer. variar. resolut. lib. 2. cap, 6. de solution. sub num. 140. Gabr. d. solut. conclus. 3. num. 1. Carocc. de deposit. par. 2 quæst. 131. Boss. in prax. crim. tit. de monet. sub num. 11. Bero cons 143. num. 27. & seq. volum. 1. Natt. cons. 454. vol. 2. Borgnin. decis. 16. nu. 45. par. 2. Scacc. de Camb. glos. 5. §. 2. sub num. 148. vers. Aut agimus Rener. Bud. in tractat. de monet. cap. 26. nu. 5. Marescott. variar. lib. 1. cap. 94. num. 15. Rot. in Rom. seu florentina Cambiorum 3 Iunij 1650 coram Eminentiss. D. Cardinali Corrado.* sicut è contra si adesset mora ex parte creditoris mercedis diminutio valoris monetæ
3 ipsius damno cederet, non † enim debet mora creditoris inferre damnum debitori *l. illud & ibi glos. ff. de peric. & commod. rei vend. l. item illa ff. de constit. pecun l. si per emptorem ff. de act. empt. Alciat. cons. 59. num. 1. & seq lib. 5. Rota in firmana, seu Maceraten Dotis 20 Ianuarij 1621. coram Pirouano.*

At circumscriptis terminis moræ præsup

posita existentia illius certæ speciei monetæ, quæ non sit in bonitate intrinseca sed solùm in extrinseca mutata, plures sunt distinguendi casus pro resolutione præsentis
4 quæstionis, & Primus est, quando † Salarium fuit sub tali, verborum forma promissum Conduco operas tuas pro centum plastris quolibet Anno, Et tali casu illa monetæ species, & non alia soluenda venit, nulla habita ratione augumenti, vel diminutionis valoris *Bart. in l. Paulus ff. & de solut. & in l. cum quod ff. si cert. pet. Ar. & in cons. 11. n. 3 Corn. cons. 287. num. 2. lib. 1. Surd. cons. 242. & 335. Ciriac. controuers. 261. num. 3. Benintten. decis. 39. Castill. controu. Iur. lib. 4. c. 10 num. 45. & seqq. Caroc. decis. 53. num. 7. & seqq. Larrea decis. Granaten. 22. num. 6. & seqq. Duran. decis. 1. num. 3. Pen. decis 5. numer. 3. & seq. Buratt. decision. 626. num. 1. vbi Add. num. 6. san mem. Gergor. XV decis. 42. num. 6. vbi Add. num 8. Rota dec. 597 num. 2. par. 1. & decis. 149. num. 11. par. 2. in Recen. & apud Cenc. de Censib. dec. 216. 217 & 218. & in Bononien. Dotis seu Pecuniaria 26 Martij. 1645. coram Reuerendiss. P. D. Dunozetto Decano.*

5 Secundus casus est, quãdo † fuisset promissũ Salariũ scutorũ centũ soluendũ in tot plastris, Et tunc si Plastrarũ valor fuisset auctus, vel diminutus esset quidem facienda solutio in plastris, sed non in numero centũ si illarum valor fuisset diminutus vel auctus *Imol. in l. Paulus num. 2. in fin. vers. Item adde dictis vbi Bart. ff. de solution. Couarru. de numismat. §. vnic. cap. 7. conclus. 8. Scacc. de Camb. §. 2. glos. 5. num. 188. Dudell. de monet. cap. 6. Robel. exerc. legal. 19. numer 23 Bertazol. de Clausul. cla. 30. glos. 9. numer 10. Rebell. de obligat. Iust. lib 11. quæst. 15. concl. 9. Crauett. cons. 47. num. 1 Fab. de var. num. deb. cap. 11. & 17. Thesaur. de monet. par. 2. num. 57. Menoch. cons. 258. num. 3. Larrea decision Granaten. 24. num. 9.*

6 Tertius est casus quando † promissio fuisset facta de certa specie pæcuniæ addito valore, vt puta constituo Salarium scutorum aureorum centum ad rationem iuliorum quindecim pro quolibet scuto aureo, Et tali casu si scutum aureũ esset moneta immaginaria non existens facienda veniret solutio iuxta estimationem factam de tempore contractus *Bart. in d. l. Paulus in fin. de solut. Scacc. de commer. & Camb. §. 2. glos. 5. n. 187 & 188. Brun. in tractat. de monet. limit. 8. num. 5. vers. secundo quæritur.*
7 At † si scutum aureum, vel alia moneta in stipulatione deducta existeret, & plures reperirentur species differentes in valore, Tali casu deberet solui illud scutum aureum, quod fuit promissum licet fuisset mutatus valor, nulla habita ratione æstimationis factæ iuliorum quindecim, quia intelligeretur dicta æstimatio facta ad differentiam alterius speciei scuti aurei *Surd. cons. 368. n. 15. Cephal. cons. 31. num. 6. Menoch. cons. 952. num. 15. & seqq. Gratian. discept. 417. d. num. 2. vsq. ad 15. Ciriac. controu. 388. num. 14. Boer dec. 327. num. 3. Anton. Fab. vbi supra cap. 17. nu. 29. & 32. Rot. decis. 114. num. 5. par. 1. & dec. 49. num. 3. & 4. par. 3. & decis. 430. nu. 2. par. 4. Recen. & in Bononien. Dotis seu Pecuniaria 26 Martij 1645. coram Reuerendiss. D. Dunozetto Decano.*

8 Quod † procedit etiam si inter scutum aureum, eiusque æstimationem apposita fuisset dictio alternatiua, vel, tali forma videlicet; Constituo Salarium scutorum aureorum centum, vel illorum valorem ad rationem Iuliorum quindecim pro quolibet; Nàm stante supposito, quòd duæ adsint auri species, adhuc expressio valoris dicitur stare demonstratiue ad designandum, de quo scuto aureo partes senserint, & alternatiua illa, cum sit apposita fauore eius, cui fit promissio, nè scilicet dubitari contingat, de qua specie scuti aurei contrahentes senserint, Aut nullam præbet debitori electionem *Fælin. in c. inter cæteros num 4. vers. fallit secundo de Rescript. Purpurat. cons. 287. sub. num. 1. Cancer. variar. resolut tom. 2. cap. 6. num. 98. Monter. decis. Aragon. 48. nu. 14.* Aut esto, quòd tribuat debitori electionem soluendi in alia specie monetæ valorem aurei conuentum *iux. tex. in §. si plures Instit. de hæred. instit. Surd. d. cons. 398. num. 86. Menoch. cons. 3. num. 21.* non tollit, quin scutum aureum dumtaxat sit in obligatione, & consequentèr illius æstimatio tempore solutionis, non autem alteratio sit attendenda *Rot. decis. 49. num. 2. par. 3. Recen. Gasp. Ant. Thesaur. quest. foren. lib. 4. quæst. 72. sub. num. 5. & sub. num. 6. vers. Qui voluerunt, Robel. exercitat. legal. 19. sub num. 21. vers. ad differentiam Soccin. Iun cons. 44. num. 5. lib. 4.*

9 Idem † tamen non esset dicendum si esset

esset promissumSalarium in scutis aureis vel moneta argentea ad rationem Iuliorum tot, quia tali casu ipsa moneta, videtur esse in obligatione, & æstimatio cadet supèr moneta non autem super auro *Cephal. cons. 31. num. 7. Adrian. Negusan. quæst. 57. sub n. 4. Gratian. disceptat. 417. sub num. 9.*

Quando vero fuit mutata monetæ quali-
10 tas intrinseca † quæ consistit in pondere, & qualitate materiæ *l. 2. C. de vet. numism. potest. Martin. Lauden. de monet. quæst. 10. Ancharan. in Clementina si beneficiorum n. 8. de Decim. Boer. decis. 327. sub num. 13. Couarru. de mutat. monet. §. vnico num. 2. vers. Tertia conclusio Marian. Iun. cons. 145. num. 94. vol. 1. Fab. de Anna cons. 54. num. 9. vers. Octaua conclusio Bertran. cons. 17. nu. 4. vol. 4. Tondut. quæst. Ciuil lib. 2. cap. 1. n. 1. Lotther. de re benefic. quæst. 39. num. 185. lib. 1. Rot. coram Buratt. dicta decis. 626. num. 4. & in Recen decis. 597. num. 2. par. 1. & est tex. in l. 2. C. de vet. numism. potestat.*

11 Solutio † fieri debebit de moneta antiqua, si reperiatur, & si banna non obstent, aliàs de noua, ad valorem tamen antiquæ, quæ aderat de tempore contractus, nulla
12 † habita ratione, An debitor fuerit in mora, vel non, quia adhuc teneretur soluere iuxta valorem temporis contractus *Abb. in c. quanto sub num. 12. vers. venio ad secundum casum de Iur. iur. Rub. Alex. cons. 35. in princ. & cons. 148. sub num. 1. Soccin. Iun. cons. 145. num. 94. lib. 1. Grat. cons. 12 num. 31. cum duobus cons. seqq. lib. 1. Caball. cons. decis. 103 numer. 2. Scacc. vbi supra num. 178. ctr. fin. Cagnol. in l. 2. num. 210. & seqq. C. de pact. inter Empt. & Vendit. Bart. in d. l. Paulus num. 6. ff. de solut. & in dicta l. cum quid num. 17. ff. si cert. petat. vbi etiam Castren. num. 5. & Alex. num. 16. Imol. in Clem. fin. num. 12. de Decim. Natt. cons. 302. n. 1. Afflict. decis. 90. num. 30. Gabr. cons. 164. n. 1. & 4. lib. 1. Surd. cons. 220. sub nu. 4. Federic. Martin. in tractat. de Censibus cap. 8. nu. 49. Thesaur. Iun. de monet. par. 1. sub num. 56. & 58. Guidopap. quæst. 493. Ciriac. controuers. 391. num. 22. Cartar. decis. 134. num. 5. & 6. San. mem. Gregor. XV. dicta decis. 42. num. 1. & ibi Add. num. 7.* vbi quòd Rota perpetuò seruauit hanc distinctionem *Burat. decis. 626. num. 3. Rota in recen. d. decis. 597. par. 1. & dec. 149. par. 2. & in foroliuien. legati 13 Ianuarij 1642. corã bo. me. Card. Pãzirolo.*

13. Videndum † remanet de Salario taxato in quantitate certæ pæcuniæ per statutum, in cuius solutione dicas, non esse attendendum valorem monetæ de tempore conditi statuti, sed illum, qui currebat de tempore, quo officialis fuit conductus, nisi consuetudo alitèr se haberet, vt post *Speculat. in tit. de obligat. & solut. §. nunc aliqua in fine & post Zabarell. Petr. de Ancaran. & alios quos allegat firmat Albert. Brun. in tract. de Augument. & diminut. monet. par. 1. partic. 7. sub nu. & 4. vers. item prædicta limitantur, & in partic. 12. num. 3. Milis. in repert. verb. pæcunia §. pæcunia quæ debetur in fine Bald. cons. 137. incipien. super eo vol. 1.* vbi in terminis Salarij debiti, Potestati & in *cons. 169 vol. 2. & in l. fin. in princ. vers. Itẽ Quero C. commun. de legat. Dec. in l. quod te num. 8; ff. si cert. pet. Mart. Laud. in eodem tractat n. 27 vers. Quid autem in lege* cum alijs quampluribus relatis per *Gabr. de solut. concl. 5 num. 1. Curt. in tract. de monet. num. 17. & seq. vers. Quinto quero.* Quia quando agitur ex legis dispositione debet inspici pæcunia pro tempore currens, non autem quando lex edita est, aut consuetudo inducta fuit *Speculat. loc. citat. Bald. in l. vlt. num. 4. C. commun. de legat. Corn. cons. 181. num. 71. vers. nec solutio lib. 1.* lex enim dat formam futuris secundùm futura, non autem secundùm præterita, Vnde meritò trahitur ad tempus negocij, non è contra, Ideo intelligenda venit de moneta, quæ pro tempore currit *Bald. cons. penul. in princip. lib. 1. Roman. cons. 123. num. 1. Rener. Ruder. in tractat. de monet. lib. 2. cap. 19. num. 34. & 6.*

An, & quibus Salariatis præstari debeant Alimenta.

QVAESTIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Cibaria omnia veniunt appellatione Alimentorum.*
2 *Vestimenta continentur sub nomine Alimentorum.*
3 *Habitatio venit sub nomine alimentorum.*
4 *Seruientes, & eorum Salaria veniunt sub nomine alimentorum.*
5 *Medicinæ comprehenduntur in alimentis.*

6 *Obligatus, ad præstationem alimentorum. An & quando teneatur præstare omnia, quæ sub nomine alimentorum continetur.*

7 *Aduocatus conductus ad patrocinandũ causas vltrà Salarium consequitur alimenta pro tempore itineris si exire debeat à sua prouincia.*

8 *Ambasciatori non solum currit Salarium tempore itineris, Verum etiam debentur alimenta, & si infirmetur reficiendæ ei veniunt impensæ pro medico, & medicinis.*

9 *Assessori debentur alimenta itineris vltrà Salarium, Contrarium num. 11. Declara vt num. 13. & 15.*

10 *Alere tenemur illos, qui in nostris seruitijs se exercent.*

12 *Conductus tenetur se alere Salario, & proprijs expensis.*

14 *AEquitas naturalis suadet, vt illos alamus, qui nobis seruiunt.*

16 *Barisello, & Birruarijs missis ad purgandum aliquem locum malis hominibus debentur alimenta vltra Salarium.*

17 *Iudices Delegati quando transferunt se ad aliquem locum vltra Salarium consequuntur expensas victus, & vecturas Equorum pro ipsis, & famulis, Amplia, vt n. 18. Declara vt n. 19. & 20*

21 *Medicis conductis ab aliqua Communitate vltra Salarium debetur habitatio bona in loco celebri; Amplia idem procedere in Doctoribus, Aduocatis, Procuratoribus, & similibus.*

22 *Militibus vltra stipendia à Principe debita præstanda est habitatio à subditis, & qualis debeat esse habitatio num. 23.*

24 *Milites non possunt à subditis Principis, cui seruiunt, vltra habitationem aliud petere Declara vt num. 25.*

26 *Notarius, qui mittitur ad examinandum testes vltra Salarium consequi debet alimenta præstanda ab eo, ad cuius instantiam testes examinantur.*

27 *Actus expeditur sumptibus eius, ad cuius instantiam fuit factus.*

28 *Procuratores consequuntur alimenta vltra Salarium quando pro expeditione certi negocij coguntur exire Patriam, in qua exercent.*

29 *Famuli præter Salarium consequuntur alimenta Declara vt num. 30.*

31 *Operarijs qui apud nos non seruiunt alimenta non debentur, sed suis expensis viuere debent, Declara vt num. 32.*

33 *Sindicator Ciuitatis consequitur alimenta præter Salarium quando cogitur exire Patriam pro negocio ipsius Ciuitatis.*

34 *Sindicus Agens negocia Ciuitatis regulariter ab ea non consequitur alimenta, Declara vt num. 35.*

36 *Testes quando ire debent ad testificandum de vno loco ad alium vltra mercedem loco damnorum debitam, consequuntur etiam alimenta.*

37 *Officiales omnes præter Salarium alimenta consequuntur, ita disponente statuto, vel consuetudine loci.*

38 *Contractus censentur celebrati secundùm consuetudinem, & statuta locorum.*

CVm dicturi simus quandò, & quibus Salaria tis personis sint præstanda alimenta, priusquàm deueniamus ad quæstionem duo veniunt inspicienda, & Primo: quæ contineantur appellatione alimentorum, secundo An omnia quæ veniunt sint præstanda. Et quoad primum
1 † appellatione alimentorum veniũt omnia cibaria *l. legat. C. de Aliment. & cibar. legat. glos. in c. Episcopus 10. quæst. 2. Castren. cons. 437. num. 2. vol. 2. Soccin. cons. 161. num. 4. vol. 2. Surd. de Aliment. tit. 4. quæst. 1.*
2 *num. 1.* Item † sub nomine alimentorum veniunt etiam vestimenta *d. l. legatis ff. de Aliment. & cibar. legat. l. legatum ff. de adimen. legat. l. verbo victus ff. de verbor. signif. Soccin. cons. 561. in fin. vol. 2. Surd. d. tit. 4. quæst. 2. num. 1 Cammill. de Medic. cons. 14. num. 2. Rota Bononien. decis. 25. num. 82. inter recollect. per Fundat. & Gyps.* Compræhenditur
3 † Insuper sub nomine Alimentorum habitatio *Bart. in tractat. de Aliment. num. 1. Rolan. cons. 22. n. 1. vol. 1. Riminal. cons. 250 num. 6. Bero. cons. 24. num. 8. & cons. 48. n. 10 vol. 2. cum alijs, quos refert. & sequitur Surd. d. tit. 4. quæst. 4. num. 1.*
4 Seruitures quoque, & eorum Salaria, attenta qualitate alimentati veniunt appellatione alimentorum *Surd. cons. 1219. n. 17. Rot. in Maceraten. Redditionis rationis 17 Martij 1645. coram R.P.D. Meltio.* Tan-
5 dem † continentur sub nomine alimentorum Medicinæ per *l. quos nos §. verbum viuere ff. de verb. significat. d. l. verbo victus ff. eod.*

eod. Bar. in d. tractat. de Aliment. num. 6. & in d. l. legatis ff. de aliment. & cibar. legat. Speculat. in tit. qui filij sint Legitimi §. 1. n. 38. Corn. cons. 286. num. 9 lib. 3. Surd. de Aliment. tit. 4. quæst. 5. num. 1.

Et hæc sunt, quæ compræhenduntur sub nomine alimentorum. Nunc venio ad se-
6 cundam inspectionem: An † scilicet omnia hæc, quæ sub nomine Alimentorum continentur, præstanda veniãt ijs, quibus infra dicebimus præstanda esse alimenta vltra Salarium. Et distinctio adhibenda venit, Scilicet: Vel alimenta erunt præstanda operario toto tempore, quo quis suas impendit operas, & tunc omnia præfata, vestimentis exceptis, subministranda forent, quotiescumque non versaremur in famulis vulgo dicti Staffieri, quibus, vt plurimum vestimenta dari consueuerunt, qua tamen consuetudine remota, nec ipsis famulis essent præstanda: Aut vero sunt præstanda in casu speciali, vt puta pro tempore, quo quis de vno in alium locum se transfert, & tali casu cibaria, equum, & Medicinas in casu infirmitatis essent suppeditanda.

His ita præmissis venio ad quæstionem,
7 & Primo dico † deberi alimenta vltra Salarium conuentum Aduocato conducto ad patrocinandum, quando exire debet Prouinciam suam, imo etiam expensas pro suis famulis, & equo *Bal. in l. 1. num. 10. C. de suffrag. Ias. in l. si non sortem §. libertus n. 29. in fine ff. de condit. indebit. Alex. in addit. ad Bar. in l. penul. C. de Iure fisci lib. 10. Fælin. in c. 1. in fin. de libell. oblat. Ioann. Andr. in Reg. contractus de Regul Iur. in 6. Angel. cons. 245. num. 4. & facit Text. in l. itemque §. Idem Labeo ff. mandati.*

8 Ambasciatori † quoque vltra Salarium, quod consequi debet, vt videbimus suo loco in parte secunda, Præstanda sunt alimenta, omnesque expensæ pro itinere, & medicinæ in casu infirmitatis *l. fin. §. legati ff. de muner. & honor l. Paulus ff. de legat. l. cum duobus §. quidam ff. pro socio Bar. in l. seruus communis ff. de furt. & in l. 2. vbi Alex in addit. ff. ad leg. Rhod. de iact. Alberic. in l si cui §. tam diu. ff. ex quib. caus. maior. Cacheran. decis 45. par. 2. tit. de Ambasciatore infirmo quæst. 3. num. 2.*

Tertio secundum *Cyn. in l quod in vxorem numer. 2. in fine vers. collige ex præmissis C. de negoc. gest.* quòd debeantur
9 † alimenta Assessori pro eo tempore, quo est in itinere ex ea ratione ductus, Quod
10 alere † teneamur illos qui in seruitijs nostris se exercent *l. in rebus §. possunt ff. commodat.*
11 Contrarium tamen voluit *Angel. in l. si non sortem §. libertus ff. de condit. indebit* nempe, non teneri illum, qui assessorem conducit ei alimenta præstare in itinere, nisi ita extet statutum loci, vel consuetudo, aut inter se expressè conuenerint, & Angeli sententiam sequuti fuerunt *Alex. in l. si cum dotem §. in sæuissimo num. 6. in fin. vers. An autem Iudicibus ff. solut. matrimon. Fælin. in c. 1. in fin. de libell. oblat. & ita etiam tenuit Surd. de Aliment tit. 1. quæst. 76. per totum* per re-
12 gulam, quòd † conductus se ipsum alere debeat suis expensis, & Salario *Bal. in l. cum seruus num. 4. ff. de legat. 1. Idem Bal. in l. liberti num. 11. C. de oper. libert.* Salarium enim succedit loco victus *l. 2. C. locati*, & cum hæc sit regula ipsi est standum, cum nulla ratio in contrarium possit allegari, vnde assessores debebunt se ipsos alere de Salario *Surd. loco supra proxime citato num fin*
13 Quando † autem Assessor vellet suas operas gratis præstare, tali casu ipsi erunt subministranda alimenta non solùm pro eo tempore, quo iter facit, verum etiam donec officium assessoris exercet; Naturali
14 † enim rationi conuenit, vt illos alamus, qui nobis seruiunt *l. diuortio §. fin. ff. solut. Matrimon. l. item serui in fine ff. de ædilit. edict. Bal. in l. liberti num. 11. ff. de oper. libert. Bar in l. si non sortem §. libertus num. 32. vbi etiam Ias. num. 29. ff. de condit. indeb.* sicut
15 pariter quando † Assessor suas operas præstaret causa remunerationis, & esset pauper ita vt non haberet vnde viueret, consequi deberet alimenta, & sumptus ab eo, cui seruiret *Bar. in d. §. libertus ff. de oper. libert.* & hæc declarationes locum sibi vindicant non solùm in Assessoribus; verum etiam in alijs officialibus.

Quarto dico per *Surd. de Alimentis d. tit. 1.*
16 *quæst. 56. num. 3.* esse vltra Salarium † præstandas expensas pro alimentis Barisello, & Birruarijs, qui mittuntur ad purgandum aliquem locum malis hominibus *Bal. in l. obseruare in princip. ff. de offic. Proconsul. Angel. in §. nulli quoque in auth vt iudic. sine quo suffrag. & alij, quos refert. & sequitur Surd. in locis proxime supra citatis Gratian. discept. 47. num. 14.*

17 Con-

17 Consequuntur † etiam expensas victus, & equorum tàm pro ipsis, quàm famulis vltra Salarium Iudices Delegati quando transferunt se ad aliquem locum *Iaf. in l. properandum §. siue autem alterutra num.* 14. *in fine C. de Iudic. Cacheran. decis. Pedem.* 45. *num.* 16. *Surd. de Aliment. tit.* 1. *quæst.* 68. *num.* 5. §. *finali auth. vt iudic. sine qu o suffr.* §. *si quis autem gloriosissimorum auth. de Iudic. Bar. in l. si seruus communis §. quod vero ad mandati ff. de furt. Bal. in l. generaliter §. his de præsentibus C. de reb. credit. Fælin. in c.* 1. *num.* 8. *col. vlt. vers. modo iunge generaliter de libell. oblat. gloss. in l. fin. in verb. agnoscere*
18 *C. de erogat. milit. anno. lib.* 12. Et † non solùm soluendæ sunt expensæ accessus, verum etiam recessus, ità vt si Iudex nolit redire domum suam, sed alibi proficisci soluendæ sint expensæ, dummodo locus, ad quem proficiscitur non distaret longius, quàm locus, ad quem redire debebat, tali namque casu recipiet expensas pro tot diebus, quot erant necessarij ad redeundum ad locum, à quo discessit *Bar. in l. penul. C. de Iur. fisci lib.* 10. *Iaf. in l. si non sortem §. libertus n.* 29. *col. penul. ff. de condition. indebit.* Debe-
19 bit † tamen Iudex petere moderatas expensas iuxta suæ personæ qualitatem non autem excessiuos sumptus, sed tales quales consueuit facere domi suæ *c.* 1. *in fin. de sequestr. possess. l. sed si hæreditas §.* 1. *vbi glos. verb. paciscit. ff. ad exhiben. l. sed, & si lege §. quod autem quis ff. de petit. hæredit. Salicet in l. Quoniam libere num.* 2. *in fin. vers. item dicit quod non omnes C. de testib.* Et hæc habent locum etiam in delegatis Papæ *c. cum ab omni de vita, & honestat. cleric.* & in delegatis à Principe siue ab inferiore *specul. in tit. de Salario §.* 1. *num.* 7. *vers. super hoc.*

20 Aliud † tamen est in Iudice ordinario, qui accedens ad aliquem locum suæ Iurisdictionis nihil exigit *DD. in d. c. cum ab omni de vit. & honestat. Cleric. glos. in c. statutum §. insuper verbo consumi vbi Franc. n.* 10. *de rescript. in* 6.

21 Item † medico conducto ab aliqua communitate vltra Salarium assignanda est habitatio *Thom. Act. in tractat. de infirmitat. par.* 1. *cap.* 49. *num.* 33. quæ habitatio debet esse bona, & in loco celebri, & reperibili idest in vijs publicis. & iuxtā plateas, & palatia, non autem in locis reconditis ad hoc vt facilius reperiri possit *Barbat. in proem. clementin. num.* 48. Quod etiam locum habet in Doctoribus, Aduocatis, Procuratoribus & similibus personis *l.* 2. §. *Caius ff. de Orig. Iur. Cagnol. in l.* 2. *num.* 475. *ff. de orig. Iur. Roman. singul.* 824.

22 Militibus † quoque præstanda est habitatio à subditis Principis vltra stipendium, quod ab ipso Principe milites recipiunt *glos. in l.* 3. § *eos milites in verb. quos ff. de muner. & honor. l.* 2. *C. de meta. & Epide. lib.* 12.
23 in qua lege habetur † habitationem militis esse debere tertiam partem domus nisi miles sit persona illustris, quia tunc danda esset
24 dimidia pars domus; Non † tamen poterunt milites vltra habitationem aliquid aliud petere ab hospitibus, vt puta cultricas, & lectum, ligna, oleum, panem, & alia ad victum necessaria; imò nec etiam à sponte offerentibus de iure accipere possunt *l.* 1. *& ibi glos. & Ioan. de Plat. C. de Salga hospit. non præben. lib.* 12. *l. deuotum C. de moneta lib.* 11. *Ioan. de Plat. in l.* 3. *C. de erogat. milit. anno. lib.* 12. *Surd. de Alimen. tit.* 1. *quæst.* 76. *num.* 14. sed proprijs stipendijs omnia ad victum necessaria emere te-
25 nentur. Quamuis hoc † non procedat in militibus, qui mittuntur à Republica, vel Principe ad custodiam alicuius personę. tali namque casu, enetur costoditus illis præstare omnia necessaria ad victum, idest cibaria, & habitationem vltra stipendia, quæ à Principe illis soluuntur *l. fin. vbi glos. & Ioan. de Plat. C. de erogat. milit. anno. lib.* 11. *Bar. in l. sanctum ff. de rer. diuis. Surd. de Aliment. loco proxime supra citato numer.* 9.

26 Debentur etiam † alimenta & itineris expensæ Notario, qui mittitur à Iudice in aliquem locum ad examinandum testes vltra solitum Salarium non solùm pro tempo- itineris, verum etiam pro toto tempore, quo durat examen testium *c.* 1. §. *sed cum necessarium vbi glos. in verb. producentis de Iudic. in.* 6. quod etiam habet locum in Iudice *Surd. de aliment. d. tit.* 1. *quæst.* 63. *n.* 1. Et hæc alimenta erunt præstanda à parte, ad cuius instantiam testes examinantur, quia sicuti pars ex testium examine sentit commodum, ita quoque debet sentire expensam *reg. qui sentit onus de reg. Iur. in* 6. *l. secundum naturam ff. de reg. Iur.* & semper
27 per † actus fit, & expeditur sumptibus eius

eius, ad cuius fauorem, & instantiam fuit factus *Archidiacon in c. filijs 15. quæst. 7. Cardinal. in Clement. 1. num. 20. de elect. Fælin. in c. 1. col. penul. & fin. ff. de libell. oblat. l. Prætor ait §. 1. ff. de eden. Surd. vbi supra num. 3.*

28 Præstanda † quoque sunt vltra Salarium alimenta Procuratoribus quando pro expeditione alicuius negocij coguntur exire Patriam, vel locum, in quo officium exercent *l. 2. §. fin. ff. de negoc. gest. l. idemque §. idem labeo ff. mandati Bal. in l. etiam num. 1. C. mandati l. 1. §. si Pupillus ff. de tut. & ration. distr. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 61. numer. 5.*

29 Decimo dico quòd seruus etiam† alimenta vltra Salarium consequitur *l. cum plures §. cum tutor. ff. de administrat. tutor. l. diuortio §. fin. ff. solut. matrimon. l. item serui in fine ff. de ædili t. edict. l. in rebus §. possunt ff. commodati l. sicut ff. de oper. libert. l. sed & si quis §. sufficienter ff. de vsufruct. Grammat. dec. 103 num. 27. Speculat. in tit. qui fil. sint legit. §. fin. num. 20. Cordub. in l. si quis a liberis §. solent num. 15. ff. de liber agnoscen. Surd. de aliment. d. quæst. 61. num. 16.* Hoc tamen

30 † intellige locum solummodo habere in famulis, qui seruiunt apud nos, non autem in alijs operarijs, qui, etsi veniant appellatione seruorum *Gratian. decis. Marchiæ 53.*

31 *sub num. 2.* Non tamen illis debentur alimenta, sed suis sumptibus viuere debent *l. si non sortem §. libertus ff. de condit. indebit. Bal. in l. quoniam liberti num. 5. C. de Testib. Ias. in d. §. libertus num. 28. & in l. cum seruus num. 4. ff. de leg. 1. Fælin. in c. 1. num. 9. de libell. oblat. in l. liberti num. 11. C. de oper. libert. & Alex. in d. §. liberti num. 12.* quod

32 declara dummodo † operarijs soluatur Salarium; nàm aliàs si non soluatur illis sunt præstanda alimenta *Bar. in d. §. libertus n. 32 vbi Ias. num. 29. Fælin. vbi supra, Iul. ferret. de Milit. Instit. num. 123.*

33 Pariter † præstanda erunt alimenta à Ciuitate vltra Salarium Sindicatori, quando pro expeditione alicuius negocij ad ipsam Ciuitatem pertinentis cogitur exire patriam argumento *l. idemque §. idem labeo ff. mandati* vbi habetur, Sindicum exeuntem patriam ob Ciuitatis negocia repetere vecturam equorum, ergo multo magis repetere debebit expensas victus ita arguit *Surd. de Aliment. tit. 1. quæst. 61. num. 5. Parid. de Synd. de Sindicat. in verb. Potestas cap. 2. sub num. 6. Bal. in l. etiam num. 1. C. mandati* Et

34 licet regulariter Sindicatori † negocia Ciuitatis agenti non teneatur ipsa Ciuitas alimenta subministrare *Guidopap. dec. 68. Surd. loco supra citato num. 2.* Fallit tamen in hoc casu, prout etiam fallit quando cogitur

35 † Sindicus res proprias deserere pro rebus ciuitatis, quia tunc sunt præstanda etiam alimenta vltra Salarium, quod ipsi debetur vt dicemus infra suo loco *Surd. vbi supra num. 10.*

36 Item † recipiunt Testes expensas pro alimentis ab illo, a quo producuntur, quando ire debent de vno loco ad alium ad testificandum vltra mercedem quæ illis loco damnorũ pro tẽpore quo absunt à propria Ciuitate soluitur *Fælin. in c. 2. vbi etiam Bal. num. 2. de testibus*, præcipuè quando testes sunt personæ quæ proprijs laboribus quotidie victum quærunt, nemo enim pro alieno commodo, damnum aut, iacturam sentire debet *l. si quando C. de testib. glos. in c. 2. verb. producentes de Iudic. in 6. l. quoniam liberi C. de testibus l. eos. C. de appellat. c. statutum §. penult. de rescript. in 6.* quia officium suum nemini debet esse damnosum *l. sed & si quis ff. quemadmodum testamen. aperian.* nec tenetur quis proprijs impensis militare *Cyn. in l. quoniam liberti in princip. vbi etiam Bal. & alij C. de testib. Bal. in d. c. 1. num. 2. de testib.* Et dictæ impensæ erunt dandæ testibus antequàm moueant pedem de domo *l. penul. C. de testib. Salicet in l. quoniam n. 2. in fin. vers. item dicunt C. eod. tit. Surd. de Aliment. tit. 4. quæst. 17. in fine* & latius dicemus infra *in par. 2.* vbi agemus de Testium mercede

37 Et tandèm † omnibus, & quibuscũque officialibus præstanda erunt alimenta vltra Salarium si consuetudo, & loci statutum ita

38 disponeret Nàm contractus † censentur celebrati secundũ consuetudinẽ, & statuta locorum *l. excepto cum ibi notat. C. locat. l. quod si nolit §. quia assidua ff. de edilit. edict. l. semper in stipulationibus vbi Cagnol num. 4. 5. & 7. ff. de Regul. Iur.* & quælibet dispositio recipit interpretationem à Consuetudine *Gabr. commun. conclus. lib. 7. tit de consuetud. conclus. 1. n. 1. Natt. cons. 195. n. 3. Cephal. cons. 328. num. 43.*

An

An appellatione Alimentorum veniat Salarium Medicorum, itaut si quis tenetur præstare alimenta, teneatur etiam soluere Salarium Medicorum.

QVAESTIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione alimentorum veniunt omnia necessaria ad victum.*
2 *Corpus humanum vix potest sine medicinis substineri.*
3 *Qui tenetur præstare alimenta tenetur quoque præstare medicinas.*
4 *Qui tenetur præstare alimenta, tenetur etiam soluere Salarium pro medicinis.*
5 *Qui tenetur præstare alimenta tenetur etiã soluere Salarium pro famulis.*
6 *Qui tenetur educare pupillum in aliqua scientia non solùm debet subministrare expensas pro rebus necessarijs ad addiscendam illam scientiam, sed etiam Salaria pro Magistris,*
7 *Potestas licet teneatur præstare cibaria suis ministris, non tamen tenetur præstare medicinas.*
8 *Appellatione ciborum non veniunt medicinæ.*
9 *Potestas non tenetur præstare suis officialibus Salarium pro Medicis, & expensas pro medicinis nisi dictæ expensæ adscendant ad modicam summam,*
10 *Salarium pro medicis, & expensas pro medicinis non recipiunt famuli à suis Dominis, licet habeant alimenta, Intellige vt num.11.*

1 CVM † appellatione alimentorum veniant omnia ea, quæ ad humanæ vitæ substentationem sunt necessaria *Bart. in tract. de Aliment. num.1. l. verbo victus, & l. quos nos §. libere ff. de verbor. significat. Castren. cons.437. num.2. vol.2. Socc, cons.161. num.4. vol.4. Dec. in l. de Aliment. in princ. C. de transact. Surd. de Aliment. tit.4. quæst.1. num.2. Rot. decis.30. n.32*
2 *par.7. in recen.* Et cum † corpus humanum sæpè infirmetur non potest sine medicinis substineri *Alex. in l. si cum dotem §. cum autem ff. solut. Matrimon: Crass. de success. §. legatum quæst.32. num.2.* Hinc est, quòd
3 ille † qui tenetur præstare alimenta, tenetur quoque præstare medicinas, quæ ad vitæ hominis conseruationem sunt necessariæ *Bar. in l. liberis la 2. §. 1. ff. de aliment. & cibar. legation. & in tractat. de Alimen. numer.4. Rol. cons.22. numer.3. vol.1. Crass. vbi supra num.2. Dec. in l. Alimentis num.3. C. de Transact.* Sed cum eueniat homines diuersis morbis laborare, quibus diuersa remedia applicanda sunt, iuxtà morborum naturam, & quæ remedia applicari debeant spectet ad medicos iudicare tamquàm peritos in arte *l. septimo mense vbi Bal. ff. de stat. homin. Soccin. Iun. cons.183 num.11. lib.2. Boer. decis.223. num.1. Rot. decis.92. num.3. par.2. in recen. & in dec.346. num.6. post.2. vol. consil. criminal. Farinac.*
4 ex hoc oritur, quòd, cum † non minus medicinæ, quàm medicorum opera sint homini necessaria, vt habetur *Eccles. cap. 38. ibi* Honora Medicum proptèr necessitatem, *& vers.12.* Da locum Medico etenim illum Dominus creauit, & non discedat à te quia opera eius sunt necessaria *Thom. Act. de infirmitate par.1. cap.43. num.1.* idcirco, qui tenetur præstare alimenta tenetur etiam soluere Medico Salarium *Bar. in l. legatis la.1 num.3. ff. de alimen. & cibar. legat. Ias. in l. cum hi §. qui transigit num.3. in fin. vbi etiam Angel. ff. de transact. Cordub. in l. si quis ex liberis §. non tantùm num.30. ff. de liber. agnoscen. Rolan. à Valle cons.22. num.3. in fin. vol.1. Surd. de Aliment. tit.4. quæst.5. nu.3. Paul. Zacch. Patruus Meus Quæstion. Medicolegal. lib.6. tit.3. quæst.5. num.10.* Et pro
5 hoc facit, quòd sicuti ille † qui tenetur ad præstationem alimentorum prouidere debet alimentato de famulis, eisque Salarium soluere si personę alimentatæ qualitas id requirat *Surd. cons.1219. num.17. & in tract. de Aliment. tit.4. quæst.24. num.9. & seq. Rot. in Maceraten redditionis rationis 17 Martij 1645. coram R.P.D. Meltio* Et is, qui te-
6 netur educare † pupillum in aliqua scientia non solùm debet illi subministrare expensas pro libris, & alijs rebus ad addiscendam illam scientiam necessarijs, verum etiam Salaria pro Præceptoribus, & Magistris *l. qui filium ff. vbi Pupill. educ. debeat l.1. §. sed nonnullas ff. de tutel. & ration. distrahen. Bar. in l. bonis §. non solùm. num.1.*

ff. de

ff. de Carbon. edict. Menocb. de Arbit. caf. 170 *num.* 30. *Myfinger. cent.* 3. *obferu.* 12. *num.* 2. *verf. Itemque fumptis in ftudio Caff. in. in con- fuetud. Burgund. tit defenfans pluricum lietæ entre gens nobles* §. 4. *nu.* 5. *Crauett. conf.* 199 *num.* 3. *verf. amplius lib.* 1. *Soccin. fen. conf.* 161 *num.* 4. *Rot. in d. maceraten. redditionis rationis coram R P. D. Meltio Rolan d. conf.* 22. *num.* 8. *Clementin. de Patr. Poteft. effect.* 17. *num.* 38. ita quoque, qui tenetur præftare expenfas pro Medicinis, & rebus neceffarijs tenebitur foluere Salaria pro Medicis.

7 Hæc † tamen conclufio non procederet in Poteftate, feu alio, qui tenetur præftare cibaria, prout tenetur Poteftas fuis miniftris, nàm non effet obligatus foluere mercedem Medicorum, nec expenfas pro medicinis fubminiftrare, fed tantummodò, quæ ad cibum pertinent, vt pullos, & fimilia, non autem medicinas, & Syruppos qui dantur potius ad euacuandum, quàm ad nutriendum, ità nobiliter dicit *Bart. in l. legatis num.* 3. *ff. de alimen. & cibar. leg. per*

8 *l. diarijs ff. eod. tit.* Appellatione † namque ciborum non veniunt Medicinæ vt in *l. non omne ff. de pecul. leg. Surd. de Alimen. d. tit.* 4 *quæft.* 5. *num.* 11. *& feq. Bar. in eod. tractat.*

9 *num.* 7. Quod † intellige procedere, quando dictum Salarium pro Medico, & expenfæ pro Medicinis afcenderent ad notabilem fummam, fecus vero fi impenfæ effent modicæ, quia tunc præftare teneretur *Iac. Aret. in l. fi cum dotem* §. *fin autem in fæuiffimo. vbi etiam Bart. Angel. Caftren. ff. folut. matrim. & ibidem Alex. num.* 5. *&* 6.

10 Neque † minus hæc conclufio locum habet in famulis, qui licèt recipiant alimenta à fuis Dominis; non tamen habent expenfas pro Medicinis, & Salarium pro Medicis, vt expræfsè habetur *in l. in rebus* §. *poffunt ff. folut matrim. l. item fi ferui* §. *quas*

11 *impenfas ff. de edil. edict.* Nifi † tamen dictæ impenfæ effent parui valoris *l. omnino ff. de impenf. l. diuortio* §. *impendi ff. fol. matrim. d. l. in rebus* §. *poffunt ff. eodem, & d. l. item ferui* §. *quas impenfas Bar. in l. legatis num.* 2. *ff. de Alimen: & cibar. legat. & in l. cum dotem* §. *fin. autem ff. fol. matrim. & in l. in rebus ff. commodati Adden. ad Cappell. Tolof. decif.* 268. *in fin.*

Quinam operarij tempore infirmitatis Salarium confequantur.

QVAESTIO XVIIII.

SVMMARIVM.

1 *Infirmitas duplex eft, Animi fcilicet, & corporis.*

2 *Senectus eft morbus.*

3 *Infirmus propriè dicitur, qui morbo aliquo generato ex turbata humorum concordia intrinfecùs eft affectus.*

4 *Senes impropriè inter infirmos enumerantur.*

5 *Operarij quorum officium confiftit in probitate fcientiæ, & intellectus confequuntur Salarium etiam tempore infirmitatis, declara vt num.* 31. *& feq.*

6 *Aduocati, & Doctores tempore infirmitatis Salarium confequuntur.*

7 *Ambafciatori debetur Salarium etiam tempore infirmitatis.*

8 *Ambafciatori reficiendæ veniunt omnes expenfæ neceffariæ ex caufa infirmitatis.*

9 *Tutores tempore infirmitatis Salarium confequuntur.*

10 *Officiales quorum officium in labore confiftit tempore infirmitatis Salarium confequuntur, Contrarium num.* 15. *Declara vt num.* 18. *& feqq.*

11 *L. cum hæres* §. *Stichus fi hæredi ff. de ftat. liber. inducitur, & declaratur num.* 19

12 *Famulus infirmus fi non laborat non poteft dici quòd fua culpa à labore defiftat. Declara vt num.* 23.

13 *L. prima* §. *Diuus. ff. de var. & extraordinar. cognition. inducitur, & declaratur num.* 25.

14 *Infirmitas faltem de æquitate non priuat aliquem Salario, declaratur vt numer.* 28.

16 *Labor, & pecunia diuifionem recipiunt.*

17 *Nauta, qui pro inuehenda Naui mercedem recepit, fi Nauis cafu fortuito pereat tenetur mercedem reftituere.*

18 *L. fi pecuniam ff. de condit. cauf. dat. inducitur.*

20 *Libertas est omnibus rebus fauorabilior.*
21 *Libertas æquiparatur causæ piæ.*
22 *Libertatis ratione contra rigorem Iuris multa statuta sunt, quæ exclusa causa libertatis locum non habent.*
24 *Casus contingens in personam locantis operas suas liberat conductorem à præstatione mercedis.*
26 *Priuilegia sunt extendenda de casu ad casum, & de persona ad personam.*
27 *Præcipuè si extenderetur in præiudicium tertij.*
29 *Officialis Pauper infirmus, qui aliunde non habeat, quò se possit sustentare consequitur à Domino Salarium, etiam tempore infirmitatis saltem ratione charitatis.*
30 *Salarium officialibus infirmis soluendum venit si talis adsit consuetudo.*
33 *Officialis discedens à loco officij absque licentia, officium deserere videtur, & propterea priuatur Salario.*
34 *L. Diem functo ff. de offic. Assessor. habet locum si officialis discesserat à loco officij absque licentia Principis.*
35 *Officiales infirmi volentes à loco officij discedere debent licentiam impetrare, vel substitutum dimittere si volunt Salarium consequi tempore infirmitatis.*
36 *Officialibus infirmis illicitum est seruire per substitutum.*
37 *officialis qui morbum simulat non consequitur Salarium.*
38 *Simulantes morbum sunt puniendi*
39 *Lex abhorret simulantes morbum.*
40 *Milites, qui metu ostium morbum simulant pæna capitis puniendi sunt*
41 *Simulantes morbum puniendi sunt tanquam falsarij.*
42 *Officialis si ob leuem morbum ab officio desistat Salarium non consequitur.*
43 *Morbus leuis non impedit homines quin possint suas actiones exercere.*
44 *Morbus leuis non meretur nomen morbi.*
45 *Morbus quando dicatur leuis vel grauis ad medicos spectat definire.*
46 *Medicis in arte sua peritis se remittunt DD legistæ.*
47 *Officialis infirmus, qui ante infirmitatem officium non exercebat, non poterit pro tempore infirmitatis Salarium consequi.*
48 *Clericus infirmus debet habere tempore infirmitatis distributiones quotidianas.*
49 *Clericus infirmus non lucratur quotidianas distributiones si quando erat sanus non consueuerat interesse diuinis.*

1 DVplicem † esse infirmitatem, Animi scilicet, & corporis, seu carnis notatur in *c. cum infirmitas de penit.*
2 *& remiss.* Et † potest tertium infirmitatis genus addi, quod est senectus, vt *Terentius asserit in Phormione act. 4. scen. 1. ibi C. Pol. me detinuit morbus D. Vnde: aut qui C. Rogal. Senectus ipsa est morbus* quem sequitur *Abb.* (licet locum non designet) *in c. magnæ num. 8. de Voto Baltassar Mongoll. in tract. de his quæ vi metusue caus. fiunt cap. 2. §. 5. sub num. 11.*
3 Sed † sub infirmitatis vocabulo illi propriè continentur, qui morbo aliquo intrinsecùs sunt affecti ex turbata humorum concordia generato *l. 1. §. sed sciendum ff. de edilit. edict. Rip. in tractat. de Peste in princ. num. 2. & 3. Gomes in reg. Cancell. de infirm. resignan. quæst. 7. sebast. Medic. in tractat. Mors omnia soluit par. 1. num. 133.* Et de his infirmis intelligere nos hic volumus, non au-
4 tem Senibus † qui non sunt propriè infirmi nec inter infirmos nisi impropriè connumerantur *DD. in c. quoniam frequenter vt lit. non contest. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præs. vlt, Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. cap. 60. num. 8. & 9. Act. de Infirmit. par. 1. cap. 19. num. 4.* nec de infirmis aliquo animi vitio laborantibus. His ita præmissis pro resolutione præsentis quæstionis facienda venit distinctio operariorum, quorum officium consistit in probitate scientiæ, & illorum
5 quorum officium in labore versatur & † Primos vno ore DD. omnes affirmant consequi debere Salarium etiam tempore infirmitatis, vt per *Bar. in l. 1. §. Diuus num. 5. & 7. ff. de var. & extraordinar. cognit. DD. communiter in l. diem functo, & præcipuè Bolognett. & Curt. Iun. num. 54. de offic. Assess. Cephal. cons. 70. num. 7. & cons. 71. n. 2. Surd. cons. 42. num. 2. vol. 1. Luc. de Penna in l. quicumque vers. scias. etiam C. de diuers.*
6 *offic. lib. 12.* Et in specie de † Aduocato, Doctore, & quorum officium consistit in probitate scientiæ, quod consequatur Salarium etiam tempore quo, suas operas non præstat ob impedimentum infirmitatis *Cagnol. in d. l. diem functo num. 186. ff. de offic. Assessor. Rip. in tract. de Peste tit de*
Priui-

Priuileg. temp. pest. num.11. Dec. conf.70. Grat. conf.129. num.5. lib.1. Ben de Priuileg. I. C. par.1. priu 13. in 3. casu vers. imo si grati, & Priuileg.22. sub num. 9. Franc. Viu commun. opin. in Verb. Doctor Ceuall. *commun. opin. contra commun quæst.288. nu. 4. in fin.* De † Ambasciatore *Bar. & Alberic. in*
7 *l. si cui §. tamdiu vers.* Plena *si infirmitate ff. ex quib. caus. maior. Alex. in addit. ad Bar. in l. legatus §. si quis in munere ff. de legation. Iason in d. l. diem functo num.48. Fælin. in c. quam sit circa col. penul. circa med. de Iudeis Petr. Enriquez. in opusc. 1. Thorem.32. Federic. de sen. conf.11. Odd. de restit. in integr. quæst.11. art.6. Caroc. de locat. & conduct. par.2. tit. de Ambasciator. quæst.3. num.1.*
8 *& 2.* vbi, quòd non solùm sit ei soluendum Salarium, sed † reficiendæ veniant omnes expensæ pro medico, & medicinis & alijs ex causa infirmitatis necessarijs *Alberic. in d. l. si cui §. tamdiu ff. ex quib. caus. maior. Bar. in l. seruus communis ff. de furt. in l.2. & ibi Alex. ff. ad leg.* Rhod. *de Iact.*

9 Tutoribus † quoque infirmis pro tempore, quo infirmitas durat soluendum esse Salarium voluerunt *Munnoz de Escobar. in tractat. de ratiocin. cap.27. num.22. in fin. Iodoc. Damouder. in patrocin. Papillor. tit. de mercede Tutor. & Curat. num. 26. & seq.* non quidem ex ratione, quòd possit dici eorum officium consistere in probitate scientiæ, & intellectus, sed soluendum esse Salarium ratione laboris priùs insumpti, & vt in morbo ipsis succurratur, ad hoc, vt postea causam habeant, ob quam diligentissimam, si prius diligentem operam in suis tutelis, & curis impendere debeant, quæ tamen ratio cum nimis vniuersalis sit, & possit quibuscumque officialibus adaptari mihi minime arridet, ideoque non diuersa lege iudicandos esse crederem in hoc casu Tutores ab ea, qua illi officiales quorum officium non in probitate scientiæ, sed in labore consistit.

10 Qui † quidem officiales An tempore infirmitatis Salarium consequantur variæ sunt DD. sententiæ affimatiuam enim amplexa fuit *glos. in l. arboribus §. de illo in verbo ægrotante ff. de vsufruct. quam sequuti fuerunt Siluan. in cons. 28. num.2. & 21. specula. in tit. de locat. §. postquam tam plenè num. 20. vers. quid si mercenarius Mar. Antonin. var. resol. lib Primo resol. 92. num.7. Homobon. de stat. par.2. cap.23. Nauarr. de restit. lib.2. cap.2. n.213. Genuen. in Prax. Cur. Archiep. Neap. cap.47. num.2. Innocen. Io. Andr. &* Barbat. *in c.3. de locat. num.25. vbi etiam Imol. num.10.* dicit hanc esse communem opinionem *Gemin. in c. vlt. § qui vero de cleric. non residen. in 6. Hostien in summa tit. de locat. §. quæ actiones vers. quid autem cum alijs, quos refert, & sequitur Monet. in tract. de distribut. quotidian. par. 2. quæst. 6. numer.4.*

11 Et hæc sententia confirmari videtur per dispositionem *tex. in l. cum hæres §. Stichus si hæredi ff. de stat. liber.* ibi sed si quibusdam diebus, aut valetudo, aut aliqua iusta causa impedimento fuerit, quominùs seruiat, & hi anno imputandi sunt, seruire enim nobis intelliguntur, quos curamus ægros.

Concurrit secundo ad corroborandam opinionem affirmatiuam, quòd famulus non est in culpa infirmitatis, & libentius seruiret, quàm morbo laboraret, ergo non
12 est † quod sibi imputari debeat, vt habetur *in d. l. cum hæres* ibi, non cupientes nobis seruire propter aduersam valetudinem impediuntur.

13 Accedit Tertio † *tex. in l. 1. §. Diuus ff. de var. & extraordinar cognit.* vbi disponitur, quòd debeatur Salarium etiamsi ante tempus conuentum quis moriatur, ergo multo magis soluendum erit Salarium famulo pro tempore infirmitatis.

14 Facit † denique, quòd infirmitas non priuet aliquem salario debito saltèm de equitate *l. qui operas ff. locat. c.1. de cleric. non residen. in 6. glos. in d. l. arboribus §. de illo ff. de vsufruct. Bart. in l. si num dotem §. fin. autem ff. solut. Matrimon.*

Quibus tamen rationibus non obstantibus contrariam sententiam docet *Bart. in d. l. 1. §. Diuus ff. de var. & extraordinar. cognit. & in l. si vno §. item cum quidam col. penul. ff. locat. & in l. cum hæres §. Stichus ff. de stat. liber. & in l. operæ ff. de vsufruct. legat.* & post eum ex veriori receptaque sententia firmauit post plures adductos *Couarru. var. resol. lib.3. cap.13. num.8. Abb. in c. 1. circa finem de cleric. egrot. Dec. in c. 1. de Praben. & in c. significatum num.7. eod tit. Cagnol. in l. diem functo num. 215. ff. de offic. assess. Suarez in Thesaur. commun. opin. verb. famulus Surd. ex magis communi in tractat. de Aliment.*

ment. tit.4. quaest.23.num.35. Act. in d.tract. de infirmit. par.2. in verb. famulus infirmus num.1. Viu. commun. opin. par.2. verb. famulus Bonacoss. de famul. quaest.103. Cappell. Tholos. decis.269. num.3. in addit. Syluestr. in summa verb. familia §. 2. Molin. de Iust. & Iure tom.2. tractat.2. disputat.493. num.3. Megala in 2. 2. lib.2. cap.8. quest.1. num.16. Flores de Mena lib.1. variar. quaest.8. §. 2. num.17. Layman. in Theolog. Moral. lib.5. tractat.5. cap.3. num.7. Barboss. in collectan. ad c. cum expressio num.5. de cleric. egrot. Antonin. Dian. resolut. moral. par.1. tractat.8 resol.86. Anton. Leoncill. in tractat. de priuil. Pauper par. 2. priuileg. 361. num.1. Adden. ad decision.576. num.521. par.4. tom.3. in recen.

Et pro fundamento istius opinionis ad-
16 ducitur, quòd † labor, & pecunia diuisionem recipiant, vt in *l. scio amico ff. de annuis legat.* Ideoque, cum non fuerint per officialem morbo impeditum expletæ partes sui officij pecunia debita erit pro eo tempore quo officialis laborauit *Coler. de Aliment lib.1. cap. 13. num 44. Danz. in Pugna Doctor. tit. de Salar. cap.2. num. 17.*

17 Corroboratur † hæc opinio per *Tex. in l. si vno §. Item cum quidam ff. locat.* vbi ponitur casus, quòd quidam receperat vecturam pro inuehenda naue, quæ casu deinde fortuito ammissa est, vnde, cum per eum, qui vecturæ mercedem soluerat repeteretur, decisum fuit, quòd merito pro vecturæ mercedis repetitione agebatur, cum vector vehendi munere functus non fuerat, quæ decisio, cum per I. C. extendatur in omnibus personis, vt legitur in *d. §. ibi*. Quod in omnibus personis similitèr obseruandum est, meritò ex dicto Textu infert *Couarru. loc. citat.* quòd is, qui locauit operas suas, non recipiat mercedem eius temporis, quo morbo impeditus eas præstare non valuit,

18 Et † melius hanc opinionem comprobat *Tex. in l. si pecuniam in princip. ff. de condit. caus. dat.* vbi expressè ponitur casus, quòd fuerit data certa quantitas pecuniæ Titio, vt capuam iret sed cum esset ad iter paratus, ei se opposuit conditio temporis, vel valetudinis, quo casu quæritur an Titius teneatur receptam pecuniam restituere, cum per eum non steterit, sed per casum fortuitum, & fuit responsum, locum esse repetitioni, cùm condirio adiecta in præstatione pecuniæ non fuerit adimpleta.

Quæ quidèm legum dispositiones cum euitari non possint, verior apparet, sicut magis communis est sententia, quòd operarij, quorum officium in labore consistit, non consequantur mercedem pro eo tempore, quo aduersa valetudine impediti non valent præstare operas, non obstantibus rationibus pro contraria opinione adductis, quibus facilitèr respondetur.

19 Primo † enim dicitur, non obstare Tex. adductus *in l. cum hæres §. Stichus si hæredi ff. de Stat. liber.* in ea enim lege dispositum reperitur, quòd si quis libertatem seruo legauerit sub conditione, quòd per ānum suo hæredis seruire debeat, intelligatur satis adimpleta conditio, ità vt libertatem seruus consequi possit, etiamsi, non toto anni tempore seruiuerit ob aduersam valetudinem, vel ob aliam iustam causam impeditus: Itaque, cum casus sit valde diuersus ab eo, in quo agitur de consequenda mercede, non potest de vno ad alium fieri illa-
20 tio; cum † enim libertas in omnibus rebus sit fauorabilior *l. libertas omnibus, & l quo-*
21 *ties ff. de reg. Iur.* Et † æquiparetur causæ piæ *Cagnol. in l. quoties num.1. ff. de reg. Iur. Gratian. discept. forens. cap.801. num.50. Menoch. cons.1003. num.66. & seq. lib. 11. Mantic. de Tacit. & ambig. conuent. lib.13. tit.11. sub num.2. Rot. decis.493. num. 38.*
22 *par. 4. tom.2. recen.* Ideo contra † rigorem Iuris pro libertate multa statuta sunt, quæ, exclusa causa libertatis, locum minimè sibi vindicant *l. generaliter §. si quis ff. de fideicommissar. libert. Cagnol. in d. l libertas sub num.1. vers. & contra ff. de reg. Iur. Alciat. in l. stipulatio §. si quis ita sub. num.27. vers. vnde dicit Tex. ff. de verbor. obligat.*

Minus obstat dicere, quòd famulus non sit in culpa suæ infirmitatis, & quòd libentius seruiret, quàm morbo laboraret; nam non sufficit, quòd non sit in culpa, quia hoc potest benè excusare officialem à præstatione seruitij; ità vt non valeret Dominus prætendere refectionem damnorum, & interesse passorum ob non præstationem seruitutis, quas iure pretenderet si officialis culpa sua desisteret à præstatione operarum, vt suo loco dicemus; non tamen operari valet, quòd Dominus grauetur sentire onus priuationis seruitutis; & solutionis

tionis Salarij, & sic casus infirmitatis redundaret in solum damnum Domini, non autem officia lis † per quem verè stat quominus operas suas præstet, & licet in hoc culpam non habeat, tamen verè deficit in ijs præstandis, vt benè aduertit *Dian. resolut. moral. par. 1. tractat. 8. resolut. 86. in fin. post Filliuc. tom. 2. tractat. 28. par. 2. cap. 4. n. 84. Rebell. par. 2. lib. 14. quæst. 15. num. 1. & 2.*

24 Et proprerea † est regula, quòd casus contingens in persona locantis operas suas liberet conductorem à præstatione Mercedis ex *l. si vero §. item cum quidam ff. locat. l. in rebus §. possunt ff. commodat. glos. in l. fin. §. Idem Iuris il. 2. ff. ad leg. Rod. de Iact. Caroc. de locat. & conduct. par. 1. tit. de famul. & pedißequis quæst. 10. sub num. 26. vers. casus contingens.*

25 Dispositio † vero tex *in l. 1. §. Diuus ff. de var. & extraordinar. cognit.* pro tertio fundamento contrariæ opinionis allatæ cum emanauerit ad peculiarem fauorem, & priuilegium Aduocatorum, habita ratione excellentiæ eorum officij, & ingeniosæ professionis, non potest ad alios extendi, quorum officium non sit eiusdem qualitatis;

26 priuilegia † enim non sunt extendenda de casu ad casum, nec de persona ad personam, sed contineri debent intra limites casuum, & personarum in ipsis priuilegijs expressarum *l. 1. ff. de constitut. Princip. Bar. in l. 3. ff. ad l. Iul. de Parricid. Adrian. Negusan. in Silua responsorum quæst. 27. num. 19. Altograd. cons. 39. num. 23. Paris. cons. 31. n. 26. & 27. lib. 2. Dec. cons. 318 num. 13. Natt. cons. 242. sub. num. 1. Ciriac. controuers. 15. num. 75. Rot. decis. 161. num. 3. par. 7. in recen.* Præcipuè quando agitur de præiudicio Tertij, prout in casu nostro, in quo magnum præiudicium Domini considerari posset si teneretur soluere mercedem illarum operarum, quæ in sui commodum impensæ minime fuissent *l. 1. §. si quis à Principe ff. ne quid in loc public. Ricc. in collectan decis. collect. 1010. in princip. Rot. decis. 2. num. 2. de renunciat. in antiquior. Matthesil. singul. 110 num 99. Marc. de Mant. singular. 554. n. 1.*

Ad quartum fundamentum consistens in

28 æquitate † respondetur id esse verum in infirmitate leui, & paucis diebus duratura *Dec. in c. prudentiam num. 4. de offic. delegat Cappell. Tholos. quæst. 360. Mar. Antonin. variar. resol. lib. 1. d. resolut. 92. sub num. 5. vers. Et ad primum*, Et in hoc casu potest intelligi, quòd procedat opinio DD. qui affirmarunt, operarios consequi debere mercedem etiam eo tempore, quo infirmitate impediti suas operas non præstant, vt declarat *Caroc. in tractat. de locat. & conduct. par. 1. tit. de famulis, & pedißequis quæst. 10. num. 25. vers. conciliatur primo, Leoncill. de priuileg. pauper. par. 2. priuil. 361 num. 3. Munnoz de Escobar. in tractat. de Ratiocin. Administrat. cap. 27. sub num. 23. vers. prædictas tamen post Azeued. in l. 9. tit. 15. lib. 4. recop. num. 16.* licet huic conciliationi non assentiant *Viu. commun. opin. loc. supra citat. & Sebast. de Medic. in tractat. de cas. & peric. par. 1. quæst. 6. num. 7.*

Posset etiam locum sibi vindicare opinio *Glos. in d. l. arboribus* Et sequacium quando

29 † officialis esset pauper, & aliundè non haberet, quo se posset substentare, In quo casu certum est, Dominum teneri, obligatione tamen charitatis, vt per *Dian. loc. citat. d. resolut. 86. §. Dico igitur Leoncill. de Priu leg. pauper. par. 2, priuileg. 361. num. 2. Angel. in summa verb. familia num. 2.*

30 Sicut pariter † opinio prædicta procederet stante consuetudine, quòd officialibus infirmis Salarium solueretur; Tunc namque certum est, quòd esset soluendũ quia præsumeretur, quòd officialis cum Domino ita conuenisset *Adden. ad Cap. Tholos. quæst. 268 vers. sed quid si, Angelic. vbi supra nu. 2. Caroc. loc. citat. num. 26. quem sequitur Escobar. d. cap. 27. sub num. 23. vers. secundo prædictæ Dian. d. resolut. 86. sub §. Dico igitur.*

31 Aduertendum tamen erit † quòd tàm si agatur de operarijs, quorum officium consistat in probitate scientiæ, & intellectus, quàm eis, quorum officia in solo labore reposita sunt, non erit soluendum Salarium etiam in casibus supra relatis, in quibus diximus posse officiales infirmos mercedem petere, nisi infrascripta concurrant requisita: scilicet quòd infirmitas non sit diurna, quæ per bimestre in Regno admittitur, vt testatur *Reg. Costan. in Addit. ad tres libr: C. tit. de Re Milit. num. 25. Elis. Danza in Pugna Doctor. tit. de Salar. cap. 2. sub num. 14. vers. Et dummodo.*

32 Requiritur† secundo quòd officiales permaneant in loco in quo officium exercent ita vt si ab eo recedant absque superiorum licentia, Salarium consequi non possint

Mastrill.

Mastrill. de Magistrat. lib.1. cap.21. nu.99. in fin. Florez Diez var. resolut. quæst. 8. num.28. Par. de Put. in tractat. de sindicat. in verb. Salarium §: si officialis num.1. & 10 vers. vbi autem Carauit. super Rit. Magn. Cur. Vicar. rit:7. num.2. Danz. in pugna Doctorum tit. de Salar.cap.2.num.14. Capiblanc. de Iur. Baron. pragmatic.5. num.91. vide-
33 tur † enim per discessum absque impetratione licentiæ voluisse deserere officium, & propterea priuarentur Salario, vt *in l. Desertorem §. si ad diem ff. de Re milit. Carauit. vbi supra sub num.3.* Quinimo si officialis esset talis, qui ex priuilegio inducto per Tex *in l. diem functo ff. de offic. Assessor,* transmitteret Salarium ad hæredes etiam pro eo tempore, quod remanebat pro complemento seruitutis, non possent eius hæredes illud pretendere cum non diceretur obijsse in officio dum per talem discessum Superiore insalutato ipsum officium deserere voluisse diceretur, ex supra *allegat.* & latius dicemus infra *in quæst. vigesima.*

35 Debebunt † itaque officiales, qui volunt à loco officij discedere, & Salarium consequi pro tempore, quo infirmitas durat, licentiam à Principe impetrare, vt post *Parid. de Put. sequuntur Carauit. & Danz. in loc. supra citat.* vel saltem eorum substitutum dimittant, quia vtroque casu dici non poterit, voluisse officiales per discessum deserere officiũ *Parid. de Put. d. tractat. de sindicat. in verbo Rex concessit. num.5.* Lici-
36 tum † enim est officialibus tempore infirmitatis suo numeri satisfacere per substitutum *§. Ad hoc prohibemus in Auth. de Collat. Angel. Auth. vt Cleric. apud proprios Episcop. Carauit. vbi supra sub num.3.*

37 Requiritur † Tertio, quòd infirmitas sit vera, non autem procurata, vel simulata qnia aliàs tanquàm remedium procuratùm non prodesset ad consequendum Salarium *ex l. non omne ff. de stat. homin. Couarr. var. resolut lib.2. cap.16. num.9. vers. secundo illud Bouadill. tom.1. Politic. lib.2. cap.9. num.22.*
38 *Danz. loc. citat. num.16.* Immo † morbum simulantes vltrà non consequutionem Salarij pęna infligerentur *Rip. in tractat. de Peste tit. de remed. præseruat. num.174. Lap. alleg.18 Thom. Act. in tractat. de infirmitat. par.1.*
39 *cap.36. num.14.* maximè enim † lex abhorret huiusmodi simulationes *Paul. Zacch. Patruus mèus in quæstion. Medico legal. lib.3. tit.2*
40 *quæst.1. num.2.* itaut † pæna capitis puniendos esse milites, qui metu ostium morbum simularunt dispositum reperitur in *l. omne delictum §. Exploratores ff. de re militar. Thom Act. in d. tractat. de infirmitat. par.2. in verb. miles num.1.* Et cui libet volenti lex permittat, etiamsi is sui Iuris non sit, inuestigare, An infirmitas eorum, qui morbum simulant sit vera, vel ficta, vt per *Rip. in d.*
41 *tractat. de Peste par.5. num.176.* Et † si quos inueniat morbum simulantes tamquàm falsarios puniendos esse iubet, *Rip. loc. citat. numer.173. Zacch. vbi supra num.3.*

42 Requiritur † Quarto, quòd infirmitas non sit leuis *Nouar, in electíon. & variat. for. sect.1. quæst.9. num.5. quem refert. Danz. vbi*
43 *supra sub d. num.14.* Leuis † enim morbus non impedit hominem, quin possit suas actiones exercere, vt per *l. quæsitum ff. de re iudic. & per Galen. in libr. de const. Art. cap.19*
44 *in Isagog.* Imo † morbus leuis non meretur nomen morbi argumento *l.1. §. sed sciendum ff. de edilit. adict.*

45 Quando † autem morbus dicatur leuis itaut officiales non debeant desistere ab exercitio suorum officiorum, vel magnus ad hoc vt eo durante, & suas operas non impendentes Salarium consequi valeant ad Medicos spectabit definire vt per *Siluatic. in tractat. de his, qui morb. simulan. cap.1. Zacch. vbi supra d. quæst.1. sub num.3. vers. in his*
46 *omnibus* ipsis † enim tamquàm in arte peritis Domini legistæ se remittunt *l. septimo mense ff. de stat. homin. l. semel: C. de re milit. lib.12; Bar. in l.2. num.3. vers. quæro de Testam. Bal. cons.237. num.1. vers. de quo standum est lib.2. Rot. diuers. decis.620. num.3. par.1. & coram sa. me. Greg. XV. decis.125. num.9. Caualer. decis.220. num.6. & dec.778 num.2. coram Burratt. & in Tridentina Matrimonij 27 Iunij 1646. coram R. P. D. Celso.*

47 Requiritur † quintò, & vltimo, quòd officialis, qui infirmatur, actu ante infirmitatem, suum officium exerceret; nam si ante infirmitatẽ non expleuisset suas partes; ita vt Salarium ei non fuisset debitũ, nec esset soluendum tempore infirmitatis, exem-
48 plo † clerici infirmi, qui licèt habere debeat tempore infirmitatis quotidianas distributiones *c.1. de Cleric. non resid. in 6. Abb. & alij DD. in c. ad audientiam eod. tit. Selu. de benef. par.4. quæst.6. num.9. Duen. reg.206 l. mi-*

limitat. vlt. Couarr. lib.3. variar. cap.13.n.8. Nauarr. consl.2. num 3. de Cleric. non residen. & in tractat. de hor. canon. cap.11. num.10. susc. de visit. lib.1. cap.15.num.25. vers. & infirmo Et cap.20. num.26. Thom. Art. in tract. de infirmit. cap 50. nu.25.par.1. Hoied. de Incnpatibilit. benefic. par.1. cap.17.nu.15. Ludouic. Gomez in Reg. de infirm. resign. quæst.9. vers.47. Guttier. canonicar. quæst. lib.1.cap.1. num.140. spin. in specul. testam. glos. 9. princip. num. 30. franc. Leon. in Thesaur. for. Eccles. par.3. cap.2.num.2. Piasec. in praxi Episcop. par.3. cap.3. num 9. vers. Infirmus Carolus de Graff. de effect. cleric eff.1. num.1172. Armendar. in Addit. ad recopilat. legum Nauarræ lib.2. tit.23. de residen. canon. num.75. Cened. practicar. quæst. lib. 1. quæst.1 num.7. Azor. Institut. Moral. lib.7. cap.7. quæst.10. Garz. de benefic. par.3. cap.2.n.363 Monet. de distribut. par.2. quæst.5. num.48. & quæst.1. num.1. Barboss. de offic. & potest. Episc. allegat.53. num.166. Sanctarell. variar. resol. quæst.8. in princip, Bonacin. de hor. Canon. disp.2. quæst.5. punct. 1. qui ampliant etiam si propria culpa in infirmitates inciderit, quem sequitur *Couarr. variar. resol. lib.3. cap.13. num.8. vers.7. Tondut. Sanleger. quæst. & resolut. benefic. par.1. cap.102. n.3.*

49 Attamen † eas non lucraretur, si quando erat sanus non consueuerat interesse diuinis tunc enim infirmitas non potest illum excusare, ità vt haberi possit pro præsenti, & interressenti, cum eo casu ipsa infirmitas non fuerit in causa, quin clericus diuinis interueniat, vt per *Azor. d. cap.7. quæst.11. monet. d. quæst. 6. num.21.* vbi contrarijs respondet *Azor. d. cap.7. quæst.11. Cened. d. quæst.1. num.9. Barbos. d. allegat. 53. n.167. Corset. sing. 152. Sanctarell. d. quæst.8. num.8. Henriquez in summ. lib.13. cap.13. § 4. in fin. in Comment. littera I. Cald. Pereira de renou. Emph. quæst. 5. num. 23. vers. vnde si Canonicus Bonaccin. de censur. disput. 1. quæst.2. punct.4. num.5. in fin.* Petr. Franc. de *Tondut. Sanleger. Quæst. benefic. cap.102. num.2. Adden. ad decis.576. par.4. tom.3. recen n.125. Rot. coram Coccin. decis.108. num.8.*

Absentes An, & quandò consequantur Salarium pro tempore, quo absunt.

QVAESTIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Absentiæ causæ quot, & quæ sint.*
2 *Absens iusta causa non priuatur Salario.*
3 *Absens iusta causa habetur pro præsente.*
4 *Absens causa iniusta priuatur Salario.*
5 *Laborare qui recusat non manducat.*
6 *Præmium referre à sua malitia nemo debet.*
7 *Absentia ex causa necessaria laudabili digna est honoribus, & præmijs.*
8 *Absens ex causa necessaria laudabili dicitur adesse, & non priuatur Salario.*
9 *Absens ex causa delicti iussu Principis dicitur abesse causa necessaria vituperabili quia talis absentia datur in pœnam.*
10 *Banniti non solùm priuantur Salario, verum etiam bona eorum applicantur fisco.*
11 *Absens causa Solatij non priuatur Salario, dummodo absit cum licentia.*
12 *Absens cum licentia dicitur adesse, Declara vt num.15.*
13 *Absens cum licentia dicitur seruire, Declara vt num.15.*
14 *Absenti cum licentia debetur Salarium, licè abesset initio anni, quo erogari Salaria solent, Declara vt num.17.*
16 *Absentiæ licentia concessa famulo, seu alteri operariò, cuius officium consistit in labore, non suffragatur pro consequutione Salarij.*
18 *Absenti sinè licentia tempore vacationum debetur Salarium secundùm veriorem opinionem.*
19 *Gratian. decis. Marchiæ 200. num.8. reprobatur.*

1 PLures esse possunt † causæ proptèr quas Officialis discedat à loco, in quo ratione officij; quod exercet permanere debeat, quarum aliquæ non priuant absentem Salario, aliæ vero priuant, Quas omnes ad quatuor genera redigo, & Prima dicitur Iusta, secunda Iniusta, Tertia Necessaria, Quarta, & vltima voluntaria. Iusta causâ abesse dicitur is, qui proptèr Rempublicam, vel negotia officij, quod

quod exercet, vel propter militiam, vel metu morbi, vel quid simile abest; Iniusta vero causa abesset, qui malitiosè se absentaret, vt puta pro euitandis laboribus, vel pro alia simili. Necessaria causa verificatur in absente iussu Principis, vel proptèr infirmitatem, vel quid simile, Et voluntaria tandèm compræhendit absentes proptèr solatium, vel aliud huiusmodi.

2 Excusat † prima silicèt iusta, & non priuat absentem mercede *l. milites, l. sed & si §. finali l. si qua militi, & l. qui mittuntur vbi glos. in v. militibus ff. ex quib. caus. maior.*

3 Absens † enim ex iusta causa habetur pro præsente *c. ex parte il 2. c. ad audientiam in fine de cleric. non residen. c. vnic. eod tit. in 6. l. quæsitum ff. de legat. 3. l. seia §. pamphilæ ff. de fund. instruct. l. si quis titio ff. ex quibus caus. maior. l. absentia eius ff. de reg. Iur. Calderin. cons. 17. de præben. Paris. cons 32. n. 3. lib. 1. Roman. cons 263. sub n. 2. & cons. 264. num. 3. Nauarr. cons. 8. num. 2. & 4. de cleric. non residen. Cacheran. decis. pedemont. 92. n. 10. Odd. de restitut. in integr. par. 1. quæst. 5. art. 4 num. 3. Mandos in reg. Cancellar. 16. quæst. 32 à num. 1. Gonzal. ad reg. 8. glos. 43. num. 3.*

4 Secunda † nempè Iniusta, nomen ipsum indicat, quòd non excuset, & absens tali causa videlicet proptèr euitandos labores offi-
5 cij omninò priuabitur Salario, qui † enim laborare recusat præmia consequi non meretur dicit *tex. in l. si ex duobus §. finali ff. de noxal. action. glos. in l. quamuis ff. de damn. infect. in l. 4. & 5. ff. ex quibus caus. maior. Odd. de restitut. in integr. par. 1. quæst. 5. art. 8.*
6 *num. 54.* Et † nemo debet à sua malitia commodum referre *c. intelligimus de Iudic. c. contingit de dol. & contumac. l. cum hi §. si quis ff. de transact. l. is cui ff. de ser.*

Tertia id est necessaria, vt si quis absit iussu superioris potest priuare absentem Salario, & non priuare, Ideo inspiciendum erit; An Princeps iusserit hunc abesse proptèr sua negocia, vel Reipublicæ, vel pro-
7 ptèr interesse officij quo fungitur Et † hæc absentia ex causa necessaria proptèr seruitium principis ad distinctionem alterius, quę potest priuare absentem Salario, vocatur necessaria laudabilis, quæ præmio, & honore digna est. *Bal. in l. cum voluntatis C. quomod. & quand. Iudex, Odd. de restitution. in integr. par. 1. quæst. 5. art. 8. num. 50.*
8 Vnde † absens tali causa non priuabitur Salario, cum dicatur adesse, & pro præsente in omnibus habeatur *Bar. in l. hac lege vbi Alex. in apostill. C. de proxim Sacr. scrinior. lib. 12. Bal. cons. 59. num. 3. vol. 2, Menoch. cons. 23. vol. 1. Mandos. cons. 18. nu. 11. Paris. cons. 31. num. 3. & 4. vol. 4 Federic. de senis cons. 246. Calderin cons. 17. Roman. cons. 263 sub num. 4. & in cons. 264. sub num. 3. Nauar. cons. 8. de cleric. non residen.*

9 Si † vero Princeps iusserit aliquem abesse quià in loco, in quo aderat, patratus fuit aliquod delictum, Tunc talis absens diceretur abesse causà necessarià vituperabili cum tali absentia dicitur in pænam scelerum, & cadit, vbi virtuti locus non est *Danz. in pugn. Doctor. tit. de Exil. & releg. cap. 1. num. 1, & 62.* Et quando que timore penæ absque Principis mandato delinquente, se absentant, & tales absentes no-
10 minantur proprio vocabulo Banniti † qui non solum priuantur Salario, sed etiam omnia eorum bona fisco applicantur *Soccin. Iun. cons. 126. num. 4. lib. 2. Ruin. cons. 25. num. 4. lib. 4. Boer. decis. 277. num. 10. Peregrin. de Iure fisci lib. 5. num. 52.*

11 Quarta † & vltima causa, quæ dicitur voluntaria, vt si quis absit causa Solatij, non priuat absentem Salario, dummodò ab fuerit cum licentia *glos. in l. desertor v. si ad diem ff. de re milit. Bal. in l. si ea in fine C. de condit. insert. Ricc. in collectan. doc. col. 183. circa finem Marc. Anton. de amat. decis. 52.*
12 *Surd. cons. 42. num. 1.* quia † per licentiam absens videtur adesse *Bar. in l. hac lege C. de*
13 *proxim Sacr. scrin. lib. 12.* Et † dicitur seruire *Dec. cons. 70. incipien. pro tenui facultate sub num. 6. vers. nàm certum est lib. 1.* In tantum
14 vt † absens cum licentia consequatur Salarium, etiamsi commeatus datus exempli gratia Doctori, qui adesse deberet ad legendum, excederet Kalendas Ianuarias, idest licet abesset initio anni, quo erogari Salaria solent *l. laudabilem C. de aduocat. diuers. Iudic. Cuiac. in d. l. hac lege in fine C. de proxim. Sacr. scrin. lib. 12.*

15 Erit † tamen aduertendum, quod licentia, ad hoc, vt suffragetur, necesse est, quod fuerit concessa ab habente potestatem *Parid. de Put. in tract. de sindicat. in v. licentia num. 7. post Bal. in auth. habita num. 22. vers. sed quid de Doctore C. ne fil. pro patr. Alex. in l. diem functo sub num. 33. ff. de offic. Assessor. glos. in c. relatum v. prælatorum*

vbi

vbi etiam abb. num. 1. & 5. de Cleric. non residen. & in c. inter quatuor num. 4. eodem titulo Felin. in c. fin. ili num. 3. vers. sexto limita de Magistr. Rot. in Placent. na Salarij 7 Maij 1607. coram bon. mem. Penia.

16 Insupèr erit animaduertendum † quod talis licentià non suffragatur famulis, & alijs operarijs, quorum officium residet in labore, ad effectum, vt pro tempore absentiæ Salarium eis veniat soluendum, cum de consuetudine soleat Salarium deduci pro eo tempore, quo seruitium non fuit præstitum *Caccialup. in d. l. diem functo num. 45. ff. de offic. Assessor. Surd. d. cons. 42. sub num. 1. vers. qui dicit & num. 21.* vbi quod ità tacitè videatur conuentum intèr Dominum, & famulum, quandò ab eis fuit requisita, & respectiuè concessa licentia: Vnde non potest in famulis aliud operari licentia, quàm quod non possit dici ipsos per discessum vo-
17 luisse operas deserere; Quinimò † hoc non solùm in famulis; verum etiam in alijs operarijs, & officialibus quandoque procedit; Vt puta, si fuerit concessa licentia alicui officiali, quòd abesse possit pro aliquo suo negocio peragendo, & interim Superior indigeat illius ministerio, & alium subroget, vsquequò ille redeat; Tali namque casu absens non consequeretur Salarium, sed excomputandum veniret cum Salario præstito illi, qui fuit in eius locum subrogatus *l. matriculam & ibi glos. in v. vacare C. de Agen. in reb. lib. 10.* Et ratio est, quià casus emergens debet potius arbitrari ad damnum absentis, quàm concedentis licentiam, nè ex gratitudine Superior damnum patiatur *l. ad res donatas ff. de edil. edict. Ann. cap. 1. de Vassall. decrep. ætat. num. 22.*

18 Non † esset tamen necessaria licentia officiali, qui se absentaret, eo tempore, quo officium nullum requireret seruitium, vt puta, si Aduocatus tempore feriarum, vel Doctor tempore vacationum discederent, vndè etiàm absquè licentia absentes poterunt integrum Salarium totius anni petere, Et quamuis contrarium voluerit *Bal. in d. auth. habita col. 4. vers. sed quidquid de Doctore* vbi, quod doctor absens tempore vacationum absque licentia, non posit consequi Salarium; Contrarium tamen est verum, quoniam ex illa absentia non impeditur seruitium debitum, cessantibus eo tempore negocijs, ideoque absenti. neque in totum negari, neque diminutum erit præstandum Salarium *Ias. in l. diem functo n. 190*
19 *vbi num. 8.* ait, quòd † si quis absit sine licentia ob causam, cujus occasione lucrum non sentit, non priuetur Salario; quòd tamèn ego non puto verum, quia non est tantummodò respiciendum, quod ille, qui abest non sentiat lucrum, sed habenda est ratio damni, seù incommodi passi ab eo, cui absens inseruire debebat; parum namquè mihi refert quod, ille, qui debebat mihi seruire sentiat commodum, vel non, dum vtroque casu ipse patitur incommodum.

Quinam officiales decedentes officio non completo transmittant ad hæredes integrum Salarium.

QVAESTIO XXI.

SVMMARIVM.

1 *Salarium debetur pro rata temporis, & seruitij præstiti, Declara vt numero. 2.*
3 *Aduocatus decedens, priusquàm patrocinium pro toto tempore cum clientulo conuentum compleuerit, transmittit ad hæredes Salarium totius temporis, Declara vt num. 9.*
4 *Amplia quod transmittat Salarium ad hæredes, siuè fuerit iam Solutum, siuè promissum.*
5 *Amplia, quod transmittat, etiamsi seruire non inceperit, Declara vt num 6.*
7 *Aduocatus fisci, si moriatur intrà annum transmittit ad hæredes Salarium totius anni.*
8 *Aduocatis fuit à lege concessum priuilegium transmittendi integrum Salarium ad hæredes ob probitatem scientiæ, & intellectus.*
9 *Aduocati ignari non transmittunt Salarium ad hæredes pro tempore, quo patrocinium non præstarunt.*
10 *Doctores, si post incohatam lecturam decedant, integrum totius anni Salarium transmittunt ad hæredes.*
11 *Iudices, & potestates locorum decedentes duran-*

durante officio transmittunt Salarium totius temporis ad hæredes.

12 *Medici, decedentes, non completo tempore conductæ, integrum Salarium ad hæredes trasmittunt.*

13 *Assessores trasmittunt ad hæredes Salarium totius temporis, pro quo fuerunt conducti, licèt durante tempore moriantur Contrarium num. 14. sed prima opinio est verior, vt num. 15.*

16 *Ratio, vbi est, eadem ibi militare debet Iurisdispositio.*

17 *Salarium soluitur Assessoribus, non solùm proptèr laborem, sed etiam proptèr scientiam.*

18 *Assessores eliguntur proptèr præsumptam scientiam Iuris.*

19 *Assessores, si reperiantur ignari, possunt remoueri ab officio.*

20 *Hæredes officialis mortui hodiè vix consequi possunt solutionem Salarij præteriti temporis; itaut superfluum sit de futuro disputare.*

1 Regula licèt sit † Salariū pro rata temporis, & laboris esse soluendum *l. si eio ff. de ann. legat. l. si vno §. item cum quidam ff. locati l. ijs scholaribus in fine & l. penultima C. de erogat. milit. anno. lib. 12.*

2 Attamèn † locum sibi vindicat in illis operarijs, quibus principalitèr debetur Salarium proptèr laborem, itaut, si moriantur antè completum officium, illud non transmittant ad suos hæredes, pro tempore, quo suas operas non præstarunt *d. l. ijs scholaribus, & d. l. penultima in fine. Cagnol. in l. diem functo num. 87. ff. de offic. Assessor. Bar. in l. 1. §. diuus num. 2. ff. de var. & extraordinar. cognit. Corn. cons. 5. num. 7. lib. 4. Dec. cons. 70. per tot. Natt. cons. 229. num 1. & cons. 452. num. 6. Cæphal. cons. 70. num. 4. & cons. 71. num. 3. & 4. lib. 1. late Rip. in tract. de peste par. 2. num. 85. vers. Venio ad conductores operarum. Adrian. Negusan. quæst. 419. num. 3.* Non autèm in illis, qui ex speciali priuilegio ipsis à Iure concesso ob probitatem scientiæ, & intellectus etiamsi suum non compleuerint officium per superuenientiam mortis, Attamèn integrum Salarium ad hæredes transmittunt, non secus ac si pro integro tempore, pro quo fuerant conducti operas præstassent *l. qui operas ff. locati glos. Bar. & DD. in l. si vno §. cum quidam ff. eod. tit. & in d. l. diem funct., vbi Bar. Bal. Castren. Alex. Ias. Cagnol. & Alij ff. de offic assessor.*

Inter personas autèm hoc priuilegio à Iure decoratos, connumerantur primo loco Aduocati, qui ad suos hæredes Salarium transmittunt, licèt intrà annum decedant, & non possint pro toto tempore, quo tenebantur patrocinium præstare, vt est *tex. expr. in l. 1. §. diuus vbi glos. & communiter DD. ff. de var. & extraordinar. cognit. & in l post duos C. de Aduocat. diuers. Iudic Innocen. & Imola in c. proptèr sterilitatem de locat. Bal. in l. 1. col. 3. vers. sed ego dico, quod in Salario C. de suffrag. & in l. Peritorum num. 3. & ibidem Angel. & Salicet. num. 1. C. de Aduocat. diuers. Iudic. Viu. commun. opin. in v. Doctor. missinger singular. obseruation. cent. 3. obseruat. 8.*

4 *in princip.* Quod † Amplia procedere, siuè Salarium sit annuum, siuè pro certa causa debitum, & siuè fuerit iam solutum, siuè promissum, cum per aduocatum non steterit quin suas operas exercuerit *Bar. in d. l. diem functo vbi etiam Dec. num. 16. Curt. Iun. num. 59 & Cagnol. num. 218. ff. de offic. Assessor.*

5 Amplia secundo † quod locum habeat etiamsi Aduocatus seruire non inceperit, quotiescumquè fuerit conductus absquè

6 præfixione temporis, Si † vero conductio esset ad certum tempus, & pro omnibus litibus eo tempore occurrentibus, vt fieri solet cum Aduocatis locorum Piorum, & Nobilium, requireretur, quòd tempus esset ceptum, & Aduocatus incepisset seruire *Cagnol. vbi suprà d. num. 218. Bar. in l. 1. §. diuus sub num. 7. vers. si vero, & num. 12. in fine & ibid. Dec. num. 16. ff. de var. & extraordinar. cognit.*

7 Tertio amplia † conclusionem procedere etiam in Aduocato fisci, qui licèt moriatur intrà annum, transmittit Salarium totius anni ad hæredes *Alberic. in d. l. diem functo num. 3. Calcol. in commun. conclus. ad proxim. Iudic. §. Aduocatus conclus. 2.*

Cessat tamèn hoc priuilegium in Aduo-

8 catis ignaris; quia †, cum fuerit à lege ipsis Aduocatis concessum ob probitatem scientiæ, & intellectus *Bar. in d. l. 1. §. diuus sub num. 5. Cæphal. cons. 70. num. 7. & cons. 71. nu. 2. lib. 1.* dùm † non reperiuntur esse tales, quales fuerunt consideratià lege, deficit causa priuilegij, & ità ipsum quoquè priuilegium

gium cessare debet *l. Athlete §.1. & l. Geometra & l. diem Vulpianus ff. de excusat. tutor. c. cum Dec.63. distinct. & c. quisquis 48. distinct. & c. fin. 24. quæst. 2.* cum alijs relatis per *Tiraquell. in tractat. cessan. caus. cessat effect. par. 1. num. 203.*

10 Doctores † quoquè, si post incohatam lecturam vita deficerent, integrum totius anni Salarium transmitterent ad hæredes *Bal. in l. 1. C. de suffrag. glos. in d. l. 1. §. diuus* & ibidem *Bar. num. 17. ff. de var. & extraordinar. cognit. Idem Bar. in l. si vno §. item cum quidam ff. locati glos. in l. potest C. de Aduocat. diuers. Iudic. Dec. in d. l. diem functo num. 18. & ibidem Ias. num. 40. Cagnol. num. 184. & seqq. Rip. de priuileg. contract. post. num. 15. Grat. cons. 129. num. 5. lib. 1. Speculat. in tit. de Salar. §. fin. Ben. de Priuileg. I. C. par. 1. priuileg. 22. num. 2. Petr. Lenauded. in tractat. de Doctorib. eorumq. priuileg par. 4 quæst. 4. & latè Dec. in cons. 70. per tot.*

11 Competit † pariter huiusmodi priuilegium Iudicibus, & Potestatibus locorum *Bar. in d. l. diem functo col. finali vers. allegatur hæc lex & ibidem Ias. num. 36. & seqq. Alex. num. 13. Cagnol. num. 144. ff. de offic. Assessor. Mandel. cons. 91. per tot. Rip. vbi suprà num. 15. Ben. loc. citat. num. 11.*

12 Extenditur † etiam priuilegium ad Medicos, qui decedentes, non completo tempore conductæ, integrum Salarium ad suos hæredes transmittunt *Corn. cons. 347. Cephal. cons. 70. vol. 1. Syluan. cons. 28. Thom. Actius in tractat. de Infirmitat. par. 2. v. Salarium num. 3. Carrar. de Medic. & eius offic. par. 3. num. 108. & seqq.*

Item priuilegio huiusmodi fruuntur milites, qui si in castris obierint, integrum Salarium sui hæredes habebũt vt in *l. bis Scolaribus vbi Io. de Platea num. 1. C. de erogat. milit. anno. lib. 12. & in l. si quis in Sacris C. de proxim. Sacr. scrin. eodem lib. 12.* Imò, non solùm pro tempore, quo fuit conductus, sed etiam pro sequenti anno vt *per tex. in l. fin. C. de Domest. & protect. lib. 12.* Quod tamẽ procedere intelligas in militib⁹. graduatis, de quibus loquitur tex *d l fin.* cuius tamen dispositio hodiènõ est in vsu, licet Imperatoris intentio fuerit, quod semper inuiolabiliter obseruaretur, vt colligitur ex illis verbis lege *pragmatica sine fine victura.*

13 Gaudent † etiam hoc priuilegio Assessores, qui licet decedant antequàm sit finitum temp[us] pro quo locauerant operas suas adhùc tamen [int]egrum Salarium hæredibus relinquunt *Bar. in l. 1. §. Diuus vers. tertio casu ff. de var. & extr[aor]dinar. cognit.* Ias. *in l. diem functo num. 39. & [ib]idem Alex. n. 20. Seuerin. in quæst. 10. Cagnol. [n]um. 18.* vbi quod hæc communis opinio *ff. de offic. Assessor. Dec. cons. 70. Adrian. Neguss. in quæst. 419 num. 1. & 2. Capic. decis. 125. num. 3.*

14 Et † quamuis contrarium voluerit *Castr. in d. l. diem functo sub num 4. vers. sicut in ipso Assessore*, motus ex eo, quòd diuersa militet ratio in præside, ab ea, quæ in Asesso re, Tũ quia Assessoris hæredes nõ tenẽtur soluere Salariũ alijs, proût hæredes præsidis Tum etiã, quià Salarium debitum Assessori non soluatur proptèr scientiæ & intellectus, probitatem, prout Præsidi, sed tantummodò proptèr laborem; itaut, cum Assessor non laborauerit, consequi non possit Salarium totius temporis pro quo fuit conductus.

15 Verior † tamèm apparet affimatiua sententia, non obstantibus rationibus in contrarium adductis; Ad primam namquè respondetur, quod Præses non trasmittat Salarium ad hæredes, ex quo habeat onus soluendi Salarium alijs officialibus, ex hoc enim non potest inferri, quòd Præses transmittat totum Salarium ad hæredes, quia hæc ratio vrgeret quidèm pro rata debita officialibus, non tamen pro alia spectante ad præsidem, Sed ratio, propter quam ipse transmittit. illa est, quòd per ipsum non steterit, quominùs toto tempore, pro quo fuit conductus suas operas præstauerit vt in *l. 1. §. diuus* ibi Quià per ipsum non steterat *ff. de var. & extraordinar. cognit.* Quæ

16 † quidèm ratio cum locum sibi vindicet etiam in Assessore, in eo quoquè militare dicitur eadem iuris dispositio *l. bis solis C. de reuocan. donat. l. illud C. de sacrosanct. Eccles.*

Ad secundam rationem respondetur

17 quod † Assessoribus non soluatur Salarium habita ratione solius laboris, sed etiàm probitatis intellectus, & scientiæ, in qua consistit officium Assessoris *Adrian. Neguss. d. quæst. 419. num. 1. Gratian. disceptat. forens. cap. 257. num. 4. Cagnol. in d. l. diem*

18 *functo num. 182.* Itaut † eligantur proptèr præsumptam scientiam Iuris *l. 1. ff. de offic.*

19 *Assessor. Ias. in d. l. diem functo num.* Etsi non reperiantur docti possint ab officio remoueri *Bal. in l. sed reprob. ff. de excusat. tutor.* Sicquè cum Salarium soluatur ob scientiæ, & intellectus probitatem, transmittet Assessor Salarium totius temporis ad suos hæredes.

At cùm hodierna consuetudo omnem remoueat quæstionem, dùm hæredes officialis mortui vix consequi possint Salarium pro tempore præterito, quo defunctus seruiuit, superfluum est de futuro disputare, vt admonent *Ias. in d. l. diem functo sub n. 38 & Cagnol. num. 176. ff. de offic. Assessor.*

Operarius conductus ad certum tempus pro certo Salario, An, & quando illud consequatur, si suas operas non præstet.

QVAESTIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Operarius, si ex causa necessaria in eius persona eueniente non valeat operas præstare, An consequi debeat Salarium?*

2 *Operarius desistens ab opera, ex causa voluntaria non consequitur Salarium, imò tenetur conductori ad interesse, Declara vt num. 3.*

4 *Salarium non consequitur operarius, cui fuit promissa merces intuitu laborum, si operas non præstet, etiamsi id eueniat ex causa conductoris.*

5 *Salarij promissio facta intuitu operarum continet tacitam conditionem, si operæ præstentur.*

6 *Salarium sub conditione promissum, conditione non adimpleta non debetur.*

7 *Onere cessante cessat præstatio, quæ intuitu illius oneris fieri solebat.*

8 *Salarium debetur operario, qui fuit simpliciter ad certum tempus conductus, etiamsi operas non præstauerit, si id euenerit ex causa conductoris, Declara vt num. 9.*

10 *Operarius, adhoc, vt dicatur fuisse paratus suas operas præstare non debebit alteri se locare, Declara vt numer. 11. & 12.*

13 *Salarium, An, & quandò consequi debeat operarius qui fuit impeditus præstare operas facto tertij?*

14 *Casus eueniens propter inimicitias dicitur euenire, culpà eius, qui inimicitias habebat.*

15 *Casus fortuitus dicitur ille, qui humana prouidentia euitari non potest.*

16 *Salarium, An, & quandò debeatur operario impedito præstare operas ob casum fortuitum.*

17 *Salarium, An consequatur officialis pro tempore, quo fuit ab officio suspensus.*

PRo definitione præsentis quæstionis plures sunt distinguendi casus, quorum Primus est † quandò causa, proptèr, quàm operæ non fuerunt præstitæ, prouenit ab operario, & in hoc casu, si causa fuerit necessaria, vt puta proptèr absentiam, infirmitatem, vel mortem superuenientem in persona ipsius operarij, circà solutionem Salarij respondendum erit iuxta distinctiones allatas in quæstionibus 20. & 21, ad quas erit recurrendum, nè iam dicta absquè necessitate repetantur.

2 Si vero † causa fuerit voluntaria, certum est, quòd Salarium non erit soluendum pro illo tempore, quo operæ non fuerunt præstitæ *Bal. in l. 2. & l. edem vers. quæro pone sed famulus C. locat. Bar. in l. 1. §. diuus ff. de var. & extraordinar. cognit. Put. de Syndicat. v. Salarium cap. 3. vers. quod ego sub num. 3.* Imò operarius tenebitur conductori ad interesse *l. ex conducto in princip. & l. si fundus & l. hæc distinctio, & l. si in lege §. colonus ff. locati l. stipulatio §. siue ff. de nou. opernun. l. si fundum ff. de verbor. obligation. glos. in l. si ij verb. seruari C. locati Bar in l. ex conducto §. item cum quidam sub num. 5.*

3 *vers. primo casu ff. eod.* An † autem debeatur Salarium, si cum voluntate operarij concurrat licentia conductoris, & distinguendum est; proùt diximus supra *in quæstio vigesima à num. 11. vsque ad 17.*

Secundus casus est, quandò causa prouenit à conductore, Et tunc obseruandum

4 venit † An Salarium fuerit promissum intuitu laborum, quià in tali facti specie pro modo eorum esset soluendum, Itaùt, etiam si operæ non essent præstitæ ob factum conductoris, adhuc nulla competeret actio operario pro Salarij, consequutione *l. penult.*

nult. in fine C. de erogat. milit. anno l. 1. C. de re milit. Bar. in d. l. 1. ff. de var. & extraordinar. cognit. Soccin. sen. consf. 196. in fine lib. 2. Federic. de sen. consf. 218. num. 1. & 2. Surd. consf. 42. num. 10. Rot. decis. 191. num. 3. par. 1 in recentior. Quandò † enim fit promissio mercedis intuitu laborum, intelligitur tacitè adiecta conditio, si operæ præstentur *Dec. in consf. 70. col. 1. in fine lib. 1. Cagnol. in l. diem functo num. 90. ff. de offic. Assessor. Bel. consf. 8. num. 15. Alex. in addit. ad Bar. in l. ex conditio §. item cum quidam sub littera G. ff. locati Rot. in Vrbinaten Salarij 26 Iunij 1652 coram R. P. D. Zarate.* Ideoquè † conditio debet adimpleri aliàs Salarium non debetur *l. finali C. de condit. ob caus. glos. in l. si militem C. eod. l. 3. §. si liber ff. eod. tit. Castren. in d. §. item cum quidam in 3. opinion.*

5

6

7 Et est regulare † quòd cessante onere, cesset præstatio, quæ intuitu illius oneris fieri solebat *l. generaliter §. 1. C. de sacrosanct. Eccles. l. eum qui in princip. vbi Bar. & Ias. ff. de Iureiurã. l. scio ff. de ann. legat. Rom. consf. 417 num. 4.*

8 Verùm † si operarius fuerit simplicitèr conductus pro certa mercede, & ex causa conductoris operæ non fuerint præstitæ, debebit operarius integram mercedem consequi pro toto tempore, pro quo fuit conductus, non secùs ac si realiter, & cum

9 effectu operas præstasset, dummodò † paratus fuerit ad omnem requisitionem conductoris iuxtà tex. expressum in *l. qui operas ff. locat. l. sed addes §. cum quidam, & glos. in l. si vno §. item cum quidam v. Personis ff. eod. Bar. in l. 1. §. diuus num. 1. in fine ff. de var. & extraordinar. cognit. Borell. in summ. decis. tit. 65. de Aduocat. num. 54. Buratt. decis. 5. num. 15. & decis. 79. num. 9. ibique Adden. num. 14. Caualer. decis. 520. per tot. Rot. decis. 839. par. 4. diuers. & in recentior. decis. 330. num. 3. par. 1. & in Romana mercedis 22 Maij 1624. coram R. P. D. Remboldo.*

Nec tali casu aduersatur conclusio quòd promissio mercedis contineat in se tacitam conditionem si operæ præstentur, Quia quandò stat per eum, cuius interest, quin conditio adimpleatur, tunc habetur pro adimpleta *l. iure ciuili vbi notant omnes ff. de condit. & demonstrat. glos. in l. Iulianus §. finali in v. non enim ff. ex quib. caus. maior. l. labeo scribit & l. hæc venditio in princip ff. de contrahen. emption. l. in exequtione §. finali ff. de verb. obligat. Alex. consf. 49. num. 2. vers. secundo quia lib. 2. Mantic. de Tacit. & amb. conuent. lib. 4. tit. 26. num. 25. Buratt. d. dec. 5. num. 9.*

10 Ad † hoc autèm, vt operarius dicatur fuisse paratus præstare operas ad fauorem conductoris, à quo mercedem consequi intendit non debebit se alteri locare *l. sed addes §. finali ff. locati Rom. singul. 66. n. 2. Rot. in vrbinatẽ Salarij 20 Aprilis 1654 corã R. P. D.*

11 *Albergato* Durãte † tamẽ tẽpore, pro quo fuit conductus, quià eo elapsò, non tenebitur amplius ad præstationem operarum, & sufficiet ipso operario pro consequutione mercedis, se fuisse paratum tempore conuento *Put. de Syndicat. v. Salarium cap. 3. vers.*

12 *si tamen sub num. 1.* Quinimò † si versaremur in ijs operarijs, qui consueuerunt pluribus eodem tempore proprium officium impartiri, consequerentur Salarium, etiamsi eodem tempore ab alijs fuissent mercedem consequuti, vt exemplificari potest in Aduocatis, Procuratoribus, Medicis, & similibus, de quibus infrà suo loco dicemus.

13 Tertius † est casus qeandò impedimentum, nè operæ præstentur prouenit à tertio & tunc si tale impedimentũ poterat remoueri ab operario, & non fuit remotum, Salarium non debebitur pro tempore seruitij non præstiti *Rot. in d. Vrbinaten Salarij 26 Iunij 1652. coram R. P. D. Zarate & in eadem 20 Aprilis 1654. coram R. P. D. Albergato*, & ea est ratio quia non dicitur quis quoquomodo impeditus si impedimentum remouere potest *Bar. in l. sed & si per pretorem §. 2. ff. ex quibus caus. maior. & in l. quibus diebus vbi Soccin. in 3. notab. ff. de con lit. & demonstrat. Dec. in c. cum fuero in 3. notab. de Appellat. & in c. in nomine num. 5. de Testib. Caputaq. decis. 72. num. 7. par. 2. Menoch. de Arbitrar. iudic. cas. 118. ad fin. & consf. 110. num. 116.* At si non poterat remoueri per operarium, sed benè per conductorem, qui id facere non curauit, Salariũm erit debitum etiam pro tempore, quo non potuit operari *l. item quæritur §. exercitu ff. de locat. & conduct. Fælin. in c. ex transmissa in princip. de præscript. Bar. in d. § item cum quidam num. 3. & ibidem Castren. sub num. 13. Alex. consf. 49. num. 5. lib. 2. Natt. consf. 258. num. 6. Dec. in c. suscitatus in vlt. notab.*

notab. de rescript. & in cons.474. & 552. col.2. Afflict. decis.49. num.1. Lancellott. de Attentat. lit. penden. cap.4. in præfat. n.489. & seq. Put. *decis.249. num.3. lib.3. Verall.d. decis.72. num.5. par.2. San.mem. Gregor.XV decis.501. num.1. Buratt. decis.110. num.4. Rot. decis.18. num.10. par.4. tom.2. in recen, & in d. Vrbinaten Salarij 26 Iunij 1652. coram R. P. D. Zarate.* Quandò vero, nec conductor, neque operarius possent facto tertij resistere, tunc non nisi pro tempore præstiti seruitij merces deberetur, & non vltrà *d. l. sed addes §. 1. ff. locat.* Nisi tamen factum tertij impediens præstationem operarum superueniret propter inimicitiam
14 conductoris, vel operarij, quia † tunc diceretur impedimentum euenisse culpa eius, qni habebat inimicitiam *Alciat cons.93. n.4. lib.8. tom.3.* itaut si inimicitiæ essent conductoris, teneretur ad integræ mercedis solutionem, si vero operarij teneretur ipse ad interesse *l. si merces §. culpæ ff. locati Bar. in l. cotem ferro §. qui maximos ff. de Publican. Alciat d. cons.93. num.4.*

Quartus casus est, quandò operæ non præstantur ob euentum humana prudentia
15 euitatu imposibilem, qui † propriè dicitur casus fortuitus *glos. in §. penult. Instit. quib. mod. re contrahit. obligat. Cagnol. in l. contractus num.86. ff. de regul. iur. Sebastian. medic. de casib. fortuit. par.1. quæst.12. num.4. Scacc. de Camb. §. 1. quæst. 1. sub num. 134.*
16 Et † si iste casus contingit ex parte operarij tunc dicas Salarium deberi iuxtà distinctiones suprà allatas in *quæst.20. & 21.* si vero ex parte conductoris, tenebitur ipse conductor ad integram mercedem *Bar. in d. §. item cum qui dam num.4. & ibidem Castren. num. finali.*

In hoc tamen casu placuit mihi semper distinguere tali forma videlicèt: Aut operarius, habita notitia casus fortuiti, proptèr quem erat interdictum conductori vti eius operibus, poterat alteri se locare, & noluit, & tunc non nisi pro tempore, quo seruitium fuit præstitum debeatur Salarium Aut vero non poterat alteri se locare, & tunc à primo conductore integram mercedem consequatur *Rebell. de obligat. iust. par.2 lib.4. quæst.14. num.15.* Ioan. *Valer. in differen. vtriusq. fori v. locatio diff.3. Antonin. Dian. resolut. moral. par.3. tractat. 6. resolut. 24.*

Alius se offert casus, qui sub prænarratis non videtur comprehensus, & est quandò officialis suspenditur ab officio, & du-
17 bitatur An † pro tempore, quo ob suspensionem interdictum est officij exercitium, persoluendum sit Salarium, In quo casu dicendum erit, quòd, si causa suspensionis fuerit iusta, Salarium minimè debeatur, Si vero iniusta, itaut fuerit officialis absolutus à crimine, de quo imputabatur, debitum sit sialarium etiam pro illo tempore quo fuit ab officio suspensus *l. ex causa ff. de re milit. Franc. Marc. decis.676. par.2. Adden. ad Capic. decis.125. cum alijs quos refert. & sequitur Capiblanc. in tractat. de Iure Baronum pragmatic.5. sub num.80.* Et latius dicemus infrà in *par.2.* cum agemus de Salario Gurbernatoris.

Operarius conductus ad præstandum operas in certo loco, si recuset illas exercere extra locum conuentum, An consequi debeat Salarium

QVAESTIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Operarius conductus ad seruiendum in certo loco si recuset alibi seruire, adhùc, consequi debet Salarium.*
2 *Validitas mandati per Iudicem relaxati probatur ex reuolutione actorum & num.29.*
3 *Instrumentum facit fidem probatam.*
4 *Instrumentum habens pro se dicitur habere casum legis.*
5 *Operarius, si toto tempore conuento operas non præstet, non meretur Salarium, nisi pro rata seruitij. Declara vt num. 8. & seqq.*
6 *Salarij promissio continet tacitam conditionem si operæ præstentur.*
7 *Seruitij ratione datur beneficium, Salarium integrum consequitur operarius ad certum tempus conductus, etiamsi operas non præstiterit, si per ipsum non steterit, & numer. 30. Amplia, vt num. 31.*
9 *Operarius conductus ad præstandum operas in certo loco, non tenetur ad alium acce-*

accedere, & numer. 33. Amplia vt numer. 34.

10 Aduocatus, et Procurator, qui in uno loco patrocinium susceperunt in alio munus suum exercere non coguntur, Declara vt num. 12.

11 Medicus conductus ad medendum in certo loco non tenetur ad alium accedere, Declara vt num. 12.

13 Custos, qui custodiam castri suscepit, si castrum diruatur, tenetur ad custodiam alterius in loco vicino nouiter ædificati.

14 Libertus tenetur præstare operas patrono de loco ad locum.

15 Libertus tenetur præstare operas patrono propter beneficium manumissionis.

16 Libertus discedens de loco, vt ad alium accedat pro seruitio patroni, recipit expensas à patrono.

17 Libertus non tenetur sequi patronum vagabundum.

18 Mandatum Principis reputatur casus fortuitus.

19 Contractus resoluitur propter casum fortuitum.

20 Impedimentum non excusat, quando impeditus non docet, se adhibuisse diligentias pro illius remotione recurrendo ad Superiorem & num. 35.

21 Mandatis iustis omninò parendum est.

22 Officialis conductus ad exercendum officium in certo loco, non tenetur ad alium accedere, etiamsi sciret officium non in loco conuento, sed alibi esse exercendum.

23 Clausula non obstante quouis prætextu, & non obstante quauis causa, tam expressa quam exprimenda, & tam cogitata, quàm incogitata conprehendit omnem, & quæcumque casum, & nullam patitur restrictionem.

24 Oblatio si fuerit facta cum aliqua qualitate proueniente ex natura actus, non dicitur conditionalis, sed pura.

25 Locum conuentum, si vnus ex contrahentibus mutare velit, tenetur alteri ad præstationem interesse.

26 Oblatio de parendis mandatis sufficit, vbi tunc non est seruitium præstandum.

27 Oblatio verbalis suffragatur, si iudicialis sit præsertim si fuerit geminata, & concurrat recusatio expressa, vel tacita eius cui fit oblatio.

28 Decreta quæ mandant exequi sententiam faciunt numerum trium conformium.

32 Salarium, quod soluitur officiali habenti dignitatē datur propter laborem, & tamē integrum debetur, si talis officialis fuerit impeditus operas præstare.

36 Pænitentiæ non est locus in contractibu conductionis operarum.

37 Conductor impeditus facto tertij vti opera conducta, liberatur à præstatione Salarij Declara vt num. 40.

38 Damna & interesse de iure reficienda veniunt officiali, qui à loco in quo fuerat conductus accedit ad alium.

39 Impedimentum habere non dicitur, qui illud ad sui libitum potest remouere.

41 Oblatio verbalis est nullius effectus, Declara vt num. 42. & seq.

43 Oblatio verbalis excusat, tam pro tempore presenti quam futuro, si is, cui aliquid venit præstandum declarauit, nolle quod ei nec in futurum præstaretur.

44 Mandati defectus tollitur ex subsequuta ratificatione gestorum.

45 Conditio oblationi adiecta, si proueniat ex dispositione Iuris non vitiat ipsam oblationem.

46 Verba impersonalia de sui natura non minus vnum, quam alterum ex contrahentibus obligant, Declara vt num. seq.

47 Verba impersonalia semper referuntur ad illum, ad quem spectat de Iure subire onus.

48 Inhabilitas operarij in ijs ad quæ non fuit conductus, non est iusta causa pro neganda mercede.

49 Salarij solutionem euitare non valet Dominus qui operario conducto ob vnam causā vti noluit allegando causam diuersam.

50 Operarius ad tempus conductus consequitur mercedem etiamsi operas ex facto Domini non præstet licet medio tempore valuisset alteri seruire, & mercedem consequi Contrarium num. 53. Declara vt nu. 54.

51 Operarius ad tempus conductus & impeditus ex facto Domini operas præstares, non consequitur à primo Domino mercedem si medio tempore alteri laborauit & mercedem habuit.

52 Exceptio firmat regulam in casu non excepto.

Non

NON rarò in foris dubitari contingit, An conductus ad seruiendum, certis Salario, & loco conuentis, teneatur extrà illum locum suas operas præstare, ita vt, si de hoc fuerit à conductore requisitus & renuerit, consequi valeat mercedem
1 conuentam, Et affirmatiuè, scilicet † quod possit Salarium consequi absquè eo, quòd teneatur ad alium locum accedere, defeniri hæc quæstio consueuit, quotiescumquè non concurrat aliqua iusta causa, quæ contrariam suadeat definitionem *per tex. in l. sed & ea §. non solùm & ibi glos. in v. Tribunalia ff. de procurator. diuersor. Iudic.* prout nouissimè iudicatum fuit in Tribunali A. C. mediante decreto relaxationis mandati ad fauorem officialis pro consequutione annuæ mercedis conuentæ scutorum 400. Quod decretum deindè fuit per sententiam à S. Rota approbatum, prçuia decisione, vt videre est in vna Vrbinaten Salarii 26 Iunij 1652 coram R. P. D. Zarate, in qua cum fuerint deducta omnia, quæ possent cumulari in hac quæstione, Ideo pro illius resolutione sufficiet ipsam decisionem transcribere: quæ est ten sequentis videlicèt. Conduxerat Diomedes Peribertus ad nouennium Thesaurariam Vrbini à Reu. Camera Apostolica, cuius.

Administrationi præposuit Malatestam Leonellum, conuentione facta, & constituta mercede in scutis 400. annuis ad dictum tempus, ea lege, quod in Foro Sempronij exerceretur. Sed cum iussum esset à R. P. D. Thesaurario Generali, quo Domus Thesaurariæ Pisauri aperiretur, protestatio Malatestæ facta fuit per Diomedem, vt ad eam exercendam Pisaurum accederet, iste autem non teneri alibi, quam in loco conuento respondit. Sed nihil ominus paratum esse, aucta mercede, quatenus alibi sua interesset administrare, remittendo taxationem Iudicis arbitrio, quod etiam coram eo protestatus fuit, & de facto Pisaurum accessit. Verum postmodum dictus Diomedes, vti se nolle opera Malatestæ declarauit. Vndè aduersus hæredes pro Salario conuento egit Leonellus, & pro eius solutione ab A. C. mandatum fuit relaxatum. Quare appellationis causa ad Rotam deuoluta, disputatum fuit Dub. An Mandatum A. C. sit exequendum, & pro eius exequtione Domini responderunt.

2 Constat † enim de validitate Mandati ex reuolutione actorum iuxtà frequenter allegatam *Caput aq. decis. 260. par. 2.* quam sequuta fuit, *Rota decis. 445. num. 1. dec. 589 num. 1. par. 1. & decis. 233. num. 6. par. 7. rec. & alibi passim.*

Iustitia verò deprehenditur ex Instrumento publico obligationis, in quo Diomedes Pater Nicolai, & aliorum de Peribertis promisit soluere Leonello durante tempore Thesaurariæ scut. 400. monetæ illarum partium pro sua mercede, occasione superintendentiæ per ipsum susceptæ, vt in
3 Summario Malatestæ num. 2, quod † instrumentum facit fidem probatam *l. quoties in fine C. de iud. l. cum precibus C. de probat. l. emancipatione C. de fid. instr. Rota penes Caputaq. decis. 421. num. 1. par. 2. decis. 294. numer. 1. par. 1. recent. Romana Saluiani 12. Ianuarij 1646. §. hypotheca coram bon. me. Arguelles, quæ est decis. 108. num 2. apud*
4 *Merlin. de pignor.* Et † qui habet instrumentum pro se, habet casum legis, *Paresa de vniuers. instr. edict. tit. 1. resol. 3. §. 2. num. 4. Rota in Romana census 14 Decembris 1648. §. creditum in fine coram bon. mem. Arguelles.*

Nec refert, quod talis obligatio videatur correspectiua ad operas, quas Malatesta præstare tenebatur in superintendentia
5 Thesaurariæ. Vndè cum † ipse pro toto tempore conuento operas non præstiterit, Salarium non censetur mereri, nisi prò rata
6 tantum seruitij, cum † in promissione Salarij conditio subintelligatur, dummodo operæ præstentur ex traditis per *Bolognett. in l. diem functo num. 21. ff. de offic. assessor. Surd. cons. 42. num. 7. Grat. discept. for. cap. 692. num. 37. Nogueroll. allegat. 8. num. 7.* quia
7 propter † seruitium datur etiam beneficium *cap. fin. de rescript. in 6. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 21. num. 36. Axeued. in leg. 6. tit. 5. lib. 3. recompilat. numer. 1. & seq.* vbi dicit per tex. ibi, quòd Præteribus dantur emolumenta ratione exercitij pro tempore, quo officium exercent *Nogueroll. vbi proxime.*

8 Nam fuit responsum † per totum nouennium salarium conuentum deberi, quamuis toto tempore Malatesta operas non præstiterit, quia cum ipse paratus fuerit præstare, nec per eum steterit, quominus præstiterit, vtiquè integram mercedem consequi debet, vt est expressus *text. in l. qui*

operas

operas 41. *ff. locati*, ibi, Qui operas suas
locauit, totius temporis mercedem accipe-
re debet, si per eum non stetit, quominus
operas præstaret, & comprobatur ex *lege*
sed addes 21. §. *cum quidam*. & *glos. in l. si*
vno §. *item cum quidam verbo personis ff. eod*
tit. Bart. in l. 1. §. *Diuus num.* 1. *in fine ff. de*
var. & extraordinar. cognit. Natt. cons. 452.
num. 2. *Dec. cons.* 70. *num.* 1. *in fine Aldobr.*
cons. 8. *num.* 15. *lib.* 2. *Noguerell. alleg.* 33.
num. 64. & 65. *Rota coram Burratt. decis.* 5.
num. 13. & *decis.* 79. *num.* 9. *decis.* 839. *par.* 4.
diuers. in recentior. decis. 330. *num.* 3. *par.* 1.
& *decis.* 265. *num.* 3. *par.* 2. *in terminis coram*
Caual. decis. 520. *per tot. ex allegatis per Vr-*
sell conclus. 60. *num* 22. & 23.
Non enim per Malatestam stetit, quo-
minus operas præstaret, licèt per R. P. D.
Thesaurarium Generalem, Thesauraria
9 Pisauri iussa fuit aperiri, Siquidem † ipse
Malatesta non tenebatur operas præstare,
ex conuentione alibi, quàm in foro Sem-
pronij, cùm pro eo loco fuerat conductus
nec ad alium accedere debebat *l.* 1. & *ibi*
Bart. l. is qui ff. de eo quod certo loco l. fideiussor.
16. §. *quod certo loco ff. de fideiussor.* & *con-*
firmatur ex text. in l. sed. & *hæ* §. *non solum*
ff. de procurator. & *in l. Sancimus* 6. *C. de*
10 *Aduocat. diuers. iud.* vbi † Procurator, vel
Aduocatus, qui in vno loco defensionem
susceperunt, in alio munus suum exercere
non coguntur, sequitur *glos. in d.* §. *non so-*
lum verbo Tribunalia, vbi etiam *Bald. n.* 6.
& *Alberic. num.* 10. qui pluribus relatis de
communi testatur, tradit *Vinc. Carocc. de*
locat. & conduct. par. 5. *tit. de oblig. quæsi.* 5.
11 *num.* 6. qui † idem de medico refert, &
quamuis num. 8. contrarium sequi videatur
ex doctrina *Alberic. in l. si vsusfructus Ciui-*
tati ff. quibus mod. vsusfruct. amitt. intelli-
12 gendus † est in casu singulari, de quo apud
Alberic. secundum decis. d. legis si vsusfru-
ctus, scilicet quòd ex causa teneatur Me-
dicus, & Aduocatus alio accedere, sicut,
13 & † Custos, qui custodiam castri suscepit,
quando fuit dirutum, & in loco vicino
reædificatum, vt etiam debet intelligi
text. in l. quod nisi 20. *cum l. operæ seq. ff. de*
14 *oper. libert.* vbi † Libertus Roma in Pro-
uinciam, & ex prouincia Romam ad præ-
standas operas patrono accedere debet, Si-
15 quidem speciale est in liberto † qui propter
beneficium manumissionis operas præstare
tenetur *toto tit. ff. de oper. libert.* & eius obli-
gatio indistinctè procedit nullo designato
16 loco, & tamen † quando alio discedit,
sumptibus patroni id effici debet, nec ta-
17 men † tenetur libertus sequi patronum va-
cantem, *vt in d. l. quod nisi*, *vbi etiam glos.*
in d. l. sed, & *hæ* §. *non solum*, *vbi etiam*
Alberic.
Vndè excusari non potest Peribettus, qui
promisit Thesaurariæ exercitium in Ciuita-
te Forosempronij, quamuis de mandato
R. P. D. Thesaurarij alibi fuisset translata,
18 ex eo † quod mandatum Principis excusa-
tionem præstet, & tanquam casus fortui-
tus reputetur iuxtà tradita per *Crauett.*
cons. 233. *num.* 2. *Menoch. cons.* 504. *num.* 50.
Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 371.
19 *num.* 5. Ex † quo contractus censetur reso-
lutus *Bart. in l. cum in plures* 60. *ff. locat.*
Menoch. de arbitr. lib. 2. *cent* 5. *cas.* 440. *per*
20 *tot.* Nam † fuit responsum, quod Peribertus
tenebatur ad superiorem recurrere pro re-
mouendo impedimento, & pro reuocatio-
ne ordinis; Vnde cum per eum nulla fuisset
adhibita diligentia, vtiquè ipse nullam ex-
cusationem mereretur, ex traditis per *Alex.*
cons. 49. *num.* 5. *lib.* 2. *Natt. cons.* 258. *num.* 6.
Rota coram Verall. decis. 72. *num.* 5. & 6.
par. 2. *apud san. mem. Gregor. XV. dec.* 501.
num. 1. & *in recentior. decis.* 18. *numer.* 10.
par. 8. & *coram. Buratt. decision.* 110. *nu-*
mer. 4.
Nec valet replicatio, quod stante con-
suetudine exercendi Thesaurariam in Ciui-
uitate Pisauri, iunctâ conuentione expressa
in Capitulis Appaltus, quòd in dicta Ci-
uitate Peribertus haberet domum, & ca-
meram ad eam exercendam, mandatum
21 † R. P. D. Thesaurarij fuerit iustum, & om-
ninò parendum *iuxta tex. in c. si quando de*
rescript. c. ad aures de temp. ordin. tradit.
Lancell. Gall. cons. 23. *num.* 15. & 18. dicens
locatorem excusari, quando dubium An
præceptum Superioris sit iustum, nec ne.
Quoniam huic obiectioni dupliciter satisfit,
Primo, quod in dictis Capitulis Appaltus
nullatenùs continetur obligatio præcisa
exercendi Thesaurariam Pisauri, sed solùm
conceditur, quòd Peribertus possit habere
Domum ad Cameram spectantem, vt pa-
tet ex Summario Periberti num. 5. quamuis
in Epistola R. P. D. Thesaurarij dicatur
contineri in prædictis Capitulis. Secun-

22 do † quod cum Peribertus ex dictis Capitulis præsumere posset teneri ad exercendam Thesaurariam Pisauri, & nihilominus se obligauit ad eam exercendam in foro Sempronij debet sibi imputare, si sciens se teneri Pisauri exercere, alibi promisit, quamuis etiam Leonellus sciret obligationem esse exercendi Pisauri, vt elegantèr probatur ex *decis. text. in l. apud Celsum §. item labeo, ff. de doli mali, & metus except. cui consonant l. si tamen §. in ædilitijs, ff. de edilit. edict. l. si fundum C. de euict. l. si fratres in fine C. comm. vtriusque iud.* & comprobatur *ex decis. Surd. 194. n. 1. Bar. axiom. 126. num. 1.*

Idcircò futuri euentus excusatio admitti non debet, quia inter Peribertum, & Malatestam promissa fuit obseruantia, & adimplementum omnium contentornm in In-
23 strumento inter eos celebrato, non † obstante quouis prætextu, & non obstante quauis causa, tam expressa, quàm exprimenda, & tam cogitata quàm incogitata, vt in Summ. Malatestæ num. 2. Quæ verba comprehendunt omnem, & quemcumque casum, & nullam restrictionem patiuntur *Anton. Gomez. tom. 2. var. cap. 3. num. 19. Pinell. in l. 2. C. de rescin. vendit par, 1. cap. 5. num. 26. Castill. quotid. quæst. cap. 3. nu. 48. cum seqq. relati à Barbosa clauf. 133. nu. 11. Aym. cons. 308. num. 6. vers quinto considero, & cons. 309. num. 4. Rota in Romana de Mazzarostis 22 Aprilis 1626. coram Manzanedo.*

Et cessat omnis difficultas ex eo, quòd quamuis Malatesta teneretur operas præstare Pisauri stante dicto præcepto R. P. D. Thesaurarij non stetit per eum quominus ibi superintendentiam exerceret; nam interpellatus à Periberto obtulit se paratum Pisaurum accedere, refuso tamen interesse, quod pateretur ob discessum à foro Sempronij, reseruata taxatione Iudicis arbitrio, vt patet ex eius Summario numer. 5. quod etiam confirmauit alijs protestationibus postea interpositis dicto Summario num. 6.
24 & 7. quæ † oblatio conditionalis dici non potest ex eo, quòd taxationem interesse remiserit Malatesta Iudicis arbitrio: Siquidem illa adiectio tanquàm ex natura actus proueniens conditio censeri non debet *Negusan. de pign par. 2. membr. 3. partis primæ principalis n. 11. Pacif. de salu. inspect. 5 cap. vnico num. 32. Rota in impress. posteum dem decis. 267. nu. 7. in Assisten. fructuum 27. Martij 1613. coram Manzanedo, & in Perusina bonorum 5. Maij 1617. coram eodem*
25 Quinimò † ipse Diomedes ex mutatione loci conuenti interesse præstare tenebatur, ex traditis *per DD. in l. qui Romæ ff. de verb. oblig. vbi Bart. num. 7. Castr. num. 3. Alex. num. 5. Ias. num. 14. & 16.* Quod quidem de iure procedit, *§. si quis agens instit. de act. l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco, cum adductis per Henrig. de fideiuss. cap. 23. nu. 3. & seqq.*

26 Nec † oblationis effectus potest euitari ex eo, quòd verbalis dicatur; Nam respondetur, nihil amplius præstare potuisse Malatestam, quàm se promptum, & paratum ostendere ad adimplenda mandata Periberti, cum illius ministerium expectaret ordinem Præponentis *l. cum patronus 22. in princ. l. quoties 24. ff. de oper. libert. l. interdum 73. in fine, ff. de verb. oblig. Rota decis. 839. par. 4. diuers. num. 2.* Quare, dum nihil mandabat Peribertus, sufficiens erat oblatio exercendi conuenti ministerij, iuxtà
27 *decis. Martin. Andr. 43. nu. 1.* Vltrà † quòd, nec verbalis tantum videtur oblatio; Siquidèm Malatesta ad plures deuenit citationes, & protestationes factas in loco, vbi ministerium erat præstandum, accedendo etiam Pisaurum. Et quod magis est Peribertus apertè recusauit operas recipere, dicens se nolle ministerio, Malatestæ vti, vt in eius Summario num. 4, ex qua recusatione siue tacita, siuè expressa, etiam verbalis oblatio sufficeret, ex traditis per *Bald. in l. 1. in fine C. ne liceat tertio prouoc. Boer. dec. 124. num. 25. & seqq. Iosepb. Ludouic. dec. Per. 105 num. 61. & seqq. Rota coram Card. Seraph. decis. 715. num. 2. Buratt. decis. 517. num. 3.* Atque ita pro executione mandati vtraque parte audita.

Huius decisionis vigore cum fuerit deuentum ad prolationem sententiæ, & à parte victa appellatum, causa que commissa R.P.D. meo Albergato, fuit coram ipso sub die 20 Aprilis 1654. disputatum dubium An Constaret de tribus & attenta validitate & iustitia decretorum fuit affirmatiue resolutum, non obstantibus obiectis adductis ad subuertenda fundamenta supra relatæ decisionis, quibus fuit singulariter singulis doctissime responsum, vt patebit ex lectura deci-

decisionis, quæ reperitur vt infra concepta.

Postquàm fuit resolutum coram R.P. D. meo Zarate, mandatum A. C. contra hæredes Diomedis Periberti relaxatum esse exequendũ ad fauorẽ Malatestæ Leonelli pro solutione annui Salarij scutorũ 400. ei promissi à prędicto Diomede, vt præesset administrationi Thesauriæ Status Vrbini per illum conductę à Reu. Camera Apostolica Prætendentibus dd. hæredibus, adhuc esse locum Appellationi, causa mihi commissa fuit cum clausula Constito de tribus, ad cuius formam proposui dubitum, An de tribus conformibus constaret, & DD. respõderũt affirmatiuè, quia cũ primo loco Iudex de partibus mãdatum executium relaxasset quod A.C. Melchiorius mandauit exequi, & demum Rota respondit mandatum ipsius
28 A. C. esse exequendũ, huiusmodi † decreta faciunt numerum trium conformium, cum sint valida, & iusta *Scacc. de Appell. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. lim. 1. num. 30. & fuit dictũ in Romana Cambij 26 Martij 1640. §. etenim quoad tertium coram R. P. D. meo Cerro.*

29 Validitas † à partibus non controuertitur, & probata remanet ex processus reuolutione *vulg. dec. Caputaq. 260. par. 2.* Iustitia verò resultat ex decisione ędita *coram R. P. D. meo Zarate sub die 26 Iunij 1652.* vbi
30 recte firmatur † Salarium conuentum Leonello deberi, etiamsi per integrum tempus non inseruierit, quia per ipsum non stetit quominùs operas conuentas præstaret, vt expresse cauetur in *l. sed addes §. is cum quidem l. qui operas ff. locat. l. diem functo ff. de*
31 *offic. Ass.* Quos † textus licet ex aduerso obijceretur, solùm procedere in Aduocatis, vel liberales artes exercentibus, non verò in conductis intuitu, & ratione laboris, tamẽ contrarium est verius, cùm eorum dispositio sit generalis, vt colligitur ex *d. l. sed addes §. is cum quidam* vbi casus est in Scriptore & tenuerunt *Alber. in d. l. qui operas num. 5. in fin. Ias. in d. l. diem functo num. 22. Alex. nu. 15. Salyc. in l. si vno §. itẽ cum quidam n. 8. vers. & ex istis apparet* ibique prius firmauit *glos. in verb. personis vers. cum aut.* Hanc que distinctionẽ exprese reprobat *Iacob. de Nigr. in d. l. diem functo num. 28.* ea ra-
32 tione quia etiã † Salarium, quod soluitur habenti dignitatem datur propter laborem, & tamẽ integrum debetur *l. matriculam C. de agen in reb. ibi labor. eius fructuum & l. fin. C. de domest. & protect. lib. 12. ibi ad quæstum & compendium, militieque fructuum, & sequuti sunt Rip. de priu. contr. caus pest. n. 33 Dec. cons. 70. num. 1. in fin. Modern. Neap. lib. 2. contr. 69. num. 10. Rota decis. 839. n. 2. vers. vnde quod dicitur par. 4. diuers. coram Caual. decis. 520. per tot. coram Buratt. dec. 5. num. 13. & decis. 79. num. 9.* Cessatque difficultas quia non versamur in simplici locatione operarum, sed quæ habet adiunctam probitatem animi, & intellectus, vt indicant illa verba *E che esso hauesse da sopra intendere col comando, e consiglio rimettendo l'essecutione alli Ministri* quæ præseferunt laborem Iudicij, & Industriam operantis, in quo propterea facilius intrat omne, quod dicitur de Aduocatis in hac matria ob identitatem rationis, & benigna fieri debet interpretatio ad *tex. in l. aduersus mensorem ibi* quia non crediderunt veteres inter tales personas locationem, & conductionem esse sed magis operam beneficij loco præberi, & id, quod datur eis ad remunerandum dari, & inde honorariunm appellari *Salyc. in d. l. sed addes §. Papinianus numer. 4. vers. aut illud officium Mandell. de Alb. cons. 91 num. 1.*

Quod autẽ non steterit per Leonellum, quin inseruierit ad formam suæ promissionis indè patet, quia fuit mutatus locus vbi expresse conuenerat, quòd durante tempore locationis Thesauria exerceri deberet; con-
33 ductus † enim pro certo loco ad inseruiendũ, in alio se transferre non tenetur *l. 1. l. is qui ff. de eo quod certo loco Caroc. de locat. par. 5. tit d. obligat. quæst 5. num. 6. cum alijs adductis in decis. coram R.P. D. meo Zarate §. non*
44 *enim*, etiamsi † loci mutatio processerit ex facto Principis, nam hoc solùm ei nocet, cui dirigitur, non autem tertio *l. si Lucius ff. de euict. Iacob. de Nigr. in d. l. diem functo*
35 *num. 52.* præsertim † quia Diomedes non reclamauit, nec aliam diligentiam adhibuit, debitis vtenodo recursibus, prout fa-
36 cere tenebatur, sed † simpliciter recusauit vlteriorẽ operam Leonelli adhibere vt in eius summario n. 3. quod facere non poterat, cum in istis contractibus non sit locus pænitentiæ *Azzo. in summ. C. locat. post. n. 29. vers. si verò adeptus Mod. Neap. d. cõtr. 69 n. 6. Caual. d. dec. 420 num. 3. in fin.*

37 Nec obstat quòd si † cōductor est impeditus ex facto tertij vti opera conducta liberetur à solutione Salarij iux. *doctr. Bald. in d. l. si vno* §. *is cum quidem n.*4. nam in presēti nullum adfuit impedimentum, quo Diomedes prohiberetur vti opera conducta, siquidē Illustriss. Thesaurarius solùm iussit Thesaurariam transferri Pisaurum vbi Leonellus se paratum obtulit inseruire, refectis
38 † sibi damnis, & Interesse, prout erat de Iure ex congestis *in decis. coram R.P. D. meo Zarate* §. *& cessat, & probat Iacob de Nigr. in d. l. diem functo num.*26. *in fin. Guidop. quæst.* 8. *num.*2. *Escobar. de ratiocin. cap.*27
39 *num.*28 Atque ita cessauit † omne allegatum impedimentum, dum ad libitum conductoris poterat remoueri ad tradita per *Bart. in l. sed & si per Prætorem* §. 2. *ff. ex quibus caus. mai. & in l. quibus diebus vbi Soccin. in* 3. *not. ff. de cond. & demon. Menoch. de arbitr. cas.* 118. *ad fin. & cons.* 110. *n.*116
40 Vltraquod illud † si cadit in persona Conductoris, prout in hoc casu, solùm eum liberat à solutione Salarij, si cum facto tertij concurrat aliqua culpa, vel negligentia locatoris, quæ prorsus aberant à Leonello, imò potius impedimentum successit ex culpa Diomedis, qui coactus fuit Thesaurariam exercere Pisauri vigore propriæ obligationis deductę pro parte Camerę ex Capitulis sui Appaltus, quo casu redditur indubitatum, factum tertij non impedire, quin ad integram mercedem conductor teneatur, vt firmat *idē Bald. d.* §. *item cum quidā vers.* 4. *casu ibique Salyc. & DD. communiter Surd cons.*42. *num.*22. *& late comprobat Dec. d. cons.*70. *per tot.*

Minus releuat repetitum obiectum, quòd
41 dicta † oblatio Leonelli fuerit solùm verbalis, ac proinde nullius effectus *Bart. in l. si quis paratus ff. de nou. oper nunc. Rota*
42 *decis.* 276. *num.* 6. *par.*5. *rec.* Quia † cum ille nil aliud præstare posset, quàm se offerre paratum ad inseruiendū eiusque ministerium expectaret declarationem voluntatis circa pretensum interesse, & iussum præponentis, oblatio verbalis bene sufficit etiā ad acquirendā actionem *Oldrad cons.* 242. *num.*4. *Boer. decis.*124. *num.*25. *& pluribus cumulatis firmat Gratian. discept. for. cap.*748.
43 *num.*2. *cum seqq.* Id quod † procedit, nedum pro primo anno, quo facta fuit, verùm & pro futuris stante Diomedis declaratione, quòd vlteriori opera Leonilli vti nolebat, quæ siuè tacita, siuè expressa remisit necessitatem reiterandi oblationem subsequentibus annis *l. qui Romæ* §. *seia ff. de verb. oblig. Cassan. cons.*41. *col.*2. *Ruin. cons.*113 *sub. num.*1. *vers. quia ex quo semel dixit nolle recipere lib.*1. *Marescot. var. resol. lib.*1. *cap.*57 *num.*3. *cum seqq.*

Nec indè redditur imperfecta talis oblatio, quòd facta fuit à Procuratore Leonelli absque speciali mādato, & sub expressa conditione, dummodò ipsi damna, & Inter-
44 resse reficerentur, nàm defectus † mandati tollitur ex subsequuta ratificatione, de qua in *eod. sum. num.*1. *l. quod si de speciali vbi Bald. ff. de min. Tiraq. de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 10. *num.*31. *Surd. decis.*159. *num.*15. 16 *Gabr. cons.*195. *num.*5. *lib.*1. *Rota coram*
45 *Greg. dec.*535. *num.*5. Adiecta † verò conditio, cum proueniat ex Iuris dispositionæ vt supra dictum est, actum non vitiat *Bald. in l. accept. num.*24. *C. de vsur. Cenc. de cens. qui plures cumulat par.*3. *cap.*1. *quæst.*3. *art.*9 *num.*29. *& plenè probat decisio coram R.P.D. meo Zarate* §. *& cessat.* Neque proprie conditio vocari potest cum in totum penderet à definitione Iudicis, in cuius arbitrium collata fuerat *iux. tex. in l.*4. §. *nunc de offic. & l. seq. ff. de eo quod certo loco.*
46 Minus vrget, quòd verba † conuentionis initæ cum Leonello super administratione Thesaurariæ in Ciuitate Forosempronij sint impersonalia, quæ ex sui natura non minùs vnum, quàm alterum ex contrahentibus obligant quia, cum onus Thesaurariæ spectaret ad Diomedem, in eo propriè d. verba dicūtur verificari, ac inducunt obli-
47 gationē, semper † enim referuntur ad illum, ad quem pertinet de Iure subire onus *l. bis verbis in princ. ff. de leg.*3. *l. sed & si adijciantur ff. pro Socio Surd. cons.*34. *num.*39. *Gratian. discept. for. cap.*579. *num.*26. *Rota coram Merlino dec.*256. *num.*2. *& in Rom. dom.* 16 *Iamnuarij* 1643. §. *quod autē corā Reuerendissimo Tarraconen.*
48 Demum non releuat † obiecta eiusdem Leonelli inhabilitas in tenendo scripturam negotij, quia non probatur ad id fuisse conductus, imò constat de contrario ex verbis suprà relatis, nec probatum releuaret,
49 cum † illa non fuerit causa, cur Dio medes vlteriores eius operas recusauerit, eaque propter ex hoc capite solutionem conuenti

uenti Salarij retardare non poteſt, vt in ſimilibus terminis animaduertit *Rota coram*
50 *Caual. deciſ.*520.*ſub num.*3 A qua † eo minùs excuſatur ſub prętextu, quod Leonellus alteri medio tempore ſeruire potuerit, nam ad hunc effectum requiritur, quòd de facto locator alteri ſeruiat, eamdemque mercedem aſſequatur, tunc enim ſolùm ceſſare videtur omne illius intereſſe, ob quod agere poſſit contrà primum conductorem, aliàs ſecus, quia dum per ipſum non ſtat quominus fidem datam adimpleat, ei pariter ſeruari debet, vt expreſſe probatur *ex d. l. diem functo ff. de offic. Aſſeſſ. d. l. qui operas* §. *item*
51 *cum quidē & l. diem functo ff. locat.* vbi † caſus excipitur, ſi de facto locator ab alio
52 mercedem accipiat, atque † ita firmatur regula in omni alio caſu non excepto, vt doctè explicant *Roman. in d. l. diem functo num.*3. *Iacob. de Nigr. ibid. num.*42. *Iaſ num.*26. *Alber. in d. l. qui operas in fin.*
54 Vel † quatenus ſequi debeat opinio *gloſ.* in contrarium adductę *in d. l. diem functo verb.*
54 *eod. tempore* tunc† demum procedere poteſt ſi cum eodem commodo, & honore alteri ſeruire valeat, ſecus ſi iuſtam habeat cauſam recuſandi, prout in pręſenti, cum Leonellus fuerit conductus à Diomede vt cæteris Miniſtris imperaret, & ſolo conſilio negocio præeſſet, hoc enī caſu poterat racuſare alteri inſeruire, cum minore commodo, vel honore, neque perdit Salarium ſibi à primo conductore promiſſum, vt bene diſtinguit *Iacob. de Nigr. loco quo ſupra verſ. retenta tamen opinione gloſæ Io. Baptiſta Sanctouer. in ead. l. diem functo n.*28. *verſ. quod vero* Et ita vtraqnè.

Officialis falſus An conſequatur Salarium.

QVAESTIO XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Officialis falſus conſequi debet Salarium, Declara vt num.*11.
2 *Præmium ex dolo nemo conſequi debet.*
3 *Falſi pœna tenetur is, qui perſonam ſupponit.*
3 *Merces conſtituta pro actu nullum in ſe delictum continente debetur ei, qui illum actum adimpleuit.*
5 *Gloſ. in l. Titius ff. ad municipal. & Bal. in c. ex parte il.*2. *num.*6. *de Reſcript. reprobantur.*
6 *Salarium non conuentum non debetur.*
7 *Salarium vni promiſſum non poteſt alius petere.*
8 *Promiſſiones non extenduntur de perſona ad perſonam.*
9 *Salarium in dubio potiùs præſumitur conſtitutum cauſæ, quàm perſonæ.*
10 *Salaria vt plurimùm conſtituuntur habita ratione laboris; non autem perſonæ.*

PRoponitur caſus in *l. Titio* 36. *ff. ad municipal* quòd Titio exiſtenti Romæ fuerat à Magiſtratu patriæ ſuæ per nuncium transmiſſa cum certo Salario quędam epiſtola, in qua continebatur, quòd ipſe Titius oſtenderet Imperatori quoddam decretum in ipſa epiſtola inſertum. Nuncius verò, colluſione facta, litteras tradidit Lucio, qui deleto nomine Titij, & proprio addito, decretum Imperatori ſecundum mandata Magiſtratus præſentauit: cum autem dubitareretur, An Salarium perſoluendum eſſet Titio, vel Lucio: reſponſum fuit, deberi Lucio, qui decretum Imperatori tradidit. Ex cuius Textus deciſione
1 colligunt Doctores, quòd † falſus officialis conſequatur Salarium vt videre eſt apud *Bal. in l. non dubium num.*25. *C. de legib. & in c. ex parte decani num.*6. *de Reſcript. Alex. in addit. ad Bar. in d. l. Titio v. Titio ff. ad municipal Iaſ. ad l. Barbarius num.*21. *ff. de offic. prætor. Gabr. conſ.*9. *num.*1. *Caroc. de locat. & conduct. par.*1. *de mercede Iudicial. quæſt.*7. *num.*75.

Contrariam tamen definitionem ſuadebat concluſio, quòd † nemo ex ſuo dolo
2 debeat præmium reportare per *tex. in l itaque fullo ff. de furt. l. ſiue hæreditaria ff de neg. geſt. l. ita demum in princip. ff. de Arbitrar. Bar. in l. ſi quis legatum ff. de falſ. Decian. reſp.*47 *num.*87. *lib.*5. Attamen concluſio huiuſmodi non aduerſatur, quia in caſu noſtro duo ſunt conſideranda facta; Vnum eſt ſuppoſitio perſonæ, & pro hoc non datur Salari-
3 um, imò † ſupponens perſonam tenetur pęna falſi *Ioan. de Anan. in c. licet num.*5. *de crimin. falſ. Odofred. in rubric. C. de mutation. nomin. in fine Farinac. de falſ. quæſt.*150. *numer.*96.

*mer.96.Hieron.Lauren. decis.Auenionen.*108

4 Aliud vero factum est præsentatio Decreti facta principi, pro quo actu fuerat merces constituta, & propterea ei, qui actum adimpleuit, est de Iure debita *Bar.in d.l. Titio num.*2. & persoluitur non ob delictum sed propter actum, qui nullum in se continet delictum, vt optime *Bar.in l. non dubium sub num.*18. *& ibidem Bal. num.*25. *C. de legib. & in c. ex parte il.* 2. *num.*6. *de Rescript.*

5 † vbi concordans cum *glos. in d. l. Titius ff. ad municipal.* tenet, quòd talis officialis, licet possit Salarium consequi, non tamen valeat illud retinere, sed teneatur restituere vero officiali. Verum hoc non placet *Bart.* & optima quidem ratione, quia licet negari non possit, quin falsus officialis teneatur vero officiali actione in factum descendente ex crimine falsi. Non tamen tenetur ad restitutionem Salarij percepti, illud enim, vt suprà dicebam, optimo iure percepit, & sic non tenetur restituere, sed bene tenetur ad interesse, quod potest esse plus, vel minus Salario percepto *l. quæ nomine ff.de fals.Bar. vbi sub nu.*5.*vers.aduerte fateor.*

Decisionem pariter contrariam assignandam esse videbatur, ea ratione, quià quotiescumque fit pactum cum certo officiali, quod ipse debeat officium exercere pro certo Salario, intelligitur, quod officialis debeat per se ipsum exercere officium, nec ad alias personas pactum extenditur *c. veniens de Transaction. c. nisi circa finem de præben. l. quod in duobus §. persinale pactum ff.de pact* sicque dicendum videbatur, non posse aliquod Salarium peti per officialem falsum, ad cuius fauorem nulla extitit promissio, itaut intraret vulgaris regula, quòd

6 † Salarium non conuentum non debeatur *l.* 1. *in fine ff. de var. & extraordinar.cognit. l.* 1. *& l. Salarium C. mandat. l.qui mutuas §. Salarium ff. eod. tit. Federic. de sen.cons.*118. *Alex.* 109. *per tot. lib.*6. *Dec.cons.*132.*in fine Crot. cons.*305.*num.*18 *lib.*3. *Rot. decis.*559. *par.*1. *diuers.& in recen. decis.* 428. *num.*1. *par.*5. *& decis.*382. *num.*17.*par.*5. *& coram Cardin.Seraphin. decis.*65. *num.*1. *& coram Cardin. Caualcr. decis.*400. *num.*1. *& coram*

7 *Penia decis.*112.*num.*1. Et † quamuis fuerit promissum vero officiali, hoc non suffragatur officiali falso, cum † promissiones non

8 extendantur de persona ad personam *l.idem in duobus §. personale l.iurisgentium §. pactorum ff. de pact. Bar. cons.*58. *in fine lib.*1. *Rimnal. Iun. cons.*465. *num.*9. *lib.*4.

Hoc tamen non obstante optima ratione decisum fuit, Salarium deberi falso officiali, quià illud fuerat constitutum causæ, &

9 non personę prout † semper in dubio est præsumendum *l. medico ff.de ann. legat.* dum

10 † non habita ratione personæ, sed laboris Salaria vt plurimum persoluantur *Purpurat. in rubr. ff. de offic. Assessor. sub num.*208. *Roman. cons.*25. *num.*2. *Becc. cons.*27. *num.*2. *Surd. cons.*66. *num.*6. *Ciriac controuers.*201. *num.*186. Ideoque, cum causa fuerit adimpleta per falsum officialem merito fuit decisum illi debitum Salarium constitutum causæ per ipsum adimpletæ *Bal. in l.non dubium sub numer.* 25. *vers. respondeo C. de legib.*

11 Ex † qua responsione deducitur limitatio predictę *l.Titio* & definitioni nostræ quæstionis, scilicet, quòd non procedat quotiescumque Salarium appareret, constitutum habita ratione personæ, non autem laboris, & quando non posset dici adimpleta causa, vt in casu in quo consuluit *Gab.d.cons.*9.*lib.*1 *Caroc. de locat. & conduct. par.*1.*tit. de Mercede Iudicial. quæst.*7. *num.*77.

Quibusnam operarijs licitum sit laborare diebus in honorem Dei feriatis, et mercedem petere.

QVAESTIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Diebus feriatis in honorem Dei, vel Sanctorum probibitum est opera seruilia exercere.*
2 *Opera humana duplicis sunt generis.*
3 *Opera, quæ animi dicuntur, non prohibentur exerceri diebus festiuis, mercede accepta.*
4 *Concionatores possunt diebus festiuis conciones facere, & mercedem recipere.*
5 *Aduocati, & Procuratores possunt diebus festis suum patrociniũ præstare, recepta mercede.*
6 *Aduocati, & Procuratores in Romana Curia solent de consuetudine diebus Dominicis*

nicis informare Iudices tàm in scriptis quàm in voce quando die sequenti proponenda est causa in Rota.

7 *Doctores possunt diebus festiuis studere.*

8 *Doctores possunt diebus festis legere & docere in scholis, quod tamen non practicatur vt num.9.*

10 *Medici possunt diebus festis mercede accepta mederi.*

11 *Operationes humanæ corporalem laborem requirentes aliæ dicuntur communes aliæ particulares.*

12 *Operationes corparales communes quænam sint?*

13 *Operationes corporales comunes licitè exerceri possunt diebus festis post auditam rem sacram.*

14 *Scribere licet diebus festis. etiam mercede accepta.*

15 *Transcribere diebus festis an sit permissum?*

16 *Venatores possunt diebus festis venari.*

17 *Operæ permissæ diebus festis possunt exerceri etiàm mercede accepta.*

18 *Operationes particulares corporalem laborem requirentes non possunt diebus festis exerceri,* Declara *vt num. seqq.*

29 *Operationes quæ versantur circa cultum diuinum possunt exerceri diebus festiuis, etiam accepta mercede, Declara vt num.21.*

20 *Festaroli possunt diebus festiuis Eclesias ornare.*

22 *Operationes seruili se exerceri poterunt diebus festiuis ob pietatem.*

23 *Pietas potest multipliciter considerari.*

24 *Vespertiliones possunt diebus festiuis sepelire mortuos.*

25 *Operationes seruiles permittuntur diebus festiuis concurrente necessitate victus.*

26 *Coqui possunt quibuscumque diebus epulas condere.*

27 *Molitores an possint molere diebus festiuis?*

28 *Chirurghi, Barbitonsores, & similes possunt diebus festis pro Salute homanorum corporum laborare.*

29 *Pharmacopolis, an, & quando sit permissum diebus festis medicamenta conficere.*

30 *Operationes seruiles exerceri possunt diebus festis concurrente causa salutis communis.*

31 *Damnum imminens excusat ab obseruantia festorum.*

32 *Serui, & famuli laborantes diebus festis excusantur quando. si id non facerent, graue damnum eis in personis, vel in rebus proueniret.*

33 *Lucrum cessans an dicatur legitima causa ad effectum, vt possit operarius in festis laborare?*

34 *Piscatoribus licet diebus festis piscari balecia, aliosque pisces, qui non nisi certo anni tempore transeunt*

35 *Consuetudo efficit, vt quis licitè possit diebus festis laborare.*

36 *Barbitonsores tondentes diebus festis excusantur ob consuetudinem.*

37 *Violantes dies festos ab Ecclesia indictos puniri possunt tàm a Iudice seculari, quàm Ecclesiastico, & datur præuentio fori.*

38 *Paupertas excusat ab obseruantia festorum.*

1 TAm † veteris, quàm noui Testamenti pagina septimum diem ad humanam quietem specialiter assignauit, & ita illum, quàm alios dies Maiestatis altissimæ deputatos, nec non natalitia aliquorũ Sanctorum, Martirum Ecclesia decreuit obseruanda, & in his ab omni opere seruili cessandum, vt cantant verba *tex. in c. 3. de ferijs* cum quo concordat *l. 2. & 3. C. eod. tit.* Non tamèn omnia humana opera dicuntur seruilia, itaut festiuis diebus exerceri non possint; Duplicis
2 † enim generis sunt Aliæ dicuntur animi &
3 † hæc non prohibentur exerceri diebus festiuis, & pro illarum exercitio mercedem consequi *Tolet. lib.5. cap. 24. num.11.* Vnde
4 videmus Concionatores † recepta mercede diebus festiuis conciones facere, vt post *Sayr Azeued. Valer. Reginald. Bened. & alios aduertit Augustin. Barbos. in collectan. DD. ad c. licet num.3. de ferijs.*

5 Aduocatis † etiam, & Procuratoribus licitum est diebus festiuis suum patrocinium mercede recepta præstare *Nauar. in summ. cap.13. num.12. Campanil. in diuersor. Iur. canonic. rubr.12. cap.13. num. 93. Sot. de de Iust. & Iure lib.2. quæst.4. art.3. ad 3. caus.4. in fine Lopez in instruct. cosciien. lib.1. c.52. Azor. Instit. moral. par.2. lib.1. de 3. præcep. cap.27. quæst.11. Vbert. de Citation. cap.10.*
9 *num.166.* Et † in Romana Curia diebus domini-

minicis, & alijs festiuis consuetum est, Aduocatos, & Procuratores informare Iudices tàm in sciptis, quàm in voce, quando die sequenti proponenda venit causa in Rota, vt aduertit *Caietan. 2. 2. quaest. 122. art. 4. & post eum Sanchez. consil. moral. lib. 5. cap. 2. dub. 28. num. 2.* Et hæc, quæ dicun-
7 tur de Aduocatis procedunt etiam in † Doctoribus, quibus etiam licitum est diebus festiuis studere *D. Thom. 2. 2. quaest. 41. art. vlt. DD. in l. omnes iudices C. de ferijs Ben. de priuileg. I. C. priuileg. 77. n. 1. Rebuff. de priuil. scholar. priuileg. 1. n. 13. Azor. institution. mo-*
8 *ral. par. 2. lib. 1. cap. 27. quaest. 3.* Nec † non legere, & docere in scholis, tàm in scriptis quàm in voce *Sot. de iust. & Iure lib. 2. quaest. 4 art. 4. Lopez. in instruct. conscien. lib. 1. ca. 52 Sanchez. consil. moral. d. lib. 5. cap. 2. dub. 6. num. 4. Caietan. 2. 2. quaest. 122. art. 4. §. ad*
9 *primum* Quamuis † hoc non practicetur, solent enim Doctores, & Magistri obseruare singula festa, vt animaduertit *Scace. de Iud. lib. 2. cap. 5. num. 122.*
10 Medici † quoque poterunt diebus festiuis mercede accepta mederi, eorum enim opera in animo potius, quàm in corporali labore consistit *D. Thom. 2. 2. quaest. 40. art. 4. Rip. in tractat. de peste tit. de remed. ad curan. pest. num. 132. Suarez. de dieb. festiu. lib. 2. cap. 19. num. 10. Thom. Act. de Infirmit. par. 2. v. festiui dies n. 3. Paul. Zacch. patruus meus quaest. medicolegal. lib. 6. tit. 1. quaest. 8. à n. 16 usque ad 19.*
11 Secundum † genus humanarum operationum eas continet, quæ corporalem laborem requirunt, & istæ diuiduntur intèr com-
12 munes, & particulares. Communes † dicuntur illæ, quæ conueniunt tàm Dominis quàm famulis, Nobilibus, & ignobilibus *Caietan. 2. 2. quaest. 122. art. 4. §. ad primũ borum Sot. de Iust. & Iure lib. 2. quaest. 4*
13 *art. 4.* Et † istas diebus festiuis exercere post auditam rem sacram vetitum non esse firmat *Tolet. lib. 5. cap. 24. sub num. 9. vers. alia sunt opera Sayr, in clau.* Reg. *lib. 7. cap. 2. n. 9. vol. 3.* Huius generis sunt operæ, quæ im-
14 penduntur in scribendo, itaut † licitum sit in die festo scribere, etiam mercede accepta *Armill. in verb. festum nu. 21. Sot. vbi suprà silvest. in v. Dominica quaest. 5. par. 6. Caietan. secunda secundæ quaest. 122. art. 4. cum aliis adductis per Sanchez. vbi suprà dub. 8. num. 2.*

15 Sed † dubium est, an sicuti permissum est scribere, liceat etiàm transcribere, & variæ sunt in hoc Doctorum sententiæ, Nonulli absolute negant, vt videre est apud *Fernandez in exam. Theolog. par. 1. cap. 7. §. 1 num. 19. Caietan. vbi supra Siluest. d. quaest. 5. conclus. 5. cum alijs relatis per Dian. resolution. Moral. par. 2. tractat. 15. resolution. 35. in princip.* adducentes pro eorum opinione rationem. quòd transcribere sit opus mere seruile, & labor manuum ordinatus immediate ad lucrum temporale, sicut alia opera mechanica, quià non tendit ad aliud, quàm ad formandum characteres secundum tenorem exemplaris, à quo transcribitur. Alij vero licitum esse firmarunt, hac tamẽ distinctione adhibita scilicet, Aut talis actus est medium ordinatum ad finem spiritualem, vt puta si transcribantur conciones alicuius Prædicatoris, lectiones Magistri, Causidici informationes, & tali casu posse transcribi saluo præcepto obseruantiæ festiuitatum, etiàm mercede accepta, quia talia transcribere est adiuuare alterum ad opus spirituale, Aut transcriptio non ordinatur ad finem spiritualem, & tali casu, prohibitam esse diebus feriatis in honorem Dei, vel Sanctorum, Ita post *Nauar. Lopez. Metin. & alios, quos allegat. distinguit Sanchez vbi supra dub. 8. & 9.* Alij tandem, absque aliqua distinctione, firmarunt transcribi posse diebus festis, accepta mercede, absque incursu peccati mortalis, vt videre est apud *Suarez de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 25 num. 4. Layman. Theolog. moral. lib. 4. tract. 4 cap. 2. num. 3. Barbos. in c. licet num. 4. de ferijs Molphes. in summa tom. 1. tractat. 11. cap. 13. numer. 42. cum alijs, quos refert. & sequitur Dian. vbi supra resolut. 35. §. At ego & par. 4. tractat. 4. resolut. 62.* vbi, quòd idem dicendum sit de Thipographis ordinantibus characteres, Et hæc vltima opinio est magis consuetudini conformis, quæ tamen consuetudine remota, libentius supra relatam distinctionem Sanchez amplecterer.

16 Comprehenduntur † etiam sub hoc genere Venatores, qui licite possunt diebus feriatis venari *Lopez in Instr. conscion. lib. 1. cap. 52. vers. qui venatur. Metin. in summ. lib. 1. cap. 24. §. 8. in fine Tolet. in summa lib. 4. cap. 24. Palat. in summ. v. festorum violatio Campanill. in diuersor. Iur. Canonic.*

rubr.

rubr. 12. cap. 13. sub num. 95. vers. alia etiam Nonnulli vero DD. licèt concedant, quòd venatio possit diebus festiuis exerceri, Attamen conditionem addunt, dummodo non lucri causa, sed recreationis gratia exerceatur, & hanc opinionem sequuntur *Syluest. in summa v. Dominica quaest. 5. conclus. 6. Rosel. v. feria num. 11. Angel. in eod. verb. num. 26.* Verum, cum negari non possit, quòd venatio opus seruile non sit, sed commune Dominis & Seruis, bene poterit exerceri diebus festiuis; etiam accepta
17 mercede, nam † eo ipso, quòd operæ sunt permissæ, possunt exerceri etiam mercede accepta *Tolet. de instruct. Sacerdot. lib. 4. cap. 24. sub num. 9. Thom. Act. de Infirmitat. par. 2. v. festiui dies num. 3. Sanchez. consil. moral. lib. 5. cap. 2. dub. 6. num. 11. Antonin. Dian. resolut. moral par. 4. tractat. 4. resolut. 6 vers. nec etiam prædicta opera.*

18 Particulares † vero, operationes corporalem laborem requirentes exerceri non possunt diebus festiuis, tàm ex dispositione Iuris Canonici, & Ciuilis, vt videre est in Iuribus suprà allegatis, Quàm ex præcepto Iuris Diuini *leuit. 23.* dicentis omne opus seruile non facietis in eo. Nisi tamen concurrant aliquæ causæ, quæ solent operationum huiusmodi exercitium reddere licitum, etiam diebus festiuis *Lopez. in 1. par. sua instruct. cap. 52 Campanil. in diuersor. Iur. Canonic. rubr. 12. cap. 13. num. 96.*
19 Vt puta † si operationes versentur immediatè circa cultum diuinum, vt crucem, & immagines Sanctorum in processionibus deferre, campanas, organa, & alia instrumenta pulsare, vel Ecclesiam mundare, & similia, quæ licita dicuntur, etiamsi mercede accepta, exerceantur, quia sunt pars diuini cultus, qui est finis obseruationis festorum *Nauar. in summa cap. 13. num. 4: Ludouic. Lopez. d. cap. 52. Layman. lib. 4. tract. 7. cap. 4. num. 2.* qui plures refert, casus excusantes titulo religionis in Deum, quos, & alios refert *Bonacin. tom. 2. disputat. 5. quaest. vnic. punct. 3. num. 7. vers. ex quo Vulp. in*
20 *praxi cap. 5. num. 6* Et † quòd licite possint ij, quos vulgari sermone *festaroli* appellamus ornare templorum parietes, etiamsi antecedentibus diebus talia ornamenta apponere valuissent firmant *Bonacin. de legib. disputat. 5. quaest. vnica punct. 3. num. 3. Fagũdez. præcep. 1. lib. 1. cap. 14. n. 4. & post Suarez. Caiet. & Tolet. firmat Antonin. Dian. resol. moral. par. 3. tract. 5. miscellan. resolut. 8. vers. At qui templorum Io. Baptista Ventriglia in praxi rerum notab. Annotat. 16. S. 1. num. 8.*

21 Erit † tamen aduertendum, quòd, non omnia opera, quæ possunt quoquomodo Dei cultum respicere, sunt licita diebus, festiuis, sed ea solùm, quæ immediate tendunt ad cultum Diuinum; Vndè colere agros Ecclesiæ, portare lapides ad fabricam Ecclesiæ, eamquæ edificare non licebit diebus feriatis in honorem, Dei, quia hæc non spectant immediatè ad Dei cultum, sed per accidens possunt ad id ordinari *Bonacin. post Nauar. Caiet. Sot. Clau. reg. Azor. & Reginell. quos allegat. in loco citato vers. ex dictis in die festo Ventriglia vbi supra sub num. 8, vers. ex dictis in die festo.*

22 Poterunt † etiàm exerceri opera seruilia diebus festiuis ob pietatem *glos. in c. conquestus v. pietas de ferijs Palac. in summa v. festum Alcorez. in summa cap. 17. Syluester v. Dominica quaest. 5. Angel. in v. feria n, 18. 37.*
23 & 41. Verum, cum † pietas possit multipliciter considerari, vt ostendit *Tiraquell. de priuileg. piæ causæ in præfat. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 3. resolut. 49. num. 1.* non erit abs re, intelligere causam pietatis in his terminis eam solùm, quæ respiciat opera misericordiæ vt exemplificari potest
24 in Vespertilionibus† qui possunt diebus festis mortuos sepelire *Ventriglia d. Annot. 16 num. 9.*

25 Permittitur † etiàm exercitium operarum seruilium diebus festiuis concurrente necessitate victus *c. licet de ferijs Ventriglia vbi supra nu. 10. Quaranta in summa Bular. v. Dies festus Sayr. in clau. reg. lib. 7. cap. 2. num. 10. Palat. vbi suprà* Hac igitur ratione poterunt omnes, quorum officium consistit in necessitate diuturni victus, illud exercere diebus festiuis mercede accepta sub quo-
26 rum classe militant † Coqui, qui possunt quibuscumque diebus epolas condere *Sot. de Iust. lib. 2. quaest. 4. art. 4. ad 3.*

27 An † autem ex hac causa excusentur molitores dubium est, quod affirmatiuè resoluũt Aliqui, si molant molendino ad aquam, negant verò si molendino in pistrino vtantur *Nauarr. in summ cap. 13. num. 9. Rosella v. feria num. 9. Ludouic. Lopez in instruct. conf. lib. 1. cap. 52. D. Antonin. 2 p. tit. 9. cap. 7. S. vlt.*

Alij vero, nulla ratione habita qualitatis molendini, indistinctè negant, quòd possint molitores feriatis diebus molere, Omnes tamen conueniunt in hoc, quòd si fiat ratione necessitatis victus, vt puta si non adsit sufficiens farina pro victu illius diei, possint licitè molere, idemque affirmant, si hoc fiat accedente consuetudine, quam Episcopus non prohibet *Campanil. in diuersor. Iur. Canonic. rubr. 12. cap. 13. num. 107. Bonacin. tom. 2. disputat. 5. quaest. vnic. punct. 3. num. 9.*

28 Necessitas † etiam salutis corporis excusat in hoc casu, quae consideratur in Chirurghis, Barbitonsoribus, obstetricibus, alijsquè similibus, qui possunt diebus feriatis vulnera mederi, venas scindere, alique facere ad consequendam infirmi salu-
29 tem necessaria, eadem ratione † Pharmacopolis permissum est, medicamenta quaecumque conficere diebus festis, dummodo praestanda sint infirmis ipsa die, alias verò, necessitate huiusmodi cessante, non poterunt farmaca componere, quia eorum ars seruilis est, quam sola necessitas facit in festo licitum *Sot. loc. supra citat.*

30 Itèm † necessitas salutis communis permittit exercitium operarum seruilium diebus festiuis; itaut omnes, quorum opera est quomodocumquè necessaria ad tuendam ciuitatem ab imminenti periculo pestis, vel ostium incursu, poterunt laborare etiam mercede accepta absquè incursu peccati, vt tenent *Doctores omnes.*

31 Excusat quoque ab obseruantia festorum imminens damnum, & proptereà licitum esset segetes iacentes in agris, & fenum in pratis ad locum securum in festis deferre, si immineret tempestas, vel pluuia, quae corrumperet, si in agro remanerent, eademque causa licitum est tempore vindemiarum vuas colligere nè pereant, & prosequi opus inceptum quandò notabile damnum sequeretur ex dilatione, vèl ommissione operis *Sayr. in clau. reg. lib. 7. cap. 7. num. 10. prax. episcop. par. 1. v. festa §. 3. Quarant. in summ. bullar. v. dies festus Palat. Rub in repetit. c. per vestras notab. 27. num. 10. pag. 162* Et huius generis artis sunt ij, qui fumos conflandi vitri accendunt in festis *Sot. loc. citat. Syluester in summa v. Dominica quaest. 5. Nauarr. in summ. cap. 13. num. 6. Caietan. 2. 2. quaest. 168. art. 3. & in summa v. festorum violatio* Coquentes saponem eadem ratione excusantur, quia si opporteret abstinere ab opere diebus festiuis ars esset damnosa.

32 Hac etiam ratione excusantur † serui, & famuli, qui iusto metu compelluntur à dominis laborare in festis qnandò, nisi id faciant, imminet eis graue damnum in persona, vel in rebus *Nauarr. in summ. cap. 13 num. 7. Caietan. in d. summa v. festorum violatio D. Anton. 2. 1. tit. 9. cap. 7. §. fin. Lopez. instr. consc. cap. 52.*

33 An † autem legitima causa sit lucrum cessans ad effectum, vt possit operarius in festis laborare? contrariae in hoc sunt Doctorum sententiae, *Syluester* enim *in v. Dominica quaest. 4. par. tit 3. & Margarit. confess. 3. & praecept. fol 71. Reginald. tom. 2. lib. 19. cap. 3. nu. 56. Suarez de Religion. tom. 1. lib. 2. cap. 33. num. 9.* voluerunt id non licere, eo quia expresse legitur prohibitum seruis laborare in sacra pagina, vt videre est in *Exod. cap. 20 ibi* sex diebus operaberis septima autem die non facies omne opus, & tu, & seruus tuus. Et contrarium affirmarunt *Caietan. in summa d. v. festorum violatio Alcorez in summa cap. 17. Palac. in summa v. festum Angel. in v. feria num. 34. Armilla v. festum num. 20. Fernandez. in exam. Theolog. par. 1. cap. 7. §. 1. num. 6.* adducentes pro fundamento eorum opinionis *tex. in c. licet de ferijs,* in quo summus Pontifex indulsit in die festo piscationem halecium, quae vno anni tempore transire solent. Verum, cum in d. textu sermo sit tantùm de transitorio lucro, quod solummodo vno anni tempore euenire solet, quae circumstantia, cum non concurrat in omni alio lucro consequens est, vt dispensatio concessa à summo Pontifice in contingentia casus *d. c.* non suffragetur in alijs lucris, in quibus non possit considerari identitas rationis. Et proptereà opinionē *Caietan. & sequacium* tunc amplectendam esse, quandò vtilitas, & lucrum transitorium, quòd cessat, tanti sint momenti, vt prudentis arbitrio aestimari possit eius ammissionon mediocre damnum firmat *Antonin. Dian. resolution. moral. part. 2. tractat. 15. resolution. 34. vers. sed ego.*

34 Ratione † igitur lucri cessantis licitum erit piscatoribus, piscari halecia, quae vno anni tempore transire solent *vt in d. c. licet*

pari-

parique ratione idem dicendum est: de piscatione aliorum piscium, qui similitèr certo anni tempore transeunt *Dian.loc.suprà citat.Sanchez.in cons.moral.lib.5.cap.2.dub.20.num.5.*

35 Consuetudo †quoquè efficit, vt quis possit diebus festis laborare, nam, cum prohibita in die festo fuerint humano iure introducta, ea tolli possunt per contrariam consuetudinē à Prælatis tolleratam *Sayr.in clau. reg. lib. 1. cap. 2. num.31. Reginald. tom.2. lib.19. cap.3. numer.52. Moron. respons. 8. sub num.14. Dian. resolut. moral.*

36 *par. 1, tract. 15. resolut.* 34. Et † ratione consuetudinis excusantur Barbitonsores, qui diebus festis tondent *Dian. d.resolut.34. vers. sed si omnes lib.5. cap. 2. dub.21.* vbi quòd talis consuetudo non sit tolerata, & recepta, sed sempèr fuerit, & sit à Prælatis, & Confessarijs repræhensa, & pro suæ opinionis corroboratione allagat *Tolet. Nauarr. Caietan. & Alios.*

Certum tamen, est quòd Barbitonsores in omnibus locis diebus festis indistinctè tondent, & hoc tolleratur & precipuè in Vrbe, vbi videmus, quòd contrà alios operarios, & artifices violantes dies festos proceditur ad pænam, & tamen barbitonsores non molestantur à Curia Vicarij, & extrà Vrbem, nec à Curia Ecclesiastica neque à

37 Curia seculari, quarum † vtraque procedere potest contrà violantes dies festos ab Ecclesia indictos, vt patet ex Constitutione Pij Quinti incipien cū primum sub datū Romæ kal. April. 1566. ibi *Qui vero in diebus præfatis opus aliquod illicitum fecisse depræhensus fuerit, præter diuinam vltionem & amissionem animalium, quibus ad vecturam vtetur, etiam graues pænas incurrat arbitrio nostro, seu Vicarij nostri in Vrbe, in alijs autem locis arbitrio Ordinariorum, vel aliorum Magistratuum, itaut prauentioni locus sit.* Nec dicatur, quòd non excusentur ratione consuetudinis, sed potiùs ex causa lucri cessantis per *tex. in d. c. licet de ferijs* Quia, vt suprà dicebam, summus Pontifex in *d. c.* indulsit, quòd liceret diebus festis laborare pro piscandis aleceis, quia non, nisi vno anni tempore illa piscatio fieri potest, quæ ratio non militat in barbitonsoribus, qui si non tonderent diebus festis, possent hoc facere alijs diebus.

38 Tandem † ratione paupertatis permittitur exercitium operarum seruilium *c. licet vbi notat Abb. de ferijs Felin. in c. finali numer.7. de maiorit. & obedien. Paul. Orian. in repetit. l. prima in princip. num.23. ff. de offic. eius Benincas de Paupert. quæst.4. num.28. Surd. de Aliment. tit.8. priuileg.2. num. 13.* Itaut possit quilibet operarius in paupertate cōnstitutus laborare diebus festis mercede accepta, Aduertendo tamen, quòd non omnis paupertas hoc permittat, sed debet esse talis, qualem ad hunc effectum sufficientem esse iudicabit Confessarius, ad quem in hoc casu erit recurrendum.

Quodnam Salarium dicatur peculium castrense, vel quasi, itaut filiifamilias de illo disponere valeant.

QVAESTIO XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Filij acquirunt parentibus*

2 *Parentes nullum ius habent in filiorum peculio castrensi vel quasi.*

3 *Filij familias in peculio castrensi, vel quasi reputantur patres familias.*

4 *Filij familias possunt de peculio castrensi, vel quasi ad libitum disponere tàm in vita, quàm in morte.*

5 *Peculium castrense dicitur illud, quod filij familias in castris acquirunt.*

6 *Stipendium, quod habent milites belli, siue terrestri, siue maritimo dicitur peculium castrense.*

7 *Peculium quasi castrense dicitur illud, quod filius familias acquirit ratione publici officij.*

8 *Salarium Iudicum dicitur peculium quasi castrense.*

9 *Salarium Arbitrorum non est peculium quasi castrense.*

10 *Salarium Assessorum reputatur peculium quasi castrense, Amplia, vt num 11.*

12 *Salarium Aduocati fiscalis est peculium quasi castrense.*

13 *Salarium omnium Aduocatorum dicendum est peculium quasi castrense, Amplia vt num 14. Contrarium num.15.*

16 *Aduocati dicuntur militare.*
17 *Salarium. quod hodie soluitur Aduocatis successit loco eius, quod olim soluebatur à Publico.*
18 *Salarium Procuratorum An dicatur peculium quasicastrense?*
19 *Salarium Notariorum An dicatur peculium quasicastrense.*
20 *Salarium, quod recipiunt hodie Notarij à priuatis subrogatum est loco Salarij publici, & reputatur peculium quasicastrense.*
21 *Salarium medicorum reputatur peculium quasicastrense, Contrarium num.22.*
23 *Medici dicuntur artifices, & medicina connumeratur inter artes mechanicas, Contrarium num.25.*
24 *Salarium, quod datur professoribus artium mechanicarum non dicitur peculium quasicastrense, etiamsi soluatur de Publico, & num.32.*
26 *Salaria Magistrorum artium liberalium est peculium quasicastrense.*
27 *Magistri grammaticæ dicuntur Magistri artium liberalium, Contrarium vt numer.28.*
29 *Salarium, quod quis acquirit pro obsequijs præstitis Principi reputatur peculium quasicastrense.*
30 *Libertas est rès inæstimabilis.*
31 *Salarium officiorũ publicorum quasicastrense peculium dicitur.*
34 *Salarium, quod recipiunt Tutores dicitur peculium aduentitium, non autem quasicastrense.*

1 Acquisita †per filios ad eorum parentes spectare, itaut nec momento quidem pænès ipsos filios remaneant voluit Imperator in *l placet cum ibi notat per Bar. & alios ff. de acquiren. hæredit. & in*
2 *l.2. C. de patr. potest.* Quod †tamèn limitauit in peculio castrensi, vel quasicastrensi, in quo nullum ius parentibus competere disposuit in *l. errat C. de Castren. pecul. lib.12.*
3 Itaut † in illo filij familias reputentur patres familias, *l.1 in fine cum seq. ff. ad Senat. consult. macedonian. l. fin. C. de Inoffic. testamen. & l. penult. & fin. C. qui testamen. fac poss.* & licitum ipsis sit de illo quoquo modo disponere tàm in vita, quàm in morte, *§.1. Inst. qui b. non est permiss fac testamen. §. fin. Instit. de milit. testamen. l. final. C. de in offic. testam. Bar. in l. fori num.2. C. de Aduocat. diuers. Iudic.*
4 Et†dicitur castrense peculium illud, quod filiusfamillas in castris militaribus acquirit *l.1. & tot. tit. ff. de castren. pecul. l.1. C. de castren. pecul. milit. lib.12. Ioseph. Gonzal. florez. variar. quæst. cap.12 sub num.6 vers. secundo præmitto Surd. de Alimen. tit.4. qu.11*
5 *num.2.* Vndè † stipendium, quod habent milites belli, castrense peculium appellatur, & de illo valent disponere tàm per viã contractus, quàm vltimæ volontatis *Bal. in l. cum oportet C. de bon. quæ liber. Guliel. Mayner. in l. filiusfamilias sub num.4. ff. de regul. iur. & Iuuenal. Satir.16. de fælicit. milit.* in ijs carminibus.

Solis præterea testandi militibus ius
Viuo patre datur, Namque sunt parta labore
Militiæ, placuit non esse in corpore census,
Omne tenet, cuius regimen pater &c.

quod procedit, siuè stipẽdium filiusfamilias fuerit consequutus in bello terrestri, siuè maritimo, quia etiam in mari quis dicitur militare *l. 1. ff. de bonor. poss. ex testamen. milit. Surd. de Aliment. d. quæst.11. num.6. Summ. syluestr. in verb. peculium quæst. 1. Angelic. eod. verb. num.1. Armill. & Tabien. n.1*
7 Quasi castrense † verò peculium illud dicitur, quod quæritur per filiumfamilias ratione publici officij, quia exercens officia publica dicitur militare, vt per *tex. in l. velut C. de Assessor. & domestic. glos. in l. cum oportet verb. exceptis peculijs C. de bon. quæ liber. & ibi communiter Scribentes, l. finali C. de inoffic. testamen. Bar. in l. fori tui sub n.2. & 4. C. de postulan. Giouagnon. cons.47. n.15 lib. 1. Gratian. disceptat. forens. cap.56. n.33 & seqq. Surd. vbi suprà num.12.*
8 Ex quo infertur, quòd † dicendum sit quasicastrense peculium Salarium Iudicum *Bar. in l. si mulier. ff. de castren. pecul.* exce-
9 pto † tàmen Salario, quod præstatur Arbitris, qui licet sub nomine Iudicum comprehendantur, attamen id, quod ipsi pro arbitrando consequuntur non potest quasi castrense peculium reputari *Guliel. Mayner. in l. filiusfamilias num.9. ff. de regul. iur. post glos. in l. cum oportet in princip. verb. exceptis peculijs C. de bon. quæ liber. Bal. in l. cum oportet num.16. C. eodem tit.* ea ratione quia tale officium exerceri potest etiam per infames, ideoquè Arbitri non dicuntur militare, nec eorum officium est publicum, &

pro-

propterea eorum Salarium non differt à negociatione, mercatura, seù re familiari, de quibus filijsfamilias non possunt disponere cum dicantur peculia quasicastrensia *Io. Faber in tit. instit. per quas person. nob. acquir.*

10 Assessorum † quoque Salarium quasicastrense peculium reputandum erit quia eorum officium dicitur publicum vt in *l. velut. C. de Assessor. Bar. post gloss. in l. fori C. de Ad-*

11 *uocat. diuers. Iudic.* Et † quamuis ipsis non à publico, sed à priuatis soluatur Salarium, adhuc tamen dicitur peculium quasicastrēse, quia cum deberetur eis persolui à publico, dum soluitur à priuatis loco illius succedit *Armill. in summ. verb. peculium numer. 3.*

12 Salarium † paritèr, quod Aduocatus fiscalis consequitur peculium quasi castrense dicendum erit *Surd. de Aliment. d. quæst. 11.*

13 *sub num. 14. vers. res autem* Imò † non solùm Salarium Aduocati fiscalis, verum etiā illud, quod alij quicumque Aduocati acquirunt pro peculio castrensi habendum erit *Bal. & Ias. in l. fin. C. de inoffic. testam. & in l. cum oportet num. 16. C. de bon qua liber. Clar. in §. testamentum quæst. 17. in fine Viu. commun. opin. lib. 1. op. 240. Siluan. cons. 88 per tot. Cornel. Benincas. de paupert. spec. 1. in iudic. num. 8. Clement. de patr. potest. cap. 6. eff. 9. num. 6. Pascal. eod tractat. par. 1. cap. 3. sub num. 3. Surd. vbi suprà num. 13. summ. Syluestr. d. verb. peculium quæst. 10. Armill. & Tabien. num. 3. Angel. num. 7. Mangil. de Imputation. quæst. 29. num. 27. & seqq. Cauagnol. in Decret. montisferrat. decret. 41. §. 2 num. 12. Antonin. cap. de Iure non script lib. 3. cap. 105. num. 4. Donnell. in commentar. Iur. ciuil. lib. 18. cap. 3. col. penul. vers. deinde Imper. Treutler. select. disputat. par. 1. disput. 8. thes. 3. Caroc. de locat. & conduct. tit. de fruct. & lit. expens. quæst. 8. à num. 49. Francisc. March. decis. 638. sub num. 3. Borell. in summa decis. tom. 1. tit. de Aduocator. offic. n. 120. Ricc. in collectan. decis. coll. 179. vers. huiusmodi vero Cappell. Tholos. decision. 10.* Quod

14 † procedit etiamsi illis non constituatur à publico, sed à priuatis soluatur, vt post. *gloss. in §. 1. Instit. per quas person. nob. acq Bar. in l. finali C. de silen. lib. 12.*

15 Et † quamuis *Speculator. in tit. de Actore col. 5. vers. nec intelligas* teneat, quòd Salarium quæsitum per modernos Aduocatos non sit habendum pro peculio quasicastrensi nisi illud à publico receperint, prout Aduocatus fisci, Attamèn illius sententia cōmunitèr reprobatur, Tùm ex eo, quòd

16 Aduocati dicuntur militare, *d. l. fori & ibi gloss. & l. Aduocati C. de Aduocat. diuers. iudic & d. l. fin C. de inoffic. testamen.* Tum etiam

17 quia † Salarium, quod hodie Aduocati recipiunt successit loco eius, quod præstabatur à publico, & sic dicitur quasicastrense, cum seruet priuilegium suum iure subrogationis, & propterea ad istum effectum non est attendendum vndè Salarium proueniat, sed vndè deberet prouenire, *Gloss & DD. in sepè alleg. l. final C. de Aduocat. diuers. iudic. Aret. in §. igitur Instit. per quas person. nob. acquir. & ibidem Io. Faber, Crot. in l. Frater à fratre num. 2. vbi etiam Corras. num. 104. de condit. indebit. Surd. de Aliment. d. quæst. 11. num. 14. Gonzal. vbi suprà num. 8. Gratian. discept. forens cap. 56. sub num. 34. & firmauit Rot. in Roman. Census 18 Februarij 1639 coràm bon. mem. Pirouano quæ est decis. 241. intèr recollect. per me post tract. de Obligation. Cameral.*

18 Procuratorum † vero Salarium An dicendum sit peculium quasicastrense, vel aduentitium, discordes sunt opiniones Doctorum, & negatiuam amplectitur *Ias. in rubr. C. de procurator. num. 7. vers. secus est in Salario procuratoris Alex. cons. 153. num. 4 lib. 7.* ea rationè, quià tale officium est vile & non publicum *Gratian. d. discept. 56. n. 38 Sanchez. consil. moral. lib. 1. cap. 2. dub. 3. n. 8.* Affirmatiuam vero sequuti fuerunt *Tiraqu. de nobilit. cap. 30. num. 4. Fenzon. ad statut. Vrb. lib. 3. cap. 92. num. 56.* Reducuntur tamèn ad concordiam istæ contrariæ opiniones animaduertendo, quòd Tiraquell. & Alij affirmantes, Salarium procuratorum reputandum esse peculium quasicastrense, loquantur de procuratoribus principum, & illustrium personarum, & de procuratoribus Romanæ Curiæ, per tex. in *l. sed & milites §. sed, & ignominia ff. de excusat. tutor.* Et præcipuè locum habere debet in procuratoribus, qui patrocinium præstant in causis vertentibus in Sacro Rotæ Auditorio, qui vt plurimùm sunt Doctores vtriusque Iuris, nec admittuntur, nisi, mediante rigoroso examine eorum scientiæ testimonium præbuerint, vt aduerit *Rot. in Romana pecuniaria 4 Decembris 1628. coram bo. me. Coccino.*

19 Controuersa etiam est quæstio, An † stipendia Notariorum habenda sint pro quasicastrensi peculio? Nonnulli enim Doctores absolutè firmant, esse quasicastrense, quia eorum officium est publicum, vt videre est apud *Glos. in d. l. finali verb. memorabilibus Castren. in l. fin. num. 2. C. qui testam. fac. poss. Franc. in c. licet §. quamuis num. 1. de spol. in 6. Alex. cons. 2. num. 6. lib. 6. Alciat. respons. 102. num. 1. lib. 5. tom. 2. Peregrin. cons. 84. num. 1. lib. 3. Giouagnon. consil. 47. num. 14. & 15. lib. 1. Bene. de perus. cons. 142, circa med. Bertazol. de clausul. claus. 18. glos. 10 num. 2. Gratian. d. discept. 56. num. 37. Trentacinq. variar. resolut. lib. 1. tit. de Pecul. resol. 1. num. 5. Pascal. vbi supra sub num. 4. vers. quidquid etiam Notarius Molin. de Iust. & Iure disputat. 231. §. quasicastrensia vers. idem quæst. 10.*

Alij vero voluerunt, stipendium Notariorum, tunc dici posse peculium quasicastrense, quando Notarius habet officium à Principe, vèl Communitate, Alias si sit simplicitèr notarius, & non habeat officium, proptèr quod recipiat Salarium à publico, quidquid acquirit conficiendo instrumenta, aliaque gerendo notarijs permissa, non veniat dicendum peculium quasicastrense, sed aduentitium *Syluester in d. v. peculium 1. quæst. 10. vers. quantum ad notarios Angel. num. 4. Tabien. num. 9. Armill. num. 3: vers. de notarijs distinguit & n. 9. vers. vnum solum.*

Sed *Bal. in l. cum oportet in princip. n. 16. C. de bon. quæ liber.* aliter distinguit, videlicet Aùt agitur de Salario a Notarijs percepto à Publico, & istud dicitur quasicastrense peculium, aut de percepto à personis priuatis, in quorum seruitium suas operas impendit, & hoc non quasicastrense, sed aduentitium reputandum venit, & hanc *Bal.* sententiam tamquàm probabiliorem tenendam esse dixit *Sanchez. cons. fil. moral. d. lib. 1. cap. 2. dub. 3. num. 12. in fine.*

In hac opinionum contrarietate prima erit amplectenda sententia, tamquàm verior, & magis communis, nam quamuis *Bal. & alij supra allegati* secundùm iura antiqua dubitauerint, quandò emolumenta de publico non proueniunt; Tamèn cum
20 † Salarium, quod hodiè percipitur à Notarijs sit subrogatum loco Salarij publici spectat ad quasicastrense peculium *Alex. cons. 2 numer. 4. lib. 6. molin. d. disputat. 231 Aldouin. inter cons. Peregrin. 97. sub. num. 65. vers. & si enim lib. 4. Molphes ad consuetudines Neapolitan. tom. 2. par. 10 quæst. 5. numer. 7. & seqq.* Et ita resoluit *Rot. in d. Romana Census 18 Februarij 1639. coram bon. mem. Pirouano.*

21 Medicorū † etiam stipendia quasicastrense peculium reputantur *glos. in §. 1. Instit. per quas person. nob. acqu. & in d. l. fori C. de Aduocat. diuers. iudic. Dec. in l. final. C. de inoffic. testamen. Bertazol. clausla 28. glos. 1. numer. 2. Molin. d. disputat. 231. Pascal. d. cap. 3. sub numer. 3. vers. cui simile Gratian. d. disceptat. 56. numer. 36.* Quamuis non
22 † desint qui contrarium affirmauerint, vt videre est apud *Caroc. decis. 132. Ricc. in collect. dec. col. 179. vers. & num Salariū medicorum*, ea moti ratione, quòd medicorum
23 † officium dicatur ars, & connumeretur inter artes mechanicas *Carrar. de Medic.*
24 *par. 3. num. 114.* & Salaria, † quæ professoribus artium mechanicarum dantur, non dicuntur peculium quasicastrense, etiamsi illud consequerentur à publico, vt post *Bal. in l. fin. C. de bon. que liber. Gonzal. variar. quæstion. d. cap. 12. num. 9. Salicet. in l. fin. C. de inoffic. testamen. Siluestr. in d. v. peculium 1. quæst. 9. Armill. num. 3. Tabien. n. 3. & Angel. num. 6.* Prima tamèn opinio, est
25 verior, & communis, nam † re vera medicina non est ars, sed scientia, vt per *Arist. metaphisic. lib. 5. cap. 12. tex. 20.* Et quatenus reperiatur ab aliquibus intèr mechanicas artes connumerata intelligendū est de illa medicinæ parte, quæ consistit in componendis medicamentis, vt post *Carrar de Medic. loc. suprà citat. Paul. Zacch.* Patruus *meus quæstion. Medicolegal. lib. 6. tit. 3. quæs. 4 num. 18. & seqq.*

26 Liberalium † artium magistri poterunt ad libitum de stipendijs acquisitis tamquàm de peculio quasicastrensi disponere *l. cum multa C. de bon. quæ liber. l. cum antiquis C. de inoffic. testam. Nauarr. in manual. cap. 17 num. 142. Siluester. v. peculium quæst. 1. Angel. num. 4. Armill. num. 3. Gonzal. variar. quæst. d. cap. 12. num. 7. Ben. de priuileg. I. C. par. 3. priuileg. 91. num. 1. Borgnin. de Vsufruct. mulier. relict. num. 191. Gratian. d. disceptat. 56. nu. 34. Surd. de Aliment. d. quæst. 11. num. 13. Caldas de restitut. in integr. in v. Lasib*
27 *num. 100.* vbi † connumerat intèr magistros

artium

artium liberalium Grammaticos contrà
28 † sententiam *Alberic. in l. duo num.2. ff. pro soc.*
29 Reputatur † etiam quasicastrense peculium Salarium, quod quis acquirit pro obsequijs Principibus præstitis *l. cum multa C. de bon. quæ liber. l. vnica C. de Castren. omn. palatin. pecul. lib.*12. ibi Palatini dum in palatio nostro morantur, quod quesierint, vt castrese peculium habeant, non enim alieni sunt a labore castrorum, qui signa nostra comitantur *Paul. Leon. cons.*19. *nu.*48. Et meritò quidem tale priuilegium Aulicis debetur, dum propriam amittunt liberta-
30 tem † quæ inestimabilis est *l. libertas* 107. *ff. de reg. Iur.*
31 Deniquè † quasicastrense peculium dicetur Salarium quorumcumque officialium habentium aliquam administrationem de publico, siuè a priuatis personis ratione tamèn administrationis officij publici *l cum multi C. de bon. quæ liber.* vt post *glos. in d. l. cum oportet Guliel. Mayner. in l. filius fam. num.* 11. *ff. de Reg. Iur.* Animaduertendo
32 tamen sempèr, quòd † Salaria tribuantur ratione dignitatis, vèl officij; nam ea, quæ de publico dantur officialibus mechanicis ad opera publica conductis non reputantur peculium quasicastrense, cum a priuata causa, non ab officio descendant, vt per *Gonzal. d. cap.*12. *n.*7. *& aliàs diximus supra num.*2.
33 An † autem Salarium quod recipiunt Tutores dicatur peculium quasicastrense vel aduentitium? est quæstio mota *per Bal. in l. cum oportet in fine vers. de tertio genere peculij C. de bon. quæ liber.* vbi concludit, quòd sit aduentitium, quem sequuti sunt *Iodoc. Damouder in patrocin. pupillor. tit. de Tutor. & Curat. merced. capit.*1. *numer.*32. *Caroc. de locat. & conduct. part.*1. *tit. de Administration. Tutor. quæst.*3. *sub num.*29. *vers. & illud Salarium.*

An Salarium det precedentiam.

QVAESTIO XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Antiquior in scientijs, & artibus præferendus est iunioribus & n.*8. *amplia n.*4
2 *Milites iuniores non debent antiquiores præire.*
3 *Absurdum videtur, vt noui antiquis preferantur.*
4 *Diuitiarum, & nobilitatis qualitates non tollunt temporis prærogatiuam.*
5 *Antiquior non est iuniori præferendus si paria habeant stipendia*
6 *Iunior habens maiora stipendia, quàm antiquior debet pracedere, Declara vt num.*11. *&* 12.
7 *Salaria constituuntur habita ratione scientiæ, & intellectus, non autem antianitatis.*
9 *Absurdum est, quòd ignarus melioris conditionis sit quàm doctus.*
10 *Fortuna multoties magis quam Virtus stipendia, & dignitates confert.*

1 Licèt antiquior in scientijs, & artibus semper veniat iunioribus præferendus *glos. in l. cum quid v. nouum ff. si cert. pet. facit text. in l.*1. *&* 2. *ff. de alb. scriben. & in c.*1. *de maiorit. & obed. Io. Baptista Leonell. de praeceden. quest.*3. *art.*7. *col.*5. *in princip. versic. Sexto desumitur, & quæst.*7. *art.* 131. *col.* 3. *versic. & propterea Ceual. in specul. commun. opin. contra comm. quest.*606. *num.*31. & in terminis Doctorum *Bar. in l.*1. *ff. de obseq. libert. & in l.*1. *C. de Consulib. lib.*10. *Dec. in l. cum quid num.*8. *ff. si cert. pet. & cons.*160. *num.*1. *Aret. in §. quadam actiones num* 19. *in fine Instit. de act. Cassan. in Catalog. glor. mund. par.*2. *considerat.* 29. *Iacob. Ben. de priuil. I.C. par.*3. *in proem. n.*2. *Menoch. cons.*51. *sub n.*39. *Gonzalez. variar. quest. cap.*14. *num.*1. & in terminis Militum & aliorum *Barth. Cepoll. in tract de Imperat. milit. delig. §. virtutis etiam num.*4. *Enriquez. cons.*47. *num.*6. & facit *tex. in l. vnicuique circa princip. C. de proxim. sacr. scrin.*
2 *lib.*12. vbi Imperator † loquendo de militibus, prohibet, nè quis posterior temporè audeat antiquiorem præire,
3 Absurdum † enim videtur vt noui antiquis præferantur *Gonzalez. variar. quæst. cap.*2. *sub num.* 12. *versic. & pro hac parte vrget* vbi alios allegat *Cassan. par.*11. *considerat.* 17. *versic. imò absurdum circa princip.*
4 Et † hæc regula adeò vera est, vt procedat, etiamsi Iunior esset nobilior, & ditior antiquiore, istæ namquè qualitates non tollunt

tollunt temporis prerogatiuam *Caff. par. 10. considerat. 29. in fine Gonzal. d. cap. 2. sub n. 11 Dec. in d. l. cum quid sub. num. 21. ff. si cert. pet. Ben. vbi supra d. par. 3. in proem. sub n. 4. versic. Hac autem conclusio* vbi quòd ita seruetur.

5 Hæc tamen conclusio locum non habet quotiescunquè antiquior, & iunior paria habeant Salaria, tali namquè casu, non esset aliqua facienda differentia inter iuniorem, & antiquum *Ias. in l. cum quid sub n. 15 ff. si cert. pet post Bald. in c. cum omnes nu. 8. de Constitution.*

6 Imò, si Iunior haberet maiora stipendia quàm antiquior, deberet Iunior præcedere antiquiorem, vt expresſè habetur in *l. 1. & 2 C. de inoffic. magistr. official.* ibi, is gradu cęteros antecedat, quem meliora stipendia, vel labor fecerit anteire, facit text *in l. 1. in verb. ordine stipendiorum C. de agen. in reb. lib. 12. & in l. final. ibi stipendiorum prolixitas suffragatur C. de Tiron. eod. lib. 12. Abb. in c. Clerici sub num. 3. de Iudic. Ias. in d. l. cum quid num. 15. ff si. cert. petat. Cardinal. Alban. in lucubrat. ad Bart. in l. testium n. 3. ff. de Testib. Caff. in Catal. Glor. mundi par. 7. considerat. 39. versic. Item Aduocati fiscales Rouit cons. 84. num. 17. lib. 1. Cepoll. in d. tractat. de imperat milit. deligen. §. virtutis etiam sub n. 1. Io. Montaigna de Auctor. magn. concil. & parlament. num. 13. Alciat de præsumpt. præsump. 45. num. 5. versic. quod. limit. Bursat. cons. 443. num. 15. Ben. in d. tractat. de priuileg. I. C. par. 3. in proem. numer. 29. cum alijs per eum relatis.*

7 Et huius limitationis ratio est, quià Salaria non antianitatis, seu tituli, sed tantummodò meritorum, scientiæ, & intellectus ratione habita constituuntur *Rot. coram bo. mem. Coccino decis. 416. num. 1. Bald. cons. 155 in fine lib. 5. Bar. in l. 1. § Diuus sub num. 5. ff. de var. & extraordinar. cognit. Cephal. cons. 70 num. 7. & cons. 71. num. 2. libr. 1.* Vndè si

8 † Iunior maiora stipendia habeat, quàm antiquior, est concludens argumentum, quòd Iunior in scientia, & intellectus probitate antiquiorem præcedat *Cardinalis Alban. in lucubrat ad Bart. in d. l. testium n. 3, ff. de testibus Bursatt. cons. 443. num. 15.* Sicque etiam in gradu illum præcedere debebit, non obstante antiquitatis regula *Dec. in d. l. cum quid num. 20. vbi Adden Littera C. & ibidem Alex. num. 5. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 45. late Ias. cons. 142. lib. 2. Ruin. cons. 19. n. 9 & 10. lib. 1. Caffan. in d. tractat. Catalog. Glor. mundi par. 11. considerat. 47. Ben. vbi supra num. 30.* aliàs enim

9 sequeretur absurdum † quòd melioris conditionis esset ignarus, quàm doctus *l. vlt. C. de alluuion. Ben. in d. tract. par. 3. priu. 74. sub num. 1. versic. prior tamen opinio.* Sed

10 veritas est, quòd † stipendia, & dignitates multoties magis à fortuna, quàm à Virtute cōceduntur textus est notabilis in *Liubemus* ibi superioris fortunæ iudicia *C. de proxim. sacr. scrin.* & propterea fallax nimis videtur argumentum, Quis habet maiora stipendia, ergo est doctior alio, cui minora impartiuntur.

11 Prædicta tamen intelligas sibi locum vindicare quotiescumque versamur in officialibus, quibus merces debetur ob probitatem scientiæ, & intellectus, quia in Alijs, quorum officium in solo labore consistit stipendium maius non tribuit præcedentiam *Purpurat in rubr. ff. de offic. Assessor sub n. 208 Ciriac. controuers. 201. numer. 186.* Sicut

12 † pariter maius stipendium præcedentiam tribueret quando hoc consueuisset augeri secundum antianitatem, & priuilegium temporis *Andr. de Barul. & Iacob. Rebuff, in l. finali C. de Tiron lib. 12. Ciriac. d. contr. 201 n. 187.* quòd maiori qualitati cedere debet *Io. de Plat. in d. l. fin.*

Stipendiatus An, & quando dicatur ciuis illius loci, in quo stipendia recipit.

QVAESTIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ciuilitatem acquirit ille, qui in aliquo loco stipendia consequitur pro exercendo officio publico.*

2 *Officiales omnes dicuntur Ciues illius loci, in quo stipendia recipiunt pro exercitio publici officij.*

3 *Potestas forensis efficitur ciuis illius loci in quo officiū exercet, & stipendia consequitur*

4 *Potestas, qui pluribus locis praest eodem tempore omnium locorum Ciuis efficitur.*

5 *Milites efficiuntur ciues illius loci, in quo stipendia merentur.*

6 Do-

6 *Doctores †, qui habent stipendia in certo loco, eiusdem loci Ciues efficiuntur.*

7 *Aduocatus publicè exercens aduocationem in certo loco eiusdem loci ciuis efficitur Amplia vt num.*8.

9 *Salarium, quod recipiunt Aduocati à priuatis, succedit loco eius, quod a publico soluendum esset.*

10 *Priuilegia Doctoribus concessa comprahendunt solùm illos, qui actu legunt, Declara vt num.*11.

11 *Officialis delinquens in officio non acquirit ciuilitatem loci, in quo officium exercet.*

12 *Officialis reputatur ciuis illius loci, in quo officium exercet ad effectum gaudendi aliquo honore, vel priuilegio, secus in ijs, quæ incommodum afferunt.*

13 *Quæ fuerunt in fauorem alicuius introducta non, non debent in odium retorqueri.*

1 Ciuilitas alicuius loci pluribus modis acquiri potest,inter † quos vnus est stipendij receptio ab Vniuersitate pro exercendo aliquo officio publicum commodum respiciente *Bar. in l. municipes §. miles & ibi Alex. in addit. ff. ad municip. Bolognin. in Auth. habita sub num.*89. *C. nè fil. pro patr. Boer. decis.*620. *num.*19. *& sequen. Caroc. de locat. & conduct. par.*7. *con-*
2 *clus.*15. Propterea † omnes Officiales publici dicendi erunt Ciues illius loci, in quo stipendia recipiunt pro exercitio publici officij *l.* 1. *ff. ad municipal. Cataldin. in tract. de Syndicat. num.*17. *Ciriac. controuersiar. forens. lib.*3. *controuers.*450. *num.*16. Proùt
3 exemplificari potest in † Potestate forensi, qui dicitur Ciuis in loco vbi exercet officium prætoris, & stipendia consequitur *glos. in l. si in patria v. allectio in princip. C. de Incol. lib.* 10. *Bar. in tractat. de Represal. quæst.*5. *principal. numer.*12. *Boer. decis.*260 *sub num.*19. *Ciriac. d. controuers.*450. *n.*15.
4 In tantùm † vt si quis pluribus præsit locis eodem tempore, dicetur Ciuis omnium, locorum, quibus præest, licèt in vno tantùm resideat *glos. in c. omnes principes de maioritat. & obedien. Bar. in l. assumpto in fine ff. ad municip. Put. de Syndic. v. Ciuilitas cap.* 2 *num.* 2.
5 Milites † etiàm illius loci Ciues efficiuntur, in quo stipendia merentur, vt expressè habetur *in d. l. municipes §. miles vbi glos. & Bar. ff. ad municipal. glos. in l. ciues C. de Incol. lib.*10. *Castren. in l penultima super illis verb. tex. nisi à suo Iudice C. de Iurisdiction. omn. Iudic. Peregrin cons.*72. *num.*3. *vol.*5. *Ciriac. contr.*448. *num.*64. *Tondut. de præuention. Iudic. tom.* 1. *capit.* 28. *numer.* 6. *&* 23.

Doctores † quoquè, qui habent stipendia in certo loco ciuilitatem eiusdem loci acquirunt vt per *Bar. Alex. & Bolognin. &*
7 *alios supra num.*1. *relatos* Quod,† procedit non solùm in Doctore Legente, qui à publico stipendia habet, sed etiam in eo, qui non legit; sed tamen publicè exercet officiũ
8 Aduocationis licèt † Salarium à priuatis consequatur *Bar. in d. §. miles & in d. tract de Repræsal quæst.*5. *principal. nu.*12. *Alex in addition. ad Bar. in l.*1. *num.*?8. *C. de Dignitat. lib.*12. *Roman. cons.*216. *Boer. dec.*260 *num.*19. *Ioan. de Ana. in rubr. de magistrat. num.*19. *Rebuff. in commentar ad Constitut. Reg. Gallic. tom.*3. *tit. de Domicil. electionis in præfation. num.*16. *Gratian. disceptation. forens. cap.*186. *num.*13. *Ciriac. controuers.*450.
9 *num,*14. Salarium enim, quod recipiunt Aduocati à personis priuatis, vt sepiùs suprà diximus, succedit loco eius, quod à publico constituendum veniret *Bal. in l.* 1. *C. de Suffrag. Dec. in l. cum allegas C. de Castren. pecul. lib.*12. *post glos. in l fori C. de Aduocat. diuersor. Iudic. Gonzalez. variar. quæstion capit.* 12. *sub numer* 8. *vers. pro quo vigent.*

Et quamuis *Bar. in l. medicos C. de professor. & medic. lib.*10. concludat † priuilegia
10 Doctoribus concessa compræhendere solùm illos, qui actu legunt, & idem firmet *in l. vnica C. de mulier. & in quo loc. lib.*10. Alijque relati *per Ias. in l. ad egregrias col. fi-*
11 *nal. de Iureiuran.* Attamen † eius opinio non aduersatur ità, vt illa priuilegia, quæ reperiuntur à Iure concessa Doctoribus non Intelligantur etiàm concessa Aduocatis, & alijs Iuris professoribus, sed intelligenda est de ijs Doctoribus, qui otijs vacant, vt declarat *Alex. in l. centurio num.* 17. *ff. de vulgar. & pupillar. Felin. & Anan. in c.* 1. *de magistrat. Rip. respons.*20. *incipien. Ciues, & Incolæ libr.*2. *Natt. consil.*65. *per tot. Rolan. consil.*66. *num* 36. *cum seqq. libr.*2. *Guidopap. decision.*388. *Francisc. Marc. decision.*638 *par.*1.

11 Aduertendum tamen erit, quòd † tunc acquiritur Ciuilitas loci per officialem, quandò ipse laudabilitèr in officio se gerit, nam si in eo delinquat, non euadet Ciuis, nè id, in quo deliquit ei commodum afferat contrà *textum in l. siue hæreditaria ff de negoc. gest. Soccin. cons.* 58. *nu.* 10. *libr.* 1. *Decian. respons.* 27. *numer.* 8. *vol.* 2.

12 Itèm erit animaduertendum, quòd † tunc officiales essent dicendi Ciues loci, in quo exercent, quando ageretur ad effectum gaudendi aliquo honore, vel priuilegio, secus vero in ijs, quæ incommodum afferunt, vt notant *Bal. Angel. Roman. Alex. & Ias. in l. si Ruffinus vbi etiam Dec. nu.* 15. *& sequen. C. de Testamen. milit. Rip. in l.* 1. *num.* 7. *ff. de legat.* 1. *Rebuff. de Priuileg. scholar. priu.* 126 *Tiraquell. de Nobilitat. capit.* 6. *numer.* 49.

13 Quæ † enim fuerunt in fauorem alicuius introducta non debent in odium retorqueri *l. quod fauore C. de legib.*

An & quando per receptionem mercedis quis reddatur infamis.

QVAESTIO XXVIIII.

SVMMARIVM.

1 *Infamis est is, qui in scenis artem ludricam exercet Intellige vt num.* 3.

2 *Infamis est, qui cum bestijs depugnat in arena, Intellige vt num.* 3.

4 *Infamis dicitur is, qui mercedem recipit pro depugnatione bestiarum, etiamsi nullum præcesserit pactum de mercede Amplia vt num.* 5. *qua ampliatio reprobatur n.* 6.

7 *Dignus dicitur is, qui corona decoratur.*

8 *Exceptio debet esse de terminis eius, quod limitat, & debet adaptari regulæ præcedenti.*

9 *Dictio, Nisi, de sui natura adducit exceptionem supra dispositis.*

10 *Verbum, honor, aliquando significat mercedem.*

11 *Interpetrationes non admittuntur quando clara sunt verba legis.*

12 *Infamis dicitur is, qui se exercuit in bestiarum debellatione virtutis ostendendæ gratia si oblatam mercedem in arena acceptet.*

13 *Infamis non dicitur debellans bestias virtutis ostendendæ gratia si sponte oblatam mercedem recipiat extra locum actionis.*

14 *Infamis non dicitur se exercens in bestiarum debellatione, vel alia simili actione mercede recepta, vtili, & laudabili concurrente causa.*

15 *Infamis an dicatur is, qui locauit operas suas, vt prodiret in Scenam artis ludricæ vel bestias in arena debellaret, si deinde non deuenerit ad actum.*

QVamuis infamia notentur ij, qui in certis actionibus se exercent, vt puta
1 † qui artis Ludricæ pronũciandiue causa in scenam prodiret, vt in *l.* 1. *ff.*
2 *de his qui notan. infam* vel † si quis cum bestijs depugnaret in arena *vt in l.* 1. *& ibi*
3 *glos. in v. locauit ff. de postulan.* tamèn † ab huiusmodi nota se eximeret ille, qui in similibus actionibus se exercens abstineret à receptione mercedis, vt in *l.* 1. ibi Ergo qui locauit solus notatur, siue depugnauerit siue non? Non enim imfamiam affert depugnare cum bestijs, vel in scenis comparere quando id virtutis ostendendæ causa fiat, nã quod fit causa virtutis nõ punitur *Bar. in d. l.* 1. *§. remouet n.* 5. *ff de postulan.* sed tantummodo quando pro tali comparitione, seu depugnatione merces accipitur, vt ad litteram dicit textus in *d. l.* 1. ibi Denique eos, qui virtutis ostendendæ causa hoc faciunt sine mercede non teneri aiunt Veteres. Et ratio differentiæ est, quia depugnans cum bestijs. euidenti se mortis periculo exponit, vnde si pro tali actu mercedem recipiat videtur quodammodo vendere propriam vitam pro vili prætio, quod lex aborret, vnde mota fuit ad infamandum illos, qui hoc faciunt *Castren. in eadem lege §. Bestia num.* 2.

4 Et † hoc procedere dicas etiamsi nulla præcedente locatione, seu pacto quis mercedem, seu aliquid loco mercedis in arena reciperet, vt sonant ea verba textus, Nisi in arena passi sunt se honorari, nã alias de facili fraudaretur edictum prætoris, vt bene aduertit *Castren. loc. citato numer.* 4. Imo
5 † etiamsi merces consisteret in certo quid, quod non nisi honorem importaret, vt puta si

ta si passus esset honorari corona, vel alio simili præmio, vt existimauit *gloss. in eadem l. 1. v. honorari ff. de postulan. ducto argumento ex textu in l. spem C. quæ res pign. oblig. poss. & l. commodis ff. de iudic.*

6 Hęc † tamen Glosæ opinio reprobatur communiter à scribentibus, & præcipuè à *Bar. in eadem l. §. remouet sub num. 5. vers. Quæro quid vult. dicere*, vbi ait, quòd verba illa textus: Nisi in arena passi sunt se, honorari, non possint intelligi, quòd patiatur honorari corona, vel simili præmio; nam secundùm istam intelligentiam sequeretur,
7 quòd ille † qui coronatur propter præmium esset infamis, cum potius sit dignus per *tex. in l. 1. C. de auro coronar. lib. 10.* Et sic amplectendam esse dicit secundam Glosæ lecturam, quæ exponit verbum illud *honorari* pro *onerari* id est condemnari, & verbum illud *passi* nempè per sententiam.

Sed nullatenùs secunda hæc expositio admitti posse mihi videtur, dum textus in verbis præcedentibus loquitur de ijs, qui bestias depugnant virtutis ostendendæ gratia, qui ideo notam infamiæ non incurrant, deindè vero exceptionem ponit, nempè dummodo non passi sint honorari in arena, quæ
8 † quidem exceptio ita intelligi debet, vt sit de terminis eius, quod limitat, & adaptetur regulæ suprapositæ *l. & non vltrà §. 1. vers. sed istam sententiam ff. de negoc. gest. l. nam quod liquidè in fine ff. de pen. leg. Bar. in l. 1. & ibidem Dec. num. 20. ff. de reg. Iur. Idem Dec. in cons. 66. num. 6. & seq. Surd. cons. 152. num. 43. & cons. 261. num. 7. Cassador. decis. 8. num. 3. de concess. preben. Rot. decis. 46. num 5. par. 4. tom. 2. & decis. 531. num. 10. & decis. 588. num 40. eadem par. 4. tom. 3. in Recen. & coram Gregor. XV. dec. 544 num. 26.*

Quòd autem textus in illis verbis *nisi in arena passi sunt se honorari* velit exceptionem, seu limitationem casus præcedentis, non autem nouum casum adducere patet ex illa
9 dictione †, *Nisi*, quæ de sui natura ponit exceptionem supra dispositis *Alex. cons. 64 in princip. lib. 4 Gratian. disceptat. forens. cap. 446 num. 41. Surd. decis. 255. num. 19. Rota coram Gregorio XV. decis. 544. num. 25. & in recen. decis. 391. num. 14 par. 1.* cum alijs, quos refert, & sequitur *Barbos de diction. dict. 184. num. 2.*

Igitur verbum illud honorari, non aliam crederem admittere expositionem, quàm honorari aliquâ mercede, nouum enim non
10 est, quòd † verbum, honor, accipiatur pro mercede, vt in *l. si mandauero in princip. ff. mandati*, & facit dictum Ciceronis *Honos alit artes* hoc est præmium; & carmen illud Virgilij *lib. 5. Æneid.*

Ipsis præcipuè ductoribus addit honores

vbi verbum honores significat præmia, quæ exempla adducuntur per Apostillam in *d. l. 1 ff. de postul. in.* vbi reprehendit Accursium, quia sine causa reuocat in dubium An textus dicere voluerit *onerari* vel *honorari* dum litteris rotundis *honorari* legatur, vnde
11 † non est recurrendum ad interpetrationes dum clara sunt verba Legis *l. ille, aut ille §. cum in verbis ff. de legat. præstan. l. fin. C. quæ res pign. oblig. possit l. si quis filium C. de liber. præter. Soccin. iunior. cons. 95. num. 38. in fine vers. nouissime & num. 35. lib. 1. Rota decision. 497. num 49. par. 5. tom. 2. in recen. & coram Buratto decis. 101. n. 8. & ibi Ferentill. in addition.*

Hac interpetratione admissa, dicendum
12 venit, quòd † ille, qui se exercet in bestiarum debellatione, etiam virtutis ostendendę gratia si mercedem recipiat infamiæ macula coninquinetur, licèt aliqua non pręcesserit locatio operarum; vel pactum de mercede, nam adhuc pro illa mercede recepta videretur illi actioni operas suas impendisse quotiescumque merces fuisset oblata, & recepta in arena, vbi bestia fuit
13 debellata; secus † tamen si extrà locum actionis, vt benè se declarat textus in ijs verbi *In arena passi sunt se honorari* itaut extra arenam licitum sit præmium accipere absque incursu in notam infamiæ nisi locatio, seu pactum præcesserit: Dum enim Textus prohibet mercedem accipere in arena permittere censetur illius receptionem extrà illum locum, argumento textus *in l. Caius ff. de legat. 2. & in l. si fideicommissum §. tractatum ff. de Iudic. Bal. in l. 1. n. 4. ff. de Stat. homin. Ias. in l. cunctos populos in secunda lectura num. 92. C. de summa Trinit. & fide Cathol. & in §. item seruiana num. 42. Instit. de Action. Rot. dec. 228. n. 10. par. 7. in Recentior.*

14 Nec † infamiæ notam incurreret quis si vnam ex prædictis, vel similibus actionem faceret concurrente vtili, & laudabili causa, vt puta si quis depugnaret feram, quæ

alicui Regioni noceret,nam tali casu etiamsi id fiat præcedente operarum locatione,& mercedis receptione subsequente,tamen huiusmodi mercedis receptio non inferret notam infamiæ *Sed si quis operas suas locauerit, vt feras venetur, vel vt depugnet feram, quæ Regioni nocet,non est notatus*,sunt verba textus prædictę *l. 1. vbi Bar. in d. §. remoues nu.6. & 7.* vbi alia adducit exempla.

Et hæc, quæ dicimus de depugnatione bestiarum locum habent etiam in alijs quibuscumque actionibus, dummodo non sint tales, quæ etiam absque receptione mercedis si exerceantur ignominiam, & infamiam afferant, vt *in l.1. & toto tit. ff. de ijs, qui notantur infamia.*

15 An † autem si quis locauerit operas suas pro certa mercede,vt fabulas representaret in scenis, vel bestias debellaret in arena dicatur infamis, si deinde non deueniat ad actum, est quæstio valde controuersa ob diuersas opiniones Caij, & Vulpiani,Ille enim *in l.3. ff. de his qui notan. infam.* talia fatur *Qui operas suas locauit vt prodiret artis ludricæ cau a neque prodijt non notatur quia non est ars adeo turpis, vt etiam consilium puniri debeat*, Vulpianus vero in *l. Item senatus consultus ff. de postulan.* voluit posse affectum puniri nota infamiæ etiam effectu non sequuto dum infrascriptis vtitur verbis *Item senatusconsulto etiam apud pedaneos Iudices postulare probibetur qui operas suas, vt cum bestis pugnaret locauit*,&paulo infrà.*Ergo qui locauit solus notatur,siue depugnauerit,siue non.*

In hac Legum contrarietate, vt quæstionis propositę definitio haberi possit facienda est differentia inter debellationem belluarum,de qua loquitur Vulpian. & artem scenicam,de qua Caius sermonem habet, Itaut si quis locauerit operas suas in arte ludrica,quas postea non præstauit, non dicatur infamis,quia in tali arte ipsum factum, non autem propositum infamiam irrogat *c.1. de Vit. & honest. cleric. in 6.* Si quis vero ad debellandas bestias in arena de mercede conuenerit eo ipso dicatur infamis, quia non factum, sed propositum odiosum est,cum pro vili prætio quodammodo vendatur vita,quæ in tali certamine euidentissimo periculo exponitur,vt in *l.1. §. bestias ff. de postulan.* atque ideò punitur affectus, etiam non sequuto effectu *l.3.§.sic autem ff. de bon. eor. qui sibi mort. consciu.*

An, & quando per receptionem Salarij quis dicatur Familiaris?

QVAESTIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Familiaris propriè dicitur ille, qui Salarium recipit pro seruitio alicui præstito.*

2 *Familiaris verbum multipliciter accipi solet.*

3 *Familiaris verbum accipitur in significatione larga, stricta, & magis stricta secundùm effectus, propter quos de ipsa familiaritate quæritur.*

4 *Familiaris quis non dicitur per solam receptionem Salarij ad effectum, vt intret reseruatio regulæ quartæ Cancellariæ, sed requiritur, quòd sit ipsius Cardinalis commensalis, & seruitio eius personam respicienti destinatus.*

5 *Familiaris non dicitur Vicarius, nec Auditor generalis, & similes, licèt Salarium recipiant,cum non possint dici commensales, Contrarium de Vicario n.6. Declara ‹ t num.9.*

7 *Vicarium habere, vel non, est voluntarium Episcopi.*

8 *Episcopus non tenetur deputare Vicarium, nisi vrgeat necessitas.*

10 *Assistentes Anticameræ Cardinalis non dicuntur eius familiares, licèt certam mercedem recipiant, nisi sint certo officio destinati.*

11 *Assistentes anticameræ picti tapetes nuncupantur.*

12 *Familiaris Episcopi non dicitur quis per solam receptionem mercedis,itaut possit ab Episcopo ordines recipere, sed requiritur, quòd seruiuerit præsentialitèr Episcopo per spatium trium annorum.*

13 *Episcopus non potest ordines conferre ijs, qui Salario percepto eius negocia gesserint in partibus remotis.*

14 *Familiares Episcopi gaudent priuilegio fori, & immunitatis tàm in ciuili, quàm in criminali negocio, nec laycorum statutis ligantur.*

15 *Familiaris Episcopi, ad effectum gaudendi priuilegio fori & immunitatis, dicitur, is, qui ab ipso Episcopo Salarium recipit, licèt eius expensis non viuat.*

16 *Fa.*

16 *Familiares Nunciorum Apostolicorum gaudent priuilegio fori.*

17 *Familiares S. Inquisitionis non nisi in Tribunali Inquisitoris poterunt tàm ciuilitèr quàm criminaliter conueniri.*

18 *Familiares Religiosorum fori priuilegium habent ex dispositione S. Concilij Tridentini.*

19 *Familiares Clericorum simplicium quando gaudeant priuilegio fori?*

20 *Familiares Principũ gaudent fori priuilegio.*

21 *Familiares Papæ percipiunt fructus præbendarum in absentia.*

22 *Familiares Episcoporum percipiunt fructus præbendarum in absentia.*

23 *Familiaris non dicitur ad effectum percipiendi fructus præbendarum ille, qui à Pontifice, vel Episcopis Salarium recipit, nisi eorum personis præstet obsequium.*

24 *Licentia interessendi diuinis tempore interdicti particularibus personis concessa suffragatur etiàm familiaribus, Declara vt num. 26.*

25 *Familiaris quis non dicitur per Salarij receptionem, & commensalitatem ad effectum, vt ei suffragetur licentia concessa Domino interessendi diuinis tempore interdicti, nisi sit de ijs, qui ipsum Dominum solent comitari.*

27 *Familiares Cardinalium, & Prælatorum si infrà annum à die obitus Domini Salarium non exposcunt inducitur præscriptio ex dispositione Constitutionum san. mem. Pauli III. & Pij V.*

28 *Constitutiones san. mem. Pauli III. & Pij V. inducentes præscriptionem mercedis familiarium Cardinalium, & Prælatorum si infrà annum à die obitus Domini pro ea non fuerit institum, non habent locum in Agentibus, Procuratoribus, & similibus, qui non dicuntur familiares.*

29 *Armorum delatio conceditur in gratiam dignitatis familiaribus Principum Secularium.*

30 *Armorum delatio conceditur familiaribus Principum Ecclesiasticorum.*

31 *Episcopi in propria dioecesi dicuntur Principes.*

32 *Familiares dicuntur omnes quomodocumque seruitium Principi præstantes quando agitur de familiaritate ad effectum delationis armorum.*

33 *Familiaris quis dicitur vt gaudeat priuilegio delationis armorum si in rotulo Familiarium Principis reperiatur descriptus.*

34 *Familiaritas benè probatur ex descriptione alicuius in rotulo familiarium.*

35 *Testes familiares eius, ad cuius instantiam examinari debent reiciuntur à testimonio ferendo.*

36 *Familiares dicuntur omnes, qui Salarium recipiunt ad effectum, vt repellantur à testimonio ferendo, Contrarium num. seq.*

37 *Salarium non repellit testes à testimonio ferendo, nisi cum perceptione Salarij concurrat habitatio, & num. 40.*

38 *Familiaris potest testimonium ferre pro Domino, à quo non recipit nec Salarium nec expensas.*

39 *Expensæ, quæ præstantur famulis succedunt loco Salarij.*

41 *Administrator non admittitur ad testificandum pro administrato, licèt non sit eius familiaris, Declara vt num. 42.*

43 *Aduocatus, Procurator, Sollicitator, & similes repelluntur à testimonio ferendo pro suis clientulis.*

44 *Aduocatus, & Procurator non reijciuntur à testimonio ferendo ratione mercedis, sed ratione affectionis, quà præsumuntur prosequi causam ab ipsis defensam.*

45 *Aduocatus, & Procurator reiciuntur a testimonio ferendo pro clientulis, licèt mercedem non recipiant.*

46 *Aduocati, & Procuratores admittuntur ad testificandum pro suo clienti in causa, in qua patrocinium non præstant.*

47 *Proxenetæ non admittuntur in testes in illis negocijs, quorum mediatores fuerunt, Amplia etiamsi pro tractandis illis negocijs nullam mercedem receperint, vt numer. 49.*

48 *Proxenetæ præsumuntur habere affectionẽ negocijs eorum opera perfectis, vel perficiendis.*

50 *Meretrices repelluntur à testimonio ferendo.*

51 *Lenones non admittuntur ad testificandum.*

52 *Meretrices, & Lenones non repelluntur à testimonio ferendo ratione mercedis, sed ratione infamiæ.*

1 Fami-

1 Familiaris † propriè dicitur ille, qui Salarium recipit pro seruitio, quod alicui præstat *l. finali C. de proxim. Sacr. scrinior. lib. 11. l. ædiles 25. §. familia ff. de publican. Salicet in l. 2. num. 5. C. de Episcop. & cleric. Ancharan. cons. 398. num. 1. Bero quæst. 39. num. 1. Farinacc. de Testib quæst. 55. num. 133. Caball. cas. 299. num. 6. Danz. in pugn. DD. tit. de Cleric. & famil. cleric. cap. 1. num. 11. Ciriac. controuers. 153.*
2 *num. 33.* Verum cum † multipliciter accipi soleat significatio verbi familiaris *c. finali de verb. significat. in 6. c. cum dilectus, & ibi Abb. num. 8. de Cleric. non residen. l. pronunciatio §. familiæ ff. de verb. significat. l. 2. in fine iuncta glos. in v. familiares ff. de in ius vocan. Bal. in l. 1. C. de Episcop. & cleric. Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. num. 314. Aloys. Ricc. in praxi for. Eccles. resolut. 459. num. 1.*

3 Quandoque † enim largè sumitur, aliquandò strictè, & nonnunquàm strictius secundùm effectus, propter quos de ipsa familiaritate quæritur, vt post *Bal. in c. litteris num. 1. vers. familiares dicuntur omnes, & ibidèm Fælin. num. 3. vers. tertio nota de Testib. Aufrer. de reprob. test. num. 36.* aduertit *Farinacc. in tractat. de Testib. quæst. 55. num. 120.* Ideò pro definitione præsentis quæstionis, necessarium erit videre, ad quem effectum de ipsa familiaritate quæratur; Si enim ageretur ad effectum, vt in-
4 traret dispotio † Regulæ Quartæ Cancellariæ reseruantis beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, non esset sufficiens, ad hoc, vt quis familiaris diceretur, quòd haberet à Cardinali simplex Salarium, sed insupèr requireretur, quòd ille Salariatus esset destinatus seruitiò respicienti personam Cardinalis, & ipsius commensalis existeret *d. c. fin. de verbor. significat. in 6. & ibi Barbos. nu. 3. Bero quæst. 35. num. 3. Gomes. supèr regul. Cancellar. de impetran. benefic. vacan. per obit. Cardinal. quæst. 13. num. 1. cum sequen. & ibidèm Mandos. quæst. 16. Paris. cons. 50. num. 33. vol. 4. Mascard. de probation. conclus. 775. num. 1. & seqq. Fusch. de Visitat. lib. 2. cap. 23. num 6. Castren. cons. 340. sub num. 2. vers. familiaris namquè lib. 1. Lotther. de Re benefic. lib. 2. quæst. 28. num. 58. Gratian. discept. forens. cap. 257. num. 41. Simonett. de Reseruat. quæst. 35. num. 21. Menoch. de Arbitrar. iudic. cas. 552. num. 2. & 5. Paris. de Resignat. lib. 10. quæst. 3. num. 22. Tondut. Sanleger. resolut. benefic. par. 2. cap. 3. §. 3. num. 11. Rot. decis. 584. num. 3. par. 1. recen. & coram Durano decis. 44. num. 6. & coram Andrea dec. 3. num. 4. & coram Buratt. decis. 228. num. 1 & coram Penia decis. 617. num. 1. & in Vlixbonen. Beneficij de Azambuca 6 Iunij 1614. & 4. Iulij 1618. coràm Sanctissimo D. N. Innocentio X.*

5 Vndè † familiares non dicuntur Vicarius, nec Auditor generalis, nec Visitatores, alijque officiales, qui licèt quid annuum, vèl menstruum percipiant pro Salario, & expensis; attamen non possunt verè commensales appellari, cum potius dignitati, quàm personæ seruitium præstent *Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. num. 318. & 324. Simonett. de Reseruat. quæst. 35. num. 20. in reg. 3. quæst. 19. n. 3. vers. plura possent & quæst. 45. vers. quartò quæritur Gratian. disceptat. forens. cap. 257. num. 41. Aloys. Ricc. d. resolution. 459. num. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glos. 51. num. 66. & ità resoluit Rota in Parmen. Prioratus 11 Februarij 1585. co-*
6 *ràm Gypsio* Contrarium † tamen de Vicario affirmauit *Mohedan. decis. 4. de offic. vicar.* dum voluit, quòd potiùs Vicarius dicatur seruire personæ, quàm dignitati, quia
7 † est voluntarium Episcopi habere vicari-
8 um vel non *Put. decis. 43. lib. 2.* Et † non nisi, necessitate vrgente, ad illius deputationem teneatur, *c. quoniàm vbi Abb. de offic. Ordinar. c. petijsti 7. quæst. 1. glos. in c. secundo verb. statuantur Ne prælat. vic. suas Berò in c. prudentiam num. 100. de offic. deleg. Calderin. cons. 5. eod. tit. Put. decis. 6. de offic.*
9 *vicar.* Ideo † hanc diuersitatem Sententiarum agnoscens *Simonett. in d. tractat. de Reseruat. benefic. quæst. 35. num. 21.* illas ad concordiam reducere curauit tali distinctione adhibita videlicèt: Aut ille, qui deputatur Vicarius erat ex familiaribus, & commensalibus illius Cardinalis, vel Episcopi, & tali casu Vicarium inter familiares connumerari voluit admittendo doctrinam *Mohedan. loc. citat.* ea ratione, quia familiaritas vbi semèl fuit contracta continuatur, nec præsumitur fuisse interructa, *Crescen. decis. 12. de Rescript.* At si Vicarius antè electionem non erat talis, & tunc licèt eligatur cum deputatione certæ mercedis; non tamen dicendus sit familiaris; cum nunquàm fuerit continuus commensalis

Alois.

Aloys. Ricc. in praxi for. Ecclesiast. d. res. 459. num. 3.

10 Neque † dicerentur familiares ad effectum huiusmodi illi, quos Cardinales retinere solent domi subministrando eis menstruatim certam mercedem, non ad alium finem nisi, vt assistent Anticameræ, nec aliud præstent seruitium *Bero quæst. 35. sub num. 3. vers. sed quandoque solùm associaret Adden. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 166. sub num. 10. vers. in quo tamen Vrsell. in suis*

11 *conclus. legal. conclus. 73. n. 18.* Vndè † Purpuratus quidam solebat istos tales appellare tapetes pictos, & quidèm optima ratione, cum ad nil aliud inseruiant, quàm ad ipsius Anticameræ ornatum, (si tamen tales sint, qui ornare possint).

12 Si † vero de familiaritate quæratur ad effectum, vt Episcopus possit conferre ordines familiari suo non subdito iuxtà dispositionem *S. Concilij Tridentini sess. 23. cap. 9. de reformat.* Nec in casu isto sufficiens est sola perceptio Salarij, & expensarum ad hoc, vt familiaris dicatur *Maiol. de Irregularitat. lib. 4. cap. 2. num. 5. Artam. cons. 6. Rub. cons. 90. Rodriq. in summa par. 2. cap. 14. num. 10. Ricc. in praxi for. Ecclesi. resol. 267. num. 2. in fine* Sed requiritur, quòd Episcopo per triennium inseruiuerit, & quidem præsentialiter, & cum ipso Episcopo commorando *Maiol. vbi suprà num. 5. Fr. Eman. in summa par. 2. cap. 14. num. 10. Ricc. in d. praxi for. Eccles. resolut. 307. Salzed. ad Bernard. Diaz. in pract. cap. 16. vers. tertius casus Vgolin. de potest. Episcop. cap. 26. §. 4. Prosper. de Augustino in addit. ad Quarant. in summ. Bullar. verb. Ordo vers. limita in eo, Ioannes Baptista Ventriglia in praxi rer. notab. Annot. 23. §. 1. num. 20.* Ratio namque finalis Concilij ea fuit, quòd Episcopus suos clericos cognosceret, illorumque vitam, & mores scrutaretur *Maiol. vbi supra num. 5. Vgolin. d. §. 4. Soar. de Censur. tom. 5. disputat. 31. sect. 1. num. 15. Fornar. de Sacrament. Ordin. cap. 5. Ricc. d. resolut. 267. num. 2. Barbos. de offic. & potest Episcopi allegat. 5. num. 7. Dian. resolut. moral. par. 8.*

13 *tractat. 2. resolut. 31.* Et † propterea non poterit Episcopus ordines conferre Negociorum gestoribus, procuratoribus, aut alijs quibuscumque in remotis partibus eius negocia, Salario percepto, agentibus, *Maiol. d. lib. 4. cap. 2. num. 5. Salzed. ad Diaz. in praxi cap. 26. Campanil. in diuers. Iur. Canonic. rubr. 9. cap. 9. num. 5.*

14 Attenditur quoque familiaritas ad effectum gaudendi priuilegio fori, quo gaudent familiares pluriũ personarũ videlicet familiares Episcopi etiamsi laici sint tàm in ciuili, quàm in criminali negocio; itaut nec statutis laicorum alligati sint, sic probat *tex. in c. fin. vbi Hostien. num. 14. Abb. n. 5. Io: Andr. num 195. & communitèr DD. de offic. Archidiacon & in c. cum ab homine vbi Abb. num. 2. de Iudic. idem Abb. in c. 2. nu. 6. vers. in familia vbi etiam Butr & Felin. de for. compet. Natt. cons. 76. num 6 in fine lib. 3. Bursatt. cons. 35. num 13 Clar. in praxi §. fin. quæst. 35. num. 18. vers. ab hac, Thesaur. decis. 22. num. 6. Menoch. de Arbitrar. iudic. cas. 562 num 13. Duard comment. in Bull. cœnæ Domin. can. 15. quæst. 8. conc. 1. num. 2. Ricc. resol. 471 num. 5. Farinacc. quæst. 8. num. 46. vers. sed in famulis Gen. in prax. for. Archiepisc. neap. cap. 9. num 6. Leon. in thesaur. for. Eccles. cap. 11. num. 17. Grat. decis. Marchiæ 233. num. 1. & seq. & discept. forens. cap. 340. num. 3. & 341. num. 5. Martà de Iurisdict. par. 4. cas. 111. numer. 3. Giurb. cons. 85. num. 1. & seqq. Mar. Antonin. variar. lib. 1. resol. 75. num 2. Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 166. Decian. in tractat. criminali lib. 4. cap. 9 num. 47 56. & 58. Guazin. in tract. ad defens. reor. lib. 1 defens. 20. cap. 9. num. 23. Vulpell. de Libert. Ecclesiast. par. 3. n. 24 Capell. Tholos. decis. 378 Bellet. disquisit. Clerical. par. 1. de fauor. cleric. §. 1. num. 13. Thesaur. dec pedemont. 22. num. 6. Barbos. de offic & potest Episcop. allegat. 107. num. 9. Ciarlin. controuersi. r. forens*

15 *cap. 20. num. 14.* Et † ad istum effectum familiaris dicitur ille, qui percipit Salarium ab Episcopo *Surd. decis. 35. per tot. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 1. d. cap. 75. per tot. Calcan. cons. 72. Calderin. cons. 8. in fine de offic. legat Campanil. in diuersor. Iur. canonic. rubr. 9. cap. 9. sub num. 15. vers. vbi vero,* Nec est necessarium, quòd concurrat mens & dens, idest, vt Episcoporum expensis viuant familiares, prout requiri diximus in beneficiorum reseruatione *Campanil. loc. citat. August. Taurell. apud Barbos. de iure Ecclesiastic. cap. 29. §. 4. num. 6. & seqq. Sperell. decis. for. Ecclesiast. 128. num. 34. & seq. Surd. d. decis. 35. sub num. 7. vers. Senatus tamen Rot. coram Buratt. decis. 255. per tot.*

& in

& in d. Parmen. Canonicatus 11. *Februarij* 1585. *coram Gipsio, & in Beneuentana Canonicatus* 1. *Martij* 1649. *coram R. P. D. Peutingerio.*

Et ea, quæ dicimus de familiaribus Epi-
16 scoporum procedunt † etiam in familiaribus Nunciorum Apostolicorum, vt probat *Barbos. de Iure Ecclesiastic. vniuers. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *num.* 45. *& seqq. Ricc. lib.* 1. *decis.* 69. *Gaspar. Thesaur. lib.* 3. *resolution.* 68.

17 Nec non in † familiaribus sanctæ Inquisitionis, qui tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, exceptis tamen quibusdam enormissimis delictis, debebunt in Tribunali Inquisitoris, & non coram alio Iudice conueniri *Simanc. de Catholic. Instit. tit.* 41. *de ministris & eor. offic. num.* 41. *Gratian. disceptat. forens. d. cap.* 340. *num.* 34. *& cap.* 341. *n.* 11. *Barbos. d. cap.* 39. §. 4. *num.* 25. *Dian. resolution. moral. part.* 4. *tractat.* 8. *resolution.* 55.

18 Religiosorum † etiam familiares fori priuilegium habent ex dispositione *S. Concilij Tridentini sess.* 24. *cap.* 11. *vers. exceptis tamen ijs*, Dummodo tamen tales sint, vt actu illis inseruiant intra eorum septa, & monasteria viuentes sub eorum obedientia non quidem debita ex voto sicut debetur à professis, vt existimauit *Roderiq. quæst. regular.* 62. *num.* 9. sed sub obedientia ratione muneris seruiendi, nam non fuisset necessarium quod S. Concilium specialem concessionem concessisset si de verè professis & Religiosis intelligere voluisset vt post *Tamburin. de Iure Abb. tom.* 2. *disp.* 6. *quæst.* 18 *num.* 7. *& disputat.* 7. *quæst.* 3. *num.* 2. optimè aduertit *Tondut. in tractat. de præuent. tom.* 1. *cap.* 29. *num.* 33.

19 Clericorum † vero simplicium familiares regulariter priuilegium fori non habent nisi tales sint, vt sine ipsis Ecclesiastici frui commodè non possent priuilegijs. *Thesaur. decis.* 22. *num.* 5. *vers. fallit primo Barbos. d. cap.* 39. §. 4. *num.* 11. *&* 13. vbi, quòd arbitrio Iudicis remissum sit iudicare quinam sit talis familiaris, vt sine eo Clericus non posset commodè vti suis priuilegijs, idemque firmat *Menoch. de Arbitr. Iudic. cas.* 562. *num.* 12.

20 Familiares † etiam Principum fori priuilegio vtuntur tàm in causis ciuilibus, quàm criminalibus absque eo, quòd concurrant veræ familiaritatis requisita, sed sufficiet ad talem effectum, quòd quis seruitium aliquod Principi præstet, & in rotulo familliarium reperiatur descriptus, etiamsi nec expensas, nec Salarium ab ipso Principe consequeretur *per tex. in Tit. C. in quib. caus. milit. for. præscript. vti poss.* nonnullis tamen exceptis casibus relatis *per Tond. in d. cap.* 29. *num.* 43.

21 Item familiares militum non nisi coram ipsorum militum Iudice poterunt conueniri vt post *Salicet. in l.* 1. *n.* 2. *C. de Vxor. milit. firmat. Tondut. de præuent. d. cap.* 29. *num.* 1. Sed ad talem effectum non sufficit perceptio Salarij, sed requiritur, quòd tales sint qui ipsis militibus sint necessarij habita ratione qualitatis, & dignitatis militum *Bal. in ead. l.* 1. *C. de vxor. milit. Gratian. disceptat. forens. cap.* 340. *num.* 9. *& seqq.*

22 Scholarium † demùm familiares gaudent priuilegio ne conueniantur nisi coram Iudicibus ipsis scolaribus competentibus. *Bologn. in Auth. habita num.* 20. *& ibidem Rebuff. num.* 29. *C. Ne fil. pro patr.* Neque in istis sufficiens erit, quòd sola Salarij solutio concurrat, sed insuper necesse, est quod ij qui recepto stipendio scholaribus inseruiunt sint ipsis necessarij, habita ratione qualitatis personarum *Tondut. d. cap.* 29. *numer.* 8.

23 Quæritur etiam de familiaritate ad † effectum percipiendi fructus præbendarum in absentia, quod est priuilegium concessum familiaribus Pontificis *vt in c. cum dilectus de cleric. non residen. Beer. decis.* 17. *Cassan. in catalog. glor. mund. par.* 6. *considerat.* 35. *Bened. Capr. commun. opin. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 8. *num.* 5. *Azor. institution. moral. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 4. *quæst.* 3. *vers. quinta causa Garz. de benefic. par.* 3. *cap.* 2. *à num.* 383. *Valer. Reginald in praxi for. pænit. lib.* 30. *Tract.* 3. *n.* 54. *vers. sexta Monet. de distribution. quotidian.*
24 *par.* 2. *quæst.* 9. *num.* 9. *cum seqq.* Nec † non etiam familiaribus Episcoporum, vt in *c. de cætero & in c. ad audientiam de cleric. non residen. Gratian. disceptat. forens. capit.* 166. *num.* 20. *Barbos. de offic. & potest Episcop. par.* 3. *allegat.* 53. *sub num.* 143. *Sanctarell. variar resolut. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 34. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancellar. glos.* 6. *n.* 255. *Cened. pract. lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 35. *Cabed. decision. Lusitan.* 94. *par.* 1. *Stephan. Quarant. in Summ. Bullar. v. residentia Prax. Episcop.*
25 *par.* 1. *v. capitulum* §. 9. Et † ad istum effectum non sufficit sola perceptio Salarij, sed requi-

requiritur, quòd familiaris pręstet obsequium circa personam Pontificis, vel Episcoporum, vt apparet ex *d. c. cum dilectus* ibi, In nostro seruitio commorantes, & ibi, cui circa nos se obsequiales exhibent *& ex c. de cætero*, ibi, donec in seruitio tuo fuerint *& ex d. c. audientiam* ibi, in tuo seruitio existentes & ibi, qui tecum pro tuo, & ipsius Ecclesię seruitio commorantur *Rot. coram Duran. decis. 44. nu. 10. Garz. de benefic. par. 3. cap. 2. num. 383.*

26 Potest quoque de familiaritate quæri † in casu, quo tempore interdicti fuerit concessum particularibus personis, puta Episcopis Ducibus, Comitibus, vel alijs licentia interessendi diuinis, cum talis licentia suffragetur etiam familiaribus *c. licet de priuileg. in 6. Nauar. in manual. cap. 27. num. 181. Fr. Eman. quæst. regular. tom. 2. quæst. 57. art. 1. Cabed. decis. Lusitan. penult. num. 11. par. 1. Henriquez in summa lib. 13. cap. 48. §. 5. Vgolin. de Censur. tab 5. cap. 8. § 4. n. 2. Sayr. eod. tractat. lib. 5. cap. 5. à nu. 9. Auil. in simil. tractat. part. 2. disputat. 4. sect. 2.*
27 *dub. 7.* Et † ad illum effectum non sufficit, ad hoc, vt quis familiaris dicatur, perceptio Salarij, quinimo nec ipsa commensalitas suffragatur, Sed illis tantum prodest, qui priuilegiatum solent comitari, & non alijs,
28 Itaut † si talis licentia fuisset concessa alicui Collegio, seu Monasterio, non admitterentur ipsius Collegij, seu Monasterij familiares ad audienda diuina, & ratio est quia nobiles non nisi familiaribus concomitantibus solent Ecclesias adire, ideoque inutile redderetur priuilegium eis concessum, nisi possent familiares, qui illos comitari solent secum ducere, quæ ratio cessat in Collegij, & Monasterijs, vt bene aduertit glos communitèr recepta in *d. c. licet v. non debet de priuileg. in 6.*

Attenditur etiam familiaritas ad effe-
29 ctum, † vt locum habeant Constitutiones Sanctę Memoriæ Pauli Tertij, & Pij Quinti, ex quarum dispositione inducitur præscriptio mercedis familiarium, & seruitorum Cardinalium, Patriarcarum, Archiepiscoporum, Auditorum Rotæ, Clericorum Cameræ, Referendariorum, & similium Prælatorum si infra annum à die obitus Domini, cui seruiuerùnt, non institerint pro mercede, Et ad hunc effectum, non quælibet familiaritas sufficeret, sed necesse foret, quòd quis esset de domesticis idest domi retentis, &
30 propterea † illarum dispositio locum non haberet in Agentibus, Procuratoribus, & similibus, qui familiares non dicuntur, saltèm non domestici vt in terminis d. Cōstitutionis san. mem. Pauli Papæ Tertij dixit Rota coram Penia in *Romana Mercedis 18. Martij 1591. quæ inter eius decisiones Venetijs impressus est decis. 111. vers. neque ex bulla sub numero primo*, & latius de hoc dicemus *in par. 3.* vbi agemus de salarij præscriptione.

Quotidiè etiam de familiaritate quæri-
31 tur ad effectum delationis armorum † quæ in gratiam dignitatis conceditur, non solùm familiaribus Principum, Secularium, vt ex *tex. in l. vnica C. de præposit. sacr. cubic. lib. 12. tradit glos. in c. primo 51. distinct. Plaz. in epitom. delict. lib. primo cap. 8. num. 14. Decian. in tractat. Criminal. lib. 8. cap. 3. nu. 51. & seq. Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 394. num. 76. Farinacc. quæst. 108.*
32 *num. 98.* Verum etiàm † familiaribus Principum Ecclesiasticorum scilicet Episco-
33 porum, † qui in propria diocesi dicuntur Principes *c. Ecclesia principis 35. distinct. c. quorum vices 16. dist. c. si ipsis de maioritat. & obbedien. Barbat. de præstan. Cardin. quæst. 7. num. 13. Panuin. de Offic. Capitol. sed. vacan. prælud. 6. num. 15. Alzedo de præcell. Episcop. dignit. lib. primo cap. 8. num. 48.* Et
34 † ad hunc effectum non requiritur necessariò deputatio ad aliquod officium, sed omnes quomodocumque in seruitio existentes dicuntur familiares vt per *tex. in l. pronunciatio §. familiæ ibi Alciat. ff. de verbor. significat. & in l. finali C. eodem tit. Alex. cons. 178 in princip. vers quia imò lib. 6. Farinacc. de Testib. quæst. 55. num. 135. Leo in Thesaur. for. Eccles. par. prima cap. 11. nu. 18. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. primo resolut. 75. num. 2. Barbos. de Iure Ecclesiastic. lib. primo cap. 34. §. 4. num. 33.* Itaùt
35 † ad effectum, vt quis tamquam talis arma deferre posset, sufficeret, quòd esset descriptus in rotulo familiarium, quia cùm nullas probare debeat qualitates, sed solùm
36 familiaritatem, † hæc benè probatur per ipsam descriptionem *Put. decis. 411. lib. primo Barbos. de Offic. & potestat. Episcop. allegat. 5. num. 5.*

Tandem attenditur familiaritas in testi-
37 bus † qui si sint familiares eius, ad cuius instan-

1 Acquisita † per filios ad eorum parentes spectare, itaut nec momento quidem pænès ipsos filios remaneant voluit Imperator in *l placet cum ibi notat per Bar. & alios ff. de acquiren. hæredit. & in*
2 *l. 2. C. de patr. potest.* Quod † tamèn limitauit in peculio castrensi, vel quasicastrensi, in quo nullum ius parentibus competere disposuit in *l. errat C. de Castren. pecul. lib. 12.*
3 Itaut † in illo filij familias reputentur patres familias, *l. 1 in fine cum seq. ff. ad Senat. consult. macedonian. l. fin. C. de Inoffic. testamen. & l. penult. & fin. C. qui testamen. fac poss.* & licitum ipsis sit de illo quoquo modo disponere tàm in vita, quàm in morte, *§. 1. Inst. qui b. non est permiss fac testamen. §. fin. Instit. de milit. testamen. l. final. C. de in offic. testam. Bar. in l. fori num. 2. C. de Aduocat. diuers. Iudic.*
4 Et † dicitur castrense peculium illud, quod filiusfamillas in castris militaribus acquirit *l. 1. & tot. tit. ff. de castren. pecul. l. 1. C. de castren. pecul. milit. lib. 12. Ioseph. Gonzal. florez. variar. quæst. cap. 12. sub num. 6 vers. secundo præmisso Surd. de Alimen. tit. 4. qu. 11*
5 *num. 2.* Vndè † stipendium, quod habent milites belli, castrense peculium appellatur, & de illo valent disponere tàm per viã contractus, quàm vltimæ volontatis *Bal. in l. cum oportet C. de bon. quæ liber. Guliel. Mayner. in l. filiusfamilias sub num. 4. ff. de regul. iur. & Iuuenal. Satir. 16. de fælicit. milit.* in ijs carminibus.

Solis prætereà testandi militibus ius
Viuo patre datur, Namque sunt parta labore
Militiæ, placuit non esse in corpore census,
Omne tenet, cuius regimen pater &c.

quod procedit, siuè stipẽdium filiusfamilias fuerit consequutus in bello terrestri, siuè maritimo, quia etiam in mari quis dicitur militare *l. 1. ff. de bonor. possess. ex testamen. milit. Surd. de Aliment. d. quæst. 11. num. 6. Summ. syluestr. in verb. peculium quæst. 1. Angelic. eod. verb. num. 1. Armill. & Tabien. n. 1*
7 Quasi castrense † verò peculium illud dicitur, quod quæritur per filiumfamilias ratione publici officij, quia exercens officia publica dicitur militare, vt per *tex. in l. velut C. de Assessor. & domostic. glos. in l. cum oportet verb. exceptis peculijs C. de bon. quæ liber. & ibi communiter Scribentes, l. finali C. de inoffic. testamen. Bar. in l. fori tui sub n. 2. & 4. C. de postulan. Giouagnon. cons. 47. n. 15 lib. 1. Gratian. disceptat. forens, cap. 56. n. 33 & seqq. Surd. vbi suprà num. 12.*
8 Ex quo infertur, quòd † dicendum sit quasicastrense peculium Salarium Iudicum *Bar. in l. si mulier. ff. de castren. pecul.* excep-
9 pto † tàmen Salario, quod præstatur Arbitris, qui licet sub nomine Iudicum comprehendantur, attamen id, quod ipsi pro arbitrando consequuntur non potest quasi castrense peculium reputari *Guliel. Mayner. in l. filiusfamilias num. 9. ff. de regul. iur. post glos. in l. cum oportet in princip. verb. exceptis peculijs C. de bon. quæ liber. Bal. in l. cum oportet num. 16. C. eodem tit.* ea ratione quia tale officium exerceri potest etiam per infames, ideoquè Arbitri non dicuntur militare, nec eorum officium est publicum, &

propterea eorum Salarium non differt à negociatione, mercatura, seù re-familiari, de quibus filijsfamilias non possunt disponere cum dicantur pecula quasicastrensia *Io. Faber in tit. instit. per quas person. nob. acquir.*
10 Assessorum † quoque Salarium quasicastrense peculium reputandum erit quia eorum officium dicitur publicum vt in *l. velut. C. de Assessor. Bar. post glos. in l. fori C. de Ad-*
11 *uocat. diuers. Iudic.* Et † quamuis ipsis non à publico, sed à priuatis soluatur Salarium, adhuc tamen dicitur peculium quasicastrēse, quia cum deberetur eis persolui à publico, dum soluitur à priuatis loco illius succedit *Armill. in summ. verb. peculium numer. 3.*
12 Salarium † paritèr, quod Aduocatus fiscalis consequitur peculium quasi castrense dicendum erit *Surd. de Aliment. d. quaest. 11.*
13 *sub num. 14. vers. res autem* Imò † non solùm Salarium Aduocati fiscalis, verum etiā illud, quod alij quicumque Aduocati acquirunt pro peculio castrensi habendum erit *Bal. & Ias. in l. fin. C. de inoffic. testam. & in l. cum oportet num. 16. C. de bon qua liber. Clar. in §. testamentum quaest. 17. in fine Viu. commun. opin. lib. 1. op. 240. Siluan. cons. 88 per tot. Cornel. Benincas. de paupert. spec. 1. in iudic. num. 8. Clement. de patr. potest. cap. 6. eff. 9. num. 6. Pascal. eod tractat. par. 1. cap. 3. sub num. 3. Surd. vbi suprà num. 13. summ. Syluestr. d. verb. peculium quaest. 10. Armill. & Tabien. num. 3. Angel. num. 7. Mangil. de Imputation. quaest. 29. num. 27. & seqq. Cauagnol. in Decret. montisferrat. decret. 41. §. 2 num. 12. Antonin. cap. de Iure non script lib. 3. cap. 105. num. 4. Donnell. in commentar. Iur. ciuil. lib. 18. cap. 3. col. penul. vers. deinde Imper. Treutler. select. disputat. par. 1. disput. 8. thes. 3. Caroc. de locat. & conduct. tit. de fruct. & lit. expens. quaest. 8. à num. 49. Francisc. March. decis. 638. sub num. 3. Borell. in summa decis. tom. 1. tit. de Aduocator. offic. n. 120. Ricc. in collectan. decis. coll. 179. vers. huiusmodi vero Cappell. Tholos. decision. 10.* Quod
14 † procedit etiamsi illis non constituatur à publico, sed à priuatis soluatur, vt post. *glos. in §. 1. Instit. per quas person. nob. acq Bar. in l. finali C. de silen. lib. 12.*
15 Et † quamuis *Speculator. in tit. de Actore col. 5. vers. nec intelligas* teneat, quòd Salarium quaesitum per modernos Aduocatos non sit habendum pro peculio quasicastrensi nisi illud à publico receperint, prout Aduocatus fisci, Attamèn illius sententia cōmunitèr reprobatur, Tùm ex eo, quòd
16 Aduocati dicuntur militare, *d. l. fori & ibi glos. & l. Aduocati C. de Aduocat. diuers. iudic & d. l. fin. C. de inoffic. testamen.* Tum etiam
17 quia † Salarium, quod hodie Aduocati recipiunt successit loco eius, quod praestabatur à publico, & sic dicitur quasicastrense, cum seruet priuilegium suum iure subrogationis, & propterea ad istum effectum non est attendendum vndè Salarium proueniat, sed vndè deberet prouenire, *Glos & DD. in sepè alleg. l. final C. de Aduocat. diuers. iudic. Aret. in §. igitur Instit. per quas person. nob. acquir. & ibidem Io. Faber, Crot. in l. Frater à fratre num. 2. vbi etiam Corras. num. 104. de condit. indebit. Surd. de Aliment. d. quaest. 11. num. 14. Gonzal. vbi suprà num. 8. Gratian. discept. forens cap. 56 sub num. 34. & firmauit Rot. in Roman. Census 18 Februarij 1639 coràm bon. mem. Pirouano quae est decis. 241. intèr recollect. per me post tract. de Obligation. Cameral.*
18 Procuratorum † vero Salarium An dicendum sit peculium quasicastrense, vel aduentitium, discordes sunt opiniones Doctorum, & negatiuam amplectitur *Ias. in rubr. C. de procurator. num. 7. vers. secùs est in Salario procuratoris Alex. cons. 1 3. num. 4 lib. 7.* ea rationè, quià tale officium est vile & non publicum *Gratian. d. discept. 56. n. 38 Sanchez. consil. moral. lib. 1. cap. 2. dub. 3. n. 8.* Affirmatiuam vero sequuti fuerunt *Tiraqu. de nobilit. cap. 30. num. 4. Fenzon. ad statut. Vrb. lib. 3. cap. 92. num. 56.* Reducuntur tamèn ad concordiam istae contrariae opiniones animaduertendo, quòd Tiraquell. & Alij affirmantes, Salarium procuratorum reputandum esse peculium quasicastrense, loquantur de procuratoribus principum, & illustrium personarum, & de procuratoribus Romanae Curiae, per tex. in *l. sed & milites §. sed, & ignominia ff. de excusat. tutor.* Et praecipuè locum habere debet in procuratoribus, qui patrocinium praestant in causis vertentibus in Sacro Rotae Auditorio, qui vt plurimùm sunt Doctores vtriusque Iuris, nec admittuntur, nisi, mediante rigoroso examine eorum scientiae testimonium praebuerint, vt aduerit *Rot. in Romana pecuniaria 4 Decembris 1628. coram bo. me. Coccino.*

19 Con-

19 Controuersa etiam est quæstio, An † stipendia Notariorum habenda sint pro quasicastrensi peculio? Nonnulli enim Doctores absolutè firmant, esse quasicastrense, quia eorum officium est publicum, vt videre est apud *Glos. in d. l. finali verb. memorabilibus Castren. in l. fin. num. 2. C. qui testam. fac. poss. Franc. in c. licet §. quamuis num. 1. de spol. in 6. Alex. cons. 2. num. 6. lib. 6. Alciat. respons. 102. num. 1. lib. 5. tom. 2. Peregrin. cons. 84. num. 1. lib. 3. Giouagnon. consil. 47. num. 14. & 15. lib. 1. Bene. de perus. cons. 142, circa med. Bertazol. de clausul. clauf. 18. glos. 10 num. 2. Gratian. d. discept. 56. num. 37. Trentacinq. variar. resolut. lib. 1. tit. de Pecul. resol. 1. num. 5. Pascal. vbi supra sub num. 4. vers. quidquid etiam Notarius Molin. de Iust. & Iure disputat. 231. §. quasicastrensia vers. idem quæst. 10.*

Alij vero voluerunt, stipendium Notariorum, tunc dici posse peculium quasicastrense, quando Notarius habet officium à Principe, vèl Communitate, Alias si sit simplicitèr notarius, & non habeat officium, proptèr quod recipiat Salarium à publico, quidquid acquirit conficiendo instrumenta, aliaque gerendo notarijs permissa, non veniat dicendum peculium quasicastrense, sed aduentitium *Syluester in d. v. peculium 1. quæst. 10. vers. quantum ad notarios Angel. num. 4. Tabien. num. 9. Armill. num. 3: vers. de notarijs distinguit & n. 9. vers. vnum solum.*

Sed *Bal. in l. cum oportet in princip. n. 16. C. de bon. quæ liber.* aliter distinguit, videlicet Aùt agitur de Salario a Notarijs percepto à Publico, & istud dicitur quasicastrense peculium, aut de percepto à personis priuatis, in quorum seruitium suas operas impendit, & hoc non quasicastrense, sed aduentitium reputandum venit, & hanc *Bal.* sententiam tamquàm probabiliorem tenendam esse dixit *Sanchez. cons. fil. moral. d. lib. 1. cap. 2. dub. 3. num. 12. in fine.*

In hac opinionum contrarietate prima erit amplectenda sententia, tamquàm verior, & magis communis, nam quamuis *Bal. & alij supra allegati* secundùm iura antiqua dubitauerint, quandò emolumenta de publico non proueniunt; Tamèn cum
20 † Salarium, quod hodiè percipitur à Notarijs sit subrogatum loco Salarij publici spectat ad quasicastrense peculium *Alex. cons. 2 numer. 4. lib. 6. molin. d. disputat. 231 Aldouin. inter cons. Peregrin. 97. sub. num. 65. vers. & si enim lib. 4. Molphes ad consuetudines Neapolitan. tom. 2. par. 10 quæst. 5. numer. 7. & seqq.* Et ita resoluit *Rot. in d. Romana Census 18 Februarij 1639. coram bon. mem. Pirouano.*

21 Medicorũ † etiam stipendia quasicastrense peculium reputantur *glos. in §. 1. Instit. per quas person. nob. acqu. & in d. l. fori C. de Aduocat. diuers. iudic. Dec. in l. final. C. de inoffic: testamen. Bertazol. clausla 28. glos. 1. numer. 2. Molin. d. disputat. 231. Pascal. d. cap. 3. sub numer. 3. vers. cui simile Gratian. d. disceptat. 56. numer. 36.* Quamuis non
22 † desint qui contrarium affirmauerint, vt videre est apud *Carocc. decis. 132. Ricc. in collect. dec. col. 179. vers. & num Salariũ medicorum*, ea moti ratione, quòd medicorum
23 † officium dicatur ars, & connumeretur inter artes mechanicas *Carrar. de Medic.*
24 *par. 3. num. 114.* & Salaria, † quæ professoribus artium mechanicarum dantur, non dicuntur peculium quasicastrense, etiamsi illud consequerentur à publico, vt post *Bal. in l. fin. C. de bon. quæ liber. Gonzal. variar. quæstion. d. cap. 12. num. 9. Salicet. in l. fin. C. de inoffic. testamen. Siluestr. in d. v. peculium 1. quæst. 9. Armill. num. 3. Tabien. n. 3. & Angel. num. 6.* Prima tamèn opinio, est
25 verior, & communis, nam † re vera medicina non est ars, sed scientia, vt per *Aristot. metaphisic. lib. 5. cap. 12. tex. 20.* Et quatenus reperiatur ab aliquibus intèr mechanicas artes connumerata intelligendũ est de illa medicinæ parte, quæ consistit in componendis medicamentis, vt post *Carrar de Medic. loc. suprà citat. Paul. Zacch. Patruus meus quæstion. Medicolegal. lib. 6. tit. 3. quæst. 4 num. 18. & seqq.*

26 Liberalium † artium magistri poterunt ad libitum de stipendijs acquisitis tamquàm de peculio quasicastrensi disponere *l. cum multa C. de bon. quæ liber. l. cum antiquis C. de inoffic. testam. Nauarr. in manual. cap. 17 num. 142. Siluester. v. peculium quæst. 1. Angel. num. 4. Armill. num. 3. Gonzal. variar. quæst. d. cap. 12. num. 7. Ben. de priuileg. I.C. par. 3. priuileg. 91. num. 1. Borgnin. de Vsufruct. mulier. relict. num. 191. Gratian. d. disceptat. 56. nu. 34. Surd. de Aliment. d. quæst. 11. num. 13. Caldas de restitut. in integr. in v. Læsio*
27 *num. 100.* vbi † connumerat intèr magistros

artium

artium liberalium Grammaticos contrà
28 † sententiam *Alberic. in l. duo num. 2. ff. pro soc.*

29 Reputatur † etiam quasicastrense peculium Salarium, quod quis acquirit pro obsequijs Principibus præstitis *l. cum multa C. de bon. quæ liber. l. vnica C. de Castren. omn. palatin. pecul. lib. 12.* ibi Palatini dum in palatio nostro morantur, quod quesierint, vt castrese peculium habeant, non enim alieni sunt a labore castrorum, qui signa nostra comitantur *Paul. Leon. consi. 19. nu. 48.* Et meritò quidem tale priuilegium Aulicis debetur, dum propriam amittunt liberta-
30 tem † quæ inestimabilis est *l. libertas 107. ff. de reg. Iur.*

31 Deniquè † quasicastrense peculium dicetur Salarium quorumcumque officialium habentium aliquam administrationem de publico, siuè a priuatis personis ratione tamèn administrationis officij publici *l. cum multi C. de bon. quæ liber.* vt post *glos. in d. l. cum oportet Guliel. Mayner. in l. filius fam. num. 11. ff. de Reg. Iur.* Animaduertendo
32 tamen sempèr, quòd † Salaria tribuantur ratione dignitatis, vèl officij; nam ea, quæ de publico dantur officialibus mechanicis ad opera publica conductis non reputantur peculium quasicastrense, cum a priuata causa, non ab officio descendant, vt per *Gonzal. d. cap. 12. n. 7. & aliàs diximus supra num. 2.*

33 An † autem Salarium quod recipiunt Tutores dicatur peculium quasicastrense vel aduentitium? est quæstio mota *per Bal. in l. cum oportet in fine vers. de tertio genere pecul ij C. de bon. qua liber.* vbi concludit, quòd sit aduentitium, quem sequuti sunt *Iodoc. Damouder in patrocin. pupillor. tit. de Tutor. & Curat. merced. capit. 1. numer. 32. Caroc. de locat. & conduct. part. 1. tit. de Administration. Tutor. quæst. 3. sub num. 29. vers. & illud Salarium.*

An Salarium det precedentiam.

QVAESTIO XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Antiquior in scientijs, & artibus præferendus est iunioribus & n. 8. amplia n. 4*

2 *Milites iuniores non debent antiquiores praire.*

3 *Absurdum videtur, vt noui antiquis preferantur.*

4 *Diuitiarum, & nobilitatis qualitates non tollunt temporis prærogatiuam.*

5 *Antiquior non est iuniori præferendus si paria habeant stipendia*

6 *Iunior habens maiora stipendia, quàm antiquior debet præcedere, Declara vt num. 11. & 12.*

7 *Salaria constituuntur habita ratione scientiæ, & intellectus, non autem antianitatis.*

9 *Absurdum est, quòd ignarus melioris conditionis sit quàm doctus.*

10 *Fortuna multoties magis quam Virtus stipendia, & dignitates confert.*

1 LIcèt antiquior in scienti js, & artibus semper veniat iunioribus præferendus *glos. in l. cum quid v. nouum ff. si cert. pet. facit text. in l. 1. & 2. ff. de alb. scriben. & in c. 1. de maioris. & obed. Io. Baptista Leonell. de praceden. quæst. 3. art. 7. col. 5. in princip. versic. Sexto desumitur, & quæst. 7. art. 131. col. 3. versic. & propterea Ceual. in specul. commun. opin. contra comm. quest. 606. num. 31.* & in terminis Doctorum *Bar. in l. 1. ff. de obseq. libert. & in l. 1. C. de Consulib. lib. 10. Dec. in l. cum quid num. 8. ff. si cert. pet. & cons. 160. num. 1. Aret. in §. quadam actiones num 19. in fine Instit. de act. Cassan. in Catalog. glor. mund. par. 2. considerat. 29. Iacob. Ben. de priuil. I.C. par. 3. in proem. n. 2. Menoch. cons. 51. sub n. 39. Gonzalez. variar. quæst. cap. 14. num. 1.* & in terminis Militum & aliorum *Barth. Cepoll. in tract. de Imperat. milit. delig. §. virtutis etiam num. 4. Enriquez. cons. 47. num. 6.* & facit *tex. in l. vnicuique circa princip. C. de proxim. sacr. scrin.*
2 *lib. 12.* vbi Imperator † loquendo de militibus, prohibet, nè quis posterior temporè audeat antiquiorem præire,

3 Absurdum † enim videtur vt noui antiquis præferantur *Gonzalez. variar. quæst. cap. 2. sub num. 12. versic. & pro hac parte vrget* vbi alios allegat *Cassan. par. 11. considerat. 17. versic. imò absurdum circa princip.*

4 Et † hæc regula adeò vera est, vt procedat, etiamsi Iunior esset nobilior, & ditior antiquiore, istæ namquè qualitates non tollunt

tollunt temporis prerogatiuam *Cass par.10. considerat.29. in fine Gonzal. d.cap.2 sub n.11 Dec. in d. l. cum quid sub. num.21. ff. si cert. pet. Ben. vbi supra d.par.3. in proem. sub n.4. versic. Hac autem conclusio* vbi quòd ita seruetur.

5 Hæc tamen conclusio locum non habet quotiescunquè antiquior, & iunior paria habeant Salaria, tali namquè casu, non esset aliqua facienda differentia inter iuniorem, & antiquum *Ias. in l. cum quid sub n.15 ff. si cert. pet post Bald. in c. cum omnes nu.8. de Constitution.*

6 Imò, si Iunior haberet maiora stipendia quàm antiquior, deberet Iunior præcedere antiquiorem, vt expressè habetur in *l.1. & 2 C. de inoffic. magistr. official.* ibi, is gradu cęteros antecedat, quem meliora stipendia, vel labor fecerit anteire, facit text *in l.1. in verb. ordine stipendiorum C. de agen. in reb. lib.12. & in l. final. ibi stipendiorum prolixitas suffragatur C. de Tiron. eod. lib.12. Abb. in c. Clerici sub num.3. de Iudic. Ias. in d. l. cum quid num.15. ff si. cert. petat. Cardinal. Alban. in lucubrat. ad Bart. in l. testium n.3. ff. de Testib. Cass. in Catal. Glor. mundi par.7. considerat. 39. versic. Item Aduocati fiscales Rouit cons.84. num.17. lib.1. Cepoll. in d. tractat. de imperat milit. deligen. §. virtutis etiam sub n.1. Io. Montaigna de Auctor. magn. concil. & parlament. num.13. Alciat de præsumpt. præsump.45. num.5. versic. quod. limit. Bursat. cons.443. num.15. Ben. in d. tractat. de priuileg. l. C. par.3. in proem. numer.29. cum alijs per eum relatis.*

7 Et huius limitationis ratio est, quià Salaria non antianitatis, seu tituli, sed tantummodò meritorum, scientiæ, & intellectus ratione habita constituuntur *Rot. coram bo. mem. Coccino decis.416. num.1. Bald. cons.155 in fine lib.5. Bar. in l.1. § Diuus sub num.5. ff. de var. & extraordinar. cognit. Cephal. cons.70 num.7. & cons.71. num. 2. libr. 1.* Vndè si

8 † Iunior maiora stipendia habeat, quàm antiquior, est concludens argumentum, quòd Iunior in scientia, & intellectus probitate antiquiorem præcedat *Cardinalis Alban. in lucubrat ad Bart. in d. l. testium n.3, ff. de testibus Bursatt. cons.443. num.15.* Sicque etiam in gradu illum præcedere debebit, non obstante antiquitatis regula *Dec. in d. l. cum quid num.20. vbi Adden Littera C. & ibidem Alex. num.5. Alciat. de præsumpt. reg.1. præsumpt.45. late Ias. cons.142. lib.2. Ruin. cons.19. n.9 & 10. lib.1. Cassan. in d. tractat. Catalog. Glor. mundi par.11. considerat.47. Ben. vbi supra num.30.* aliàs enim

9 sequeretur absurdum † quòd melioris conditionis esset ignarus, quàm doctus *l. vlt. C. de alluuion. Ben. in d. tract. par.3. priu.74. sub num.1. versic. prior tamen opinio.* Sed

10 veritas est, quòd † stipendia, & dignitates multoties magis à fortuna, quàm à Virtute cōceduntur textus est notabilis in *l. iubemus* ibi superioris fortunæ iudicia *C. de prox. sacr. scrin.* & propterea fallax nimis videtur argumentum, Quis habet maiora stipendia, ergo est doctior alio, cui minora impartiuntur.

11 Prædicta tamen intelligas sibi locum vindicare quotiescumque versamur in officialibus, quibus merces debetur ob probitatem scientiæ, & intellectus, quia in Alijs, quorum officium in solo labore consistit stipendium maius non tribuit præcedentiam *Purpurat in rubr. ff. de offic. Assessor sub n.208 Ciriac. controuers.201. numer.186.* Sicut

12 † pariter maius stipendium præcedentiam tribueret quando hoc consueuisset augeri secundum antianitatem, & priuilegium temporis *Andr. de Barul. & Iacob. Rebuff. in l. finali C. de Tiron lib.12. Ciriac. d. contr.201 n.187.* quòd maiori qualitati cedere debet *Io. de Plat. in d. l. fin.*

Stipendiatus An, & quando dicatur ciuis illius loci, in quo stipendia recipit.

QVAESTIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ciuilitatem acquirit ille, qui in aliquo loco stipendia consequitur pro exercendo officio publico.*

2 *Officiales omnes dicuntur Ciues illius loci, in quo stipendia recipiunt pro exercitio publici officij.*

3 *Potestas forensis efficitur ciuis illius loci in quo officiū exercet, & stipendia consequitur*

4 *Potestas, qui pluribus locis praeest eodem tempore omnium locorum Ciuis efficitur.*

5 *Milites efficiuntur ciues illius loci, in quo stipendia merentur.*

6 Do-

6 *Doctores, qui habent stipendia in certo loco, eiusdem loci Ciues efficiuntur.*
7 *Aduocatus publicè exercens aduocationem in certo loco eiusdem loci ciuis efficitur Amplia vt num.*8.
9 *Salarium, quod recipiunt Aduocati à priuatis, succedit loco eius, quod a publico soluendum esset.*
10 *Priuilegia Doctoribus concessa comprehendunt solùm illos, qui actu legunt, Declara vt num.*11.
11 *Officialis delinquens in officio non acquirit ciuilitatem loci, in quo officium exercet.*
12 *Officialis reputatur ciuis illius loci, in quo officium exercet ad effectum gaudendi aliquo honore, vel priuilegio, secus in ijs, quæ incommodum afferunt.*
13 *Quæ fuerunt in fauorem alicuius introducta non, non debent in odium retorqueri.*

1 CIuilitas alicuius loci pluribus modis acquiri potest, inter † quos vnus est stipendij receptio ab Vniuersitate pro exercendo aliquo officio publicum commodum respiciente *Bar. in l. municipes* §. *miles & ibi Alex. in addit. ff. ad municip. Bolognin. in Anth. habita sub num.*89. *C. nè fil. pro patr. Boer. decis.*620. *num.*19. *& sequen. Caroc. de locat. & conduct. par.*7. *con-*
2 *clus.*15. Propterea † omnes Officiales publici dicendi erunt Ciues illius loci, in quo stipendia recipiunt pro exercitio publici officij *l.* 1. *ff. ad municipal. Cataldin. in tract. de Syndicat. num.*17. *Ciriac. controuersiar. forens. lib.*3. *controuers.*450. *num.*16. Proùt
3 exemplificari potest in † Potestate forensi, qui dicitur Ciuis in loco vbi exercet officium prætoris, & stipendia consequitur *glos. in l. si in patria v. allectio in princip. C. de Incol. lib.* 10. *Bar. in tractat. de Represal. quæst.*5. *principal. numer.*12. *Boer. decis.*260 *sub num.*19. *Ciriac. d. controuers.*450. *n.*15.
4 In tantùm † vt si quis pluribus præsit locis eodem tempore, dicetur Ciuis omnium, locorum, quibus præest, licèt in vno tantùm resideat *glos. in c. omnes principes de maioritat. & obedien. Bar. in l. assumpto in fine ff. ad municip. Put. de Syndic. v. Ciuilitas cap.* 2 *num.* 2.
5 Milites † etiàm illius loci Ciues efficiuntur, in quo stipendia merentur, vt expressè habetur *in d. l. municipes* §. *miles vbi glos. & Bar. ff. ad municipal. glos. in l. ciues C. de Incol. lib.* 10. *Castren. in l penultima super illis verb. tex. nisi à suo Iudice C. de Iurisdiction. omn. Iudic. Peregrin consil.*72. *num.*3. *vol.*5. *Ciriac. contr.*448. *num.*64. *Tondut. de praeuention. Iudic. tom.* 1. *capit.* 28. *numer.* 6. *&* 23.

6 Doctores † quoquè, qui habent stipendia in certo loco ciuilitatem eiusdem loci acquirunt vt per *Bar. Alex. & Bolognin. &*
7 *alios supra num.* 1. *relatos* Quod, † procedit non solùm in Doctore Legente, qui à publico stipendia habet, sed etiam in eo, qui non legit; sed tamen publicè exercet officiũ
8 Aduocationis licèt † Salarium à priuatis consequatur *Bar. in d.* §. *miles & in d. tract de Represal. quæst.*5. *principal. nu.*12. *Alex in addition. ad Bar. in l.* 1. *num.*28. *C. de Dignitat. lib.*12. *Roman. consil.*216. *Boer. dec.*260 *num.*19. *Ioan. de Ana. in rubr. de magistrat. num.*19. *Rebuff. in commentar ad Constitut. Reg. Gallic. tom.*3. *tit. de Domicil. election. in præfation. num.*16. *Gratian. disceptation. forens. cap.*186. *num.*13. *Ciriac. controuers.*450.
9 *num.*14. Salarium enim, quod recipiunt Aduocati à personis priuatis, vt sepiùs suprà diximus, succedit loco eius, quod à publico constituendum veniret *Bal. in l.* 1. *C. de Suffrag. Dec. in l. cum allegas C. de Castren. pecul. lib.* 12. *post glos. in l fori C. de Aduocat. diuersor.* Iudic. *Gonzalez. variar. quæstion capit.* 12. *sub numer* 8. *vers. pro quo vigent.*
Et quamuis *Bar. in l. medicos C. de profes-*
10 *sor. & medic. lib.*10. concludat † priuilegia Doctoribus concessa comprehendere solùm illos, qui actu legunt, & idem firmet *in l. vnica C. de mulier. & in quo loc. lib.*10. Alijque relati *per Ias. in l. ad egregrias col. fi-*
11 *nal. de Iureiuran.* Attamen † eius opinio non aduersatur ità, vt illa priuilegia, quæ reperiuntur à Iure concessa Doctoribus non Intelligantur etiàm concessa Aduocatis, & alijs Iuris professoribus, sed intelligenda est de ijs Doctoribus, qui otijs vacant, vt declarat *Alex. in l. centurio num.* 17. *ff. de vulgar. & pupillar. Felin. & Anan. in c.* 1. *de magistrat. Rip. respons.*20. *incipien. Ciues, & Incolæ libr.*2. *Natt. consil.*65. *per tot. Rolan. consil.*66. *num* 36. *cum seqq. libr.*2. *Guidopap. decision.*388. *Francisc. Marc. decision.*638 *par.*1.

11 Aduertendum tamen erit, quòd † tunc acquiritur Ciuilitas loci per officialem, quandò ipse laudabilitèr in officio se gerit, nam si in eo delinquat, non euadet Ciuis, nè id, in quo deliquit ei commodum afferat contrà *textum in l. siu e hæreditaria ff. de negoc. geſt. Soccin. conſ.* 58. *nu.* 10. *libr.* 1. *Decian. reſponſ.* 27. *numer.* 8. *vol.* 2.

12 Itèm erit animaduertendum, quòd † tunc officiales essent dicendi Ciues loci, in quo exercent, quando ageretur ad effectum gaudendi aliquo honore, vel priuilegio, secus vero in ijs, quæ incommodum afferunt, vt notant *Bal. Angel. Roman. Alex. & Iaſ. in l. ſi Ruffinus vbi etiam Dec. nu.* 15. *& ſequen. C. de Teſtamen. milit. Rip. in l.* 1. *num.* 7. *ff. de legat.* 1. *Rebuff. de Priuileg. ſcholar. priu.* 126 *Tiraquell. de Nobilitat. capit.* 6. *numer.* 49.

13 Quæ † enim fuerunt in fauorem alicuius introducta non debent in odium retorqueri *l. quod fauore C. de legib.*

An & quando per receptionem mercedis quis reddatur infamis.

QVAESTIO XXVIIII.

SVMMARIVM.

1 *Infamis eſt is, qui in ſcenis artem ludricam exercet Intellige vt num.* 3.

2 *Infamis eſt, qui cum beſtijs depugnat in arena, Intellige vt num.* 3.

4 *Infamis dicitur is, qui mercedem recipit pro depugnatione beſtiarum, etiamſi nullum præceſſerit pactum de mercede Amplia vt num.* 5. *quæ ampliatio reprobatur n.* 6.

7 *Dignus dicitur is, qui corona decoratur.*

8 *Exceptio debet eſſe de terminis eius, quod limitat, & debet adaptari regulæ præcedenti.*

9 *Dictio, Niſi, de ſui natura adducit exceptionem ſupra diſpoſitis.*

10 *Verbum, honor, aliquando ſignificat mercedem.*

11 *Interpetrationes non admittuntur quando clara ſunt verba legis.*

12 *Infamis dicitur is, qui ſe exercuit in beſtiarum debellatione virtutis oſtendendæ gratia ſi oblatam mercedem in arena acceptet.*

13 *Infamis non dicitur debellans beſtias virtutis oſtendendæ gratia ſi ſponte oblatam mercedem recipiat extra locum actionis.*

14 *Infamis non dicitur ſe exercens in beſtiarum debellatione, vel alia ſimili actione mercede recepta, vtili, & laudabili concurrente cauſa.*

15 *Infamis an dicatur is, qui locauit operas ſuas, vt prodiret in Scenam artis ludricæ vel beſtias in arena debellaret, ſi deinde non deuenerit ad actum.*

QVamuis infamia notentur ij, qui in certis actionibus se exercent, vt puta † qui artis Ludricæ pronũciandiue causa in scenam prodiret, vt in *l.* 1. *ff. de his qui notan. infam* vel † si quis cum bestijs depugnaret in arena *vt in l.* 1. *& ibi gloſ. in v. locauit ff. de poſtulan.* tamèn † ab huiusmodi nota se eximeret ille, qui in similibus actionibus se exercens abstineret à receptione mercedis, vt in *l.* 1. ibi Ergo qui locauit solus notatur, siue depugnauerit siue non? Non enim imfamiam affert depugnare cum bestijs, vel in scenis comparere quando id virtutis ostendendæ causa fiat, nãquod fit causa virtutis nõ punitur *Bar. in d. l.* 1. *§. remouet n.* 5. *ff de poſtulan.* sed tantummodo quando pro tali comparitione, seu depugnatione merces accipitur, vt ad litteram dicit textus in *d. l.* 1. ibi Denique eos, qui virtutis ostendendæ causa hoc faciunt sine mercede non teneri aiunt Veteres. Et ratio differentiæ est, quia depugnans cum bestijs. euidenti se mortis periculo exponit, vnde si pro tali actu mercedem recipiat videtur quodammodo vendere propriam vitam pro vili prætio, quod lex aborret, vnde mota fuit ad infamandum illos, qui hoc faciunt *Caſtren. in eadem lege §. Beſtia num.* 2.

4 Et † hoc procedere dicas etiamsi nullà præcedente locatione, seu pacto quis mercedem, seu aliquid loco mercedis in arena reciperet, vt sonant ea verba textus, Nisi in arena passi sunt se honorari, nã alias de facili fraudaretur edictum prætoris, vt bene aduertit *Caſtren. loc. citato numer.* 4. Imo

5 † etiamsi merces consisteret in certo quid, quod non nisi honorem importaret, vt pu-

ta si

ta si passus esset honorari corona, vel alio simili præmio, vt existimauit *glos. in eadem l. 1. v. honorari ff. de postulan. ducto argumento ex textu in l. spem C. quæ res pign. oblig. poss. & l. commodis ff. de iudic.*

6 Hęc † tamen Glosæ opinio reprobatur communiter à scribentibus, & præcipuè à Bar. *in eadem l. §. remouet sub num. 5. vers. Quæro quid vult. dicere*, vbi ait, quòd verba illa textus: Nisi in arena passi sunt se, honorari, non possint intelligi, quòd patiatur honorari corona, vel simili præmio; nam secundùm istam intelligentiam sequeretur,
7 quòd ille † qui coronatur propter præmium esset infamis, cum potius sit dignus per *tex. in l. 1. C. de auro coronar. lib. 10.* Et sic amplectendam esse dicit secundam Glosæ lecturam, quæ exponit verbum illud *honorari* pro *onerari* id est condemnari, & verbum illud *passi* nempè per sententiam.

Sed nullatenùs secunda hæc expositio admitti posse mihi videtur, dum textus in verbis præcedentibus loquitur de ijs, qui bestias depugnant virtutis ostendendæ gratia, qui ideo notam infamiæ non incurrant, deindè vero exceptionem ponit, nempè dummodo non passi sint honorari in arena, quæ
8 † quidem exceptio ita intelligi debet, vt sit de terminis eius, quod limitat, & adaptetur regulæ suprapositæ *l. & non vltrà §. 1. vers. sed istam sententiam ff. de negoc. gest. l. nam quòd liquidè in fine ff. de pen. leg. Bar. in l. 1. & ibidem Dec. num. 20. ff. de reg. Iur. Idem Dec. in cons. 66. num. 6. & seq. Surd. cons. 152. num. 43. & cons. 262. num. 7. Cassador. decis. 8. num. 3. de concess. preben. Rot. decis. 46. num 5. par. 4. tom. 2. & decis. 531. num. 10. & decis. 588. num 40. eadem par. 4. tom. 3. in Recen. & coram Gregor. XV. dec. 544 num. 26.*

Quòd autem textus in illis verbis *nisi in arena passi sunt se honorari* velit exceptionem, seu limitationem casus præcedentis, non autem nouum casum adducere patet ex illa
9 dictione †, *Nisi*, quæ de sui natura ponit exceptionem supra dispositis *Alex. cons. 64 in princip. lib. 4 Gratian. disceptat. forens. cap. 146 num. 41. Surd. decis. 25. num. 19. Rota coram Gregorio XV. decis. 544. num. 25. & in recen. decis. 391. num. 14 par. 1.* cum alijs, quos refert, & sequitur *Barbos de diction. dict. 184. num. 2.*

Igitur verbum illud honorari, non aliam crederem admittere expositionem, quàm honorari aliquâ mercede, nouum enim non
10 est, quòd † verbum, honor, accipiatur pro mercede, vt in *l. si mandauero in princip. ff. mandati*; & facit dictum Ciceronis *Honos alit artes* hoc est præmium; & carmen illud Virgilij *lib. 5. Æneid.*

Ipsis præcipuè ductoribus addit honores

vbi verbum honores significat præmia, quæ exempla adducuntur per Apostillam in *d. l. 1 ff. de postulan.* vbi reprehendit Accursium, quia sine causa reuocat in dubium An textus dicere voluerit *onerari* vel *honorari* dum litteris rotundis *honorari* legatur, vnde
11 † non est recurrendum ad interpetrationes dum clara sunt verba Legis *l. ille, aut ille §. cum in verbis ff. de legat. præstan. l. fin. C. quæ res pign. oblig. possit l. si quis filium C. de liber. præter. Soccin. iunior. cons. 95. num. 38. in fine vers. nouissime & num. 35. lib. 1. Rota decision. 497. num 49. par. 5. tom. 2. in recen. & coram Buratto decis. 101. n. 8. & ibi Ferentill. in addition.*

Hac interpetratione admissa, dicendum
12 venit, quòd † ille, qui se exercet in bestiarum debellatione, etiam virtutis ostendendę gratia si mercedem recipiat infamiæ macula coninquinetur, licèt aliqua non pręcesserit locatio operarum, vel pactum de mercede, nam adhuc pro illa mercede recepta videretur illi actioni operas suas impendisse quotiescumque merces fuisset oblata, & recepta in arena, vbi bestia fuit
13 debellata; secus † tamen si extrà locum actionis, vt benè se declarat textus in ijs verbi *In arena passi sunt se honorari* itaut extra arenam licitum sit præmium accipere absque incursu in notam infamiæ nisi locatio, seu pactum præcesserit: Dum enim Textus prohibet mercedem accipere in arena permittere censetur illius receptionem extrà illum locum, argumento textus *in l. Caius ff. de legat. 2. & in l. si fideicommissum §. tractatum ff. de Iudic. Bal. in l. 1. n. 4. ff. de Stat. homin. Ias. in l. cunctos populos in secunda lectura num. 92. C. de summa Trinit. & fide Cathol. & in §. item seruiana num. 42. Instit. de Action. Rot. dec. 228. n. 10. par. 7. in Recentior.*

14 Nec † infamiæ notam incurreret quis si vnam ex prædictis, vel similibus actionem faceret concurrente vtili, & laudabili causa, vt puta si quis depugnaret feram, quæ

alicui Regioni noceret, nam tali casu etiamsi id fiat præcedente operarum locatione, & mercedis receptione subsequente, tamen huiusmodi mercedis receptio non inferret notam infamiæ *Sed si quis operas suas locauerit, vt feras venetur, vel vt depugnet feram, quæ Regioni nocet, non est notatus*, sunt verba textus prędictę *l. 1. vbi Bar. in d. §. remouet nu. 6. & 7.* vbi alia adducit exempla.

Et hæc, quæ dicimus de depugnatione bestiarum locum habent etiam in alijs quibuscumque actionibus, dummodo non sint tales, quæ etiam absque receptione mercedis si exerceantur ignominiam, & infamiam afferant, vt *in l. 1. & toto tit. ff. de ijs, qui notantur infamia.*

15 An † autem si quis locauerit operas suas pro certa mercede, vt fabulas representaret in scenis, vel bestias debellaret in arena dicatur infamis, si deinde non deueniat ad actum, est quæstio valde controuersa ob diuersas opiniones Caij, & Vulpiani, Ille enim *in l. 3. ff. de his qui notan. infam.* talia fatur *Qui operas suas locauit vt prodiret artis ludricæ cau a neque prodijt non notatur quia non est ars adeo turpis, vt etiam consilium puniri debeat*, Vulpianus vero in *l. Item senatus consultus ff. de postulan.* voluit posse affectum puniri nota infamiæ etiam effectu non sequuto dum infrascriptis vtitur verbis *Item senatusconsulto etiam apud pedaneos Iudices postulare probibetur qui operas suas, vt cum bestis pugnaret locauit*, & paulo infrà. *Ergo qui locauit solus notatur, siue depugnauerit, siue non.*

In hac Legum contrarietate, vt quæstionis propositę definitio haberi possit facienda est differentia inter debellationem belluarum, de qua loquitur Vulpian. & artem scenicam, de qua Caius sermonem habet, Itaut si quis locauerit operas suas in arte ludrica, quas postea non præstauit, non dicatur infamis, quia in tali arte ipsum factum, non autem propositum infamiam irrogat *c. 1. de Vit. & honest. cleric. in 6.* Si quis vero ad debellandas bestias in arena de mercede conuenerit eo ipso dicatur infamis, quia non factum, sed propositum odiosum est, cum pro vili prætio quodammodo vendatur vita, quæ in tali certamine euidentissimo periculo exponitur, vt *in l. 1. §. bestias ff. de postulan.* atque ideò punitur affectus, etiam non sequuto effectu *l. 3. §. sic autem ff. de bon. eor. qui sibi mort. consciu.*

An, & quando per receptionem Salarij quis dicatur Familiaris?

QVAESTIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Familiaris propriè dicitur ille, qui Salarium recipit pro seruitio alicui præstito.*

2 *Familiaris verbum multipliciter accipi solet.*

3 *Familiaris verbum accipitur in significatione larga, stricta, & magis stricta secundùm effectus, propter quos de ipsa familiaritate quæritur.*

4 *Familiaris quis non dicitur per solam receptionem Salarij ad effectum, vt intret reseruatio regulæ quartæ Cancellariæ, sed requiritur, quòd sit ipsius Cardinalis commensalis, & seruitio eius personam respicienti destinatus.*

5 *Familiaris non dicitur Vicarius, nec Auditor generalis, & similes, licèt Salarium recipiant, cum non possint dici commensales, Contrarium de Vicario n. 6. Declara t num. 9.*

7 *Vicarium habere, vel non, est voluntarium Episcopi.*

8 *Episcopus non tenetur deputare Vicarium, nisi vrgeat necessitas.*

10 *Assistentes Anticameræ Cardinalis non dicuntur eius familiares, licèt certam mercedem recipiant, nisi sint certo officio destinati.*

11 *Assistentes anticameræ picti tapetes nuncupantur.*

12 *Familiaris Episcopi non dicitur quis per solam receptionem mercedis, itaut possit ab Episcopo ordines recipere, sed requiritur, quòd seruiuerit præsentialitèr Episcopo per spatium trium annorum.*

13 *Episcopus non potest ordines conferre ijs, qui Salario percepto eius negocia gesserint in partibus remotis.*

14 *Familiares Episcopi gaudent priuilegio fori, & immunitatis tàm in ciuili, quàm in criminali negocio, nec laycorum statutis ligantur.*

15 *Familiaris Episcopi, ad effectum gaudendi priuilegio fori & immunitatis, dicitur, is, qui ab ipso Episcopo Salarium recipit, licèt eius expensis non viuat.*

16 *Fa.*

16 *Familiares Nunciorum Apostolicorum gaudent priuilegio fori.*

17 *Familiares S. Inquisitionis non nisi in Tribunali Inquisitoris poterunt tàm ciuilitèr quàm criminaliter conueniri.*

18 *Familiares Religiosorum fori priuilegium habent ex dispositione S. Concilij Tridentini.*

19 *Familiares Clericorum simplicium quando gaudeant priuilegio fori?*

20 *Familiares Principũ gaudent fori priuilegio.*

21 *Familiares Papæ percipiunt fructus præbendarum in absentia.*

22 *Familiares Episcoporum percipiunt fructus præbendarum in absentia.*

23 *Familiaris non dicitur ad effectum percipiendi fructus præbendarum ille, qui à Pontifice, vel Episcopis Salarium recipit, nisi eorum personis præstet obsequium.*

24 *Licentia interessendi diuinis tempore interdicti particularibus personis concessa suffragatur etiàm familiaribus, Declara vt num. 26.*

25 *Familiaris quis non dicitur per Salarij receptionem, & commensalitatem ad effectum, vt ei suffragetur licentia concessa Domino interessendi diuinis tempore interdicti, nisi sit de ijs, qui ipsum Dominum solent comitari.*

27 *Familiares Cardinalium, & Prælatorum si infrà annum à die obitus Domini Salarium non exposcunt inducitur præscriptio ex dispositione Constitutionum san. mem. Pauli III. & Pij V.*

28 *Constitutiones san. mem. Pauli III. & Pij V. inducentes præscriptionem mercedis familiarium Cardinalium, & Prælatorum si infrà annum à die obitus Domini pro ea non fuerit institum, non habent locum in Agentibus, Procuratoribus, & similibus, qui non dicuntur familiares.*

29 *Armorum delatio conceditur in gratiam dignitatis familiaribus Principum Secularium.*

30 *Armorum delatio conceditur familiaribus Principum Ecclesiasticorum.*

31 *Episcopi in propria diocesi dicuntur Principes.*

32 *Familiares dicuntur omnes quomodocumque seruitium Principi præstantes quando agitur de familiaritate ad effectum delationis armorum.*

33 *Familiaris quis dicitur vt gaudeat priuilegio delationis armorum si in rotulo Familiarium Principis reperiatur descriptus.*

34 *Familiaritas benè probatur ex descriptione alicuius in rotulo familiarium.*

35 *Testes familiares eius, ad cuius instantiam examinari debent reiiciuntur à testimonio ferendo.*

36 *Familiares dicuntur omnes, qui Salarium recipiunt ad effectum, vt repellantur à testimonio ferendo, Contrarium num. seq.*

37 *Salarium non repellit testes à testimonio ferendo, nisi cum perceptione Salarij concurrat habitatio, & num. 40.*

38 *Familiaris potest testimonium ferre pro Domino, à quo non recipit nec Salarium nec expensas.*

39 *Expensæ, quæ præstantur famulis succedunt loco Salarij.*

41 *Administrator non admittitur ad testificandum pro administrato, licèt non sit eius familiaris, Declara vt num. 42.*

43 *Aduocatus, Procurator, Sollicitator, & similes repelluntur à testimonio ferendo pro suis clientulis.*

44 *Aduocatus, & Procurator non reiiciuntur à testimonio ferendo ratione mercedis, sed ratione affectionis, quà præsumuntur prosequi causam ab ipsis defensam.*

45 *Aduocatus, & Procurator reiiciuntur a testimonio ferendo pro clientulis, licèt mercedem non recipiant.*

46 *Aduocati, & Procuratores admittuntur ad testificandum pro suo clienti in causa, in qua patrocinium non præstant.*

47 *Proxenetæ non admittuntur in testes in illis negocijs, quorum mediatores fuerunt, Amplia etiamsi pro tractandis illis negocijs nullam mercedem receperint, vt numer. 49.*

48 *Proxenetæ præsumuntur habere affectionẽ negocijs eorum opera perfectis, vel perficiendis.*

50 *Meretrices repelluntur à testimonio ferendo.*

51 *Lenones non admittuntur ad testificandum.*

52 *Meretrices, & Lenones non repelluntur à testimonio ferendo ratione mercedis, sed ratione infamiæ.*

1 Familiaris † propriè dicitur ille, qui Salarium recipit pro seruitio, quod alicui præstat *l. finali C. de proxim. Sacr. scrinior. lib. 11. l. ædiles 25. §. familia ff. de publican. Salicet. in l. 2. num. 5. C. de Episcop. & cleric. Ancharan. cons. 398. num. 1. Bero quæst. 39. num. 1. Farinacc. de Testib quæst. 55. num. 133. Caball. cas. 299. num. 6. Danz. in pugn. DD. tit. de Cleric. & famil. cleric. cap. 1. num. 11. Ciriac. controuers. 153.*
2 *num. 33.* Verum cum † multipliciter accipi soleat significatio verbi familiaris *c. finali de verb. significat. in 6. c. cum dilectus, & ibi Abb. num. 8. de Cleric. non residen. l. pronunciatio §. familiæ ff. de verb. significat. l. 2. in fine iuncta glos. in v. familiares ff. de in ius vocan. Bal. in l. 1. C. de Episcop. & cleric. Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. num. 314. Aloys. Ricc. in praxi for. Eccles. resolut. 459. num. 1.*

3 Quandoquè † enim largè sumitur, aliquandò strictè, & nonnunquàm strictius secundùm effectus, proptèr quos de ipsa familiaritate quæritur, vt post *Bal. in c. litteris num. 1. vers. familiares dicuntur omnes, & ibidèm Fælin. num. 3. vers. tertio nota de Testib. Aufrer. de reprob. test. num. 36.* aduertit *Farinacc. in tractat. de Testib. quæst. 55. num. 120.* Ideò pro definitione presentis quæstionis, necessarium erit videre, ad quèm effectum de ipsa familiaritate quæratur; Si enim ageretur ad effectum, vt in-
4 traret dispotio † Regulæ Quartæ Cancellariæ reseruantis beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, non esset sufficiens, ad hoc, vt quis familiaris diceretur, quòd haberet à Cardinali simplex Salarium, sed insupèr requireretur, quòd ille Salariatus esset destinatus seruitio respicienti personam Cardinalis, & ipsius commensalis existeret *d. c. fin. de verbor. significat. in 6. & ibi Barbos. nu. 3. Bero quæst. 35. num. 3. Gomes. supèr regul. Cancellar. de impetran. benefic. vacan. per obit. Cardinal. quæst. 13. num. 1. cum sequen. & ibidèm Mandos. quæst. 16. Paris. cons. 50. num. 33. vol. 4. Mascard. de probation. conclus. 775. num. 1. & seqq. Fusch. de Visitat. lib. 2. cap. 23. num 6. Castren. cons. 340. sub num. 2. vers. familiaris namquè lib. 1. Lotther. de Re benefic. lib. 2. quæst. 28. num. 58. Gratian. discept. forens. cap. 257. num. 41. Simonett. de Reseruat. quæst. 35. num. 21. Menoch. de Arbitrar. iudic. cas. 552. num. 2. & 5. Paris. de Resignat. lib. 10. quæst. 3. num. 23. Tondut. Sanleger. resolut. benefic. par. 2. cap. 3. §. 3. num. 11. Rot. decis. 584. num. 3. par. 1. recen. & coram Durano decis. 44. num. 6. & coram Andrea dec. 3. num. 4. & coram Buratt. decis. 228. num. 1 & coram Penia decis. 617. num. 1. & in Vlixbonen. Beneficij de Azambuca 6 Iunij 1614 & 4. Iulij 1618. coràm Sanctissimo D. N. Innocentio X.*

5 Vndè † familiares non dicuntur Vicarius, nec Auditor generalis, nec Visitatores, alijque officiales, qui licèt quid annuum, vèl menstruum percipiant pro Salario, & expensis; attamen non possunt verè commensales appellari, cum potius dignitati, quàm personę seruitium præstent *Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. num. 318. & 324. Simonett. de Reseruat. quæst. 35. num. 20. in reg. 3. quæst. 19. n. 3. vers. plura possent & quæst. 45. vers. quartò quæritur Gratian. disceptat. forens. cap. 257. num. 41. Aloys. Ricc. d. resolution. 459. num. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glos. 51. num. 66. & ità resoluit Rota in Parmen. Prioratus 11 Februarij 1585. co-*
6 *ràm Gypsio* Contrarium † tamen de Vicario affirmauit *Mohedan. decis. 4. de offic. vicar.* dum voluit, quòd potiùs Vicarius dicatur seruire personæ, quàm dignitati, quià
7 † est voluntarium Episcopi habere vicari-
8 um vel non *Put. decis. 43. lib. 2.* Et † non nisi, necessitate vrgente, ad illius deputationem teneatur, *c. quoniàm vbi Abb. de offic. Ordinar. c. petijsti 7. quæst. 1. glos. in c. secundo verb. statuantur Ne prælat. vic. suas Berò in c. prudentiam num. 100. de offic. deleg. Calderin. cons. 5. eod. tit. Put. decis. 6. de offic.*
9 *vicar.* Ideo † hanc diuersitatem Sententiarum agnoscens *Simonett. in d. tractat. de Reseruat. benefic. quæst. 35. num. 21.* illas ad concordiam reducere curauit tali distinctione adhibita videlicèt: Aut ille, qui deputatur Vicarius erat ex familiaribus, & commensalibus illius Cardinalis, vel Episcopi, & tali casu Vicarium inter familiares connumerari voluit admittendo doctrinam *Mohedan. loc. citat.* ea ratione, quia familiaritas vbi semèl fuit contracta continuatur, nec præsumitur fuisse interrupta, *Crescen. decis. 12. de Rescript.* At si Vicarius antè electionem non erat talis, & tunc licèt eligatur cum deputatione certæ mercedis; non tamen dicendus sit familiaris, cum nunquàm fuerit continuus commensalis

Aloyſ.Ricc. in praxi for.Eccleſiaſ. d. reſ.459. num.3.

10 Neque † dicerentur familiares ad effe-ctum huiuſmodi illi, quos Cardinales retinere ſolent domi ſubminiſtrando eis menſtruatim certam mercedem, non ad alium finem niſi, vt aſſiſtent Anticameræ, nec aliud preſtent ſeruitium *Bero quæſt.35. ſub num.3. verſ.ſed quandoque ſolùm aſſociaret Adden. ad ſan. mem. Gregor. XV. deciſ.166. ſub num.10. verſ.in quo tamen Vrſell.in ſuis*

11 *concluſ. legal. concluſ.73. n.18.* Vndè † Purpuratus quidam ſolebat iſtos tales appellare tapetes pictos, & quidèm optima ratione, cum ad nil aliud inſeruiant, quàm ad ipſius Anticameræ ornatum, (ſi tamen tales ſint, qui ornare poſſint)

12 Si † vero de familiaritate quæratur ad effectum,vt Epiſcopus poſſit conferre ordines familiari ſuo non ſubdito iuxtà diſpoſitionem *S. Concilij Tridentini ſeſſ.23.cap.9.de reformat.* Nec in caſu iſto ſufficiens eſt ſola perceptio Salarij, & expenſarum ad hoc,vt familiaris dicatur *Maiol. de Irregularitat. lib. 4. cap. 2. num. 5. Artam. conſ.6. Rub. conſ.90. Rodriq. in ſumma par. 2. cap.14. num.10. Ricc. in praxi for. Eccleſ. reſol.267. num.2. in fine* Sed requiritur,quòd Epiſcopo per triennium inſeruiuerit, & quidem præſentialiter, & cum ipſo Epiſcopo commorando *Maiol.vbi ſuprà num.5. Fr.Eman. in ſumma par. 2. cap.14. num. 10. Ricc. in d. praxi for. Eccleſ. reſolut.307 Salzed. ad Bernard. Diaz. in pract. cap.26. verſ. tertius caſus Vgolin. de poteſt Epiſcop. cap.26. §.4. Proſper. de Auguſtino in addit. ad Quarant. in ſumm. Bullar. verb. Ordo verſ. limita in eo, Ioannes Baptiſta Ventriglia in praxi rer. notab. Annot.23. §.1. num.20.* Ratio namque finalis Concilij ea fuit, quòd Epiſcopus ſuos clericos cognoſceret, illorumque vitam, & mores ſcrutaretur *Maiol. vbi ſupra num.5. Vgolin. d. §.4. Soar. de Cenſur. tom.5. diſputat.31. ſect.1. num.15. Fornar. de Sacrament. Ordin. cap.5. Ricc d. reſolut.267. num.2. Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcopi allegat.5. num.7. Dian. reſolut. moral. par.8.*

13 *tractat. 2. reſolut. 31.* Et † propterea non poterit Epiſcopus ordines conferre Negociorum geſtoribus, procuratoribus, aut alijs quibuſcumque in remotis partibus eius negocia, Salario percepto, agentibus, *Maiol. d. lib.4. cap.2. num.5. Salzed. ad Diaz. in praxi cap.26. Campanil. in diuerſ. Iur. Canonic. rubr. 9. cap.9. num.5.*

14 Attenditur quoque familiaritas ad effectum gaudendi priuilegio fori,quo gaudent familiares pluriũ perſonarũ videlicet familiares Epiſcopi etiamſi laici ſint tàm in ciuili, quàm in criminali negocio; itant nec ſtatutis laicorum alligati ſint, ſic probat *tex. in c. fin. vbi Hoſtien. num.14. Abb. n.5. Io: Andr. num 195. & communitèr DD. de offic. Archidiacon. & in c. cum ab homine vbi Abb. num.2. de Iudic. idem Abb. in c.2. nu.6. verſ. in familia vbi etiam Butr & Felin. de for. compet. Natt. conſ.176. num 6 in fine lib.3. Burſatt. conſ.35. num 13. Clar. in praxi §.fin. quæſt.35. num 18 verſ. ab hac, Theſaur. deciſ.22. num.6. Menoch. de Arbitrar. iudic. caſ.562 num 13. Duard comment. in Bull. cænæ Domin. can.15. quæſt.8. conc.1. num.2. Ricc. reſol.471 num.5. Farinacc. quæſt.8. num.46. verſ. ſed in famulis Gen. in prax for. Arciepiſc. neap. cap.9. num 6. Leon. in theſaur. for. Eccleſ. cap.11. num.17. Grat. deciſ. Marchiæ 233. num.1. & ſeq. & diſceptat. forenſ. cap.340. num.3. & 341. num.5. Martà de Iuriſdict. par.4. caſ.111. numer.3. Giurb. conſ.85. num.1. & ſeqq. Mar. Antonin. variar. lib.1. reſol.75. num 2. Sbrozz. de offic. Vicar. lib.2. quæſt.166. Decian. in tractat. criminali lib.4 cap.9 num.47 56. & 58. Guazin. in tract. ad defenſ. reor. lib.1 defenſ.20. cap.9. num.23. Vulpell. de Libert. Eccleſiaſ. par.3. n.24 Capell. Tholoſ. deciſ 378 Bellet. diſquiſit. Clerical. par.1. de fauor. cleric. §.1. num. 12. Theſaur. dec pedemont.22. num.6. Barboſ. de offic & poteſt Epiſcop. allegat.107. num 9. Ciarlin. controuerſ. r. forens*

15 *cap.20. num.14.* Et † ad iſtum effectum familiaris dicitur ille,qui percipit Salarium ab Epiſcopo *Surd. deciſ.35. per tot. Mar. Antonin. variar. reſolut. lib.1. d. cap.75. per tot. Calcan. conſ.72. Calderin conſ.8. in fine de offic. legat Campanil. in diuerſor. Iur. canonic. rubr.9. cap.9. ſub num.15. verſ. vbi vero,* Nec eſt neceſſarium,quòd concurrat mens & dens, ideſt,vt Epiſcoporum expenſis viuant familiares, prout requiri diximus in beneficiorum reſeruatione *Campanil. loc. citat. Auguſt. Taurell. apud Barboſ. de iure Eccleſiaſtic. cap.29. §.4. num. 6. & ſeqq. Sperell. deciſ. for. Eccleſiaſt. 128. num.24. & ſeq. Surd. d. deciſ.35. ſub num.7. verſ. Senatus tamen Rot. coram Buratt. deciſ.255. per tot. & in*

requiritur, quòd familiaris pręstet obsequium circa personam Pontificis, vel Episcoporum, vt apparet ex *d. c. cum dilectus* ibi, In nostro seruitio commorantes, & ibi, cui circa nos se obsequiales exhibent *& ex c. de cætero*, ibi, donec in seruitio tuo fuerint *& ex d. c. audientiam* ibi, in tuo seruitio existentes & ibi, qui tecum pro tuo, & ipsius Ecclesię seruitio commorantur. *Rot. coram Duran. decis. 44. nu. 10. Garz. de benefic. par. 3. cap. 2. num. 383.*

26 Potest quoque de familiaritate quæri † in casu, quo tempore interdicti fuerit concessum particularibus personis, puta Episcopis Ducibus, Comitibus, vel alijs licentia interessendi diuinis, cum talis licentia suffragetur etiam familiaribus *c. licet de priuileg. in 6. Nauar. in manual. cap. 27. num. 181. Fr. Eman. quæst. regular. tom. 2. quæst. 67. art. 1. Cabed. decis. Lusitan. penult. num. 11. par. 1. Henriquez in summa lib. 13. cap. 48. §. 5. Vgolin. de Censur. tab. 5. cap. 8. § 4. n. 2. Sayr. eod. tractat. lib. 5. cap. 5. à nu. 19. Auil. in simil. tractat. part. 2. disputat. 4. sect. 2.*
27 *dub. 7.* Et † ad istum effectum non sufficit, ad hoc, vt quis familiaris dicatur, perceptio Salarij, quinimo nec ipsa commensalitas suffragatur, Sed illis tantum prodest, qui priuilegiatum solent comitari, & non alijs,
28 Itaut † si talis licentia fuisset concessa alicui Collegio, seu Monasterio, non admitterentur ipsius Collegij, seu Monasterij familiares ad audienda diuina, & ratio est quia nobiles non nisi familiaribus concomitantibus solent Ecclesias adire, ideoque inutile redderetur priuilegium eis concessum, nisi possent familiares, qui illos comitari solent secum ducere, quæ ratio cessat in Collegij, & Monasterijs, vt bene aduertit glos communitèr recepta in *d. c. licet v. non debet de priuileg. in 6.*

Attenditur etiam familiaritas ad effe-
29 ctum, † vt locum habeant Constitutiones Sanctę Memoriæ Pauli Tertij, & Pij Quinti, ex quarum dispositione inducitur præscriptio mercedis familiarium, & seruitorum Cardinalium, Patriarcarum, Archiepiscoporum, Auditorum Rotæ, Clericorum Cameræ, Referendariorum, & similium Prælatorum si infra annum à die obitus Domini, cui seruiuerunt, non institerint pro mercede, Et ad hunc effectum, non quælibet familiaritas sufficeret, sed necesse foret, quòd quis esset de domesticis idest domi retentis, &
30 propterea † illarum dispositio locum non haberet in Agentibus, Procuratoribus, & similibus, qui familiares non dicuntur, saltèm non domestici vt in terminis d. Cõstitutionis san. mem. Pauli Papæ Tertij dixit Rota coram Penia in *Romana Mercedis 18. Martij 1591. quæ inter eius decisiones Venetijs impressus est decis. 111. vers. neque ex bulla sub numero primo*, & latius de hoc dicemus *in par. 3.* vbi agemus de salarij præscriptione.

Quotidiè etiam de familiaritate quæri-
31 tur ad effectum delationis armorum † quæ in gratiam dignitatis conceditur, non solùm familiaribus Principum, Secularium, vt ex *tex. in l. vnica C. de præposit. sacr. cubic. lib. 12. tradit glos. in c. primo 51. distinct. Plaz. in epitom. delict. lib. primo cap. 8. num. 14. Decian. in tractat. Criminal. lib. 8. cap. 3. nu. 51. & seq. Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 394. num. 76. Farinacc. quæst. 108.*
32 *num. 98.* Verum etiàm † familiaribus Principum Ecclesiasticorum scilicet Episco-
33 porum, † qui in propria diocesi dicuntur Principes *c. Ecclesia principis 35. distinct. c. quorum vices 16. dist. c. si ipsis de maioritat. & obbedien. Barbat. de præstan. Cardin. quæst. 7. num. 13. Panuin. de Offic. Capitol. sed. vacan. prælud. 6. num. 15. Alzedo de præcell. Episcop. dignit. lib. primo cap. 8. num. 48.* Et
34 † ad hunc effectum non requiritur necessariò deputatio ad aliquod officium, sed omnes quomodocumque in seruitio existentes dicuntur familiares vt per *tex. in l. pronunciatio §. familiæ vbi Alciat. ff. de verbor. significat. & in l. finali C. eodem tit. Alex. cons. 178 in princip. vers. quia imò lib. 6. Farinacc. de Test. lib. quæst. 55. num. 135. Leo in Thesaur. for. Eccles. par. prima cap. 11. nu. 18. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. primo resolut. 75. num. 2. Barbos. de Iure Ecclesiastic. lib. primo cap. 34. §. 4. num. 33.* Itaùt
35 † ad effectum, vt quis tamquam talis arma deferre posset, sufficeret, quòd esset descriptus in rotulo familiarium, quia cùm nullas probare debeat qualitates, sed solùm
36 familiaritatem, † hæc benè probatur per ipsam descriptionem *Put. decis. 411. lib. primo Barbos. de Offic. & potestat. Episcop. allegat. 5. num. 5.*

Tandem attenditur familiaritas in testi-
37 bus † qui si sint familiares eius, ad cuius

instantiam examinari debent reiiciuntur à testimonio ferendo *l. etiam, & ibi notant DD. omnes C. de Testib. l. prima §. ad quaestionem ff. de quaestionib. l. testes eos ff. de Testib. c. si testes §. testes 4. quaest. 3. c. in litteris de Testib. c. super prudentia 14. quaest. 2. Aufrer. de reproban. testib. num. 36. vers. secunda conclusio Boss. in praxi tit. de opposit. con. test. num. 93. Mascard. de probat. conclus. 533. num. primo & conclus. 1357. num. 46.*

38 Et † ad istum effectum, quòd familiares dicantur omnes, qui salarium recipiunt affirmarunt *Alex. cons. 91. col. finali vers. accedit ad perimendum vol. 4. post. Speculat. in titulo de testib. §. 1. qua poss. con. test. oppon. col. 4. cum alijs relatis per Gabr. commun. conclus. tit. de testib. conclus. 10. num. 4.*

39 Verùm, † solam mercedem, seu salarium non repellere testes à ferendo testimonio nisi cum salario concurrat habitatio suprà relatorum DD. opinione reprobata resolsuit *Rot. in Vlixbonen. Matrimonij 21. Iunij 1613. coram Sacrato, & in Romana mercium, seu repetitionis indebiti 18. Maij 1601. coram clar. mem. Card. Pamphilio, & coram Puteo decis. 4. num. 5. lib. primo* quam sequitur *Farinacc. de testib. tit. de opposit. con. person. test. quaest. 55. num. 17.* Quae Rotae

40 opinio probabilior apparet, nam si familiaris potest esse testis pro Domino si seruit sine salario. *Roman. cons. 420. num. 4. & ibi Mandos. in addit. Aufrer. de reprob. test. num. 43. vers. fallit Marsil. in l. prima §. ad quaestionem num. 1. ff. de quaestio. & sing. 4. incipien. regula est vers. limita tu & cons. 68. num. 22. Crot. de testib. num. 127. vers. tertio fallit. Bert. cons. 542. num. 15. lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 758. num. 7.* cum alijs relatis per *Farinacc. dicta quaest. 55. inspect. 2. num. 138.* & sine expensis, quae

41 † dicuntur succedere loco salarij, itaut concurrentes cum familiaritate repellerent à testimonio ferendo *Felin. in c. in litteris num. primo vers. secundo nota de testib. Gabr. dicta conclus. 10. num. 7. Farinacc. cons. 110. num. 3. lib. 2.* Ita e contra, solum salarium non debebit testem repellere. *Put. dicta decis. 4. num. 6. Farinacc. dicta quaest. 55. sub num. 17.*

Non obstat si dicatur, quòd plures dantur personae, quae propter solum salarium repelluntur à testimonio ferendo, licèt non concurrat in eis familiaritas, prout videmus

42 in Administratoribus, † qui non admittuntur ad testimonium ferendum etiamsi non sint familiares ipsius administrati *Alex. cons. 167. num. primo lib. 6. Alberic. in l. deferre num. 2. ff. de Iure fisci Menac. in c. Romana num. 6. de testib. Angel. in l. quoniam liberi num. 4. vers. quòd autem sit C. de testib. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de test. §. primo vers. sed pone quòd administrator Mascard. de probat. conclus. 1357. num. 27.* Respondetur enim, salarium in istis personis non esse causam efficientem, quae illos repellat à testificãdo, prout in allegato exemplo Administratorum, in quibus causa efficiens illa est, quòd si admitterentur ad testificandum Administratores in ijs, quae administrationem concernunt dicerentur testes in causa propria, quamobrèm videmus,

43 quòd † in ijs, quae administrationem non respiciũt Administratores adhiberi possũt in testes, quotiescumquè non sint familiares eius, cuius bona administrant *l. prima ff. de testib. Bal. in l. omnibus num. 3. in fine, & ibid. Salicet. num. 6. vers. aut quaeritur de procuratore ad negocia C. de testib. Alberic. in l. deferre num. 2. ff. de Iure fisci Corrad. in pract. §. 2. de offic. praetor. in caus. ciuil. tit. de testib. rubr. person. test. aggredien. v. procurator num. 60. in fine vers. sed Salicet. fol. 98. Campeg. de testib. reg. 63. in prima fallen. Farinacc. d. quaest. 55. illat. 7. num. 263.*

Idem dicendum esset si allegaretur, quòd

44 † Aduocatus, Procurator, & Sollicitator licèt non sint familiares per solam receptionem mercedis repellantur à testimonio ferendo pro suis clientulis *c. si testis omnes §. testes quos accusator 4. quaest. 3. Dec. cons. 310 num. 3. Corn. cons. 309. num. 5. lib. 4. Crauett. cons. 281. num. 4. Rot. decis. 52. num. 6. vèrs. & si Aduocatus, & Procurator de appellation. in nouis Mascard. de probat. conclus. 1357. post. num. 3. & num. 34.*

45 Quia † isti non repelluntur à testificando ratione mercedis, sed ratione affectionis, quà prę sumuntur prosequi causam ab ipsis defensam. *Imol. in c. cum à nobis sub. num. 7. vers. si autem vult testificari de testib. Mascard. de probat. conclus. 1232. num. 12.* vbi de Procuratore. *Hector AEmil. de testib. v. Aduocatus num. 42. Farinacc. de testib. quaest. 60. num. 155. & num. 201.* & hinc est, quòd licèt non recipiant mercedem, adhuc non admittuntur ad testificandum. *Alex. in addit.*

dit. ad Bar. in l. deferre §. idem decreuerunt littera E. in v. esse testis vers. nec videtur distinguendum Fælin. in c. cum à nobis num. 15 *ad finem de testib. Aufrer. de reprob. test. nu.* 89. *Soccin. cons.* 88. *nu.* 24. *vers. nec obstat lib.* 2. *Crauett. cons.* 281. *num.* 5. *Gabr. tit. de testib. conclus.* 12. *num.* 4. *Mascard. de probat. conclus.* 1317. *num.* 11. *& seq.* Et ita reiecta contraria opinione, firmat *Farinacc de testib. q.* 60. *num.* 167. *& num.* 246. *& seqq.* & quòd affectionis cessante causa di-
46 cantur testes idonei, itaut † admittantur ad ferendum testimonium pro suo clienti in alia causa, in qua patrocinium non præstarunt. *Lanfranc. de testib. num.* 67. *vers. in alia autem causa Bar. in l. deferre §. idem decreuerunt num.* 2. *ad finem vers. si vero aliquis vellet procuratorem producere in alia causa ff. de Iure fisci Salicet. in l. omnibus num.* 6. *vers. & eadem ratione, & ibidem Castren num.* 3. *in fine vers. sed quid in procurator. C. de testib.*

47 Eadem quoque ratione † repelluntur proxenetæ à testimonio ferendo in illo negocio, in quo fuere mediatores, *gl. in §. in his v. ad muneratorem Auth. de Instr. fid. & caut. & in c. si quis Episcopus v. mediator. prima quæst.* 5. *& in c. primo in v. ciuil. de testib. in* 6. *Gabr. commun. conclus. tit. de testib. conclus.* 20. *num. primo Rot. Genuen. decis.* 97. *num.* 3. *Magon. decis. Lucen.* 95. *nu.* 14. *Seraphin. decis.* 164. *num.* 2. præsumun-
48 tur † enim habere affectionem illi negocio quod tractant, seu tractarunt, itaut si non sit perfectum perficiatur, et si iam sit perfectum bene gestum fuisse appareat *Alex. cons* 128. *num.* 1. *lib.* 2. *& cons.* 13. *num.* 14. *post. med. lib.* 1. *Stracc. de proxenet. par.* 4. *in quæst. incipien. illa etiam sub num.* 4. *vers. & hoc admittendum Mandos. in addit. ad Roman. cons* 420. *sub litt. A uers. sed his non obstantibus Ias. in l. dictantibus num.* 8. *vers. & etiam quod est fortius C. de Testamen. Corrad. in pract. §.* 2. *tit. de Testib. v. proxeneta numer.* 62. *Cæphal. cons.* 65. *numer.* 13. *lib* 1.
49 Et propterea † etiamsi proxeneta nullam reciperet mercedem pro tractatu negocij, & aliud quodcumque eius interesse cessaret, adhuc non diceretur testis idoneus in illo negocio, quod tractauit *Gabr. de Testib. conclus.* 20. *num.* 3. *Beninten. decis.* 61. *nu.* 1. *vers. & non videtur obstare Stracc. vbi supra numer.* 4. *&* 33. *&* 53. *in fine Mascard. de probat. conclusion.* 1036. *num.* 6. *Farinacc. de Testib. quæst.* 60. *num.* 400.

Minùs releuat si adducatur, quòd meretrix, & leno, in quibus non concurrit familiaritas, nec præsumptio affectionis, tamen
50 repellantur à testificando, vt de † meretrice est *tex. in l.* 3. *§. lege iulia ff. de Testib. & firmant Mascard. de probat. conclusion.* 1063. *num.* 40. *Magon. decis. Lucen.* 89. *numer.* 4. *Gigas de Crimine læsæ maiest. lib.* 2. *tit. quomod. & per quos crimen. læs. maiest. probat.*
51 *quæst.* 13. *num.* 4. *libr.* 3. Et † de Lænone *Aufrer. de reprob. test. num.* 64. *Mascard. de probat. conclusion.* 1356. *numer.* 21. Quia licèt in istis non concurrant familiaritas, nec affectionis præsumptio; Attamèn concurrit infamia, propter quam repelluntur à testificando, non autem propter mercedem *l palam §. non solum ff. de ritu nupt. l. athetla §. ait prætor ff. de his qui notan. infam Alex. cons.* 11. *sub num.* 1. *lib.* 1. *cum alijs quos refert. & sequitur Farinacc. de Testib. quæst.* 56. *num.* 358. *&* 364.

Salaria An, & quando veniant in societate communicanda.

QVAESTIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Societatis bonorum plura sunt genera.*
2 *Societas non debet extendi vltrà negociationem à socijs in contractu appositam.*
3 *Societas vnius negociationis non requirit communicationem lucrorum ex alia negociatione prouenientium.*
4 *Salaria non veniunt communicanda in Societate certæ negociationis.*
5 *Salaria, & stipendia sempèr dicuntur esse extrà negociationem.*
6 *Salaria communicanda veniunt in Societate omnium bonorum Contrarium nu.* 7. *Declara vt num.* 8. *& seqq.*
8 *L. si Fratres §. Item Papinianus ff. pro socio declaratur.*
9 *Dictio* & cætera, *quandò reperitur nominalitèr posita, idem importat, quòd* & reliqua omnia.
10 *Verba* & reliqua omnia *de sui natura nihil excludunt, & sunt adeò vniuersalia,*

Lanfranc. Zacchias de Salario.

vt comprahendant etiam ea, quæ aliàs non includerentur.

11 *In societate non veniunt communicanda nisi quæsita ex quæstu.*

12 *Salaria non comprahenduntur sub verbo quæstus, quia non dicuntur acquiri ex quæstu.*

13 *Quæstus dicitur id, quod ex opera cuiuscumque descendit.*

14 *L. quæstus ff. pro socio declaratur.*

15 *Societas non æqualitèr intèr socios diuidenda est, sed maior pars erit illi assignanda, qui plus operæ, vel pecuniæ in ipsa societate impendit.*

16 *Salaria communicanda veniunt in societate vniuersorum, quæ ex quæstu, & operibus descendunt.*

DIstinctionis lumine adhibito in hac quæstione procedendum est ad hoc, vt eius veram definitionem inuenire
1 possimus. Sciendum est igitur, † multa esse societatis bonorum genera, quarum aliqua ad nostram materiam pertinentia sunt referenda.

Alia enim dicitur societas vnius negociationis *l. cum duobus §. cum duo Argentarij & l. cum duo societatem contraxerunt ff.*
2 *pro soc.* Et quia † societas non debet extendi vltra negociationem à socijs in cõtractu appositam *Bar. in l. Titium, & Meuium num. 6. ff. de administrat. Tutor. Cæphal: cons. 65.*
3 *num. 43. lib 1.* ideò † non erit in huiusmodi Societate communicandum, nisi id, quod ex illa negociatione proueniet, & quid quid socij extra illam quoquomodo acquirent vnus alteri de acquisitis nec partem, nec rationem reddere tenebitur; Et ex his
4 patet, non † esse in huiusmodi societate communicanda Salaria *Mantic. de Tacit. & ambig. Conuent. lib. 6 tit. 2. n. 9. Adrian. Negusan. in Sylua Respons. quæst. 276. nu. 7*
5 Maximè quia † Salaria & stipendia semper dicuntur extra negociationem *gloss. in l. si Fratres §. papinianus in v. Irritum ff. pro socio & ibi Bal. in secunda lectura Adrian. Negusan. d. quæst. 276 num. 9.*

Alia est Societas vniuersorum bonorum *l. Societas contrahitur & l. si societatem vniuersarum fortunarum, & l. si frater §. socium ff. pro socio Fælic. de Societ. capit. 9 numer. 6. Mantic. de Tacit. & ambiguis conuent. lib. 5.*
6 *tit. 2 num. 6.* Et † in hac societate communicanda esse Salaria, quę dantur Notarijs, Assessoribus, Medicis, Ambasciatoribus, Decurionibus, Aduocatis, Iudicibus, Ducibus, Caporalibus, & Domesticis, Principum, nec non Salaria prouenientia ex operibus diurnis, & sic cuiusuis generis personarum asseruerunt *Fælic. de societat. capit. 12. num. 26. Giurb. in consuetud. Senat. Messanen. cap. 1. glos. 3. part. 1. num. 17. Adden. ad Bal. in l. cum duobus §. item Papinianus ff. pro soc. Aretin. in §. manet. numer. 4. Instit. de Societ. Caroc. de locat. & conduct. part. 2. tit. de Medico quæst. 10. num 3. Guttier. pract. quæst. 119. num. 7. & in auth. Sacramenta Puberum num. 54. C. si aduers. vendit. Federic. Solis de bon constit. matr. acq. quæst. 17. num. 10. Suar. tit. de las Ganancias num. 32. Muta ad consuetud. Panormit. 44. num. 54. Io: Lup. in repetit. rub. de donat. inter virum & vxorem §. 61. num. 18. Ioseph. Ludouic. de Soc conclus 63. illat. 10 Michalor. de fratrib. par. 2. cap. 26. n. 5.* cum alijs longa serie relatis per Giurb. locis proximè supra citatis.

7 Quorum † tamen DD. opinione non obstante liceat mihi contrariam sententiam amplecti, Scilicèt, In societate omnium bonorum simplicitèr contracta nullo modo communicanda esse Salaria, Non obstantibus rationibus, super quibus fundata repèritur sententia prædictorum DD. quibus ni fallor facili negocio potest responderi. Pri-
8 mum † igitur fundamentum est *l. si Fratres §. item Papinianus ff. pro socio* in quo *§.* expresse dispositum videtur, quòd Salaria veniant in huiusmodi societate communicanda, dum dicitur, quòd si inter fratres voluntarium commercium initum fuerit, & stipendia cęteraque Salaria in communi redigi iudicio societatis, Verum si attenta mente predicta verba considerentur, proùt considerauit glos. apparebit verum, & germanum sensum prædictorum verborum, quibus ille §. reperitur conceptus esse. Quòd inter fratres coitum actum fuerat voluntarium consortium, vt stipendia & cætera communia essent, vt dicit *glos.* qua expressione stante nulli dubium, est Salaria esse communicanda in societate, Dictio
9 † enim illa, & cætera, cum sit vniuersalitet posita, idem importat, quòd, & reliqua omnia *l. cæterorum ff. de verbor. significat. l. 2. C.*

de

de hæred. instit. l. meuias ff. eodem Roman.
10 *cons.* 343. *num* 6. quę † verba de sui natura nihil excludunt, & sunt adeo vniuersalia, vt comprahendant etiam ea, quæ aliàs non includerentur *Marescot. variar. resolut. cap.* 45. *num* 14. *lib.* 1. *& cap.* 138. *num.* 33. *lib.* 2. *Mascard. de probat. conclus.* 148. *sub num.* 9. *vol.* 1. *Anton. Monach. decis. florent.* 69 *num.* 8. *Barbos. de diction. dict.* 207. *n.* 1. *in fine*. Secus autem, quando fuerit facta societas omnium bonorum simpliciter, non addiecta illa dictione *& cetera*, & non facta mentione de Salarijs, tunc namque Salaria non possunt dici comprehensa.

11 Quod † eo magis subsistit stante dispositione tex. *in l. coiri societatem ff. pro socio*, in qua sancitum reperitur, quòd in societate non veniunt (quotiescumque non fuerit aliud expressum) nisi quæsita ex quæstu, puta emptione, venditione locatione.
12 Sub † quo verbo quæstu non comprahenduntur Salaria, & stipendia, cum non dicantur acquiri ex quæstu *Bal. in d. l. si Fratres §. item Papinianus ff. pro socio*, Nec ob-
13 stat si dicatur, quòd quæstus † intelligitur, qui ex opera cuiuscumque descendit, vt in *l. quæstus ff. eodem Bero cons* 190. *n.* 14. *libr.* 1. *Fælic. de societat. cap.* 13. *num.* 5. *Ciarlin. controuers.* 16. *sub num.* 9. *vers. quæstuaria au-*
14 *tem lib.* 1. Quia † licèt textus dicat ex opera, non intelligitur ex opera, prout est diurnum officium vt in *l.* 1. *ff. de oper. libert.* sed sumitur pro solertia, & diligentia, ex qua aliquid quæritur, vt exponit *glos. in d. l. quæstus v. ex opera* Imò prædicta lex non intelligit de omni opera, quę prouenit ex solertia, & diligentia, sed de illa opera solerti, & diligenti, quæ prouenit ex contractu quæstuario, & mercantili, & hoc est quod demonstrat *l. coboni in fine*, dùm specificat emptionem venditionem *Sagur. ad Bal. in l. si Fratres §. si Fratres §. inter ff. pro socio Fælic. de societ. cap.* 13. *de quæstu num.* 5. *Ruin. cons.* 101. *sub num.* 10. *vers. sed præmissa lib.* 1.

Alterum fundamentum prædictorum affirmantium, Salarium communicandum esse in societate omnium bonorum est. AEquitas, Nam inconueniens est, dicunt ipsi, quòd vnus socius quotidie se exerceat in societate, nullique parcat labori pro conseruanda, & augenda societate dimittens quidquid lucrari posset locando operas suas, Alter vero socius locet operas suas pro Salario non curans aliquod studium pro societatis vtilitate impendere, & non teneatur lucrum communicare alteri socio, hoc namque facere iniquum omninò est, & contra legem societatis cum vnus dici debeat laborasse communitèr, alius vero particulariter, itaut non teneatur suá lucra communicare. & possit de alijs participare *Bal. in d. l. si Fratres §. Item Papinianus Caroc. d. quæst.* 10. *sub d. num.* 3.

Cessat tamen hoc fundamentum per *l. si societatem & l. si non fuerit ff. pro socio*, qui-
15 bus Sancitum extitit, quòd † non æqualitèr veniat diuidenda societas si alter plus operæ, & industriæ vel plus pecuniæ fuerit collatus, sed maior pars erit illi communicanda, qui plus contulit. Sicque dum socius laborans in societate suorum laborum præmium refert, vt patet *ex ll. suprà allegatis*, & latiùs nos dicemus infrà *in par.* 2 *quæst.* 1. non potest aliquo modo dici læsa æquitas, si alter socius non communicet Salaria, quæ lucratur ex locatione suarum operarum, Imò æquitas non seruaretur quando Salaria venirent communicanda, Potest namquè esse, quòd vnus socius magna Salaria consequatur propter officium, quod exercet, vt puta si sit Iudex, Aduocatus, Medicus, vel similis, quibus soluitur Salarium, non habita ratione laborum, sed probitatis scientiæ, alius vero socius sit vilis persona, quæ ex suarum operarum locatione soleat tantùm lucrari, quantùm pro suis alimentis sufficere possit.

Alia est societas vniuersorum, quæ ex quæstu, & operibus descendunt, *Mantic. de Tacit. & ambig. conuent. d. lib.* 6. *tit.* 2.
16 *sub num.* 6. Et † in hac societate communicanda veniunt Salaria, est stipendia, cum sub nominibus quæstus, & operarum simul acceptis comprahendantur quælibet operæ, vel sint fabriles, vel officiales, vel quæstuariæ *Bar. in l. si non sortem §. libertus num.* 28. *ff. de condict. indebit.* & quilibet socius debebit in societate ponere quidquid fuerit lucratus suis operibus, tàm si se exercuerit in operibus fabrilibus, officialibus, quæstuarijs, seu alijs quibuscumque. Idem quoque esse dicendum crederem, si fuisset facta societas vniuersorum, quę ex operibus prouenient, sumpto verbo, opera generaliter, secus verò si specialiter, vt

puta

puta, si fuerit facta societas omnium, quæ ex quæstu prouenient, nam tunc, licèt quæstus dicatur descendere ex opera, non tamen debebit socius communicare; nisi id, quod lucratus fuerit ex operibus quæstuarijs, & mercantilibus, non autem, id quod ex operibus officialibus, seu fabrilibus, quæstui enim non possunt conuenire, nisi operæ mercantiles, vt per *glos. in d. l. quæstus verbo ex opera*.

Multas alias possem hìc afferre societatum species, verum quia in nulla ipsarum veniunt communicanda Salaria, nisi fuerit expressè conuentum, ideo illas, omissas facio remittens Lectorem, qui plura de materia societatis habere vult ad *Felic. de Societat. cap. 9. per tot. & ad Mantic. de Tacit. & ambig. conuenction. lib. 6. tit. 2. per tot.*

Salarium proueniens ex officio quæsito per Patrem Filio, An ei imputetur in legitimam.

QVAESTIO XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Salarium proueniens ex officio quæsito per patrem filio ei in legitimam imputatur si officium sit transmissibile ad hæredes, Intellige vt num. 5. & 12.*

2 *Salarium proueniens ex officio à patre filio quæsito imputatur in legitimam si officium non sit ad hæredes transmissibile sed tamen vendibile durante vita officialis, Contrarium numer. 3. Intellige vt numer 12.*

4 *Salarium proueniens ex officio à patre filio quæsito non imputatur in legitimam si officium non sit vendibile, nec ad hæredes transmissibile, Intellige vt numer. 5. & 12.*

6 *Emolumenta, quæ proueniunt ex officio paterna pecunia comparato ratione pecuniæ deducta æstimatione oneris personæ dicuntur profectitia, & imputantur in legitimam.*

7 *Emolumenta, quæ reddit officium pecunia patris comparatum ratione laboris, & exercitij non computantur filio in legitimam, & num. 9.*

8 *Peculium castrense, non imputatur filio in legitimam, sicut nec aduentitium.*

10 *Lucra prouenientia ex mercantijs emptis ex pecunia patris communicanda veniunt filio, cuius industria in eis versata fuit, Amplia vt num. 11.*

12 *Emolumenta, quæ proueniunt ex officio à patre filio procurato non imputantur in legitimam, si officium tale sit, quod emolumenta non habeat, nisi concurrat labor ipsius filij.*

SI pater procurauit aliquod officium filio, ex quo ipsi filio prouenit Salarium, an istud computandum sit in legitimam, Quæstio est tractata per Doctores in *l. omnimodo §. imputari C. de inoffic. testamen.* Et communiter cum infrà relata distinctione resoluitur, videlicèt.

1 Aut † officium à Patre Filio procuratum est tale, vt possit transmitti ad hæredes, & tunc Salarium ex eo proueniens imputandum esse volunt in legitimam, vt post *Glos. Angel. Io. Fabr. Odofred. Salicet, Fulgos. & alios scribentes in d. l. omnimodo §. imputari Mangil. in tract. de Imputat. & detraction. quæst. 33 num. 2.*

2 Aut † non est transmissibile ad hæredes, sed durante vita officialis est vendibile, & tali casu nonnulli voluerunt, quòd illud annuũ Salariũ imputandum sit in legitimam, *Nunez. de Auendan. resp 9. n. 3. Menchac tom. 1. lib. 3. §. 30. par. 3. num. 403. Boer.*
3 *decis. 14. num. 3. & seqq.* Alij † tamen, & fortassè meliùs dixerunt, quòd illud annuum Salarium non computetur in legitimam, sed tantummodò computandum sit prætium, quod proueniret ex ipso officio in casu, quo venderetur, & hanc opinionem amplectitur *Bal. in d. §. imputari numer. 6.*

4 Aut † denique officium est tale, quod non possit vendi, nec transmitti ad hæredes, & tali casu non esse imputandum in eius legitimam voluerunt *Angel. in d. l. omnimodò in princip. vers. idem* vbi ponit casum, quòd pater procurauerat filio annuum redditum cum onere aduocationis *Molin. de Iust. & Iure tractat. 2. disput. 241. vers. quoad posteriorem Balthaxar. Thomas. in suis decad. par. 1. tractat. 4. tit. 15. de Imputat. in legitim.* vbi de Salario aduocationis per patrem filio quæsitum *Calcan. cons. 14. col. 5.*

col 5. Peregrin. de fideicommiss. art. 36. sub num. 130. vers. ea autem Garz. de Expens. & melioramen. cap. 4. sub num. 14. & facit tex. in l. 1. §. nec. castrense vers. sed an id ff. de collat. bonor.

5 Ego † autem in casu nostro, in quo non quæritur, an imputandum sit in legitimam ipsum officium, vel eius prætium, sed emolumenta, quæ ex ipso proueniunt, aliter distinguendum esse existimo, scilicet, Aut officium reddit emolumenta per se ratione pecuniæ in illius emptione erogatæ, & talia emolumenta inputanda esse crederem in legitimam, non habita ratione an officium de sui natura sit transmissibile ad

6 heredes, vel non, ea ratione, quia † emolumenta huiusmodi tamquàm prouenientia ex pecunia paterna dicuntur profectitia *Bar. in l. cum oportet num. 3. & 4. C. de bon. quæ liber. Speculat. de Iudic. §. sequitur vers. quid si alter. filiorum*, Et in legitimam vti talia imputantur *Crauett. cons. 165. num. 2. lib. 1.* & hanc opinionem comprobare videntur *Bar. in l. 1 §. nec castrense numer. 7. vers. sed quæro ff. de collat. bonon. Merlin. de legitim. libr. 2. titul. 2. quæstion. 24. numer. 5.*

7 Aut † verò officium habet certa emolumenta ratione pecuniæ erogatæ in illius emptione, & alia, quæ ratione laboris percipiuntur, prout habent officia Scriptorum, & Registratorum Litterarum Apostolicarum, & alia quamplura officia Cancellariæ, & in hoc casu existimarem, computanda esse in legitimam illa emolumenta tantummodo, quæ officium reddit per se, non autèm illa, quæ ratione laboris percipiuntur *Merlin. vbi supra d. quæst. 24. nu. 4.*

8 quia hæc reputarentur † peculium quasicastrense, vel aduentitium, quorum neutrum in legitimam imputantur, vt per *Doctores comuniter. in l. quartam ff. ad leg. falcid. Mangil. in Tractat. de Imputation. quæst. 29. n. 27. & seqq.*

Nec dici potest, talia emolumenta prouenire ex pecunia patris, cum requirant industriam filij, sine qua ipsa emolumenta cessarent, Quamobrem concludendum est,

9 quòd † quotiescumque ex operibus filij emolumenta proueniunt, nullatenùs imputanda veniant in legitimam, licèt officium, in quo operę versantur fuerit ei procuratum à patre, vt benè *Iacob. Butrigar. in l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. & ibidem Corn.*

10 *nu. 7.* vbi firmant, quòd † lucra prouenientia ex mercantijs emptis ex pecunia patris non dicantur quæsita simplicitèr ex paterna pecunia, sed etiam ex operibus filij, cum non minus æstimetur industria, & opera quàm ipsa pecunia, Ideoquè, partem lucrorum assignandam esse patri, aliam verò filio propter industriam, & hoc ipsum firmarunt *Bal. cons. 259. incipien. factum ità se habet lib. 5. Roman. cons. 469. Soccin. cons. 192. lib. 2 Crauett cons. 165. sub num. 1. vers. si autem dicamus lib. 1. Dec. in l. illud col. penul. in fine*

11 *C. de Collation.* In † tantùm, vt si posset considerari, lucrum magis prouenisse ex industria filij, quàm ex pecunia patris, maior pars spectaret ad filium, & patri assignanda veniret illa portio, quæ secundùm loci consuetudinem ex quantitate pecuniæ expositę solitum esset prouenire *Alex. in l. si tibi §. si pactus in fine ff. de pact. Dec. in d. l. illud col. fin. Crauett. d. cons. 165. num. 1. in fine Crot. in repetit. l. Fratrer à fratre in 32. quæstion. n. 118. C. de cond indebit Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 176. num. 5. Becc. cons. 113. n. 20. lib. 1. Peregrin cons. 97. num. 61. lib. 4 Carcc. in decis. cas. frequen. cas. 30. num. 2. & in tractat. de locat. & conduct. par. 3. tit. de bon. quæ liber. sub num. 23. Graff. in tractat. de success. §. legitimam quæst. 26. sub num. 3. Ioseph Ludouic. decis. perus. 28. num. 15. Surd de Aliment. tit. 9. quæst. 20. num. 10. & 16. Molin. de Iust. & Iure disputat. 234. col. 1. in fine.*

12 Quandò † autèm officium sit tale, vt non habeat nisi illa emolumenta, quæ proueniunt ex industria, & operibus filij, vt puta, si per patrem fuerit procurata filio aliqua aduocatio, iudicatura, capitaneatus, vel similia, Salarium ipsi filio prouenìens ex huiusmodi officijs nullatenus imputãdũ erit in eius legitimam *Angel. in d. l. omnimodo §. imputari in princip.* vbi ponit casum, quòd pater procurauerat filio annuum redditum cum onere aduocationis, *& ibidem Io. Faber Odofred. Alberic. Castren. & Fulgos Vasquez. de Successīon. par. 1. lib. 3. §. 30. n. 217. Rota coram Cardinali Seraphin. decis. 539. n. 5. & 6.*

Legatum factum operarijs pro Salario, & remuneratione laborum An pręcedat legitimam in computatione.

QVAESTIO XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Legata non deducuntur antè legitimam, nec ipsam minuunt.*
2 *Legata pia non possunt filiorum legitimam minuere.*
3 *Legitima continet causam piam, & est fauorabilior qualibet pia causa, & etiam ipsa Ecclesia.*
4 *Legatum factum famulis pro mercede, & remuneratione laboris minuit legitimam, Contrarium num.6. Declara vt num.7. & seqq.*
Legatum factum ex causa remunerationis est quædam laborum compensatio, & accedit naturæ contractus onerosi.
6 *Legitima detrahitur etiam ex legato facto ex causa remunerationis.*
8 *Legatum alicui non ex causa necessaria, sed voluntaria factum, non potest impedire detractionem legitimæ.*
9 *Legatum factum ex causa remuneratoria, & necessaria detrahitur antè legitimam Dummodò tamen legatum non excedat merita, vt num. 11.*
10 *Legitima non detrahitur nisi prius solutis debitis.*

1 Recepta cōmuniter est cōclusio, quòd † legata non deducantur ante legitimam, nec ipsam minuant argumento *l. scimus antea C. de in offic. testamet. Alex. cons.176. num.2. lib.6. Borgnin. in tractat. de vsufruct. num.45. Grat. cons.160. num.28. lib.2. Soccin. Iun. cons.47. num.3. lib.2. Curt. iun. cons.327. num.12. Petr. de fideicommiss. quæst.15. num.66. Port. cons.82 Crauett. cons.141. numer.5. Rolan. consil.65. num.30. lib.1. Castren. cons.82. in princip. lib.1 Surd. cons.332. num.14. Peregrin. de fideicom. art.36. n.35. Gratian. disceptat. forens. cap.751. num.14. & seq. Rot. decis.620 num.2. par.4. in recen. & decis.161. num.1.*
2 *post. Pacific. de Saluian. interd.* quod † locum sibi vindicat etiam in legatis ad piam causam factis, quæ nec valent filiorum legitimam minuere *Bar. in l. si quis ad declinandum num.6. C. de Episcop. & cleric. & in §. sin autem hæres sub num.4. Auth. de Eccles. tit. Caphal. cons.65. num.31. Mangill. de Imputat. quæst.49. nu.63, in fine Rot. coram San.*
3 *mem. Greg. XV. decis.539. num.5.* cum † legitima quoque causam piam contineat, immò fauorabilior sit qualibet pia causa, & Ecclesia *glos. in c. fin. v. non reddere 17. quæst.4. d. l. si quis ad declinandum C. de Episcop. & cleric. Dec. cons.480. num. 21. Ruin. cons.140. num.11. lib.5. Rot. decis.420. n.1. par.4. in recen.*

Receditur tamen à supradicta conclusio-
4 ne quando † legatum fuisset factum famulis, seu alijs operarijs pro mercede, & remuneratione laborum, quiâ tali casu legatum huiusmodi minuit ipsam legitimam, cum ante ipsam veniat deducendum, vt voluit *Alex. in cons.31. sub num.1. vers. & propterea deducendum erit lib.4.* quem sequuti fuerunt *Cagnol. in l. Papinianus §. quarta sub num.11. vers. similiter relictum. ff. de inoffic. testamen. Bonacoss. in tractat. de seru. & famul. quæst.192. Merlin. de Legitim. lib.2. tit.1. quæst.10. sub num.18. Crauett. cons.141 numer.4. Petr. in d. tractat. de fideicomiss. quæst.16. num.8.* Et pro eorum opinione ea
5 adducitur ratio, quòd legatum † factum ex causa remunerationis sit quædam compensatio laborum, seu Salarium, & accedat naturæ contractus onerosi *l. Attilius regulus ff. de donat. l. sed & si lege §. consuluit in fine ff. de petit. hæred. Tiraquell. in l. si vnquam v. donatione largitus num.11. C. de reuocan. donat. Menoch. de præsumption. lib.3. præsumpt.29. num.8. Rot. decis.292. num.13. par.5. in recentior.*

6 Contrariam † tamen opinionem esse magis communem firmat *Merlin. d. quæst.10. num.24.* nempe, quòd etiam ex legato, seu donatione remuneratoria legitima detrahenda sit, vt voluit *Castren. in Auth. Vndè si parens num.7. & ibi Ias. num.15. ad finem C. de inoffic. testamen. Bertran. cons. 71. nu.9. in secunda par.1. lib. Aymon. cons. 165. nu.4. & 6. Borgnin. de Vsufruct. mulier. relict. sub num.95. circà medium vers. & nedum prælegata Rot. coram Cardinali Seraphin. dec.416 num.14.*

7 Pro

7 Pro † concordia istarum opinionum crederem, distinguendum casum, in quo fuit factum legatum illi famulo, qui pro consequutione suæ mercedis poterat iudicialitèr agere contra hæredem, ab eo, in quo famulus agere non poterat, vt puta, si Salarium non fuisset conuentum, & in hoc secundo casu, crederem, quòd legatum ipsam legitimam non præcederet, cum diceretur ex voluntaria, non autem ex necessaria causa fa-
9 ctum, † quod non valet impedire legitimæ detractionem *Castren. cons. 134. num. 2. Aymon. cons. 141. num. 5. & 165. num. 4. Glos. fin. in l. Seruum quoque §. fin. ff. de procur. & glos. fin. in l. rem legatam ff. de Adimen. leg. Soccin. cons. 148. col. fin. in fine libr. 1. Corn. cons. 190. num. 8. libr. 4. Rip. responsor. lib. 3. cap. 10. de Reuocan. donat. Pinell. in l. 1. in 4. par. num. 76. C. de bon. matern. Couarru. in c. Raynutius §. 10. num. 9. de Testamen. Seraph. d. decis. 416. n. 27.*

10 Si vero † versamur in casu, quo famulus poterat agere, dubium non est quin legatum præcedat ipsam legitimam tamquam
11 debitum necessarium, quo † non satisfacto legitima non debetur *d. l. papinianus §. quarta ff. de inoffic. testamen. DD. in l. ex facto & in l. quoties ff. de hared. instituen. Bar. in l. secunda num. 3. C. si in fraud. patron. & in l. 1. in fine C. de reuocan. his quæ in fraud. patr. Cuman. in l. hæreditatum num. 5. C. de bon. author. iudic. possid. Pic. in l. post contractum num. 13. 16. & 24. ff. de donat. Rot. decis. 121 num. 2. par. 6. & dec. 198. num. 20. par. 7. in recen.* Et in hoc casu locum sibi vindicare potest opinio *Alex.* & aliorum, quos suprà
11 retuli numero quarto, quam tamen † intelligas tunc procedere, quando legatum non excedat summam debitæ mercedis *Rip. in l. si vnquam quæst. 14. num. 30. vers. secundo C. de reuoc. donat. & ibique Tiraquell. verbo donatione largitus num. 106 & 107. Ias. in l. ex hoc iure nu. 55. in fine ff. de Iust. & Iure Lup. in Rubr. de donat. §. 50. num. 33. Guttier. in tractat. de Iuramen. par. 1. cap. 5. n. 2. & 3. Cardinalis Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 21. tit. 4. num. 8.*

Quando autem dicendum sit legatum non excedere summam debitam pro mercede satis demonstrauimus supra in quæstione nona.

Acceptans legatum, in quo declaratur per Testatorem, Salarium ipsi debitum compensandum esse cum legato, an sibi præiudicet ita vt Salarium petere non possit.

QVAESTIO XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Acceptans legatum, in quo testator mandat compensari creditum Salarij, non potest ipsum Salarium petere. Amplia vt numer. 3. Declara vt num. 9. 10. & 13.*

2 *Acceptatio legati, in quo testator mandat comprehendi creditum impedit executionem obligationis Cameralis.*

4 *Acceptans legatum censetur illud acceptare cum onere iniuncto.*

5 *Etiamsi onus excedat valorem legati.*

6 *Acceptans legatum sibi factum in extinctionem sui crediti videtur legatum pro suo credito æstimare.*

7 *Eligens vnum ex duobus incompatibilibus alteri dicitur renunciare itaut ad illud postea redire non possit.*

8 *Scientia contentorum in testamento præsumitur in eo, qui illius vigore egit.*

11 *Scientia codicilli non infertur ex eo, quòd quis habuerit scientiam testamenti.*

12 *Testator legando suo creditori non censetur legasse animo compensandi debitum.*

14 *Acceptatio, vt renunciationem inducat, requirit scientiam dispositionis, per cuius acceptationem inducitur renunciatio iuris competentis ipsi acceptanti.*

15 *Approbatio dispositionis defuncti non datur sine scientia approbantis.*

1 HVic † quæstioni affirmatiua fuit per S. Rotam Romanam assignata resolutio sub die 22 Iunij 1591. coram Cardinali Seraphino, vt videre est in decis. 961. inter eius impressas; Ratio autem decisionis fuit, quia acceptando quis tale legatum videtur insuper acceptare, & approbare declarationem à testatore factã in ipso legato *l. fin. §. fin. & ibi Bar. de inoffic. testamen. Castren. in l. si eum dotem §. si pater*

alicui Regioni noceret, nam tali casu etiamsi id fiat præcedente operarum locatione, & mercedis receptione subsequente, tamen huiusmodi mercedis receptio non inferret notam infamiæ *Sed si quis operas suas locauerit, vt feras venetur, vel vt depugnet feram, quæ Regioni nocet, non est notatus*, sunt verba textus prędictę *l. 1. vbi Bar. in d. §. remouet nu. 6. & 7.* vbi alia adducit exempla.

Et hæc, quæ dicimus de depugnatione bestiarum locum habent etiam in alijs quibuscumque actionibus, dummodo non sint tales, quæ etiam absque receptione mercedis si exerceantur ignominiam, & infamiam afferant, vt *in l. 1. & toto tit. ff. de ijs, qui notantur infamia.*

15 An † autem si quis locauerit operas suas pro certa mercede, vt fabulas repræsentaret in scenis, vel bestias debellaret in arena dicatur infamis, si deinde non deueniat ad actum, est quæstio valde controuersa ob diuersas opiniones Caij, & Vulpiani, Ille enim *in l. 3. ff. de his qui notan. infam.* talia fatur *Qui operas suas locauit vt prodiret artis ludricæ cau a neque prodijt non notatur quia non est ars adeo turpis, vt etiam consilium puniri debeat*, Vulpianus vero in *l. Item senatus consultus ff. de postulan.* voluit posse affectum puniri nota infamiæ etiam effectu non sequuto dum infrascriptis vtitur verbis *Item senatusconsulto etiam apud pedaneos Iudices postulare probibetur qui operas suas, vt cum bestis pugnaret locauit*, & paulo infrà. *Ergo qui locauit solus notatur, siue depugnauerit, siue non.*

In hac Legum contrarietate, vt quæstionis propositę definitio haberi possit facienda est differentia inter debellationem belluarum, de qua loquitur Vulpian. & artem scenicam, de qua Caius sermonem habet, Itaut si quis locauerit operas suas in arte ludrica, quas postea non præstauit, non dicatur infamis, quia in tali arte ipsum factum, non autem propositum infamiam irrogat *c. 1. de Vit. & honest. cleric. in 6.* Si quis vero ad debellandas bestias in arena de mercede conuenerit eo ipso dicatur infamis, quia non factum, sed propositum odiosum est, cum pro vili prætio quodammodo vendatur vita, quæ in tali certamine euidentissimo periculo exponitur, vt *in l. 1. §. bestias ff. de postulan.* atque ideò punitur affectus, etiam non sequuto effectu *l. 3. §. si autem ff. de bon. eor. qui sibi mort. consciu.*

An, & quando per receptionem Salarij quis dicatur Familiaris?

QVAESTIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Familiaris propriè dicitur ille, qui Salarium recipit pro seruitio alicui præstito.*

2 *Familiaris verbum multipliciter accipi solet.*

3 *Familiaris verbum accipitur in significatione larga, stricta, & magis stricta secundùm effectus, proptèr quos de ipsa familiaritate quæritur.*

4 *Familiaris quis non dicitur per solam receptionem Salarij ad effectum, vt intret reseruatio regulæ quartæ Cancellariæ, sed requiritur, quòd sit ipsius Cardinalis commensalis, & seruitio eius personam respicienti destinatus.*

5 *Familiaris non dicitur Vicarius, nec Auditor generalis, & similes, licèt Salarium recipiant, cum non possint dici commensales, Contrarium de Vicario n. 6. Declara v t num. 9.*

7 *Vicarium habere, vel non, est voluntarium Episcopi.*

8 *Episcopus non tenetur deputare Vicarium, nisi vrgeat necessitas.*

10 *Assistentes Anticameræ Cardinalis non dicuntur eius familiares, licèt certam mercedem recipiant, nisi sint certo officio destinati.*

11 *Assistentes anticameræ picti tapetes nuncupantur.*

12 *Familiaris Episcopi non dicitur quis per solam receptionem mercedis, itaut possit ab Episcopo ordines recipere, sed requiritur, quòd seruiuerit præsentialitèr Episcopo per spatium trium annorum.*

13 *Episcopus non potest ordines conferre ijs, qui Salario percepto eius negocia gesserint in partibus remotis.*

14 *Familiares Episcopi gaudent priuilegio fori, & immunitatis tàm in ciuili, quàm in criminali negocio, nec laycorum statutis ligantur.*

15 *Familiaris Episcopi, ad effectum gaudendi priuilegio fori & immunitatis, dicitur, is, qui ab ipso Episcopo Salarium recipit, licèt eius expensis non viuat.*

16 *Fa.*

16 *Familiares Nunciorum Apostolicorum gaudent priuilegio fori.*

17 *Familiares S. Inquisitionis non nisi in Tribunali Inquisitoris poterunt tàm ciuilitèr quàm criminaliter conueniri.*

18 *Familiares Religiosorum fori priuilegium habent ex dispositione S. Concilij Tridentini.*

19 *Familiares Clericorum simplicium quando gaudeant priuilegio fori?*

20 *Familiares Principũ gaudent fori priuilegio.*

21 *Familiares Papæ percipiunt fructus præbendarum in absentia.*

22 *Familiares Episcoporum percipiunt fructus præbendarum in absentia.*

23 *Familiaris non dicitur ad effectum percipiendi fructus præbendarum ille, qui à Pontifice, vel Episcopis Salarium recipit, nisi eorum personis præstet obsequium.*

24 *Licentia intere ssendi diuinis tempore interdicti particularibus personis concessa suffragatur etiàm familiaribus, Declara vt num.26.*

25 *Familiaris quis non dicitur per Salarij receptionem, & commensalitatem ad effectum, vt ei suffragetur licentia concessa Domino interessendi diuinis tempore interdicti, nisi sit de ijs, qui ipsum Dominum solent comitari.*

27 *Familiares Cardinalium, & Prælatorum si infrà annum à die obitus Domini Salarium non exposcunt inducitur præscriptio ex dispositione Constitutionum san. mem. Pauli III. & Pij V.*

28 *Constitutiones san. mem. Pauli III. & Pij V. inducentes præscriptionem mercedis familiarium Cardinalium, & Prælatorum si infrà annum à die obitus Domini pro ea non fuerit institum, non habent locum in Agentibus, Procuratoribus, & similibus, qui non dicuntur familiares.*

29 *Armorum delatio conceditur in gratiam dignitatis familiaribus Principum Secularium.*

30 *Armorum delatio conceditur familiaribus Principum Ecclesiasticorum.*

31 *Episcopi in propria dioecesi dicuntur Principes.*

32 *Familiares dicuntur omnes quomodocumque seruitium Principi præstantes quando agitur de familiaritate ad effectum delationis armorum.*

33 *Familiaris quis dicitur vt gaudeat priuilegio delationis armorum si in rotulo Familiarium Principis reperiatur descriptus.*

34 *Familiaritas benè probatur ex descriptione alicuius in rotulo familiarium.*

35 *Testes familiares eius, ad cuius instantiam examinari debent reiciuntur à testimonio ferendo.*

36 *Familiares dicuntur omnes, qui Salarium recipiunt ad effectum, vt repellantur à testimonio ferendo, Contrarium num. seq.*

37 *Salarium non repellit testes à testimonio ferendo, nisi cum perceptione Salarij concurrat habitatio, & num.40.*

38 *Familiaris potest testimonium ferre pro Domino, à quo non recipit nec Salarium nec expensas.*

39 *Expensæ, quæ præstantur famulis succedunt loco Salarij.*

41 *Administrator non admittitur ad testificandum pro administrato, licèt non sit eius familiaris, Declara vt num.42.*

43 *Aduocatus, Procurator, Sollicitator, & similes repelluntur à testimonio ferendo pro suis clientulis.*

44 *Aduocatus, & Procurator non reijciuntur à testimonio ferendo ratione mercedis, sed ratione affectionis, quà præsumuntur prosequi causam ab ipsis defensam.*

45 *Aduocatus, & Procurator reiciuntur a testimonio ferendo pro clientulis, licèt mercedem non recipiant.*

46 *Aduocati, & Procuratores admittuntur ad testificandum pro suo clienti in causa, in qua patrocinium non præstant.*

47 *Proxenetæ non admittuntur in testes in illis negocijs, quorum mediatores fuerunt, Amplia etiamsi pro tractandis illis negocijs nullam mercedem receperint, vt numer. 49.*

48 *Proxenetæ præsumuntur habere affectionẽ negocijs eorum opera perfectis, vel perficiendis.*

50 *Meretrices repelluntur à testimonio ferendo.*

51 *Lenones non admittuntur ad testificandum.*

52 *Meretrices, & Lenones non repelluntur à testimonio ferendo ratione mercedis, sed ratione infamiæ.*

1 Fami-

1 FAmiliaris † propriè dicitur ille, qui Salarium recipit pro seruitio, quod alicui præstat *l. finali C. de proxim. Sacr. scrinior. lib.11. l. ædiles 25. §. familia ff. de publican. Salicet. in l. 2. num.5. C. de Episcop. & cleric. Ancharan. cons. 398. num.1. Bero quæst. 39. num.2. Farinacc. de Testib quæst.55. num.133. Caball. cas.299. num.6 Danz. in pugn. DD. tit. de Cleric. & famil. cleric. cap.1. num.11. Ciriac. controuers.153.*
2 *num.33.* Verum cum † multipliciter accipi soleat significatio verbi familiaris *c. finali de verb. significat. in 6. c. cum dilectus, & ibi Abb. num.8. de Cleric. non residen. l. pronunciatio §. familiæ ff. de verb. significat. l.2. in fine iuncta glos. in v. familiares ff. de in ius vocan. Bal. in l.1. C. de Episcop. & cleric. Garz. de benefic. par.5. cap.1. num.314. Aloys. Ricc. in praxi for. Eccles. resolut.459. num.1.*
3 Quandoquè † enim largè sumitur, aliquandò strictè, & nonnunquàm strictius secundùm effectus, proptèr quos de ipsa familiaritate quæritur, vt post *Bal. in c. litteris num.1. vers. familiares dicuntur omnes, & ibidèm Fælin. num.3. vers. tertio nota de Testib. Aufrer. de reprob. test. num.36.* aduertit *Farinacc. in tractat. de Testib. quæst.55. num.120.* Ideò pro definitione præsentis quæstionis, necessarium erit videre, ad quèm effectum de ipsa familiaritate quæratur. Si enim ageretur ad effectum, vt in-
4 traret dispotio † Regulæ Quartæ Cancellariæ reseruantis beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, non esset sufficiens, ad hoc, vt quis familiaris diceretur, quòd haberet à Cardinali simplex Salarium, sed insupèr requireretur, quòd ille Salariatus esset destinatus seruitio respicienti personam Cardinalis, & ipsius commensalis existeret *d. c. fin. de verbor. significat. in 6. & ibi Barbos. nu.3. Bero quæst. 35. num.3. Gomes. supèr regul. Cancellar. de impetran. benefic. vacan. per obit. Cardinal. quæst. 13. num.1. cum sequen. & ibidèm Mandos. quæst. 16. Paris. cons. 50. num. 33. vol. 4. Mascard. de probation. conclus. 775. num.1. & seqq. Fusch. de Visitat. lib.2. cap.23. num 6. Castren. cons.340. sub num.2. vers. familiaris namquè lib.1. Lotther. de Re benefic. lib.2. quæst.28. num.58. Gratian. discept. forens. cap.257. num.41. Simonett. de Reseruat. quæst.35. num.21. Menoch. de Arbitrar. iudic. cas. 552. num. 2. & 5. Paris. de Resignat. lib.10. quæst.3. num.22. Tondut. Sanleger. resolut. benefic. par.2. cap.3. §.3. num.11. Rot. decis. 584. num.3. par.1. recen. & coram Durano decis.44. num.6. & coram Andrea dec.3. num.4. & coram Buratt. decis. 228. num.1 & coram Penia decis.617. num.1. & in Vlixbonen. Beneficij de Azambuca 6 Iunij 1614 & 4. Iulij 1618. coràm Sanctissimo D. N. Innocentio X.*
5 Vndè † familiares non dicuntur Vicarius, nec Auditor generalis, nec Visitatores, alijque officiales, qui licèt quid annuum, vèl menstruum percipiant pro Salario, & expensis; attamen non possunt verè commensales appellari, cum potius dignitati, quàm personę seruitium præstent *Garz. de benefic. par.5. cap.1. num.318. & 324. Simonett. de Reseruat. quæst.35. num.20. in reg.3. quæst.19. n.3. vers. plura possent & quæst.45. vers. quartò quæritur Gratian. disceptat. forens. cap. 257. num. 41. Aloys. Ricc. d. resolution.459. num.4. Gonzal. ad reg.8. Cancellar. glos.51. num.66.* & ità resoluit *Rota in Parmen. Prioratus 11 Februarij 1585. co-*
6 *ràm Gypsio* Contrarium † tamen de Vicario affirmauit *Mobedan. decis.4. de offic. vicar.* dum voluit, quòd potiùs Vicarius dicatur seruire personæ, quàm dignitati, quià
7 † est voluntarium Episcopi habere vicari-
8 um vel non *Put. decis.43. lib.2.* Et † non nisi, necessitate vrgente, ad illius deputationem teneatur, *c. quoniàm vbi Abb. de offic. Ordinar. c. petijsti 7. quæst.1. glos. in c. secundo verb. statuuntur Ne prælat. vic. suas Berò in c. prudentiam num.100. de offic. deleg. Calderin. cons.5. eod. tit. Put. decis.6. de offic.*
9 *vicar.* Ideo † hanc diuersitatem Sententiarum agnoscens *Simonett. in d. tractat. de Reseruat. benefic. quæst.35, num.21.* illas ad concordiam reducere curauit tali distinctione adhibita videlicèt: Aut ille, qui deputatur Vicarius erat ex familiaribus, & commensalibus illius Cardinalis, vel Episcopi, & tali casu Vicarium inter familiares connumerari voluit admittendo doctrinam *Mobedan. loc. citat.* ea ratione, quia familiaritas vbi semèl fuit contracta continuatur, nec præsumitur fuisse interrupta, *Crescen. decis.12. de Rescript.* At si Vicarius antè electionem non erat talis, & tunc licèt eligatur cum deputatione certæ mercedis; non tamen dicendus sit familiaris, cum nunquàm fuerit continuus commensalis

Aloys.

Aloys. Ricc. in praxi for. Ecclesiast. d. res. 459. num. 3.

10 Neque † dicerentur familiares ad effectum huiusmodi illi, quos Cardinales retinere solent domi subministrando eis menstruatim certam mercedem, non ad alium finem nisi, vt assistent Anticameræ, nec aliud pręstent seruitium *Bero quæst. 35. sub num. 3. vers. sed quandoque solùm associaret Adden. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 166. sub num. 10. vers. in quo tamen Vrsell. in suis*
11 *conclus. legal. conclus. 73. n. 18.* Vndè † Purpuratus quidam solebat istos tales appellare tapetes pictos, & quidèm optima ratione, cum ad nil aliud inseruiant, quàm ad ipsius Anticameræ ornatum, (si tamen tales sint, qui ornare possint)

12 Si † vero de familiaritate quæratur ad effectum, vt Episcopus possit conferre ordines familiari suo non subdito iuxtà dispositionem *S. Concilij Tridentini sess. 23. cap. 9. de reformat.* Nec in casu isto sufficiens est sola perceptio Salarij, & expensarum ad hoc, vt familiaris dicatur *Maiol. de Irregularitat. lib. 4. cap. 2. num. 5. Artam. cons. 6. Rub. cons. 90. Rodriq. in summa par. 2. cap. 14. num. 10. Ricc. in praxi for. Eccles. resol. 267. num. 2. in fine* Sed requiritur, quòd Episcopo per triennium inseruiuerit, & quidem præsentialiter, & cum ipso Episcopo commorando *Maiol. vbi suprà num. 5. Fr. Eman. in summa par. 2. cap. 14. num. 10. Ricc. in d. praxi for. Eccles. resolut. 307. Salzed. ad Bernard. Diaz. in pract. cap. 16. vers. tertius casus Vgolin. de potest. Episcop. cap. 26. §. 4. Prosper. de Augustino in addit. ad Quarant. in summ. Bullar. verb. Ordo vers. limita in eo, Ioannes Baptista Ventriglia in praxi rer. notab. Annot. 23. §. 1. num. 20.* Ratio namque finalis Concilij ea fuit, quòd Episcopus suos clericos cognosceret, illorumque vitam, & mores scrutaretur *Maiol. vbi supra num. 5. Vgolin. d. §. 4. Soar. de Censur. tom. 5. disputat. 31. sect. 1. num. 15. Fornar. de Sacrament. Ordin. cap. 5. Ricc. d. resolut. 267. num. 2. Barbos. de offic. & potest. Episcopi allegat. 5. num. 7. Dian. resolut. moral. par. 8.*
13 *tractat. 2. resolut. 31.* Et † propterea non poterit Episcopus ordines conferre Negociorum gestoribus, procuratoribus, aut alijs quibuscumque in remotis partibus eius negocia, Salario percepto, agentibus, *Maiol. d. lib. 4. cap. 2. num. 5. Salzed. ad Diaz. in praxi cap. 26. Campanil. in diuers. Iur. Canonic. rubr. 9. cap. 9. num. 5.*

14 Attenditur quoque familiaritas ad effectum gaudendi priuilegio fori, quo gaudent familiares plurium personarũ videlicet familiares Episcopi etiamsi laici sint tàm in ciuili, quàm in criminali negocio; itaut nec statutis laicorum alligati sint, sic probat *tex. in c. fin. vbi Hostien. num. 14. Abb. n. 5. Io: Andr. num 195. & communitèr DD. de offic. Archidiacon. & in c. cum ab homine vbi Abb. num. 2. de Iudic. idem Abb. in c. 2. nu. 6. vers. in familia vbi etiam Butr & Felin. de for. compet. Natt. cons. 176. num 6 in fine lib. 3. Bursatt. cons. 35. num 13 Clar. in praxi §. fin. quæst. 35. num. 18 vers. ab hac, Thesaur. decis. 22. num. 6. Menoch. de Arbitrar. iudic. cas. 562 num 13. Duard comment. in Bull. cœnæ Domin. can. 15. quæst. 8. conc. 1. num. 2. Ricc. resol. 471 num. 5. Farinacc. quæst. 8. num. 46. vers. sed in famulis Gen. in prax for. Arciepisc. neap. cap. 9. num 6. Leon. in thesaur. for Eccles. cap. 11. num. 17. Grat. decis. Marchiæ 233. num. 1. & seq. & discept. forens. cap. 340. num. 3. & 341. num. 5. Martà de Iurisdict. par. 4. cas. 111. numer. 3. Giurb. cons. 83. num. 1. & seqq. Mar. Antonin. variar. lib. 1. resol. 75. num 2. Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 166. Decian. in tractat. criminali lib. 4. cap. 9 num. 47 56. & 58. Guazin. in tract. ad defens. reor. lib. 1 defens. 20. cap. 9. num. 23 Vulpell. de Libert. Ecclesiast. par. 3. n. 24 Capell. Tholos. decis. 378 Bellet. disquisit. Clerical. par. 1. de fauor. cleric. §. 1. num. 13. Thesaur. dec pedemont. 22. num. 6. Barbos. de offic & potest Episcop. allegat. 107. num. 9. Ciarlin. controuersi. r. forens*
15 *cap. 20. num. 14.* Et † ad istum effectum familiaris dicitur ille, qui percipit Salarium ab Episcopo *Surd. decis. 35. per tot. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 1. d. cap. 75. per tot. Calcan. cons. 72. Calderin. cons. 8. in fine de offic. legat Campanil, in diuersor. Iur. canonic. rubr. 9. cap. 9. sub num. 15. vers. vbi vero,* Nec est necessarium, quòd concurrat mens & dens, idest, vt Episcoporum expensis viuant familiares, prout requiri diximus in beneficiorum reseruatione *Campanil. loc. citat. August. Taurell. apud Barbos. de iure Ecclesiastic. cap. 29. §. 4. num. 6. & seqq. Sperell, decis. for. Ecclesiast. 128. num. 34. & seq. Surd. d. decis. 35. sub num. 7. vers. Senatus tamen Rot. coram Buratt. decis. 255. per tot.*

& in

& in d. Parmen. Canonicatus 11. *Februarij* 1585. *coram Gipsio*, *& in Beneuentana Canonicatus* 1. *Martij* 1649. *coram R. P. D. Peutingerio*.

Et ea, quæ dicimus de familiaribus Epi-
16 scoporum procedunt † etiam in familiaribus Nunciorum Apostolicorum, vt probat *Barbos. de Iure Ecclesiastic. vniuers. lib.* 1. *cap.*39. §. 4. *num.*45. *& seqq. Ricc. lib.*1. *decis.*69. *Gaspar. Thesaur. lib.*3. *resolution.*68.

17 Nec non in † familiaribus sanctæ Inquisitionis, qui tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, exceptis tamen quibusdam enormissimis delictis, debebunt in Tribunali Inquisitoris, & non coram alio Iudice conueniri *Simanc. de Catholic. Instit. tit.*41. *de ministris & eor. offic. num.*41. *Gratian. disceptat. forens. d. cap.*340. *num.*34. *& cap.* 341. *n.*11. *Barbos. d. cap.*39. §. 4. *num.*25. *Dian. resolution. moral. part.* 4. *tractat.*8. *resolution.* 55.

18 Religiosorum † etiam familiares fori priuilegium habent ex dispositione *S. Concilij Tridentini sess.* 24. *cap.*11. *vers. exceptis tamen ijs*, Dummodo tamen tales sint, vt actu illis inseruiant intra eorum septa, & monasteria viuentes sub eorum obedientia non quidem debita ex voto sicut debetur à professis, vt existimauit *Roderiq. quæst. regular.*62. *num.*9. sed sub obedientia ratione muneris seruiendi, nam non fuisset necessarium quod S. Concilium specialem concessionem concessisset si de verè professis & Religiosis intelligere voluisset vt post *Tamburin. de Iure Abb. tom.*2. *disp.*6. *quæst.*18 *num.*7. *& disputat.*7. *quæst.*3. *num.*2. optimè aduertit *Tondut. in tractat. de præuent. tom.*1. *cap.*29. *num.*33.

19 Clericorum † vero simplicium familiares regulariter priuilegium fori non habent nisi tales sint, vt sine ipsis Ecclesiastici frui commodè non possent priuilegijs. *Thesaur. decis.*22. *num.*5. *vers. fallit primo Barbos. d. cap.*39. §.4. *num.*11. *&* 13. vbi, quòd arbitrio Iudicis remissum sit iudicare quinam sit talis familiaris, vt sine eo Clericus non posset commodè vti suis priuilegijs, idemque firmat *Menoch. de Arbitr. Iudic. cas.*562. *num.*12.

20 Familiares † etiam Principum fori priuilegio vtuntur tàm in causis ciuilibus, quàm criminalibus absque eo, quòd concurrant veræ familiaritatis requisita, sed sufficiet ad talem effectum, quòd quis seruitium aliquod Principi præstet, & in rotulo familiarium reperiatur descriptus, etiamsi nec expensas, nec Salarium ab ipso Principe consequeretur *per tex. in Tit. C. in quib. caus. milit. for. præscript. vti poss.* nonnullis tamen exceptis casibus relatis *per Tond. in d. cap.*29. *num.*43.

21 Item familiares militum non nisi coram ipsorum militum Iudice poterunt conueniri vt post *Salicet. in l.*1. *n.*2. *C. de Vxor. milit. firmat. Tondut. de præuent. d. cap.*29. *num.*1. Sed ad talem effectum non sufficit perceptio Salarij, sed requiritur, quòd tales sint qui ipsis militibus sint necessarij habita ratione qualitatis, & dignitatis militum *Bal. in ead. l.*1. *C. de vxor. milit. Gratian. disceptat. forens. cap.*340. *num.*9. *& seqq.*

22 Scholarium † demùm familiares gaudent priuilegio ne conueniantur nisi coram Iudicibus ipsis scolaribus competentibus. *Bologn. in Auth. habita num.*20. *& ibidem Rebuff. num.*29. *C. Ne fil. pro patr.* Neque in istis sufficiens erit, quòd sola Salarij solutio concurrat, sed insuper necesse, est quod ij qui recepto stipendio scholaribus inseruiunt sint ipsis necessarij, habita ratione qualitatis personarum *Tondut. d. cap.*29. *numer.*8.

23 Quæritur etiam de familiaritate ad † effectum percipiendi fructus præbendarum in absentia, quod est priuilegium concessum familiaribus Pontificis *vt in c. cum dilectus de cleric. non residen. Beer. decis.*17. *Cassan. in catalog. glor. mund. par.*6. *considerat.* 35. *Bened. Capr. commun. opin. tom.* 1. *lib.*1, *tit.*8. *num.*5. *Azor. institution. moral. par.*2. *lib.*7. *cap.*4. *quæst.*3. *vers. quinta causa Garz. de benefic. par.*3. *cap.*2. *à num.*383. *Valer. Reginald in praxi for. pænit. lib.*30. *Tract.*3. *n.*54. *vers. sexta Monet. de distribution. quotidian.*
24 *par.*2. *quæst.*9. *num.*9. *cum seqq.* Nec † non etiam familiaribus Episcoporum, vt in *c. de cætero & in c. ad audientiam de cleric. non residen. Gratian. disceptat. forens. capit.*166. *num.*20. *Barbos. de offic. & potest Episcop. par.* 3. *allegat.*53. *sub num.*143. *Sanctarell. variar resolut. lib.*1. *quæst.*3. *num.*34. *Gonzal. ad reg.*8. *Cancellar. glos.*6. *n.*25. *Cened. pract. lib.*1. *quæst.*1. *num.*35. *Cabed. decision. Lusitan.*94. *par.*1. *Stephan. Quarant. in Summ. Bullar. v. residentia Prax. Episcop.*
25 *par.*1. *v. capitulum* §.9. Et † ad istum effectum non sufficit sola perceptio Salarij, sed requi-

requiritur, quòd familiaris prestet obsequium circa personam Pontificis, vel Episcoporum, vt apparet ex *d. c. cum dilectus* ibi, In nostro seruitio commorantes, & ibi, cui circa nos se obsequiales exhibent *& ex c. de cætero*, ibi, donec in seruitio tuo fuerint *& ex d. c. audientiam* ibi, in tuo seruitio existentes & ibi, qui tecum pro tuo, & ipsius Ecclesię seruitio commorantur *Rot. coram Duran. decis. 44. nu. 10. Garz. de benefic. par. 3. cap. 2. num. 383.*

26 Potest quoque de familiaritate quæri † in casu, quo tempore interdicti fuerit concessum particularibus personis, puta Episcopis Ducibus, Comitibus, vel alijs licentia intercessendi diuinis, cum talis licentia suffragetur etiam familiaribus *c. licet de priuileg. in 6. Nauar. in manual. cap. 27. num. 181. Fr. Eman. quæst. regular. tom. 2. quæst. 57. art. 1. Cabed. decis. Lusitan. penult. num. 11. par. 1. Henriquez in summa lib. 13. cap. 48. §. 5. Vgolin. de Censur. tab. 5. cap. 8. § 4. n. 2. Sayr. eod. tractat. lib. 5. cap. 5. à nu. 29. Auil. in simil. tractat. part. 2. disputat. 4. sect. 2.*

27 *dub. 7.* Et † ad istum effectum non sufficit, ad hoc, vt quis familiaris dicatur, perceptio Salarij, quinimo nec ipsa commensalitas suffragatur, Sed illis tantum prodest, qui priuilegiatum solent comitari, & non alijs,

28 Itaut † si talis licentia fuisset concessa alicui Collegio, seu Monasterio, non admitterentur ipsius Collegij, seu Monasterij familiares ad audienda diuina, & ratio est quia nobiles non nisi familiaribus concomitantibus solent Ecclesias adire, ideoque inutile redderetur priuilegium eis concessum, nisi possent familiares, qui illos comitari solent secum ducere, quæ ratio cessat in Collegij, & Monasterijs, vt bene aduertit glos communitèr recepta in *d. c. licet v. non debet de priuileg. in 6.*

Attenditur etiam familiaritas ad effe-

29 ctum, † vt locum habeant Constitutiones Sanctę Memoriæ Pauli Tertij, & Pij Quinti, ex quarum dispositione inducitur præscriptio mercedis familiarium, & seruitorum Cardinalium, Patriarcarum, Archiepiscoporum, Auditorum Rotæ, Clericorum Cameræ, Referendariorum, & similium Prælatorum si infra annum à die obitus Domini, cui seruiuerunt, non insteterint pro mercede, Et ad hunc effectum, non quælibet familiaritas sufficeret, sed necesse foret, quòd quis esset de domesticis idest domi retentis, &

30 propterea † illarum dispositio locum non haberet in Agentibus, Procuratoribus, & similibus, qui familiares non dicuntur, saltèm non domestici vt in terminis d. Cōstitutionis san. mem. Pauli Papæ Tertij dixit Rota coram Penia in *Romana Mercedis 18. Martij 1591. quæ inter eius decisiones Venetijs impressus est decis. 111. vers. neque ex bulla sub numero primo*, & latius de hoc dicemus *in par. 3.* vbi agemus de salarij præscriptione.

Quotidiè etiam de familiaritate quæri-

31 tur ad effectum delationis armorum † quæ in gratiam dignitatis conceditur, non solùm familiaribus Principum, Secularium, vt ex *tex. in l. vnica C. de præposit. sacr. cubic. lib. 12. tradit glos. in c. primo 51. distinct. Plaz. in epitom. delict. lib. primo cap. 8. num. 14. Decian. in tractat. Criminal. lib. 8. cap. 3. nu. 51. & seq. Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 394. num. 76. Farinacc. quæst. 108.*

32 *num. 98.* Verum etiàm † familiaribus Principum Ecclesiasticorum scilicet Episco-

33 porum, † qui in propria diocesi dicuntur Principes *c. Ecclesia principis 35. distinct. c. quorum vices 16. dist. c. si ipsis de maioritat. & obbedien. Barbat. de præstan. Cardin. quæst. 7. num. 13. Panuin. de Offic. Capitol. sed. vacan. prælud. 6. num. 15. Alzedo de præcell. Episcop. dignit. lib. primo cap. 8. num. 48.* Et

34 † ad hunc effectum non requiritur necessariò deputatio ad aliquod officium, sed omnes quomodocumque in seruitio existentes dicuntur familiares vt per *tex. in l. pronunciatio §. familiæ vbi Alciat. ff. de verbor. significat. & in l. finali C. eodem tit. Alex. cons. 178 in princip. vers quia imò lib. 6. Farinacc. de Testib. quæst. 55. num. 135. Leo in Thesaur. for. Eccles. par. prima cap. 11. nu. 18. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. primo resolut. 75. num. 2. Barbos. de Iure Ecclesiastic. lib. primo cap. 34. §. 4. num. 33.* Itaùt

35 † ad effectum, vt quis tamquam talis arma deferre posset, sufficeret, quòd esset descriptus in rotulo familiarium, quia cum nullas probare debeat qualitates, sed solùm

36 familiaritatem, † hæc benè probatur per ipsam descriptionem *Put. decis. 411. lib. primo Barbos. de Offic. & potestat. Episcop. allegat. 5. num. 5.*

Tandem attenditur familiaritas in testi-

37 bus † qui si sint familiares eius, ad cuius instan-

16 *Aduocati dicuntur militare.*
17 *Salarium. quod hodie soluitur Aduocatis successit loco eius, quod olim soluebatur à Publico.*
18 *Salarium Procuratorum An dicatur peculium quasicastrense?*
19 *Salarium Notariorum An dicatur peculium quasicastrense.*
20 *Salarium, quod recipiunt hodie Notarij à priuatis subrogatum est loco Salarij publici, & reputatur peculium quasicastrense.*
21 *Salarium medicorum reputatur peculium quasicastrense, Contrarium num.22.*
23 *Medici dicuntur artifices, & medicina connumeratur inter artes mechanicas, Contrarium num.25.*
24 *Salarium, quod datur professoribus artium mechanicarum non dicitur peculium quasicastrense, etiamsi soluatur de Publico, & num.32.*
26 *Salaria Magistrorum artium liberalium est peculium quasicastrense.*
27 *Magistri grammaticæ dicuntur Magistri artium liberalium, Contrarium vt numer.28.*
29 *Salarium, quod quis acquirit pro obsequijs præstitis Principi reputatur peculium quasicastrense.*
30 *Libertas est rès inæstimabilis.*
31 *Salarium officiorũ publicorum quasicastrense peculium dicitur.*
34 *Salarium, quod recipiunt Tutores dicitur peculium aduentitium, non antem quasicastrense.*

1 Acquisita †per filios ad eorum parentes spectare, itaut nec momento quidẽm pænès ipsos filios remaneant voluit Impetator in *l placet cum ibi notat per Bar. & alios ff. de acquiren. hæredit. & in*
2 *l.2. C. de patr. potest.* Quod †tamèn limitauit in peculio castrensi, vel quasicastrensi, in quo nullum ius parentibus competere disposuit in *l. errat C. de Castren. pecul. lib.12.*
3 Itaut † in illo filij familias reputentur patres familias, *l.1 in fine cum seq. ff. ad Senat. consult. macedonian. l. fin. C. de Inoffic. testamen. & l. penult. & fin. C. qui testamen. fac poss.* & licitum ipsis sit de illo quoquo modo disponere tàm in vita, quàm in morte, *§.1. Inst. qui b. non est permiss. fac testamen. §. fin. Instit. de milit. testamen. l. final. C. de in offic. testam. Bar. in l. fori num.2. C. de Aduocat. diuers. Iudic.*
4 Et †dicitur castrense peculium illud, quod filiusfamillas in castris militaribus acquirit *l.1. & tot. tit. ff. de castren. pecul. l.1. C. de castren. pecul. milit. lib.12. Ioseph. Gonzal. florez. variar. quæst. cap.12. sub num.6. vers. secundo præmitto Surd. de Alimen. tit.4. qu.11*
5 *num.2.* Vndè † stipendium, quod habent milites belli, castrense peculium appellatur, & de illo valent disponere tàm per viã contractus, quàm vltimæ volontatis *Bal. in l. cum oportet C. de bon. quæ liber. Guliel. Mayner. in l. filiusfamilias sub num.4. ff. de regul. iur. & Iuuenal. Satir.16. de fælicit. milit.* in ijs carminibus.

Solis prætereà testandi militibus ius
Viuo patre datur, Namque sunt parta labore
Militiæ, placuit non esse in corpore census,
Omne tenet, cuius regimen pater &c.

quod procedit, siuè stipẽdium filiusfamilias fuerit consequutus in bello terrestri, siuè maritimo, quia etiam in mari quis dicitur militare *l.1. ff. de bonor. possess. ex testamen. milit. Surd. de Aliment. d. quæst.11. num.6. Summ. syluestr. in verb. peculium quæst. 1. Angelic. eod. verb. num.1. Armill. & Tabien. n.1*
7 Quasi castrense † verò peculium illud dicitur, quod quæritur per filiumfamilias ratione publici officij, quia exercens officia publica dicitur militare, vt per *tex. in l. velut C. de Assessor. & domostic. glos. in l. cum oportet verb. exceptis peculijs C. de bon. quæ liber. & ibi communiter Scribentes, l. finali C. de inoffic. testamen. Bar. in l. fori tui sub n.2. & 4. C. de postulan. Giouagnon. cons.47. n.15 lib. 1. Gratian. disceptat. forens. cap.56. n.33 & seqq. Surd. vbi suprà num.12.*
8 Ex quo infertur, quòd † dicendum sit quasicastrense peculium Salarium Iudicum *Bar. in l. si mulier. ff. de castren. pecul.* exce-
9 pto † tàmen Salario, quod præstatur Arbitris, qui licet sub nomine Iudicum comprehendantur, attamen id, quod ipsi pro arbitrando consequuntur non potest quasi castrense peculium reputari *Guliel. Mayner. in l. filiusfamilias num.9. ff. de regul. iur. post glos. in l. cum oportet in princip. verb. exceptis peculijs C. de bon. quæ liber. Bal. in l. cum oportet num.16. C. eodem tit.* ea ratione quia tale officium exerceri potest etiam per infames, ideoquè Arbitri non dicuntur militare, nec eorum officium est publicum, & pro-

propterea eorum Salarium non differt à negociatione, mercatura, seù re familiari, de quibus filijsfamilias non possunt disponere cum dicantur pecula quasicastrensia *Io. Faber in tit. instit. per quas person. nob. acquir.*

10 Assessorum † quoque Salarium quasicastrense peculium reputandum erit quia eorum officium dicitur publicum vt in *l. velut. C. de Assessor. Bar. post glos. in l. fori C. de Ad-*
11 *uocat. diuers. Iudic.* Et † quamuis ipsis non à publico, sed à priuatis soluatur Salarium, adhuc tamen dicitur peculium quasicastrẽse; quia cum deberetur eis persolui à publico, dum soluitur à priuatis loco illius succedit *Armill. in summ. verb. peculium numer.3.*

12 Salarium † paritèr, quod Aduocatus fiscalis consequitur peculium quasi castrense dicendum erit *Surd. de Aliment. d. quæst. 11.*
13 *sub num.14. vers. res autem* Imò † non solùm Salarium Aduocati fiscalis, verum etiã illud, quod alij quicumque Aduocati acquirunt pro peculio castrensi habendum erit *Bal. & Ias. in l. fin. C. de inoffic. testam. & in l. cum oportet num.16. C. de bon quæ liber. Clar. in §. testamentum quæst. 17. in fine Viu. commun. opin. lib.1. op.240. Siluan. cons.88 per tot. Cornel. Benincas. de paupert. spec.1. in iudic. num.8. Clement. de patr. potest. cap.6. eff. 9. num.6. Pascal. eod tractat. par.1. cap.3. sub num.3. Surd. vbi suprà num.13. summ. Syluestr. d. verb. peculium quæst. 10. Armill. & Tabien. num.3. Angel. num.7. Mangil. de Imputation. quæst. 29. num.27. & seqq. Cauagnol. in Decret. montisferrat. decret.41. §.2 num.12. Antonin. cap. de Iure non script lib.3. cap.105. num.4. Donnell. in commentar. Iur. ciuil. lib.18. cap.3. col. penul. vers. deinde Imper. Treutler. select. disputat. par.1. disput.8. thes.3. Caroc. de locat. & conduct. tit. de fruct. & lit. expens. quæst.8. à num.49. Francisc. Marcb. decis.638. sub num.3. Borell. in summa decis. tom.1. tit. de Aduocator. offic. n.120. Ricc. in collectan. decis. coll.179. vers. huiusmodi vero Cappell. Tholos. decision.10.* Quod
14 † procedit etiamsi illis non constituatur à publico, sed à priuatis soluatur, vt post. *glos. in §. 1. Instit. per quas person. nob. acq Bar. in l. finali C. de silen. lib.12.*

15 Et † quamuis *Speculator. in tit. de Actore col.5. vers. nec intelligas* teneat, quòd Salarium quæsitum per modernos Aduocatos non sit habendum pro peculio quasicastrensi nisi illud à publico receperint, prout Aduocatus fisci, Attamèn illius sententia cõmunitèr reprobatur, Tùm ex eo, quòd
16 Aduocati dicuntur militare, *d. l. fori & ibi glos. & l. Aduocati C. de Aduocat. diuers. iudic & d. l. fin. C. de inoffic. testamen.* Tum etiam
17 quia † Salarium, quod hodie Aduocati recipiunt successit loco eius, quod præstabatur à publico, & sic dicitur quasicastrense, cum seruet priuilegium suum iure subrogationis, & propterea ad istum effectum non est attendendum vndè Salarium proueniat, sed vndè deberet prouenire, *Glos & DD. in sepè alleg. l. final C. de Aduocat. diuers. iudic. Aret. in §. igitur Instit. per quas person. nob. acquir. & ibidem Io. Faber, Crot. in l. Frater à fratre num.2. vbi etiam Corras. num.104. de condit. indebit. Surd. de Aliment. d. quæst. 11. num.14. Gonzal. vbi suprà num.8. Gratian. discept. forens cap.56. sub num.34. & firmauit Rot. in Roman. Census 18 Februarij 1639 coràm bon. mem. Pirouano quæ est decis.241. intèr recollect. per me post tract. de Obligation. Cameral.*

18 Procuratorum † vero Salarium An dicendum sit peculium quasicastrense, vel aduentitium, discordes sunt opiniones Doctorum, & negatiuam amplectitur *Ias. in rubr. C. de procurator. num.7. vers. secus est in Salario procuratoris Alex. cons.133. num.4 lib.7.* ea rationè, quià tale officium est vile & non publicum *Gratian. d. discept.56. n.38 Sanchez. consil. moral. lib.1. cap.2. dub.3. n.8.* Affirmatiuam vero sequuti fuerunt *Tiraqu. de nobilit. cap.30. num.4. Fenzon. ad Statut. Vrb. lib.3. cap.92. num.56.* Reducuntur tamèn ad concordiam istæ contrariæ opiniònes animaduertendo, quòd Tiraquell. & Alij affirmantes, Salarium procuratorum reputandum esse peculium quasicastrense, loquantur de procuratoribus principum, & illustrium personarum, & de procuratoribus Romanæ Curiæ, per tex. in *l. sed & milites §. sed, & ignominia ff. de excusat. tutor.* Et præcipuè locum habere debet in procuratoribus, qui patrocinium præstant in causis vertentibus in Sacro Rotæ Auditorio, qui vt plurimùm sunt Doctores vtriusque Iuris, nec admittuntur, nisi, mediante rigoroso examine eorum scientiæ testimonium præbuerint, vt aduerit *Rot. in Romana pecuniaria 4 Decembris 1628. coram bo. me. Coccino.*

19 Con-

19 Controuersa etiam est quæstio, An † stipendia Notariorum habenda sint pro quasicastrensi peculio? Nonnulli enim Doctores absolutè firmant, esse quasicastrense, quia eorum officium est publicum, vt videre est apud *Glos. in d. l. finali verb. memorabilibus Castren. in l. fin. num. 2. C. qui testam. fac. poss. Franc. in c. licet §. quamuis num. 1. de spol. in 6. Alex. cons. 2. num. 6. lib. 6. Alciat. respons. 102. num. 1. lib. 5. tom. 2. Peregrin. cons. 84. num. 1. lib. 3. Giouagnon. consil. 47. num. 14. & 15. lib. 1. Bene. de perus. cons. 142, circa med. Bertazol. de clausul. claus. 18. glos. 10 num. 2. Gratian. d. discept. 56. num. 37. Trentacinq. variar. resolut. lib. 1. tit. de Pecul. resol. 1. num. 5. Pascal. vbi supra sub num. 4. vers. quidquid etiam Notarius Molin. de Iust. & Iure disputat. 231. §. quasicastrensia vers. idem quæst. 10.*

Alij vero voluerunt, stipendium Notariorum, tunc dici posse peculium quasicastrense, quando Notarius habet officium à Principe, vèl Communitate, Alias si sit simplicitèr notarius, & non habeat officium, proptèr quod recipiat Salarium à publico, quidquid acquirit conficiendo instrumenta, aliaque gerendo notarijs permissa, non veniat dicendum peculium quasicastrense, sed aduentitium *Syluester in d. v. peculium 1. quæst. 10. vers. quantum ad notarios Angel. num. 4. Tabien. num. 9. Armill. num. 3: vers. de notarijs distinguit & n. 9. vers. vnum solum.*

Sed *Bal. in l. cum oportet in princip. n. 16. C. de bon. quæ liber.* aliter distinguit, videlicet Aùt agitur de Salario a Notarijs percepto à Publico, & istud dicitur quasicastrense peculium, aut de percepto à personis priuatis, in quorum seruitium suas operas impendit, & hoc non quasicastrense, sed aduentitium reputandum venit, & hanc *Bal* sententiam tamquàm probabiliorem tenendam esse dixit *Sanchez. cons. fil. moral. d. lib. 1. cap. 2. dub. 3. num. 12. in fine.*

In hac opinionum contrarietate prima erit amplectenda sententia, tamquàm verior, & magis communis, nam quamuis *Bal. & alij supra allegati* secundùm iura antiqua dubitauerint, quandò emolumenta de publico non proueniunt; Tamèn cum
20 † Salarium, quod hodiè percipitur à Notarijs sit subrogatum loco Salarij publici spectat ad quasicastrense peculium *Alex. cons. 2 num. 4. lib. 6. molin. d. disputat. 231 Aldouin. inter cons. Peregrin. 97. sub. num. 65. vers. & si enim lib. 4. Molphes ad consuetudines Neapolitan. tom. 2. par. 10 quæst. 5. numer. 7. & seqq.* Et ita resoluit *Rot. in d. Romana Census 18 Februarij 1639. coram bon. mem. Pirouano.*

21 Medicorũ † etiam stipendia quasicastrense peculium reputantur *glos. in §. 1. Instit. per quas person. nob. acqu. & in d. l. fori C. de Aduocat. diuers. iudic. Dec. in l. final. C. de inoffic. testamen. Bertazol. clausla 28. glos. 1. numer. 2. Molin. d. disputat. 231. Pascal. d. cap. 3. sub numer. 3. vers. cui simile Gratian. d. disceptat. 56. numer. 36.* Quamuis non
22 † desint qui contrarium affirmauerint, vt videre est apud *Carocc. decis. 132. Ricc. in collect. dec. col. 179. vers. & num Salariũ medicorum*, ea moti ratione, quòd medicorum
23 † officium dicatur ars, & connumeretur inter artes mechanicas *Carrar. de Medic.*
24 *par. 3. num. 114.* & Salaria, † quæ professoribus artium mechanicarum dantur, non dicuntur peculium quasicastrense, etiamsi illud consequerentur à publico, vt post *Bal. in l. fin. C. de bon. que liber. Gonzal. variar. quæstion. d. cap. 12. num. 9. Salicet. in l. fin. C. de inoffic. testamen. Siluestr. in d. v. peculium 1. quæst. 9. Armill. num. 3. Tabien. n. 3. & Angel. num. 6.* Prima tamèn opinio, est
25 verior, & communis, nam † re vera medicina non est ars, sed scientia, vt per *Aristot. metaphisic. lib. 5. cap. 12. tex. 20.* Et quatenus reperiatur ab aliquibus intèr mechanicas artes connumerata intelligendũ est de illa medicinæ parte, quæ consistit in componendis medicamentis, vt post *Carrar de Medic. loc. suprà citat. Paul. Zacch.* Patruus *meus quæstion. Medicolegal. lib. 6. tit. 3. quæst. 4 num. 18. & seqq.*

26 Liberalium † artium magistri poterunt ad libitum de stipendijs acquisitis tamquàm de peculio quasicastrensi disponere *l. cum multa C. de bon. quæ liber. l. cum antiquis C. de inoffic. testam. Nauarr. in manual. cap. 17 num. 142. Siluester. v. peculium quæst. 1. Angel. num. 4. Armill. num. 3. Gonzal. variar. quæst. d. cap. 12. num. 7. Ben. de priuileg. I.C. par. 3. priuileg. 91. num. 1. Borgnin. de Vsufruct. mulier. relict. num. 191. Gratian. d. disceptat. 56. nu. 34. Surd. de Aliment. d. quæst. 11. num. 13. Caldas de restitut. in integr. in v. Lasio*
27 *num. 100.* vbi † connumerat intèr magistros

artium

artium liberalium Grammaticos contrà
28 † sententiam *Alberic. in l. duo num.2. ff. pro soc.*

29 Reputatur † etiam quasicastrense peculium Salarium, quod quis acquirit pro obsequijs Principibus præstitis *l. cum multa C. de bon. quæ liber. l. vnica C. de Castren. omn. palatin. pecul. lib.* 12. ibi Palatini dum in palatio nostro morantur, quod quesierint, vt castrese peculium habeant, non enim alieni sunt a labore castrorum, qui signa nostra comitantur *Paul. Leon. cons.* 19. *nu.* 48. Et meritò quidem tale priuilegium Aulicis debetur, dum propriam amittunt liberta-
30 tem † quæ inestimabilis est *l. libertas* 107. *ff. de reg. Iur.*

31 Deniquè † quasicastrense peculium dicetur Salarium quorumcumque officialium habentium aliquam administrationem de publico, siuè a priuatis personis ratione tamèn administrationis officij publici *l cum multi C. de bon. quæ liber.* vt post *glos. in d. l. cum oportet Guliel. Mayner. in l. filius fam. num.* 11. *ff. de Reg. Iur.* Animaduertendo
32 tamen sempèr, quòd † Salaria tribuantur ratione dignitatis, vèl officij; nam ea, quæ de publico dantur officialibus mechanicis ad opera publica conductis non reputantur peculium quasicastrense, cum a priuata causa, non ab officio descendant, vt per *Gonzal. d. cap.* 12. *n.* 7. *& aliàs diximus supra num.* 2.

33 An † autem Salarium quod recipiunt Tutores dicatur peculium quasicastrense vel aduentitium? est quæstio mota *per Bal. in l. cum oportet in fine vers. de tertio genere peculij C. de bon. quæ liber.* vbi concludit, quòd sit aduentitium, quem sequuti sunt *Iodoc. Damouder in patrocin. pupillor. tit. de Tutor. & Curat. merced. capit.* 1. *numer.* 32. *Caroc. de locat. & conduct. part.* 1. *tit. de Administration. Tutor. quæst.* 3. *sub num.* 29. *vers. & illud Salarium.*

An Salarium det precedentiam.

QVAESTIO XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Antiquior in scientijs, & artibus præferendus est iunioribus & n.8. amplia n.4*

2 *Milites iuniores non debent antiquiores præire.*

3 *Absurdum videtur, vt noui antiquis præferantur.*

4 *Diuitiarum, & nobilitatis qualitates non tollunt temporis prærogatiuam.*

5 *Antiquior non est iuniori præferendus si paria habeant stipendia*

6 *Iunior habens maiora stipendia, quàm antiquior debet precedere, Declara vt num.* 11. *&* 12.

7 *Salaria constituuntur habita ratione scientiæ, & intellectus, non autem antianitatis.*

9 *Absurdum est, quòd ignarus melioris conditionis sit quàm doctus.*

10 *Fortuna multoties magis quam Virtus stipendia, & dignitates confert.*

1 Licèt antiquior in scientijs, & artibus semper veniat iunioribus præferendus *glos. in l. cum quid v. nouum ff. si cert. pet. facit text. in l.* 1. *&* 2. *ff. de alb. scriben. & in c.* 1. *de maiorit. & obed. Io. Baptista Leonell. de praeceden. quest.* 3. *art.* 7. *col.* 5. *in princip. versic. Sexto desumitur, & quæst.* 7. *art.* 131. *col.* 3. *versic. & propterea Ceual. in specul. commun. opin. contra comm. quest.* 606. *num.* 31. & in terminis Doctorum *Bar. in l.* 1. *ff. de obseq. libert. & in l.* 1. *C. de Consulib. lib.* 10. *Dec. in l. cum quid num.* 8. *ff. si cert. pet. & cons.* 160. *num.* 1. *Aret. in §. quadam actiones num* 19. *in fine Instit. de act. Cassan. in Catalog. glor. mund. par.* 2. *considerat.* 29. *Iacob. Ben. de priuil. I.C. par.* 3. *in proem. n.* 2. *Menoch. cons.* 51. *sub n.* 39. *Gonzalez. variar. quæst. cap.* 14. *num.* 1. & in terminis Militum & aliorum *Barth. Cepoll. in tract de Imperat. milit. delig. §. virtutis etiam num.* 4. *Enriquez. cons.* 47. *num.* 6. & facit *tex. in l. vnicuique circa princip. C. de proxim. sacr. scrin.*
2 *lib.* 12. vbi Imperator † loquendo de militibus, prohibet, nè quis posterior temporè audeat antiquiorem præire,

3 Absurdum † enim videtur vt noui antiquis præferantur *Gonzalez. variar. quæst. cap.* 2. *sub num.* 12. *versic. & pro hac parte vrget* vbi alios allegat *Cassan. par.* 11. *considerat.* 17. *versic. imò absurdum circa princip.*

4 Et † hæc regula adeò vera est, vt procedat, etiamsi Iunior esset nobilior, & ditior antiquiore, istæ namquè qualitates non tollunt

tollunt temporis prerogatiuam *Caſſ. par. 10. conſiderat. 29. in fine Gonzal. d. cap. 7. ſub n. 11 Dec. in d. l. cum quid ſub. num. 21. ff. ſi cert. pet. Ben. vbi ſupra d. par. 3. in proem. ſub n. 4. verſic. Hac autem concluſio* vbi quòd ita ſeruetur.

5 Hæc tamen concluſio locum non habet quotieſcunquè antiquior, & iunior paria habeant Salaria, tali namquè caſu, non eſſet aliqua facienda differentia inter iuniorem, & antiquum *Iaſ. in l. cum quid ſub n. 15 ff. ſi cert. pet poſt Bald. in c. cum omnes nu. 8. de Conſtitution.*

6 Imò, ſi Iunior haberet maiora ſtipendia quàm antiquior, deberet Iunior præcedere antiquiorem, vt expreſsè habetur in *l. 1. & 2 C. de inoffic. magiſtr. official.* ibi, is gradu cęteros antecedat, quem meliora ſtipendia, vel labor fecerit anteire, facit text *in l. 1. in verb. ordine ſtipendiorum C. de agen. in reb. lib. 12. & in l. final. ibi ſtipendiorum prolixitas ſuffragatur C. de Tiron. eod. lib. 12. Abb. in c. Clerici ſub num. 3. de Iudic. Iaſ. in d. l. cum quid num. 15. ff ſi. cert. petat. Cardinal. Alban. in lucubrat. ad Bart. in l. teſtium n. 3. ff. de Teſtib. Caſſ. in Catal. Glor. mundi par. 7. conſiderat. 39. verſic. Item Aduocati fiſcales Rouit conſ. 84. num. 17. lib. 1. Cepoll. in d. tractat. de imperat milit. deligen. §. virtutis etiam ſub n. 1. Io. Montaigna de Auctor. magn. concil. & parlament. num. 13. Alciat de præſumpt. præſump. 45. num. 5. verſic. quod. limit. Burſat. conſ. 443. num. 15. Ben. in d. tractat. de priuileg. l. C. par. 3. in proem. numer. 29. cum alijs per eum relatis.*

7 Et huius limitationis ratio eſt, quià Salaria non antianitatis, ſeu tituli, ſed tantummodò meritorum, ſcientiæ, & intellectus ratione habita conſtituuntur *Rot. coram bo. mem. Coccino deciſ. 416. num. 1. Bald. conſ. 155 in fine lib. 5. Bar. in l. 1. § Diuus ſub num. 5. ff. de var. & extraordinar. cognit. Cephal. conſ. 70 num. 7. & conſ. 71. num. 2. libr. 1.* Vndè ſi

8 † Iunior maiora ſtipendia habeat, quàm antiquior, eſt concludens argumentum, quòd Iunior in ſcientia, & intellectus probitate antiquiorem præcedat *Cardinalis Alban. in lucubrat ad Bart. in d. l. teſtium n. 3. ff. de teſtibus Burſatt. conſ. 443. num. 15.* Sicque etiam in gradu illum præcedere debebit, non obſtante antiquitatis regula *Dec. in d. l. cum quid num. 20. vbi Adden Littera C. & ibidem Alex. num. 5. Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 45. late Iaſ. conſ. 142. lib. 2. Ruin. conſ. 19. n. 9 & 10. lib. 1. Caſſan. in d. tractat. Catalog. Glor. mundi par. 11. conſiderat. 47. Ben. vbi ſupra num. 30.* aliàs enim

9 ſequeretur abſurdum † quòd melioris conditionis eſſet ignarus, quàm doctus *l. vlt. C. de alluuion. Ben. in d. tract. par. 3. priu. 74. ſub num. 1. verſic. prior tamen opinio.* Sed

10 veritas eſt, quòd † ſtipendia, & dignitates multoties magis à fortuna, quàm à Virtute côceduntur textus eſt notabilis in *l. iubemus* ibi ſuperioris fortunæ iudicia *C. de prox. ſacr. ſcrin.* & propterea fallax nimis videtur argumentum, Quis habet maiora ſtipendia, ergo eſt doctior alio, cui minora impartiuntur.

11 Prædicta tamen intelligas ſibi locum vindicare quotieſcumque verſamur in officialibus, quibus merces debetur ob probitatem ſcientiæ, & intellectus, quia in Alijs, quorum officium in ſolo labore conſiſtit ſtipendium maius non tribuit præcedentiam *Purpurat in rubr. ff. de offic. Aſſeſſor ſub n. 208 Ciriac. controuerſ. 201. numer. 186.* Sicut

12 † pariter maius ſtipendium præcedentiam tribueret quando hoc conſueuiſſet augeri ſecundum antianitatem, & priuilegium temporis *Andr. de Barul. & Iacob. Rebuff. in l. finali C. de Tiron lib. 12. Ciriac. d. contr. 201 n. 187.* quòd maiori qualitati cedere debet *Io. de Plat. in d. l. fin.*

Stipendiatus An, & quando dicatur ciuis illius loci, in quo ſtipendia recipit.

QVAESTIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ciuilitatem acquirit ille, qui in aliquo loco ſtipendia conſequitur pro exercendo officio publico.*

2 *Officiales omnes dicuntur Ciues illius loci, in quo ſtipendia recipiunt pro exercitio publici officij.*

3 *Poteſtas forenſis efficitur ciuis illius loci in quo officiũ exercet, & ſtipendia conſequitur*

4 *Poteſtas, qui pluribus locis praeſt eodem tempore omnium locorum Ciuis efficitur.*

5 *Milites efficiuntur ciues illius loci, in quo ſtipendia merentur.*

6 Do-

6 *Doctores†, qui habent stipendia in certo loco, eiusdem loci Ciues efficiuntur.*

7 *Aduocatus publicè exercens aduocationem in certo loco eiusdem loci ciuis efficitur Amplia vt num.*8.

9 *Salarium, quod recipiunt Aduocati à priuatis, succedit loco eius, quod a publico soluendum esset.*

10 *Priuilegia Doctoribus concessa comprahendunt solùm illos, qui actu legunt, Declara vt num.*11.

11 *Officialis delinquens in officio non acquirit ciuilitatem loci, in quo officium exercet.*

12 *Officialis reputatur ciuis illius loci, in quo officium exercet ad effectum gaudendi aliquo honore, vel priuilegio, secus in ijs, quæ incommodum afferunt.*

13 *Quæ fuerunt in fauorem alicuius introducta non, non debent in odium retorqueri.*

1 Ciuilitas alicuius loci pluribus modis acquiri potest, inter † quos vnus est stipendij receptio ab Vniuersitate pro exercendo aliquo officio publicum commodum respiciente *Bar. in l. municipes §. miles & ibi Alex. in addit. ff. ad municip. Bolognin. in Anth. habita sub num.*89. *C. nè fil. pro patr. Boer. decis.*620. *num.*19. *& sequen. Caroc. de locat. & conduct. par.*7. *con-*
2 *clus.*15. Propterea † omnes Officiales publici dicendi erunt Ciues illius loci, in quo stipendia recipiunt pro exercitio publici officij *l.* 1. *ff. ad municipal. Cataldin. in tract. de Syndicat. num.*17. *Ciriac. controuersiar. forens. lib.*3. *controuers.*450. *num.*16. Proùt
3 exemplificari potest in † Potestate forensi, qui dicitur Ciuis in loco vbi exercet officium prætoris, & stipendia consequitur *glos. in l. si in patria v. allectio in princip. C. de Incol. lib.* 10. *Bar. in tractat. de Represal. quæst.*5. *principal. numer.*12. *Boer. decis.*260 *sub num.*19. *Ciriac. d. controuers.*450. *n.*15.
4 In tantùm † vt si quis pluribus præsit locis eodem tempore, dicetur Ciuis omnium locorum, quibus præest, licèt in vno tantùm resideat *glos. inc. omnes principes de maioritat. & obedien. Bar. in l. assumpto in fine ff. ad municip. Put. de Syndic. v. Ciuilitas cap.* 2 *num.* 2.
5 Milites † etiàm illius loci Ciues efficiuntur, in quo stipendia merentur, vt expressè habetur *in d. l. municipes §. miles vbi glos. & Bar. ff. ad municipal. glos. in l. ciues C. de Incol. lib.*10. *Castren. in l penultima super illis verb. tex. nisi à suo Iudice C. de Iurisdiction. omn. Iudic. Peregrin cons.*72. *num.*3. *vol.*5. *Ciriac. contr.*448. *num.*64. *Tondut. de præuention. Iudic. tom.* 1. *capit.* 28. *numer.* 6. *&* 23.

Doctores † quoquè, qui habent stipendia in certo loco ciuilitatem eiusdem loci acquirunt vt per *Bar. Alex. & Bolognin. &*
7 *alios supra num.*1. *relatos* Quod † procedit non solùm in Doctore Legente, qui à publico stipendia habet, sed etiam in eo, qui non legit; sed tamen publicè exercet officiũ
8 Aduocationis licèt † Salarium à priuatis consequatur *Bar. in d. §. miles & in d. tract de Repræsal quæst.*5. *principal. nu.*12. *Alex in addition. ad Bar. in l.*1. *num.*18. *C. de Dignitat. lib.*12. *Roman. cons.*216 *Boer. dec.*260 *num.*19. *Ioan. de Ana. in rubr. de magistrat. num.*19. *Rebuff. in commentar ad Constitut. Reg. Gallic. tom.*3. *tit. de Domicil. election. in præfation. num.*16. *Gratian. disceptation. forens. cap.*186. *num.*13. *Ciriac. controuers.*450.
9 *num.*14. Salarium enim, quod recipiunt Aduocati à personis priuatis, vt sepiùs suprà diximus, succedit loco eius, quod à publico constituendum veniret *Bal. in l.* 1. *C. de Suffrag. Dec. in l. cum allegas C. de Castren. pecul. lib.*12. *post glos. in l fori C. de Aduocat. diuersor.* Iudic. *Gonzalez. variar. quæstion capit.* 12. *sub numer* 8. *vers. pro quo vigent.*

Et quamuis *Bar. in l. medicos C. de profes-*
10 *sor. & medic. lib.*10. concludat † priuilegia Doctoribus concessa compræhendere solùm illos, qui actu legunt, & idem firmet *in l. vnica C. de mulier. & in quo loc. lib.*10. Alijque relati *per Ias. in l. ad egregrias col. fi-*
11 *nal. de Iureiuran.* Attamen † eius opinio non aduersatur ità, vt illa priuilegia, quæ reperiuntur à Iure concessa Doctoribus non Intelligantur etiàm concessa Aduocatis, & alijs Iuris professoribus, sed intelligenda est de ijs Doctoribus, qui otijs vacant, vt declarat *Alex. in l. centurio num.* 17. *ff. de vulgar. & pupillar. Felin. & Anan. in c.* 1. *de magistrat. Rip. respons.*20. *incipien. Ciues, & Incolæ libr.*2. *Natt. consil.*65. *per tot. Rolan. consil.*66. *num* 36. *cum seqq. libr.* 2. *Guidopap. decision.*388. *Francisc. Marc. decision.*638 *par.*1.

11 Aduertendum tamen erit, quòd † tunc acquiritur Ciuilitas loci per officialem, quandò ipse laudabilitèr in officio se gerit, nam si in eo delinquat, non euadet Ciuis, nè id, in quo deliquit ei commodum afferat contrà *textum in l.siue hæreditaria ff. de negoc. gest. Soccin. consi.58.nu.10. libr. 1. Decian. respons. 27. numer. 8. vol.2.*

12 Itèm erit animaduertendum, quòd † tunc officiales essent dicendi Ciues loci, in quo exercent, quando ageretur ad effectum gaudendi aliquo honore, vel priuilegio, secus vero in ijs, quæ incommodum afferunt, vt notant *Bal. Angel. Roman. Alex. & Ias. in l. si Ruffinus vbi etiam Dec. nu.15. & sequen. C. de Testamen. milit. Rip. in l. 1. num.7. ff. de legat.1. Rebuff. de Priuileg. scholar. priu. 126 Tiraquell. de Nobilitat. capit.6. numer.49.*

13 Quæ † enim fuerunt in fauorem alicuius introducta non debent in odium retorqueri *l. quod fauore C. de legib.*

An & quando per receptionem mercedis quis reddatur infamis.

QVAESTIO XXVIIII.

SVMMARIVM.

1 *Infamis est is, qui in scenis artem ludricam exercet Intellige vt num.3.*

2 *Infamis est, qui cum bestijs depugnat in arena, Intellige vt num.3.*

4 *Infamis dicitur is, qui mercedem recipit pro depugnatione bestiarum, etiamsi nullum præcesserit pactum de mercede Amplia vt num.5. quæ ampliatio reprobatur n.6.*

7 *Dignus dicitur is, qui corona decoratur.*

8 *Exceptio debet esse de terminis eius, quod limitat, & debet adaptari regulæ præcedenti.*

9 *Dictio, Nisi, de sui natura adducit exceptionem supra dispositis.*

10 *Verbum, honor, aliquando significat mercedem.*

11 *Interpetrationes non admittuntur quando clara sunt verba legis.*

12 *Infamis dicitur is, qui se exercuit in bestiarum debellatione virtutis ostendendæ gratia si oblatam mercedem in arena acceptet.*

13 *Infamis non dicitur debellans bestias virtutis ostendendæ gratia si sponte oblatam mercedem recipiat extra locum actionis.*

14 *Infamis non dicitur se exercens in bestiarum debellatione, vel alia simili actione mercede recepta, vtili, & laudabili concurrente causa.*

15 *Infamis an dicatur is, qui locauit operas suas, vt prodiret in Scenam artis ludricæ vel bestias in arena debellaret, si deinde non deuenerit ad actum.*

Qvamuis infamia notentur ij, qui in certis actionibus se exercent, vt puta
1 † qui artis Ludricæ pronũciandiue causa in scenam prodiret, vt in *l. 1. ff.*
2 *de his qui notan. infam* vel † si quis cum bestijs depugnaret in arena *vt in l. 1. & ibi*
3 *glos. in v. locauit ff. de postulan.* tamèn † ab huiusmodi nota se eximeret ille, qui in similibus actionibus se exercens abstineret à receptione mercedis, vt in *l. 1.* ibi Ergo qui locauit solus notatur, siue depugnauerit siue non? Non enim imfamiam affert depugnare cum bestijs, vel in scenis comparere quando id virtutis ostendendæ causa fiat, nãquod fit causa virtutis nõ punitur *Bar. in d.l. 1. §. remouet n.5. ff de postulan.* sed tantummodo quando pro tali comparitione, seu depugnatione merces accipitur, vt ad litteram dicit textus in *d.l. 1.* ibi Denique eos, qui virtutis ostendendæ causa hoc faciunt sine mercede non teneri aiunt Veteres. Et ratio differentiæ est, quia depugnans cum bestijs euidenti se mortis periculo exponit, vnde si pro tali actu mercedem recipiat videtur quodammodo vendere propriam vitam pro vili prætio, quod lex aborret, vnde mota fuit ad infamandum illos, qui hoc faciunt *Castren. in eadem lege §. Bestia num.2.*

4 Et † hoc procedere dicas etiamsi nullà præcedente locatione, seu pacto quis mercedem, seu aliquid loco mercedis in arena reciperet, vt sonant ea verba textus, Nisi in arena passi sunt se honorari, nã alias de facili fraudaretur edictum prætoris, vt bene aduertit *Castren. loc. citato numer.4.* Imo
5 † etiamsi merces consisteret in certo quid, quod non nisi honorem importaret, vt puta si

ta si passus esset honorari corona, vel alio simili præmio, vt existimauit *gloss. in eadem l. 1. v. honorari ff. de postulan. ducto argumento ex textu in l. spem C. quæ res pign. oblig. poss. & l. commodis ff. de iudic.*

6 Hęc † tamen Glosæ opinio reprobatur communiter à scribentibus, & præcipuè à *Bar. in eadem l. §. remouet sub num. 5. vers. Quæro quid vult. dicere*, vbi ait, quòd verba illa textus: Nisi in arena passi sunt se, honorari, non possunt intelligi, quòd patiatur honorari corona, vel simili præmio; nam secundùm istam intelligentiam sequeretur,

7 quòd ille † qui coronatur propter præmium esset infamis, cum potius sit dignus per *tex. in l. 1. C. de auro coronar. lib. 10.* Et sic amplectendam esse dicit secundam Glosæ lecturam, quæ exponit verbum illud *honorari* pro *onerari* id est condemnari, & verbum illud *passi* nempè per sententiam.

Sed nullatenùs secunda hæc expositio admitti posse mihi videtur, dum textus in verbis præcedentibus loquitur de ijs, qui bestias depugnant virtutis ostendendæ gratia, qui ideo notam infamiæ non incurrant, deindè vero exceptionem ponit, nempè dummodo non passi sint honorari in arena, quæ

8 † quidem exceptio ita intelligi debet, vt sit de terminis eius, quod limitat, & adaptetur regulæ suprapositæ *l. & non vltrà §. 1. vers. sed istam sententiam ff. de negoc. gest. l. nam quòd liquidè in fine ff. de pen. leg. Bar. in l. 1. & ibidem Dec. num. 20. ff. de reg. Iur. Idem Dec. in cons. 66. num. 6. & seq. Surd. cons. 152. num. 43. & cons. 261. num. 7. Cassador. decis. 8. num. 3. de concess. preben. Rot. decis. 46. num 5. par. 4. tom. 2. & decis. 531. num. 10. & decis. 588. num 40. eadem par. 4. tom. 3. in Recen. & coram Gregor. XV. dec. 544 num. 26.*

Quod autem textus in illis verbis *nisi in arena passi sunt se honorari* velit exceptionem, seu limitationem casus præcedentis, non autem nouum casum adducere patet ex illa

9 dictione †, *Nisi*, quæ de sui natura ponit exceptionem supra dispositis *Alex. cons. 64 in princip. lib. 4 Gratian. disceptat. forens. cap. 446 num. 41. Surd. decis. 225. num. 19. Rota coram Gregorio XV. decis. 544. num. 25. & in recen. decis. 391. num. 14 par. 1.* cum alijs, quos refert, & sequitur *Barbos de diction. dict. 184. num. 2.*

Igitur verbum illud honorari, non aliam crederem admittere expositionem, quàm honorari aliquâ mercede, nouum enim non

10 est, quòd † verbum, honor, accipiatur pro mercede, vt in *l. si mandauero in princip. ff. mandati*; & facit dictum Ciceronis *Honos alit artes* hoc est præmium; & carmen illud Virgilij *lib. 5. Æned.*

Ipsis præcipuè ductoribus addit honores vbi verbum honores significat præmia, quæ exempla adducuntur per Apostillam in *d. l. 1 ff. de postulan.* vbi reprehendit Accursium, quia sine causa reuocat in dubium An textus dicere voluerit *onerari* vel *honorari* dum litteris rotundis *honorari* legatur, vnde

11 † non est recurrendum ad interpetrationes dum clara sunt verba Legis *l. ille, aut ille §. cum in verbis ff. de legat. præstan. l. fin. C. quæ res pign. oblig. possi. l. si quis filium C. de liber. præter. Soccin. iunior. cons. 95. num. 38. in fine vers. nouissime & num. 35. lib. 1. Rota decision. 497. num 49. par. 5. tom. 2. in recen. & coram Buratto decis. 101. n. 8. & ibi Ferentill. in addition.*

Hac interpetratione admissa, dicendum

12 venit, quòd † ille, qui se exercet in bestiarum debellatione, etiam virtutis ostendendę gratia si mercedem recipiat infamiæ macula coninquinetur, licèt aliqua non pręcesserit locatio operarum, vel pactum de mercede, nam adhuc pro illa mercede recepta videretur illi actioni operas suas impendisse quotiescumque merces fuisset oblata, & recepta in arena, vbi bestia fuit

13 debellata, secus † tamen si extrà locum actionis, vt benè se declarat textus in ijs verbis *In arena passi sunt se honorari* itaut extra arenam licitum sit præmium accipere absque incursu in notam infamiæ nisi locatio, seu pactum præcesserit: Dum enim Textus prohibet mercedem accipere in arena permittere censetur illius receptionem extrà illum locum, argumento textus *in l. Caius ff. de legat. 2. & in l. si fideicommissum §. tractatum ff. de Iudic. Bal. in l. 1. n. 4. ff. de Stat. homin. Ias. in l. cunctos populos in secunda lectura num. 92. C. de summa Trinit. & fide Cathol. & in §. item seruiana num. 42. Instit. de Action. Rot. dec. 228. n. 10. par. 7. in Recentior.*

14 Nec † infamiæ notam incurreret quis si vnam ex prædictis, vel similibus actionem faceret concurrente vtili, & laudabili causa, vt puta si quis depugnaret feram, quæ alicui

alicui Regioni noceret, nam tali casu etiamsi id fiat præcedente operarum locatione, & mercedis receptione subsequente, tamen huiusmodi mercedis receptio non inferret notam infamiæ *Sed si quis operas suas locauerit, vt feras venetur, vel vt depugnet feram, quæ Regioni nocet, non est notatus*, sunt verba textus prędictę *l. 1. vbi Bar. in d. §. remouet nu. 6. & 7.* vbi alia adducit exempla.

Et hæc, quæ dicimus de depugnatione bestiarum locum habent etiam in alijs quibuscumque actionibus, dummodo non sint tales, quæ etiam absque receptione mercedis si exerceantur ignominiam, & infamiam afferant, vt *in l. 1. & toto tit. ff. de ijs, qui notantur infamia.*

15 An † autem si quis locauerit operas suas pro certa mercede, vt fabulas representaret in scenis, vel bestias debellaret in arena dicatur infamis, si deinde non deueniat ad actum, est quæstio valde controuersa ob diuersas opiniones Caij, & Vulpiani, Ille enim *in l. 3. ff. de his qui notan. infam.* talia fatur *Qui operas suas locauit vt prodiret artis ludricæ cau a neque prodijt non notatur quia non est ars adeo turpis, vt etiam consilium puniri debeat*, Vulpianus vero in *l. Item senatus consultus ff. de postulan.* voluit posse affectum puniri nota infamiæ etiam effectu non sequuto dum infrascriptis vtitur verbis *Item senatusconsulto etiam apud pedaneos Iudices postulare probibetur qui operas suas, vt cum bestiis pugnaret locau t*, & paulo infrà. *Ergo qui locauit solus notatur, siue depugnauerit, siue non.*

In hac Legum contrarietate, vt quæstionis propositę definitio haberi possit facienda est differentia inter debellationem belluarum, de qua loquitur Vulpian. & artem scenicam, de qua Caius sermonem habet, Itaut si quis locauerit operas suas in arte ludrica, quas postea non præstauit, non dicatur infamis, quia in tali arte ipsum factum, non autem propositum infamiam irrogat *c. 1. de Vit. & honest. cleric. in 6.* Si quis vero ad debellandas bestias in arena de mercede conuenerit eo ipso dicatur infamis, quia non factum, sed propositum odiosum est, cum pro vili prætio quodammodo vendatur vita, quæ in tali certamine euidentissimo periculo exponitur, vt *in l. 1. §. bestias ff. de postulan.* atque ideò punitur affectus, etiam non sequuto effectu *l. 3. §. si autem ff. de bon. eor. qui sibi mort. consci u.*

An, & quando per receptionem Salarij quis dicatur Familiaris?

QVAESTIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Familiaris propriè dicitur ille, qui Salarium recipit pro seruitio alicui præstito.*

2 *Familiaris verbum multipliciter accipi solet.*

3 *Familiaris verbum accipitur in significatione larga, stricta, & magis stricta secundùm effectus, proptèr quos de ipsa familiaritate quæritur.*

4 *Familiaris quis non dicitur per solam receptionem Salarij ad effectum, vt intret reseruatio regulæ quartæ Cancellariæ, sed requiritur, quòd sit ipsius Cardinalis commensalis, & seruitio eius personam respicienti destinatus.*

5 *Familiaris non dicitur Vicarius, nec Auditor generalis, & similes, licèt Salarium recipiant, cum non possint dici commensales, Contrarium de Vicario n. 6. Declara ut num. 9.*

7 *Vicarium habere, vel non, est voluntarium Episcopi.*

8 *Episcopus non tenetur deputare Vicarium, nisi vrgeat necessitas.*

10 *Assistentes Anticameræ Cardinalis non dicuntur eius familiares, licèt certam mercedem recipiant, nisi sint certo officio destinati.*

11 *Assistentes anticameræ picti tapetes nuncupantur.*

12 *Familiaris Episcopi non dicitur quis per solam receptionem mercedis, itaut possit ab Episcopo ordines recipere, sed requiritur, quòd seruiuerit præsentialitèr Episcopo per spatium trium annorum.*

13 *Episcopus non potest ordines conferre ijs, qui Salario percepto eius negocia gesserint in partibus remotis.*

14 *Familiares Episcopi gaudent priuilegio fori, & immunitatis tàm in ciuili, quàm in criminali negocio, nec laycorum statutis ligantur.*

15 *Familiaris Episcopi, ad effectum gaudendi priuilegio fori & immunitatis, dicitur, is, qui ab ipso Episcopo Salarium recipit, licèt eius expensis non viuat.*

16 Fa.

16 *Familiares Nunciorum Apostolicorum gaudent priuilegio fori.*
17 *Familiares S. Inquisitionis non nisi in Tribunali Inquisitoris poterunt tàm ciuilitèr quàm criminaliter conueniri.*
18 *Familiares Religiosorum fori priuilegium habent ex dispositione S. Concilij Tridentini.*
19 *Familiares Clericorum simplicium quando gaudeant priuilegio fori?*
20 *Familiares Principũ gaudent fori priuilegio.*
21 *Familiares Papæ percipiunt fructus præbendarum in absentia.*
22 *Familiares Episcoporum percipiunt fructus præbendarum in absentia.*
23 *Familiaris non dicitur ad effectum percipiendi fructus præbendarum ille, qui à Pontifice, vel Episcopis Salarium recipit, nisi eorum personis præstet obsequium.*
24 *Licentia interessendi diuinis tempore interdicti particularibus personis concessa suffragatur etiàm familiaribus, Declara vt num. 26.*
25 *Familiaris quis non dicitur per Salarij receptionem, & commensalitatem ad effectum, vt ei suffragetur licentia concessa Domino interessendi diuinis tempore interdicti, nisi sit de ijs, qui ipsum Dominum solent comitari.*
27 *Familiares Cardinalium, & Prælatorum si infrà annum à die obitus Domini Salarium non exposcunt inducitur præscriptio ex dispositione Constitutionum san. mem. Pauli III. & Pij V.*
28 *Constitutiones san. mem. Pauli III. & Pij V. inducentes præscriptionem mercedis familiarium Cardinalium, & Prælatorum si infrà annum à die obitus Domini pro ea non fuerit institum, non habent locum in Agentibus, Procuratoribus, & similibus, qui non dicuntur familiares.*
29 *Armorum delatio conceditur in gratiam dignitatis familiaribus Principum Secularium.*
30 *Armorum delatio conceditur familiaribus Principum Ecclesiasticorum.*
31 *Episcopi in propria dioceſi dicuntur Principes.*
32 *Familiares dicuntur omnes quomodocumque seruitium Principi præstantes quando agitur de familiaritate ad effectum delationis armorum.*
33 *Familiaris quis dicitur vt gaudeat priuilegio delationis armorum si in rotulo Familiarium Principis reperiatur descriptus.*
34 *Familiaritas benè probatur ex descriptione alicuius in rotulo familiarium.*
35 *Testes familiares eius, ad cuius instantiam examinari debent reiciuntur à testimonio ferendo.*
36 *Familiares dicuntur omnes, qui Salarium recipiunt ad effectum, vt repellantur à testimonio ferendo, Contrarium num. seq.*
37 *Salarium non repellit testes à testimonio ferendo, nisi cum perceptione Salarij concurrat habitatio, & num. 40.*
38 *Familiaris potest testimonium ferre pro Domino, à quo non recipit nec Salarium nec expensas.*
39 *Expensæ, quæ præstantur famulis succedunt loco Salarij.*
41 *Administrator non admittitur ad testificandum pro administrato, licèt non sit eius familiaris, Declara vt num. 42.*
43 *Aduocatus, Procurator, Sollicitator, & similes repelluntur à testimonio ferendo pro suis clientulis.*
44 *Aduocatus, & Procurator non reijciuntur à testimonio ferendo ratione mercedis, sed ratione affectionis, quà præsumuntur prosequi causam ab ipsis defensam.*
45 *Aduocatus, & Procurator reiciuntur a testimonio ferendo pro clientulis, licèt mercedem non recipiant.*
46 *Aduocati, & Procuratores admittuntur ad testificandum pro suo clienti in causa, in qua patrocinium non præstant.*
47 *Proxenetæ non admittuntur in testes in illis negocijs, quorum mediatores fuerunt, Amplia etiamsi pro tractandis illis negocijs nullam mercedem receperint, vt numer. 49.*
48 *Proxenetæ præsumuntur habere affectionē negocijs eorum opera perfectis, vel perficiendis.*
50 *Meretrices repelluntur à testimonio ferendo.*
51 *Lenones non admittuntur ad testificandum.*
52 *Meretrices, & Lenones non repelluntur à testimonio ferendo ratione mercedis, sed ratione infamiæ.*

1 Fami-

1 FAmiliaris † propriè dicitur ille, qui
Salarium recipit pro seruitio, quod
alicui præstat l. finali C. de proxim.
Sacr. scrinior. lib. 11. l. ædiles 25. §. familia ff.
de publican. Salicet. in l. 2. num. 5. C. de Epi-
scop. & cleric. Ancharan. cons. 398. num. 1.
Bero quæst. 39. num. 1. Farinacc. de Testib
quæst. 55. num. 133. Caball. cas. 299. num. 6.
Danz. in pugn. DD. tit. de Cleric. & famil.
cleric. cap. 1. num. 11. Ciriac. controuers. 153.
2 num, 33. Verum cum † multipliciter accipi
soleat significatio verbi familiaris c. finali de
verb. significat. in 6. c. cum dilectus, & ibi
Abb. num. 8. de Cleric. non residen. l. pronun-
ciatio §. familiæ ff. de verb. significat. l. 2. in
fine iuncta glos. in v. familiares ff. de in ius
vocan. Bal. in l. 1. C. de Episcop. & cleric. Garz.
de benefic. par. 5. cap. 1. num. 314. Aloys. Ricc.
in praxi for. Eccles. resolut. 459. num. 1.
3 Quandoquè † enim largè sumitur, ali-
quandò strictè, & nonnunquàm strictius
secundùm effectus, proptèr quos de ipsa
familiaritate quæritur, vt post Bal. in c. lit-
teris num. 1. vers. familiares dicuntur omnes,
& ibidèm Fælin. num. 3. vers. tertio nota de
Testib. Aufrer. de reprob. test. num. 36. ad-
uertit Farinacc. in tractat de Testib. quæst. 55.
num. 120. Ideò pro definitione præsentis
quæstionis, necessarium erit videre, ad
quèm effectum de ipsa familiaritate quæ-
ratur. Si enim ageretur ad effectum, vt in-
4 traret dispotio † Regulæ Quartæ Cancella-
riæ reseruantis beneficia vacantia per obi-
tum familiarium Cardinalium, non esset
sufficiens, ad hoc, vt quis familiaris dice-
retur, quòd haberet à Cardinali simplex
Salarium, sed insupèr requireretur, quòd
ille Salariatus esset destinatus seruitio respi-
cienti personam Cardinalis, & ipsius com-
mensalis existeret d. c. fin. de verbor. signifi-
cat. in 6. & ibi Barbos. nu. 3. Bero quæst. 35.
num. 3. Gomes. supèr regul. Cancellar. de im-
petran. benefic. vacan. per obit. Cardinal.
quæst. 13. num. 1. cum sequen. & ibidèm
Mandos. quæst. 10. Paris. cons. 50. num. 33.
vol. 4. Mascard. de probation. conclus. 775.
num. 1. & seqq. Fusch. de Visitat. lib. 2. cap. 23.
num 6. Castren. cons. 340. sub num. 2. vers.
familiaris namquè lib. 1. Lotther. de Re benefic.
lib. 2. quæst. 28. num. 58. Gratian. discept. fo-
rens. cap. 257. num. 41. Simonett. de Reseruat.
quæst. 35. num. 21. Menoch. de Arbitrar. iudic.
cas. 552. num. 2. & 5. Paris. de Resignat.
lib. 10. quæst. 3. num. 22. Tondut. Sanleger. re-
solut. benefic. par. 2. cap. 3. §. 3. num. 11. Rot.
decis. 584. num. 3. par. 1. recen. & coram Du-
rano decis. 44. num. 6. & coram Andrea dec. 3.
num. 4. & coram Buratt. decis. 228. num. 1
& coram Penia decis. 617. num. 1. & in Vlixi-
bonen. Beneficij de Azambuca 6 Iunij 1614.
& 4. Iulij 1618. coràm Sanctissimo D. N.
Innocentio X.
5 Vndè † familiares non dicuntur Vicarius,
nec Auditor generalis, nec Visitatores,
alijque officiales, qui licèt quid annuum,
vèl menstruum percipiant pro Salario, &
expensis; attamen non possunt verè com-
mensales appellari, cum potius dignitati,
quàm personæ seruitium præstent Garz. de
benefic. par. 5. cap. 1. num. 318. & 324. Simo-
nett. de Reseruat. quæst. 35. num. 20. in reg. 3.
quæst. 19. n. 3. vers. plura possent & quæst. 45.
vers. quartò quæritur Gratian. disceptat. fo-
rens. cap. 257. num. 41. Aloys. Ricc. d. reso-
lution. 459. num. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancel-
lar. glos. 51. num 66. & ità resoluit Rota in
Parmen. Prioratus 11 Februarij 1585. co-
6 ràm Gypsio Contrarium † tamen de Vicario
affirmauit Mohedan. decis. 4. de offic. vicar.
dum voluit, quòd potiùs Vicarius dicatur
seruire personæ, quàm dignitati, quià
7 † est voluntarium Episcopi habere vicari-
8 um vel non Put. decis. 43. lib. 2. Et † non ni-
si, necessitate vrgente, ad illius deputa-
tionem teneatur, c. quoniàm vbi Abb. de
offic. Ordinar. c. petijsti 7. quæst. 1. glos. in c.
secundo verb. statuuntur Ne prælat. vic. suas
Berò in c. prudentiam num. 100. de offic. deleg.
Calderin. cons. 5. eod. tit. Put. decis. 6. de offic.
9 vicar. Ideo † hanc diuersitatem Sententia-
rum agnoscens Simonett. in d. tractat. de
Reseruat. benefic. quæst. 35. num. 21. illas ad
concordiam reducere curauit tali distin-
ctione adhibita videlicèt: Aut ille, qui de-
putatur Vicarius erat ex familiaribus, &
commensalibus illius Cardinalis, vel Epi-
scopi, & tali casu Vicarium inter familia-
res connumerari voluit admittendo doctri-
nam Mohedan. loc. citat. ea ratione, quia fa-
miliaritas vbi semèl fuit contracta conti-
nuatur, nec præsumitur fuisse interrupta,
Crescen. decis. 12. de Rescript. At si Vicarius
antè electionem non erat talis, & tunc licèt
eligatur cum deputatione certæ mercedis;
non tamen dicendus sit familiaris, cum
nunquàm fuerit continuus commensalis
Aloys.

Aloys. Ricc. in praxi for. Ecclesiast. d. res. 459. num. 3.

10 Neque † dicerentur familiares ad effectum huiusmodi illi, quos Cardinales retinere solent domi subministrando eis menstruatim certam mercedem, non ad alium finem nisi, vt assistent Anticameræ, nec aliud præstent seruitium *Bero quæst. 35. sub num. 3. vers. sed quandoque solùm associaret Adden. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 166. sub num. 10. vers. in quo tamen Vrsell. in suis*
11 *conclus. legal. conclus. 73. n. 18.* Vndè † Purpuratus quidam solebat istos tales appellare tapetes pictos, & quidèm optima ratione, cum ad nil aliud inseruiant, quàm ad ipsius Anticameræ ornatum, (si tamen tales sint, qui ornare possint).

12 Si † vero de familiaritate quæratur ad effectum, vt Episcopus possit conferre ordines familiari suo non subdito iuxtà dispositionem *S. Concilij Tridentini sess. 23. c. p. 9. de reformat.* Nec in casu isto sufficiens est sola perceptio Salarij, & expensarum ad hoc, vt familiaris dicatur *Maiol. de Irregularitat. lib. 4. cap. 2. num. 5. Artam. cons. 6. Rub. cons. 90. Rodriq. in summa par. 2. cap. 14. num. 10. Ricc. in praxi for. Eccles. resol. 267. num. 2. in fine* Sed requiritur, quòd Episcopo per triennium inseruiuerit, & quidem præsentialiter, & cum ipso Episcopo commorando *Maiol. vbi suprà num. 5. Fr. Eman. in summa par 2. cap. 14. num. 10. Ricc. in d. praxi for. Eccles. resolut. 307. Salzed. ad Bernard. Diaz. in pract. cap. 26. vers. tertius casus Vgolin. de potest. Episcop. cap. 26. §. 4. Prosper. de Augustino in addit. ad Quarant. in summ. Bullar. verb. Ordo vers. limita in eo, Ioannes Baptista Ventriglia in praxi rer. notab. Annot. 23. §. 1. num. 20.* Ratio namque finalis Concilij ea fuit, quòd Episcopus suos clericos cognosceret, illorumque vitam, & mores scrutaretur *Maiol. vbi supra num. 5. Vgolin. d. §. 4. Soar. de Censur. tom. 5. disputat. 31. sect. 1. num. 15. Fornar. de Sacrament. Ordin. cap. 5. Ricc. d. resolut. 267. num. 2. Barbos. de offic. & potest. Episcopi allegat. 5. num. 7. Dian. resolut. moral. par. 8.*
13 *tractat. 2. resolut. 31.* Et † propterea non poterit Episcopus ordines conferre Negociorum gestoribus, procuratoribus, aut alijs quibuscumque in remotis partibus eius negocia, Salario percepto, agentibus, *Maiol. d. lib. 4. cap. 2. num. 5. Salzed. ad Diaz. in praxi cap. 26. Campanil. in diuers. Iur. Canonic. rubr. 9. cap. 9. num. 5.*

14 Attenditur quoque familiaritas ad effectum gaudendi priuilegio fori, quo gaudent familiares plurim personarũ videlicet familiares Episcopi etiamsi laici sint tàm in ciuili, quàm in criminali negocio; itaut nec statutis laicorum alligati sint, sic probat *tex. in c. fin. vbi Hostien. num. 14. Abb. n. 5. Io: Andr. num 195. & communitèr DD. de offic. Archidiacon. & in c. cum ab homine vbi Abb. num. 2. de Iudic. idem Abb. in c. 2. nu. 6. vers. in familia vbi etiam Butr. & Felin. de for. compet. Natt. cons. 76. num 6 in fine lib. 3. Bursatt. cons. 35. num 13. Clar. in praxi §. fin. quæst. 35. num. 18. vers. ab hac, Thesaur. decis. 22. num. 6. Menoch. de Arbitrar. iudic. cas. 562 num 13. Duard comment. in Bull. cænæ Domin. can. 15. quæst. 8. conc. 1. num. 2. Ricc. resol. 471 num. 5. Farinacc. quæst. 8. num. 46. vers. sed in famulis Gen. in prax. for. Archiepisc. neap. cap. 9. num 6. Leon. in thesaur. for. Eccles. cap. 11. num. 17. Grat. decis. Marchiæ 233. num. 1. & seq. & discept. forens. cap. 340. num. 3. & 341. num. 5. Martà de Iurisdict. par. 4. cas. 111. numer. 3. Giurb. cons. 85. num. 1. & seqq. Mar. Antonin. variar. lib. 1. resol. 75. num 2. Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 166. Decian. in tractat. criminali lib. 4 cap. 9 num. 47 56. & 58. Guazin. in tract. ad defens. reor. lib. 1 defens. 20. cap. 9. num. 23. Vulpell. de Libert. Ecclesiast. par. 3. n. 24 Capell. Tholos. decis. 378 Bellet. disquisit. Clerical. par. 1. de fauor. cleric. §. 1. num. 13. Thesaur. dec pedemont. 22. num. 6. Barbos. de offic & potest Episcop. allegat. 107. num. 9. Ciarlin. controuersi. r. forens*
15 *cap. 20. num. 14.* Et † ad istum effectum familiaris dicitur ille, qui percipit Salarium ab Episcopo *Surd. decis. 35. per tot. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 1. d. cap. 75. per tot. Calcan. cons. 72. Calderin. cons. 8. in fine de offic. legat. Campanil. in diuersor. Iur. canonic. rubr. 9. cap. 9. sub num. 15. vers. vbi vero,* Nec est necessarium, quòd concurrat mens & dens, idest, vt Episcoporum expensis viuant familiares, prout requiri diximus in beneficiorum reseruatione *Campanil. loc. citat. August. Taurell. apud Barbos. de iure Ecclesiastic. cap. 29. §. 4. num. 6. & seqq. Sperell. decis. for. Ecclesiast. 128. num. 34. & seq. Surd. d. decis. 35. sub num. 7. vers. Senatus tamen Rot. coram Buratt. decis. 255. per tot. & in*

requiritur, quòd familiaris prestet obsequium circa personam Pontificis, vel Episcoporum, vt apparet ex *d. c. cum dilectus* ibi, In nostro seruitio commorantes, & ibi, cui circa nos se obsequiales exhibent *& ex c. de cætero*, ibi, donec in seruitio tuo fuerint *& ex d. c. audientiam* ibi, in tuo seruitio existentes & ibi, qui tecum pro tuo, & ipsius Ecclesię seruitio commorantur *Rot. coram Duran. decis. 44. nu. 10. Garz. de benefic. par. 3. cap. 2. num. 383.*

26 Potest quoque de familiaritate quæri † in casu, quo tempore interdicti fuerit concessum particularibus personis, puta Episcopis Ducibus, Comitibus, vel alijs licentia interessendi diuinis, cum talis licentia suffragetur etiam familiaribus *c. licet de priuileg. in 6. Nauar. in manual. cap. 27. num. 181. Fr. Eman. quæst. regular. tom. 2. quæst. 67. art. 1. Cabed. decis. Lusitan. penult. num. 11. par. 1. Henriquez in summa lib. 13. cap. 48. §. 5. Vgolin. de Censur tab 5. cap. 8. § 4. n. 2. Sayr. eod. tractat. lib. 5. cap. 5. à nu. 19. Auil. in simil. tractat. part. 2. disputat. 4. sect. 2.*

27 *dub. 7.* Et † ad istum effectum non sufficit, ad hoc, vt quis familiaris dicatur, perceptio Salarij, quinimo nec ipsa commensalitas suffragatur, Sed illis tantum prodest, qui priuilegiatum solent comitari, & non alijs,

28 Itaut † si talis licentia fuisset concessa alicui Collegio, seu Monasterio, non admitterentur ipsius Collegij, seu Monasterij familiares ad audienda diuina, & ratio est quia nobiles non nisi familiaribus concomitantibus solent Ecclesias adire, ideoque inutile redderetur priuilegium eis concessum, nisi possent familiares, qui illos comitari solent secum ducere, quæ ratio cessat in Collegij, & Monasterijs, vt bene aduertit glos communitèr recepta in *d. c. licet v. non debet de priuileg. in 6.*

Attenditur etiam familiaritas ad effe-
29 ctum, † vt locum habeant Constitutiones Sanctę Memoriæ Pauli Tertij, & Pij Quinti, ex quarum dispositione inducitur præscriptio mercedis familiarium, & seruitorum Cardinalium, Patriarcarum, Archiepiscoporum, Auditorum Rotæ, Clericorum Cameræ, Referendariorum, & similium Prælatorum si infra annum à die obitus Domini, cui seruiuerunt, non insteterint pro mercede, Et ad hunc effectum, non quælibet familiaritas sufficeret, sed necesse foret, quòd quis esset de domesticis idest domi retentis, &

30 propterea † illarum dispositio locum non haberet in Agentibus, Procuratoribus, & similibus, qui familiares non dicuntur, saltèm non domestici vt in terminis d. Cōstitutionis san. mem. Pauli Papæ Tertij dixit Rota coram Penia in *Romana Mercedis 18. Martij 1591. quæ inter eius decisiones Venetijs impressus est decis. 111. vers. neque ex bulla sub numero primo*, & latius de hoc dicemus *in par. 3.* vbi agemus de salarij præscriptione.

Quotidiè etiam de familiaritate quæri-
31 tur ad effectum delationis armorum † quæ in gratiam dignitatis conceditur, non solùm familiaribus Principum, Secularium, vt ex *tex. in l. vnica C. de præposit. sacr. cubic. lib. 12. tradit glos. in c. primo 51. distinct. Plaz. in epitom. delict. lib. primo cap. 8. num. 14. Decian. in tractat. Criminal. lib. 8. cap. 3. nu. 51. & seq. Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 394. num. 76. Farinacc. quæst. 108.*

32 *num. 98.* Verum etiàm † familiaribus Principum Ecclesiasticorum scilicet Episco-

33 porum, † qui in propria diocesi dicuntur Principes *c. Ecclesia principis 35. distinct. c. quorum vices 16. dist. c. si ipsis de maioritat. & obbedien. Barbat. de præstan. Cardin. quæst. 7. num. 13. Panuin. de Offic. Capitol. sed. vacan. prælud. 6. num. 15. Alzedo de præcell. Episcop. dignit. lib. primo cap. 8. num. 48.* Et

34 † ad hunc effectum non requiritur necessariò deputatio ad aliquod officium, sed omnes quomodocumque in seruitio existentes dicuntur familiares vt per *tex. in l. pronunciatio §. familiæ vbi Alciat. ff. de verbor. significat. & in l. finali C. eodem tit. Alex. cons. 178 in princip. vers quia imò lib. 6. Farinacc. de Test lib. quæst. 55. num. 135. Leo in Thesaur. for. Eccles. par. prima cap. 11. nu. 18. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. primo resolut. 75. num. 2. Barbos. de Iure Ecclesiastic. lib. primo cap. 34. §. 4. num. 33.* Itaùt

35 † ad effectum, vt quis tamquam talis arma deferre posset, sufficeret, quòd esset descriptus in rotulo familiarium, quia cùm nullas probare debeat qualitates, sed solùm

36 familiaritatem, † hæc benè probatur per ipsam descriptionem *Put. decis. 411. lib. primo Barbos. de Offic. & potestat. Episcop. allegat. 5. num. 5.*

Tandem attenditur familiaritas in testi-
37 bus † qui si sint familiares eius, ad cuius instan-

instantiam examinari debent reiciuntur à testimonio ferendo *l. etiam*, & *ibi notant DD. omnes C. de Testib. l. prima §. ad quæstionem ff. de quæstionib. l. testes eos ff. de Testib. c. si testes §. testes 4. quæst. 3. c. in litteris de Testib. c. super prudentia 14. quæst. 2. Aufrer. de reprobat. testib. num. 36. vers. secunda conclusio Boss. in praxi tit. de opposit. con. test. num. 93. Mascard. de probat. conclus. 533. num. primo & conclus. 1357. num. 46.*

38 Et † ad istum effectum, quòd familiares dicantur omnes, qui salarium recipiunt affirmarunt *Alex. cons. 91. col. finali vers. accedit ad perimendum vol. 4. post. Speculat. in titulo de testib. §. 1. quæ poss. con. test. oppon. col. 4. cum alijs relatis per Gabr. commun. conclus. tit. de testib. conclus. 10. num. 4.*

39 Verùm, † solam mercedem, seu salarium non repellere testes à ferendo testimonio nisi cum salario concurrat habitatio suprà relatorum DD. opinione reprobata resoluit *Rot. in Vlixbonen. Matrimonij 21. Iunij 1613. coram Sacrato, & in Romana mercium, seu repetitionis indebiti 18. Maij 1601. coram clar. mem. Card. Pamphilio, & coram Puteo decis. 4. num. 5. lib. primo* quam sequitur *Farinacc. de testib. tit. de opposit. con. person. test. quæst. 55. num. 17.* Quæ Rotæ

40 opinio probabilior apparet, nam si familiaris potest esse testis pro Domino si seruit sine salario. *Roman. cons. 420. num. 4. & ibi Mandos. in addit. Aufrer. de reprob. test. num. 43. vers. fallit Marsil. in l. prima §. ad quæstionem num. 2. ff. de quæstio. & sing. 4. incipien. regula est vers. limita tu & cons. 68. num. 22. Crot. de testib. num. 127. vers. tertio fallit. Bert. cons. 542. num. 15. lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 758. num. 7.* cum alijs relatis per *Farinacc. dicta quæst. 55. inspect. 2. num. 138.* & sine expensis, quæ

41 † dicuntur succedere loco salarij, itaut concurrentes cum familiaritate repellerent à testimonio ferendo *Fælin. in c. in litteris num. primo vers. secundo nota de testib. Gabr. dicta conclus. 10. num. 7. Farinacc. cons. 110. num. 3. lib. 2.* Ita e contra, solum salarium non debebit testem repellere. *Put. dicta decis. 4. num. 6. Farinacc. dicta quæst. 55. sub num. 17.*

Non obstat si dicatur, quòd plures dantur personæ, quæ propter solum salarium repelluntur à testimonio ferendo, licèt non concurrat in eis familiaritas, prout videmus

42 in Administratoribus, † qui non admittuntur ad testimonium ferendum etiamsi non sint familiares ipsius administrati *Alex. cons. 167. num. primo lib. 6. Alberic. in l. deferre num. 2. ff. de Iure fisci Menoc. in c. Romana num. 6. de testib. Angel. in l. quoniam liberi num. 4. vers. quid autem sit C. de testib. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de test. §. primo vers. sed pone quòd administrator Mascard. de probat. conclus. 1357. num. 27.* Respondetur enim, salarium in istis personis non esse causam efficientem, quæ illos repellat à testificãdo, prout in allegato exemplo Administratorum, in quibus causa efficiens illa est, quòd si admitterentur ad testificandum Administratores in ijs, quæ administrationem concernunt dicerentur testes in causa propria, quamobrèm videmus,

43 quòd † in ijs, quæ administrationem non respiciũt Administratores adhiberi possũt in testes quotiescumquè non sint familiares eius, cuius bona administrant *l. prima ff. de testib. Bal. in l. omnibus num. 3. in fine, & ibid. Salicet. num. 6. vers. aut quæritur de procuratore ad negocia C. de testib. Alberic. in l. deferre num. 2. ff. de Iure fisci Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuil. tit. de testib. rubr. person. test. aggredien. v. procurator num. 60. in fine vers. sed Salicet. fol. 98. Campeg. de testib. reg. 63. in prima fallen. Farinacc. d. quæst. 55. illat. 7. num. 263.*

Idem dicendum esset si allegaretur, quòd

44 † Aduocatus, Procurator, & Sollicitator licèt non sint familiares per solam receptionem mercedis repellantur à testimonio ferendo pro suis clientulis *c. si testis omnes §. testes quos accusator 4. quæst. 3. Dec. cons. 310 num. 3. Corn. cons. 309. num. 5. lib. 4. Crauett. cons. 281. num. 4. Rot. decis. 52. nu. 6. vers. & si Aduocatus, & Procurator de appellation. in nouis Mascard. de probat. conclus. 1357. post. num. 3. & num. 34.*

45 Quia † isti non repelluntur à testificando ratione mercedis, sed ratione affectionis, quà præsumuntur prosequi causam ab ipsis defensam. *Imol. in c. cum à nobis sub. num. 7. vers. si autem vult testificari de testib. Mascard. de probat. conclus. 1232. num. 12.* vbi de Procuratore. *Hector AEmil. de testib. v. Aduocatus num. 42. Farinacc. de testib. quæst. 60. num. 155. & num. 201.* & hinc est, quòd licèt non recipiant mercedem, adhuc non admittuntur ad testificandum. *Alex. in addit.*

dit. ad Bar. in l. deferre §. idem decreuerunt littera E. in v. esse testis vers. nec videtur distinguendum Fælin. in c. cum à nobis num. 15 ad finem de testib. Aufrer. de reprob. test. nu. 89. Soccin. cons. 88. nu. 24. vers. nec obstat lib. 2. Crauett. cons. 281. num. 5. Gabr. tit. de testib. conclus. 12. num. 4. Mascard. de probat. conclus. 1317. num. 11. & seq. Et ita reiecta contraria opinione, firmat *Farinacc de testib. q. 60. num. 167. & num. 246. & seqq.* & quòd affectionis cessante causa dicantur testes idonei, itaut † admittantur

46 ad ferendum testimonium pro suo clienti in alia causa, in qua patrocinium non præstarunt. *Lanfranc. de testib. num. 67. vers. in alia autem causa Bar. in l. deferre §. idem decreuerunt num. 2. ad finem vers. si vero aliquis vellet procuratorem producere in alia causa ff. de Iure fisci Salicet. in l. omnibus num. 6. vers. & eadem ratione, & ibidem Castren num. 3. in fine vers. sed quid in procurator. C. de testib.*

47 Eadem quoque ratione † repelluntur proxenetæ à testimonio ferendo in illo negocio, in quo fuere mediatores, *glos. in §. in his v. ad muneratorem Auth. de Instr. fid. & caut. & in c. si quis Episcopus v. mediator. prima quæst. 5. & in c. primo in v. ciuil. de testib. in 6. Gabr. commun. conclus. tit. de testib. conclus. 20. num. primo Rot. Genuen. decis. 97. num. 3. Magon. decis. Lucen. 95. nu. 14. Seraphin. decis. 164. num. 2.* præsumun-

48 tur † enim habere affectionem illi negocio quod tractant, seu tractarunt, itaut si non sit perfectum perficiatur, et si iam sit perfectum bene gestum fuisse appareat *Alex. cons. 128. num. 1. lib. 2. & cons. 13. num. 14. post med. lib. 1. Stracc. de proxenet. par. 4. in quæst. incipien. illa etiam sub num. 4. vers. & hoc admittendum Mandos. in addit. ad Roman. cons. 420. sub litt. A uers. sed his non obstantibus Ias. in l. dictantibus num. 8. vers. & etiam quod est fortius C. de Testamen. Corrad. in pract. §. 2. tit. de Testib. v. proxeneta numer. 62. Cæphal. cons. 65. numer. 23. lib 1.*

49 Et propterea † etiamsi proxeneta nullam reciperet mercedem pro tractatu negocij, & aliud quodcumque eius interesse cessaret, adhuc non diceretur testis idoneus in illo negocio, quod tractauit *Gabr. de Testib. conclus. 20. num. 3. Beninten. decis. 61. nu. 1. vers. & non videtur obstare Stracc. vbi supra numer. 4. & 33. & 53. in fine Mascard. de probat. conclusion. 1036. num. 6. Farinacc. de Testib. quæst. 60. num. 400.*

Minùs releuat si adducatur, quòd meretrix, & leno, in quibus non concurrit familiaritas, nec præsumptio affectionis, tamen

50 repellantur à testificando, vt de † meretrice est *tex. in l. 3. §. lege iulia ff. de Testib. & firmant Mascard. de probat. conclusion. 1063. num. 40. Magon. decis. Lucen. 89. numer. 4. Gigas de Crimine læsa maiest. lib. 2. tit. quomod. & per quos crimen. læs. maiest. probat.*

51 *quæst. 13. num. 4. libr. 3.* Et † de Lænone *Aufrer. de reprob. test. num. 64. Mascard. de probat. conclusion. 1356. numer. 21.* Quia licèt in istis non concurrant familiaritas, nec affectionis præsumptio; Attamèn concurrit infamia, propter quam repelluntur à testificando, non autem proptèr mercedem *l. palam §. non solum ff. de ritu nupt. l. athleta §. ait prætor ff. de his qui notan. infam Alex. cons. 11. sub num. 1. lib. 1. cum alijs quos refert. & sequitur Farinacc. de Testib. quæst. 56. num. 358. & 364.*

Salaria An, & quando veniant in societate communicanda.

QVAESTIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Societatis bonorum plura sunt genera.*
2 *Societas non debet extendi vltrà negociationem à socijs in contractu appositam.*
3 *Societas vnius negociationis non requirit communicationem lucrorum ex alia negociatione prouenientium.*
4 *Salaria non veniunt communicanda in Societate certæ negociationis.*
5 *Salaria, & stipendia sempèr dicuntur esse extrà negociationem.*
6 *Salaria communicanda veniunt in Societate omnium bonorum Contrarium nu. 7. Declara vt num. 8. & seqq.*
8 *L. si Fratres §. Item Papinianus ff. pro socio declaratur.*
9 *Dictio* & cætera, *quandò reperitur nominalitèr posita, idem importat, quòd* & reliqua omnia.
10 *Verba* & reliqua omnia *de sui natura nihil excludunt, & sunt adeò vniuersalia, vt*

vt comprabendant etiam ea, quæ aliàs non includerentur.

11 *In societate non veniunt communicanda nisi quæsita ex quæstu.*

12 *Salaria non comprehenduntur sub verbo quæstus, quia non dicuntur acquiri ex quæstu.*

13 *Quæstus dicitur id, quod ex opera cuiuscumque descendit.*

14 *L. quæstus ff. pro socio declaratur.*

15 *Societas non æqualitèr intèr socios diuidenda est, sed maior pars erit illi assignanda, qui plus opera, vel pecunia in ipsa societate impendit.*

16 *Salaria communicanda veniunt in societate vniuersorum, quæ ex quæstu, & operibus descendunt.*

DIstinctionis lumine adhibito in hac quæstione procedendum est ad hoc, vt eius veram definitionem inuenire
1 possimus. Sciendum est igitur,† multa esse societatis bonorum genera, quarum aliqua ad nostram materiam pertinentia sunt referenda.

Alia enim dicitur societas vnius negociationis *l. cum duobus §. cum duo Argentarij & l. cum duo societatem contraxerunt ff.*
2 *pro soc.* Et quia † societas non debet extendi vltra negociationem à socijs in cõtractu appositam *Bar. in l. Titium, & Meuium num. 6. ff. de administrat. Tutor. Cephal: cons. 65.*
3 *num. 43. lib 1.* ideò † non erit in huiusmodi Societate communicandum, nisi id, quod ex illa negociatione proueniet, & quid quid socij extrà illam quoquomodo acquirent vnus alteri de acquisitis nec partem, nec rationem reddere tenebitur; Et ex his
4 patet, non † esse in huiusmodi societate communicanda Salaria *Mantic. de Tacit. & ambig. Conuent. lib. 6 tit. 2. n. 9. Adrian. Negusan. in Sylua Respons. quæst. 276. nu. 7*
5 Maximè quia † Salaria & stipendia semper dicuntur extra negociationem *gloss. in l si Fratres §. papinianus in v. Irritum ff. pro socio & ibi Bal. in secunda lectura Adrian. Negusan. d. quæst. 276 num. 9.*

Alia est Societas vniuersorum bonorum *l. Societas contrahitur & l si societatem vniuersarum fortunarum, & l. si frater §. socium ff. pro socio Fælic. de Societ. capit. 9 numer. 6. Mantic. de Tacit. & ambiguis conuent. lib. 5.*
6 *tit. 2 num. 6.* Et † in hac societate communicanda esse Salaria, quę dantur Notarijs, Assessoribus, Medicis, Ambasciatoribus, Decurionibus, Aduocatis, Iudicibus, Ducibus, Caporalibus, & Domesticis, Principum, nec non Salaria prouenientia ex operibus diurnis, & sic cuiusuis generis personarum asseruerunt *Fælic. de societat. capit. 12. num. 26. Giurb. in consuetud. Senat. Messanen. cap. 1. glos. 3. part. 1. num. 17. Adden. ad Bal. in l. cum duobus §. item Papinianus ff. pro soc. Aretin. in §. manet. numer. 4. Instit. de Societ. Caroc. de locat. & conduct. part. 2. tit. de Medico quæst. 10. num 3. Guttier. pract. quæst. 119. num. 7. & in auth. Sacramenta Puberum num. 54. C. si aduers. vendit. Federic. Solis de bon constit. matr. acq. quæst. 17. num. 10. Suar. tit. de las Ganancias num. 32. Muta ad consuetud. Panormit. 44. num. 54. Io: Lup. in repetit. rub. de donat. inter virum & vxorem §. 62. num. 18. Ioseph. Ludouic. de Soc conclus 63. illat. 10 Michalor. de fratrib. par. 2. cap. 26. n. 5.* cum alijs longa serie relatis per Giurb. locis proximè supra citatis.

7 Quorum † tamen DD. opinione non obstante liceat mihi contrariam sententiam amplecti, Scilicèt, In societate omnium bonorum simplicitèr contracta nullo modo communicanda esse Salaria, Non obstantibus rationibus, super quibus fundata reperitur sententia prædictorum DD. quibus ni fallor facili negocio potest responderi. Pri-
8 mum † igitur fundamentum est *l. si Fratrès §. item Papinianus ff. pro socio* in quo §. expressè dispositum videtur, quòd Salaria veniant in huiusmodi societate communicanda, dum dicitur, quòd si inter fratres voluntarium commercium initum fuerit, & stipendia cęteraque Salaria in communi redigi iudicio societatis, Verum si attenta mente predicta verba considerentur, proùt considerauit glos. apparebit verum, & germanum sensum prædictorum verborum, quibus ille §. reperitur conceptus esse. Quòd inter fratres coitum actum fuerat voluntarium consortium, vt stipendia & cætera communia essent, vt dicit *glos.* qua expressione stante nulli dubium, est Salaria esse communicanda in societate, Dictio
9 † enim illa, & cætera, cum sit vniuersalitet posita, idem importat, quòd, & reliqua omnia *l. cæterorum ff. de verbor. significat. l. 2. C.*

de

de hared. instit. l. meuias ff. eodem Rom. *in.* 10 *cons 343. num 6.* quę † verba de sui natura nihil excludunt, & sunt adeo vniuersalia, vt comprahendant etiam ea, quæ aliàs non includerentur *Marescot. variar. resolut. cap. 45. num 14. lib. 1. & cap. 138. num. 33. lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 148. sub num. 9. vol. 1. Anton. Monach. decis. florent. 69 num. 8. Barbos. de diction. dict. 207. n. 1. in fine.* Secus autem, quando fuerit facta societas omnium bonorum simpliciter, non addiecta illa dictione *& cetera*, & non facta mentione de Salarijs, tunc namque Salaria non possunt dici comprehensa.

11 Quod † eo magis subsistit stante dispositione tex. *in l. coiri societatem ff. pro socio*, in qua sancitum reperitur, quòd in societate non veniunt (quotiescumque non fuerit aliud expressum) nisi quæsita ex quæstu, puta emptione, venditione locatione.

12 Sub † quo verbo quæstu non comprahenduntur Salaria, & stipendia, cum non dicantur acquiri ex quæstu *Bal. in d. l. si Fratres §. item Papinianus ff. pro socio*, Nec ob-

13 stat si dicatur, quòd quæstus † intelligitur, qui ex opera cuiuscumque descendit, vt in *l. quæstus ff. eodem Bero cons 190. n. 14. libr. 1. Falic. de societat. cap. 13. num. 5. Ciarlin. controuers. 16. sub num. 9. vers quæstuaria au-*

14 *tem lib. 1.* Quia † licèt textus dicat ex opera, non intelligitur ex opera prout est diurnum officium vt in *l. 1. ff. de oper. libert.* sed sumitur pro solertia, & diligentia, ex qua aliquid quæritur, vt exponit *glos. in d. l. quæstus v. ex opera* Imò prædicta lex non intelligit de omni opera, quę prouenit ex solertia, & diligentia, sed de illa opera solerti, & diligenti, quæ prouenit ex contractu quæstuario, & mercantili, & hoc est quod demonstrat *l. coiri in fine, dum* specificat emptionem venditionem *Sagur. ad Bal. in l. si Fratres §. si Fratres §. inter ff. pro socio Falic. de societ. cap. 13. de quæstu num. 5. Ruin. cons. 101. sub num. 10. vers. sed præmissa lib. 1.*

Alterum fundamentum prædictorum affirmantium, Salarium communicandum esse in societate omnium bonorum est. AEquitas, Nam inconueniens est, dicunt ipsi, quòd vnus socius quotidie se exerceat in societate, nullique parcat labori pro conseruanda, & augenda societate dimittens quidquid lucrari posset locando operas suas, Alter vero socius locet operas suas pro Salario non curans aliquod studium pro societatis vtilitate impendere, & non teneatur lucrum communicare alteri socio, hoc namque facere iniquum omninò est, & contra legem societatis cum vnus dici debeat laborasse communiter, alius vero particulariter, itaut non teneatur sua lucra communicare. & possit de alijs participare *Bal. in d. l. si Fratres §. Item Papinianus Caroc. d. quæst. 10. sub d. num. 3.*

Cessat tamen hoc fundamentum per *l. si societatem & l. si non fuerit ff. pro socio*, qui-

15 bus Sancitum extitit, quòd † non æqualitèr veniat diuidenda societas si alter plus operæ, & industriæ vel plus pecuniæ fuerit collatus, sed maior pars erit illi communicanda, qui plus contulit. Sicque dum socius laborans in societate suorum laborum præmium refert, vt patet *ex ll. supra allegatis*, & latiùs nos dicemus infrà *in par. 2 quæst. 1.* non potest aliquo modo dici læsa æquitas, si alter socius non communicet Salaria, quæ lucratur ex locatione suarum operarum, Imò æquitas non seruaretur quando Salaria venirent communicanda, Potest namquè esse, quòd vnus socius magna Salaria consequatur propter officium, quod exercet, vt puta si sit Iudex, Aduocatus, Medicus, vel similis, quibus soluitur Salarium, non habita ratione laborum, sed probitatis scientiæ, alijs vero socius sit vilis persona, quæ ex suarum operarum locatione soleat tantùm lucrari, quantùm pro suis alimentis sufficere possit.

Alia est societas vniuersorum, quæ ex quæstu, & operibus descendunt, *Mantic. de Tacit. & ambig. conuent. d. lib. 6. tit. 2.*

16 *sub num. 6.* Et † in hac societate communicanda veniunt Salaria, est stipendia, cum sub nominibus quæstus, & operarum simul acceptis comprahendantur quælibet operæ, vel sint fabriles, vel officiales, vel quæstuariæ *Bar. in l. si non sortem §. libertus num. 28. ff. de condict. indebit.* & quilibet socius debebit in societate ponere quidquid fuerit lucratus suis operibus, tàm si se exercuerit in operibus fabrilibus, officialibus, quæstuarijs, seu alijs quibuscumque. Idem quoque esse dicendum crederem, si fuisset facta societas vniuersorum, quę ex operibus prouenient, sumpto verbo, opera generaliter, secus verò si specialiter, vt

puta

puta, si fuerit facta societas omnium, quæ ex quæstu prouenient, nam tunc, licèt quæstus dicatur descendere ex opera, non tamen debebit socius communicare; nisi id, quod lucratus fuerit ex operibus quæstuarijs, & mercantilibus, non autem, id quod ex operibus officialibus, seu fabrilibus, quæstui enim non possunt conuenire, nisi operæ mercantiles, vt per *glos. in d. l. quæstus verbo ex opera.*

Multas alias possem hìc afferre societatum species, verum quia in nulla ipsarum veniunt communicanda Salaria, nisi fuerit expressè conuenctum, ideo illas, omissas facio remittens Lectorem, qui plura de materia societatis habere vult ad *Fælic. de Societat. cap. 9. per tot. & ad Mantic. de Tacit. & ambig. conuenction. lib. 6. tit. 2. per tot.*

Salarium prouenięns ex officio quæsito per Patrem Filio, An ei imputetur in legitimam.

QVAESTIO XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Salarium prouenięns ex officio quæsito per patrem filio ei in legitimam imputatur si officium sit transmissibile ad hæredes, Intellige vt num. 5. & 12.*

2 *Salarium prouenięns ex officio à patre filio quæsito imputatur in legitimam si officium non sit ad hæredes transmissibile sed tamen vendibile durante vita officialis, Contrarium numer. 3. Intellige vt numer. 12.*

4 *Salarium prouenięns ex officio à patre filio quæsito non imputatur in legitimam si officium non sit vendibile, nec ad hæredes transmissibile, Intellige vt numer. 5. & 12.*

6 *Emolumenta, quæ proueniunt ex officio paterna pecunia comparato ratione pecuniæ deducta æstimatione oneris personæ dicuntur profectitia, & imputantur in legitimam.*

7 *Emolumenta, quæ reddit officium pecunia patris comparatum ratione laboris, & exercitij non computantur filio in legitimam, & num. 9.*

8 *Peculium castrense, non imputatur filio in legitimam, sicut nec aduentitium.*

10 *Lucra prouenientia ex mercantijs emptis ex pecunia patris communicanda veniunt filio, cuius industria in eis versata fuit, Amplia vt num. 11.*

12 *Emolumenta, quæ proueniunt ex officio à patre filio procurato non imputantur in legitimam, si officium tale sit, quod emolumenta non habeat, nisi concurrat labor ipsius filij.*

SI pater procurauit aliquod officium filio, ex quo ipsi filio prouenit Salarium, an istud computandum sit in legitimam, Quæstio est tractata per Doctores in *l. omnimodo §. imputari C. de inoffic. testamen.* Et communiter cum infrà relata distinctione resoluitur, videlicèt.

1 Aut † officium à Patre Filio procuratum est tale, vt possit transmitti ad hæredes, & tunc Salarium ex eo prouenięns imputandum esse volunt in legitimam, vt post *Glos. Angel. Io. Fabr. Odofred. Salicet, Fulgos. & alios scribentes in d. l. omnimodo §. imputari Mangil. in tract. de Imputat. & detraction. quæs. 33 num. 2.*

2 Aut † non est transmissibile ad hæredes, sed durante vita officialis est vendibile, & tali casu nonnulli voluerunt, quòd illud annuũ Salariũ imputandum sit in legitimam, *Nunez. de Auendan. resp 9. n. 3. Menchac tom. 1. lib. 3. §. 30. par. 3. num. 403. Boer.*
3 *decis. 14. num. 3. & seqq.* Alij † tamen, & fortassè meliùs dixerunt, quòd illud annuum Salarium non computetur in legitimam, sed tantummodò computandum sit prætium, quod proueniret ex ipso officio in casu, quo venderetur, & hanc opinionem amplectitur *Bal. in d. §. imputari numer. 6.*

4 Aut † denique officium est tale, quod non possit vendi, nec transmitti ad hæredes, & tali casu non esse imputandum in ejus legitimam voluerunt *Angel. in d. l. omnimodò in princip. vers. idem* vbi ponit casum, quòd pater procurauerat filio annuum redditum cum onere aduocationis *Molin. de Iust. & Iure tractat. 2. disput. 241. vers. quoad posteriorem Balthaxar. Thomas. in suis decad. par. 1. tractat. 4. tit. 15. de Imputat. in legitim.* vbi de Salario aduocationis per patrem filio quæsitum *Calcan. cons. 14. col. 5.*

col 5. Peregrin. de fideicommiss. art. 36. sub num. 130. vers. ea autem Garz. de Expens. & melioramen. cap. 4. sub num. 14. & facit tex. in l. 1. §. nec. castrense vers. sed an id ff. de collat. bonor.

5 Ego † autem in casu nostro, in quo non quæritur, an imputandum sit in legitimam ipsum officium, vel eius prætium, sed emolumenta, quæ ex ipso proueniunt, aliter distinguendum esse existimo, scilicet, Aut officium reddit emolumenta per se ratione pecuniæ in illius emptione erogatæ, & talia emolumenta inputanda esse crederem in legitimam, non habita ratione an officium de sui natura sit transmissibile ad heredes, vel non, ea ratione, quia
6 † emolumenta huiusmodi tamquàm prouenientia ex pecunia paterna dicuntur profectitia *Bar. in l. cum oportet num. 3. & 4. C. de bon. qua liber. Speculat. de Iudic. §. sequitur vers. quid si alter. filiorum*, Et in legitimam vti talia imputantur *Crauett. cons. 165. num. 2. lib. 1.* & hanc opinionem comprobare videntur *Bar. in l. 1 §. nec castrense numer. 7. vers. sed quaero ff. de collat. bonon. Merlin. de legitim. libr. 2. titul. 2. quæstion. 24. numer. 5.*

7 Aut † verò officium habet certa emolumenta ratione pecuniæ erogatæ in illius emptione, & alia, quæ ratione laboris percipiuntur, prout habent officia Scriptorum, & Registratorum Litterarum Apostolicarum, & alia quamplura officia Cancellariæ, & in hoc casu existimarem, computanda esse in legitimam illa emolumenta tantummodo, quæ officium reddit per se, non autèm illa, quæ ratione laboris percipiuntur *Merlin. vbi supra d. quæst. 24. nu. 4.*
8 quia hæc reputarentur † peculium quasicastrense, vel aduentitium, quorum neutrum in legitimam imputantur, vt per *Doctores comuniter. in l. quartam ff. ad leg. falcid. Mangil. in Tractat. de Imputation. quæst. 29. n. 27. & seqq.*

Nec dici potest, talia emolumenta prouenire ex pecunia patris, cum requirant industriam filij, sine qua ipsa emolumenta cessarent, Quamobrem concludendum est,
9 quòd † quotiescumque ex operibus filij emolumenta proueniunt, nullatenùs imputanda veniant in legitimam, licèt officium, in quo operę versantur fuerit ei procuratum à patre, vt benè *Iacob. Butrigar. in l. cum oportet. C. de bon. qua liber. & ibidèm Corn.*
10 *nu. 7.* vbi firmant, quòd † lucra prouenientia ex mercantijs emptis ex pecunia patris non dicantur quæsita simplicitèr ex paterna pecunia, sed etiam ex operibus filij, cum non minus æstimetur industria, & opera quàm ipsa pecunia, Ideoquè, partem lucrorum assignandam esse patri, aliam verò filio propter industriam, & hoc ipsum firmarunt *Bal. cons. 259. incipien. factum ità se habet lib. 5. Roman. cons. 469. Soccin. cons. 192 lib. 2 Crauett cons. 165. sub num. 1. vers. si autem dicamus lib. 1. Dec. in l. illud col. penul. in fine*
11 *C. de Collation.* In † tantùm, vt si posset considerari, lucrum magis prouenisse ex industria filij, quàm ex pecunia patris, maior pars spectaret ad filium, & patri assignanda veniret illa portio, quæ secundùm loci consuetudinem ex quantitate pecuniæ expositę solitum esset prouenire *Alex. in l. si tibi §. si pactus in fine ff. de pact. Dec. in d. l. illud col. fin. Crauett. d. cons. 165. num. 1. in fine Crot. in repetit. l. Fratrer à fratre in 32. quæstion. n. 118. C. de cond indebit Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 176. num. 5. Becc. cons. 113. n. 20. lib. 1. Peregrin cons. 97. num. 61. lib. 4 Carec. in decis. cas. frequen. cas. 30. num. 2. & in tractat. de locat. & conduct. par. 3. tit. de bon. qua liber. sub num. 23. Grass. in tractat. de success. §. legitimam quæst. 26. sub num. 3. Ioseph Ludouic. decis. perus. 28. num. 15. Surd de Aliment. tit. 9. quæst. 20. num. 10. & 16. Molin. de Iust. & Iure disputat. 234. col. 1. in fine.*

12 Quandò † autèm officium sit tale, vt non habeat nisi illa emolumenta, quæ proueniunt ex industria, & operibus filij, vt puta, si per patrem fuerit procurata filio aliqua aduocatio, iudicatura, capitaneatus, vel similia, Salarium ipsi filio proueniens ex huiusmodi officijs nullatenus imputãdũ erit in eius legitimam *Angel. in d. l. omnimodo §. imputari in princip.* vbi ponit casum, quòd pater procurauerat filio annuum redditum cum onere aduocationis, *& ibidem Io. Faber Odofred. Alberic. Castren. & Fulgos Vasquez. de Succession. par. 1. lib. 3. §. 30. n. 217. Rota coram Cardinali Seraphin. decis. 539. n. 5. & 6.*

Lega-

7 Pro † concordia istarum opinionum crederem, distinguendum casum, in quo fuit factum legatum illi famulo, qui pro consequutione suæ mercedis poterat iudicialitèr agere contra hæredem; ab eo, in quo famulus agere non poterat, vt puta, si Salarium non fuisset conuentum, & in hoc secundo casu, crederem, quòd legatum ipsam legitimam non præcederet, cum diceretur ex voluntaria, non autem ex necessaria causa fa-
9 ctum, † quod non valet impedire legitimæ detractionem *Castren. cons.* 134. *num.* 2. *Aymon. cons.* 141. *num.* 5. *&* 165. *num.* 4. *Gloss. fin. in* l. *Seruum quoque* §. *fin. ff. de procur. & gloss. fin. in l. rem legatam ff. de Adimen. leg. Soccin. cons.* 148. *col. fin. in fine libr.* 1. *Corn. cons.* 190. *num.* 8. *libr.* 4. *Rip. responsor. lib.* 3. *cap.* 10. *de Reuocan. donat. Pinell. in l.* 1. *in* 4. *par. num.* 76. *C. de bon. matern. Couarru. in c. Raynutius* §. 10. *num.* 9. *de Testamen. Seraph. d. decis.* 416. *n.* 27.
10 Si vero † versamur in casu, quo famulus poterat agere, dubium non est quin legatum præcedat ipsam legitimam tamquam
11 debitum necessarium, quo † non satisfacto legitima non debetur *d. l papinianus* §. *quarta ff. de inoffic. testamen. DD. in l. ex facto & in l. quoties ff. de hared. institue. Bar. in l. secunda num.* 3. *C. si in fraud. patron. & in l.* 1. *in fine C. de reuocan. his qua in fraud. patr. Cuman. in l. hareditatum num.* 5. *C. de bon. author. iudic. possid. Pic. in l. post contractum num.* 13. 16. *&* 24. *ff. de donat. Rot. decis.* 121 *num.* 2. *par.* 6. *& dec.* 198. *num.* 20. *par.* 7. *in recen.* Et in hoc casu locum sibi vindicare potest opinio *Alex.* & aliorum, quos suprà
11 retuli numero quarto, quam tamen † intelligas tunc procedere, quando legatum non excedat summam debitæ mercedis *Rip. in l. si vnquam quæst.* 14. *num.* 30. *vers. secundo C. de reuoc. donat. & ibique Tiraquell. verbo donatione largitus num.* 106 *&* 107. *Ias. in l. ex hoc iure nu.* 55. *in fine ff. de Iust. & Iure Lup. in Rubr. de donat.* §. 50. *num.* 33. *Gutier. in tractat. de Iuramen. par.* 1. *cap.* 5. *n.* 2. *&* 3. *Cardinalis Mantic. de Tacit. & ambig. lib.* 21. *tit.* 4. *num.* 8.

Quando autem dicendum sit legatum non excedere summam debitam pro mercede satis demonstrauimus supra in quæstione nona.

Acceptans legatum, in quo declaratur per Testatorem, Salarium ipsi debitum compensandum esse cum legato, an sibi præiudicet ita vt Salarium petere non possit.

QVAESTIO XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Acceptans legatum, in quo testator mandat compensari creditum Salarij, non potest ipsum Salarium petere. Amplia vt numer.* 3. *Declara vt num.* 9. 10. *&* 13.
2 *Acceptatio legati, in quo testator mandat comprahendi creditum impedit executionem obligationis Cameralis.*
4 *Acceptans legatum censetur illud acceptare cum onere iniuncto.*
5 *Etiamsi onus excedat valorem legati.*
6 *Acceptans legatum sibi factum in extinctionem sui crediti videtur legatum pro suo credito æstimare.*
7 *Eligens vnum ex duobus incompatibilibus alteri dicitur renunciare itaut ad illud postea redire non possit.*
8 *Scientia contentorum in testamento præsumitur in eo, qui illius vigore egit.*
11 *Scientia codicilli non infertur ex eo, quòd quis habuerit scientiam testamenti.*
12 *Testator legando suo creditori non censetur legasse animo compensandi debitum.*
14 *Acceptatio, vt renunciationem inducat, requirit scientiam dispositionis, per cuius acceptationem inducitur renunciatio iuris competentis ipsi acceptanti.*
15 *Approbatio dispositionis defuncti non datur sine scientia approbantis.*

1 HVic † quæstioni affirmatiua fuit per S. Rotam Romanam assignata resolutio sub die 22 Iunij 1591. coram Cardinali Seraphino, vt videre est in decis. 961. inter eius impressas; Ratio autem decisionis fuit, quia acceptando quis tale legatum videtur insuper acceptare, & approbare declarationem à testatore factã in ipso legato *l. fin.* §. *fin. & ibi Bar. de inoffic. testamen. Castren. in l. si cum dotem* §. *si pater n.* 31.

num.31. & ibidem Alex. num.2. ff. solut matrimon. Aymon. consf.174. num.9. Cardinalis Mantica de coniecturis vltim. volunt. lib.10. tit.7. num.16. & seq. ex qua acceptatione resultat non solùm exceptio solutionis, verum etiam quietationis, quæ repellit agentem pro re, pro qua fuit facta quietatio,
2 Vnde merito dicitur, quòd † talis acceptatio legati impediat executionem obligationis Cameralis Syluester Zacchias patruus meus in *tract. de obligatione Camerali quæst.17. num.54. secundum nouam impressionem Rot. post. eumdem Decis.71. n.5.*
3 Quæ † quidem conclusio amplianda venit, quòd procedat etiamsi legatum factum esset minoris valoris, quàm importaret Sa-
4 larium, acceptans † enim legatum censetur illud acceptare cum onere iniuncto *l. si patronis §. qui fideicommissum vers. cum enim ff. ad Trebellian. l. si seruus 18. in princip. ff. de stipulat. Seruor. l. plene si filium 94. §. si cui Sticbus ff. de legat. 1. l. Imperator Antoninus 70. vers. si certum ff. de legat.2. l. sed si non seruus 36. in princip. ff. ad leg. falcid. Rot. in Romana Saluiani interdicti 6. Martij 1600. coram Cardinali Lancellotto impres. panes Pacific. de Saluiano interd. quæ est decis.188. n.6. & in Bononien. fideicom. 7. Maij 1640. & 13. Maij 1641. coram Reuerendiss. Domino Du-*
5 *nozetto* etiamsi † onus excedat valorem legati *Surd. de alimentis tit 5. quæst 3. num 24. post. Castren. & Alex. in l. si ita mi dotem § si pater ff de condit. & demonstrat Rt in consf.79 in princip. vol.2 Crauett consf 174. n.9 Natta consf.186. num.1* quia cum in ipsius electione sit legatum acceptare, vel Salarium pe-
6 tere, & acceptando legatum Salarium petere non valeat attenta dispositione testatoris, quæ incompatibile facit quòd Salarium, & legatum habere possit, dicitur legatum pro suo credito æstimare *l. Imperator §. si certum ff. de legat 2* & Salario renunciare,
7 eligens † enim vnum ex duobus incompatibilibus alteri dicitur renunciare, itaut postea ad illud redire non possit *Soccin. iun. consf 122 n 9 vol.1 Peregr de fideicom art 6. num. 62. Merlin. de legit lib 3 tit.2. quæst.8. n 2. Rot. in Romana fideicom. de Romaulis 28. Iunij 1638 coram Reuerendiss. P.D. Dunozetto in § Quo vero ad legitimam in fine.*

Neque potest acceptans huiusmodi legatum se excusare allegando notã ipsi non fuisse conditionem in legato appositam, nempè cum hoc tamen quod Salarium non petat,
8 quia quantiesca itque egit pro consequutione legati, præsumitur habuisse scientiam omnium contentorũ in testamento, cuius vigore egit *l. non est ferendus & ibi Scribentes ff. de transact. Bar. in l. qui Romæ §. duo fratres num.14. vers. potest ex alio ff. de verb. obligat. Soccin. iun. consf.116. num 42. & seq lib.1 Alex consf 4 numer.20 vers si apparet lib.2 Rot. coram Cardinali Caualerio dec.152 num.14. & decis.176. num 7.*
9 Recessit † tamen à prędicta resolutione eadẽ S. Rota coram eodem Cardinali Seraphino sub die 16 Decembris eiusdem Anni 1591 quæ quidèm reuocatoria non reperitur inter alias decisiones impressa, quià aliud non continet, nisi verba infrascripta relata per Apostillam *Fuit recessum à decisione facta sub die 28. Iunij preteriti ex ratione considerata in fine dictæ decisionis* Ratio autem fuit, vt ex ipsa decisione num.2. desumere licet, quià testator duo fecerat legata, quorum vnum ab hæredibus præstari recusabatur, quamobrem cum acceptans onus renunciandi suæ prætensioni, & iuribus, quę habebat pro consequutione Salarij, acceptauerit ipse consequendi vtrumque legatum dum posteà hæredes nolunt testatoris, conditionem adimplere potest legatarius, à prima acceptatione recedere, & Salarium petere etiamsi posteà hæredes vellent aliud legatum soluere, & sic conditionem adimplere *Bal. in l.1 num.7. C. de condit. insert. & ibi Salicet. col.2. Alex. num.1. Corn. nu.3. Rimin. num.2. Ias. num 7. Castren in l. cum tale num.24. & seq. ff. de condit. & demonstrat. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib 11 tit 16. num.21 & tit.18. num.38. Fusar. de substitut. quæst.454. num.66 Menoch. de præsumpt.183. num.27. & pluribus seqq.*
10 Possunt † quoque alij dari casus, in quibus à prędicta decisione esset recedendum, & inter alios vnus est, si Testator in suo elogio legauerit famulo, seu alteri, cui soluere deberet Salarium purè, & simplicitèr, sed posteà in codicillo declarauerit, velle suos hæredes grauare ad præstationem legati in testamento relicti, dummodo ipse famulus, seù alius renunciaret prætensioni Salarij, Tali namque casu, licèt ipse famulus legatum acceptauerit non, tamen sibi præiudicauit, itaut non possit à tali acceptatione recedere, & ratio est, quia in hoc casu non

potest

potest dici, quòd acceptauerit legatum cum
11 conditione inserta in codicillo, licèt † namquè quis agens vigore testamenti præsumatur notum habere illius tenorem ex iuribus suprà allegatis, non tamen præsumitur habere notitiam dispositionis factæ in codicillo *qui Romæ §. duo fratres vbi Bar. nu.16. ff. de verb. obligat. facit l. fin. §.1. in princip. ff. de legat.2. Castren. in l. non est ferendus num.3. in princip. ff. de transact. & ibidem Ias. num.1. Auth. at qui semel. cum ibi notat. C. de probat. Castren. cons.94. incipien. Clarum est in iure sub num.2. vol.2. Crass. in §. fideicomissum quæst.64. num.8. Peregrin. de fideicomiss. art.52. num.103. vers. secundus casus Fusar. de Substitut. quæst. 595. num. 37. Rot. decision.200. num.10. part.1. in recen.*
12 Stante maximè regula, quòd † Testator nō videatur legare animo compensandi si debitor sit legatarij *l. vni §. primum itaque vers. sciendum ff. de rei vxor. act. l. creditorem ff. de legat.2. l. creditor C. de legat. l. si compensandi C. de hæredib. instit. Oldrad. cons.297. n.1. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.10. tit.2. num.1.*
13 Alius † potest adduci casus, in quo non haberet locum prędicta decisio, vt puta si creditor Salarij recepisset legatum ab hæredibus spontè illud offerentibus, tacentibus tamen conditionem per testatorem adiectam huiusmodi nāque in casu, cum cesset scientia præsumpta conditionis legato adiectæ, quæ est fundamentum decisionis prędictæ, cessare quoque deberet ipsa decisio, itaut non diceretur quis per talem receptionem sibi præiudicasse, sed posset ab ipsa receptione recedere, & pro consequutione sui
14 Salarij instare, Nam † ad hoc, vt dicta acceptatio noceat & ex ea inducta dicatur renunciatio, necessaria est sciētia dispositionis, per cuius acceptationē inducitur renūciatio iuris cōpetentis ipsi acceptanti *l. mater decedēs, & ibi Bar. sub n.4. vers. probo per electionē iuris ff. de in offic. testamen. l. in repudianda ff. de acquiren. hæredit. & facit. tex. in l. nec ignorans C. de donat. Menoch. cons.707. n.9. & 10. Peregrin. cons.25. nu.12. in fine lib.5. Rot. Bononien. decis. 3. num.5. inter recollect. per Fundat. & Gips cum alijs allegatis per Rotam. coram Buratto decis.899. num.1.* Igno-
15 rans † enim dispositionem defuncti non potest dici illam approbasse, & renunciationi Salarij consensisse *l. si per errorem ff. de iurisdict. omn. Iudic. Adrian. Negusan. quæstion.210. num.19. Rot. decis.962 numer. 1. & 2. par.2. in recen.*

Legatum factum operarijs in recognitionem seruitutis An tollatur ex eo, quòd procedente tempore, ipse Testator soluerit famulis mercedem, & in instrumento solutionis fuerit facta quietatio generalis de omni eo, & toto, quod prætendi posset occasione seruitutis.

QVAESTIO XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Testor soluens mercedem famulo cui legatum fecerat in recognitionem seruitutis dicitur voluisse satisfacere legato, Contrarium num 5. & 10.*

2 *Testator si post conditum testamentum superuiuat, & id, quod legauerat soluat legatario, videtur voluisse præuenire hæredem in solutione, & num.11. Declara vt num.12.*

3 *Solutio facta à Testore ob causam, pro qua in testamento legatum reliquerat, facit cessare legatum, Declara vt num.9.*

5 *Legati causa cessante ipsum quoque legatum cessare debet.*

6 *Causa finalis legati facti famulo in recognitionem seruitutis dicitur ipsa recognitio procedens ex mera gratitudine, & liberalitate Testoris, & num 13.*

7 *Merces debita famulo ob seruitutem præstitam originem trahit à causa necessaria.*

8 *Legatum factum ex causa voluntaria, non cessat per solutionem debiti procedentis ex causa necessaria.*

14 *Quietantia facta pro omni eo, quod quis prætendere posset occasione seruitutis, non facit cessare legatum relictum in recognitionem seruitij præstiti, Declara vt numer.23.*

15 *Conditio, quam testator non apposuit sub-*

stantia legati non facit cessare legatum.

16 *Legatum An fuerit ademptum vel ne per solutionem factã à Testatore in vita, pendet à voluntate ipsius Testatoris.*

17 *Beneuolentia Testoris erga legatarium inducit præsumptionem, quòd per solutionem factam in vita non fuerit adeptum legatum antea factum.*

18 *Testator, qui post solutionem factam legatarijs, non mutauit testamentum cum id facere potuerit, non intelligitur voluisse adimere legata, & num. 24.*

19 *Voluntas Testatoris probari potest per testes.*

20 *Hæredi plura competunt iuris remedia ne hæreditas remaneat exausta.*

21 *Coniecturæ admittuntur ad probandam voluntatem Testatoris An per solutionem factam in vita legatarijs, voluerit legata adimere.*

22 *Sũma legata si correspondeat debito inducit præsumptionem, quòd per solutionem factam in vita voluerit Testator legatum adimere.*

25 *Coniecturæ supplent vbi deficiunt verba Testatoris.*

1 Plura concurrunt suadentia, quòd † testator per solutionem mercedis voluerit satisfacere legato in testamento relicto operarijs in recognitionem seruitutis; Et Primò facit *tex. in l. Lucius 22. ff. de*
2 *legat. 2.* per quem habetur, quòd si † Testator post conditum testamentum superuiuat, & legatario tradat id, quod in testamento legauerat, videatur, voluisse præuenire hæredem in solutione legati, adeoùt legatario non detur ampliùs illius petitio *Capbal conf. 84. num. 10. lib. 1. Gabr. conf. 103. n. 14. ad med. lib. 2. Marescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 58. num. 24. vers. postremò, & num. 25. & seqq. Afflict. dec. 275. & ibi Vrsill. in addit.*
3 Secundò † facit, quòd solutio fuerit facta ob eandem causam, & propterea, quòd in extinctionem legati fuerit sequuta, itaut amplius non debeatur *l. libertis quos ff. de Aliment. & cibar. legat. glos. in l. quingenta v. posteà scriptis quam sequuntur Bar. & Alij ff. de probat. Gomes. variar. resolut. tit. de legat. sub num. 28. vers. quod est verum Mare-*
4 *scott. d. cap. 58. num. 26.* cessante † enim causa legati, ipsum quoquè legatum cessare debet *l. qui tutelam in princip. ff. de Testamen. tutel. & l. tutor petitus §. 1. ff. de excusat. tutor. l. etiamsi partis ff. de legat. 1. Tiraquell. in tract. cessante caus. cess. effect. par. 1. num. 121.*

5 Quibus tamen minimè attentis contrarium videtur resoluendum, ea ratione quia
6 causa † impulsiua, & finalis legati fuit recognitio seruitutis procedens ex mera gratitudine, & liberalitate testatoris, vt per *Caphal cons. 80. num. 11.* Solutio vero mercedis, quam supponimus fuisse factam pro omni eo, & toto, quod posset operarius prętendere ob seruitutem præstitam, non dicitur procedere ex eadem causa, cum hæc
7 † ex necessitate, alia vero ex mera voluntate originem traxerit, sicque cum legatum & solutio emanauerint à diuersa causa, itaut solutà mercede cesset quidèm causa necessaria, sèd adhùc remaneat causa voluntaria
8 non † censetur ademptum legatum *l. libertis ff. de aliment. & cibar. legat. Vincent. de Franch. decis. 422 num. 4. & 8.*

Quarum causarum distinctione adhibita cessant ea, quæ fuerunt pro contraria opinione adducta, quibus insupèr responderi
9 posset, quòd procedant, quando causa, pro qua legatum præcessit non recipit duplicationem, prout si fuisset relictum pro doctoratu, alimentis, Emptione alicuius fundi, vèl alia simili causa, Tunc enim d. causa finita, vel adimpleta, doctoratu scilicèt sequuto, vel empto fundo, non debetur relictum pro dicta causa, quià duplicari non debet legatum quandò non duplicatur causa, Secùs tamèn est quandò causa, pro qua legatum fuit relictum recipit duplicationem quià tunc sequens dispositio non censetur facta in executionem legati præcedentis, sèd vtraque suum effectum sortiri debet *Salicet. in l. quinquaginta in fine ff. de probat. Castren. in l. planè 34. §. 1. num. 3. & 10. ff. de legat. 1. Surd. cons. 119. num. 12. vers. si dicatur lib. 1. Vinc. de Franch. decis. 422. n. 3.*
10 *vers. dicebat vnus ex Dominis.* In † nostræ autem facti specie non agitur de legato relicto ob certam causam, quæ per Testatoris viuentis dispositionẽ finita, vèl adimpleta dici possit, sèd de legato in recognitionem seruitutis, quę recognitionis causa, cum recipiat in suo genere duplicationem, non dicitur adimpleta in legato quantitatis, sed recipit augumentũ in altera dispositione & operatur, vt vtrumque debeatur iuxtà do-

ctrinam

ctrinam *Salicet. in d. l. quinquaginta ff. de probat. Bar. in l. Lucius in fine vers. sed si Testator dixit ff. de leg. 2 Rot. dec. 233. n. 3. ver. quibus consideratis par. 3. in recentior.* Et in nostris præcisis terminis fuit resolutum in vna *Maceraten. seu Tolentina legatorum sub die 13. Decembris 1613. proponente Reuerendiss. D. Damasceno,* qui decisionem excendit vt infrà: Domini censuerunt sententiam de partibus esse infirmandam ex capitè iniustitiæ licèt plura concurrerent, ex quibus illam nullitatis vitio subiacere dicendum esset; Iniustitia namque aderat clara dùm Moniales hæredes fuerunt absolutæ à solutione legatorum eodem testamento, in quo ipsę sunt descriptæ hæredes relictorum per D. Lauram Nicolao, & alijs ipsius Lauræ dum vixit famulis, Licèt enim verum sit, quòd,
11 quandò Testator † in vita soluit quod in testamento reliquerat hæres iterùm soluere non teneatur *l. Lucius 1. de legat. 2. l. filia le-*
12 *gatorum C. de leg.* Tamèn † id non procedit quandò interuenit causa noua *Bal. & Castr. in d. l. Lucius Id. Bal. in d. l. filia num. r. 4. & fuit resolutũ in Comen. Legati 20. Februar. 1606 coràm Illustriss. Bononien. & in alia Comen. Legati 22. Iunij 1609. coram Cardinali Lan-*
13 *cellotto* In † casu autèm isto legatum fuit factum de anno 1606. in recognitionem longæ, & fidelis seruitutis factæ per legatarios ipsi testatrici, quæ vti expressa, & cohærens legato finalis fuit *Bar. in l. demonstratio falsa §. quod autèm ff. de condit. & demonstrat. Illustr. Mantic. de Coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 14. num. 14. & 15. Caphal. in his ferè terminis cons. 80. num. 11.* Quæ quidèm causa fuit gratuita procedens ex mera liberalitate, & gratitudine Testatricis, vt per *Caphal. loco allegato*, Solutio verò de anno 1611. fuit facta pro omni eo, & toto, quod prætendere poterant hi famuli ob seruitutem præstitam, & sic pro Salario de iure debito, & per consequens solutio fuit ex causa necessaria, Vltrà quòd, cum d. solutio fuerit facta post quinquenium à die legatorum potest intelligi pro d. specie, & pro reportanda obligatione ab istis famulis præstandi eandem seruitutem vsquè ad obitum Testatricis *ex allegatis per informantes.* Non
14 † obstat, quòd in instrumento fuerit facta quietantia de toto eo, quòd potuissent prætendere occasione seruitutis, quia non propterea cessat illa gratuita remuneratio, ex qua mota fuit testatrix ad remunerandum, & legandum *Caphal d. cons. 80. n. 12. & cons. 81. num. 8. & fuit dictum in d. Comen*
15 *coràm Illustriss. Lancellotto.* Non † obstat conditio apposita in legato de non petendo aliud pro seruitute, seu mercede, quia cum conditio non fuerit apposita substantiæ legati, sed conditioni, deficiente conditione, non deficit legatum *Bal. cons. 478. numer. 2. vers. prætereà aduertendum libr. 1. Aretin. cons. 93. num. 10. vers. sed his non obstantibus & fuit dictum in d. Comen. coram Illustriss. Lancellotto.*
16 Considerarunt † etiam Domini, quòd quæstio hæc An per solutionem factam in vita censeantur reuocata, seù adempta legata pendere à voluntate Testatricis *vt per Bar. & Alios in d. l. Lucius & per Illustriss. Mantic. de Coniectur. libr. 12. titul. 2.* in
17 † casu isto ad fauorem legatariorum nedùm concurrebat præsumpta voluntas beneuolentiæ, qua illos testatrix prosequebatur *Soccin. Iun. cons. 79. num. 37. lib. 3. Menoch cons. 162. numer. 25. libr. 2. & præsumpt. 110 numer. 12. libr. 4. et dixit Rot. in d. Comen.*
18 Et † ex quo nõ mutauit testamentũ cum posset *Castren. cons. 214. n. 2. in fine et cons. 148. vers. præterea libr. 2. Paris cons. 61. num. 44. lib. 2. Decian. respons. 46. nu. 53. lib. 2. et fuit. dictum in d. Comen.* Sed aderat expressa,
19 † & clara voluntas optimè probata per testes *Alberic. in d. l. filia legatorum in fine.* Ad illud autèm, quòd dicebatur, remansuram hæreditatem exhaustam proptèr legata, vltrà quòd, id concludentèr non probatur, fu-
20 it responsum *in d. Comen.* posse † hæredem vti beneficio inuentarij, & alijs iuris remedijs, si quæ ei competunt, & ex his decisum fuit sententiam esse infirmandam.

At quotiescumquè non apparet de expressa testatoris voluntate, proùt apparebat in casu suprascriptæ decisionis plurimùm
21 † insistendum esset in coniecturis, à quibus hęc materia dependet *Aymon cons. 131. n. 17. Gabr. cons. 106. num. 8. lib. 1. Menoch. cons. 56. num. 19. & de præsumption. lib. 4. præsumpt. 110. numer. 28. vers. receditur autem Bim. cons. 286. lib. 3. Gratian. discept. 274. num. 1. Ambrosin. decis. 6. num. 13.* Et inter facti circumstantias, quæ in casu nostro considerari posent, vrgentissima videtur, & apta pèr se ad terminandam quæstionem, si probetur
22 quòd de tempore facti legati operarij, essent

ſent creditores in ſumma legata, hoc enim ſtante, dùm poſteà fuit ſubſequuta ſolutio, pro qua voluit quietantiam reportare, per ipſam ſolutionem legatū remanſiſſe ademptum dicendum veniret *Caſtren. in l. ſicum dotem §. ſi pater ff. ſolut. matrimon. ex mente gloſ. ibi Abb. con.* 81. *in fine lib.* 1. *Comēſ. con* 133 *col.* 1. *Corn. conſ.* 230. *num.* 5. *libr.* 4. *Crauett. conſ.* 149. *num.* 5. *& conſ.* 301. *in fine Menoch. conſ.* 56. *num.* 25. *et in tractat. de præſumption. lib.* 4. *præſumpt.* 110. *num.* 32, *Gratian. diſcept.* 274. *num.* 2. *Honded. conſ.* 50. *num.* 23.
23 *lib.* 2. Præcipuè cum † in quietantia fuerint addita verba illa generalia *de omni eo et toto quod prætendi poſſet* quæ verba ſatis clarè in hoc caſu dicerentur oſtendere voluntatem legantis liberandi ſe à debito, & ſuos hęredes àpræ ſtatione legati itaut, illud non deberetur *Soccin. Iun. conſ.* 173. *num.* 7. *vol.* 2. *Maluas conſ.* 72. *num.* 26. *verſ. ſed hic ſumus Rimin. Iun. conſ.* 395. *num.* 43. *&* 53. *Turrett conſ.* 18. *num.* 15. 16. 18. *&* 20. *libr.* 3. *Peregrin. conſil.* 39. *numer.* 9. *et ſeqq. lib.* 4.

Nec huic coniecturæ reſiſteret illa, quòd
24 † Teſtator non mutauerit teſtamentum, cum id facere poſſet, vel ſaltem in quietantia reportata in actu ſolutionis mercedis non declarauerit, quòd intendebat per talem ſolutionem ſatisfacere legato in teſtamento relicto argumento *tex. in l. vnica §. primum itaque ſciendum C. de rei vxor. act. gloſ. in l. tractabatur v. nihil ff. de Teſtamen. milit. Caſtren. conſ.* 214. *num.* 2. *in fine et conſ.* 148. *verſ. præterea lib.* 2. *Pariſ. conſ.* 61. *num.* 44. *libr.* 2. *Decian. reſponſ.* 46. *num.* 53. *lib.* 2. *Dec. conſ* 490. *num.* 7. *Mantic. de Coniectur. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 12. *Rot. deciſ.* 233. *num.* 5. *part.* 3. *in recent. & in Comen' legati* 22. *Iunij* 1609. *coràm Cardin. Lancellotto.* AEquiuoca enim eſt inductio huiuſmodi, quià ſicuti poterat in quietantia declarare, quòd per illam ſolutionem intendebat ſatisfacere legato, Ita etiam poterat vnico verbo declarare, quòd vltrà id, quòd ſoluebat ſuæ intentionis erat legatum præſtari Ideoquè hęc coniectura
25 non recipitur à Doctoribus, ſed quòd † omiſit Teſtator facere, ſuppletur coniecturis *Caſtill. de coniectur. cap.* 9. *ſub n.* 78. *& cap.* 14. *ſub n.* 11. *Rota in Romana Legati ſcutorum quinquaginta millium* 1. *Iulij* 1644. *coram R. P. D. Cerro.*

Dominus dotans famulam, cui debebat mercedem An dicatur dotaſſe animo donandi, vel potius compenſandi cum mercede debita.

QVAESTIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Extraneus dotans mulierem præſumitur dotaſſe animo donandi, Declara vt numer.* 12.
2 *Donatio præſumitur fauore dotis etiamſi alia cauſa ſubeſſe poſſet, Corarium numer.* 13.
3 *Donatio præſumitur ad fauorem cauſæ piæ Declara vt num.* 16.
4 *Dos dicitur cauſa pia, præcipuè quando datur pauperi num.* 5.
6 *Donatio in dubio non præſumitur.*
7 *Error potius præſumitur, quàm donatio*
8 *Donationis præſumptio tunc maximè reijcitur quando ſubeſt alia cauſa ipſam donationem excludens.*
9 *Dotans non præſumitur donare ſi alia concurrat cauſa.*
10 *Dotans debitor dotatæ non præſumitur donare dotem ſed potius cum debito velle compenſare, Declara vt num.* 18.
11 *Dominus dotans ancillam, cui eſt debitor mercedis non præſumitur in eo animus donandi ſed compenſandi cum mercede debita, Declara vt num.* 17. *& ſeq.*
14 *L. vnica §. accedit C. de rei vxor. action. declaratur.*
15 *Specialia non ſunt extendenda.*
19 *Dos data famulæ in recompenſationem mercedis non redit ad dotantem defunctâ famula ſine liberis.*

Conſueuerunt Domini puellas domi ad ſeruiendum retentas ad ætatem nubilem peruentas, conſtituta dote, in matrimonio collocare, Ideoque non raró dubitari contingit An talis dos conſtituta fuerit per Dominum animo donandi, vel potiùs compenſandi cum mercede debita? In quo dubio ab ijs, qui dotē fuiſſe conſtitutam animo donandi ſubſtinere volunt allegari con-

consueuit conclusio illa communitèr recepta, quòd Extraneus † dotãs mulierem animo donandi præsumatur dotasse *l. vnica §. accedit C. de rei vxor. action. Rip. in l. in quarta n. 159. ff ad leg. falcid. Soccin. cons. 91. n. 11. vol. 2. Ruin. cons. 65. numer. 3. vol. 3. Alciat. cons. 153. num. 2. & 3. Castren. cons. 211. n. 2. vol. 1. Alban. cons 12. in princip. Alex. cons. 179 num. 3. vol. 5. Bal. cons. 59. num. 3. Negusan. de pignor. in 2. part. princ. in 4. membr. n. 22. Surd. cons. 196. n. 26. Marian. Soccin. cons. 79. num. 54. & 93. vol. 3. Bal. Nouell. in tractat. de Dote par. 6. priuileg. 3. num. 7. Simontell. de Decret. lib. 1. tit. 2. num. 6. Cyriac. controu. 508. n. 23. Rot. in recent. decis. 70. n. 2 par. 4. tom. 2.*

Adducunt secundò priuilegium dotis,
2 cuius † fauore præsumitur donatio, etiamsi alia causa subesse posset *Bal. in l. fin. num. 12. C. de dot. promiss. Soccin. sen. cons. 291. nu. 8. & infra lib. 2. Ruin. cons. 65, num. 6. lib. 3. & cons. 145. nu. 9. vers. secundò respondetur lib. 4. Alciat. cons. 46. nu. 3. lib. 8. Crauett. cons. 466. num. 12. in fine Corn. cons. 265. num. 14 lib. 1. Hond ed cons. 91. num. 80. cum seqq. libr. 1. Negusan. de Pignor. par. 2. membr. 4 num. 27. vers. in autem Caphal. cons. 398. nu. 10. Rim. Iun. cons. 167. num, 12. & cons 254. num. 1. Surd. cons. 534. n. 10. lib. 4. Menoch. cons. 771 nu. 20, lib. 8. Alb. cons. 12. num. 11. Bal. Nouell. de Dote par. 6. priuileg. 45. num. 2. vers. & procedit Mantic. de Tacit. & ambig. conuen. libr. 3. tit. 9. num. 18. Rot. in Romana Dotis 26. Aprilis 1619. coram Vbaldo.*

Allegant Tertio, quòd quando cessaret priuilegium dotis concurreret illud piæ ca-
3 usæ † cuius fauore donatio præsumitur *Bar. in l. cum quid numer. 11. ff. si cert. petat. Abb. in c. si quæstiones per illum tex. nu. 3. de simon. Rip. in l. 2. num. 24. ff. si cert. petat. Petr. Beneincas. de Paupertat. quæst. 8. spec. 1. in contr. num. 26. Bursatt cons. 420 num 33 lib 4 Castren. in l si fundum per fideicom n 3 ff de Legat. 1. Mascard de probation. conclusion. 555. numer. 58. & seqq. Menoch. de præsumption,*
4 *lib. 3. præs. 26, num. 4.* Et † causa pia dicitur dos *Alex. in l si constante i n 9. quæst. ff solut. matrimon Ruin in l. 1. num. 42 ff eod. Caualcan de vsufruct. mulier relict. num. 226 Bal. Nouell in d tractat de Dote par. 9. priuileg. 7:*
5 *num. 3* Præcipuè † quando dos datur pauperi, prout euenit in nostra facti specie *Alex. in l si constante in 9. quæst ff. solut matrimon. Ruin. cons 71, num 15 lib. 3 Cephal. cons 216 num. 3. libr. 2. Caualcan. de Vsufruct. mulier. relict num. 226. Bal. Nouell. in tractat de Dote part 9 priuileg. 7. numer. 3. Campeg. eodem tractat. par. 1. quæst 9 num. 1 Natt cons 410 num. 13 Tiraquell de priuileg. piæ caus in præfat. vers. item cum dos post med Gratian disceptat forens. cap 6. 6 num. 5. Amat decis. n. ferrar 24 n. 7. Menoch. de præsumpt. lib 4 præs. 115. num. 17.*

Alij vero, qui in satisfactionem mercedis dotem datam fuisse voluerunt pro eorum sententia afferunt communem illam con-
6 clusionem, quòd † Donatio in dubio non præsumatur *l. cum de indebito ff. de probation. l campanus ff de oper. libert. l si cum aurum & l. dispensatorem ff de solut. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 24. nu 1 & 2 Surd de Ali-*
7 *ment tit. 6. quæst 1 num 6 & 7* Et † omnis contraria præsumptio, etiam erroris, amplectenda veniat ad hoc, vt illa euitetur *glos in l generaliter in verb causa, et ibi Bal. n 5. C de non numer. pecun. Idem Bal. in l 2 num 9 C de resciden. vendit. Alex. cons. 13 numer 3. libr. 1. Dec. cons 19, numer, . vers. et ista*
8 *conclusio* Maximè † quando subest aliqua causa ipsam donationem excludens *l. cum post §. 1. ff. de administrat. tutor glos. in l. fin. verb paternum esse officium, & ibidem Cin. num. 2 Bar. num. 3. Salicet. num. 3. Angel. numer. 2. vers. in glosa, & numer. 3. vers idem dicimus Alberic. n. 5. C. de Dot. promission. Rip. in l. 1. n 9. & n. 5. Soccin sen. n. 36. ff solut. matrimon: Idem Soccin. cons. 121. num. 4 libr. 1. Ruin cons. 172. num. 3 lib 1 Corn cons 124. nu 2. vers idem voluit lib 1 Grammat. cons 143. num 2 Menoch. de Arbitrar cas. 8 nu. 46.*
9 *& seq:* Tunc † enim actus dotationis potius attribuendus est causæ concurrenti, quàm voluntati donandi *l & ideo § fin ff. de in rem vers l si quis pro vxore & ibi glos. in verb. succurrit ff. de donat. inter vir. & vxor. Ancharan. cons. 7. numer. 4 vers infinitis autem Roman. cons. 172. in princip. vers fin autem Castren. cons. 96. in fine libr. 2. Ruin. cons. 70 num. 10. & cons 200. sub numer. 4 lib. 2 Bal Nouell. d. tractat de Dote part 6. priuileg. 3.*
10 *num. 6.* Præcipuè † si causa concurrens sit necessaria, prout est solutio debiti, tunc enim quis dotando nũquam præsumitur donare, sed satisfacere propriæ obligationi, ac compensare cum debito, aut pro debiti rata

Ancha-

Ancharan. conſ. 7. numer. 9. Corn. conſ. 265. num. 1. vſq: ad finem lib. 4. Ruin. conſ. 16. n. 7. lib. 3. & conſ. 152. num. 2. verſ. ſed his non obſtantibus lib. 5. Caſt. de portion. rat quæſt. 220 nu. 5. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. quæſt. 17. num. 29.

11 Et † in terminis, quòd ſi Dominus dotet ancillam, cui mercedem ſoluere debeat non præſumatur in eo animus donandi, ſed potius compenſandi cum mercede debita deciſum fuiſſe teſtatur *Cabedo dec. portugall. 117 quem refert, & ſequitur Fontanell. de pact. nuptial. clauſula 5. gloſ. 1. par 3 num 4.*

Nec obſtant ea, quæ in contrarium fuerunt adducta, Ad primum enim Obiectum conſiſtens in eo, quòd regularitèr extraneus dotans cenſeatur donare, Reſpondetur, Re-
12 gulam † non habere locum quando ex facti circumſtantijs eliditur donationis præſũptio, & ad iſtum effectum vrgentiſſima eſt illa, quòd dotans ſit debitor dotatæ, quia tunc ſemper in extinctionem debiti datam
13 fuiſſe dotem dicendum eſt, Ad † id vero, quòd fauore dotis præſumatur donatio etiamſi alia cauſa ſubeſſe poſſet, Reſpondetur, quòd Doctores hoc firmantes loquuntur contrà textum expreſſum *in l. cum poſt & in l. cum plures §. cum tutor ff. de adminiſtrat. tutor.* & contrà communem opinionem, Imò *Surd.* qui eſt vnus ex Doctoribus dictam concluſionem firmantibus contrarium dixit in *conſ. 119.* & pariter *Abb.* dixit contrarium in *conſ 2. num. 9.* Nec aliquid facit ratio adducta per *Bal. Nouell. & Surd.* nempè, quòd aliàs nihil ſpeciale ſtatutum fuiſ-
14 ſet in dote † *in l. vnica §. accedit C. de rei vxor action.* quia in illa l. Iuſtinianus non induxit donationem, ſed ſolùm tacitam ſtipulationem, ad fauorem mulieris, quod ſatis eſt,
15 cum † non ſint extendenda ſpecialia *l. ius ſingulare ff. de legib.* Vt reſpondet idem *Surd in d. conſ 119. num. 26 verſ. & non obſtat.* ſimili argumento ſuper *l. finali C. de dot.*

Denique non obſtat dicere, quòd verſemur in dote data pauperi, quæ reputatur cauſa pia, cuius fauore donatio præſumitur,
16 quia † hæc quoque concluſio declaratur procedere quandò alia non concurrat cauſa, vt per *Bar. in l. Neſennius num. 5 ff. de negoc. geſt. Rot. deciſ. 724. num. 2. verſ. & ſecundum par. 1. diuerſor.*

17 Verùm † cum verſemur in materia coniecturali, Itaut, licèt adſit cauſa ſolutionis mercedis non proptereà excludatur caſus, quòd quis voluerit dotem donare, Propterea in huiuſmodi quæſtione non videtur poſſe aſſignari certa definitio, ſed quòd ea reſultet ex facti circumſtantijs, quæ poſſunt inducere tales præſumptiones pro vtraque parte, vt à communibus regulis ſit recedendũ, Et facti circumſtantias tam pro ſuadendo quòd dominus habuerit animum donandi, quàm extinguendi debitum per dotis ſolutionem enumerant *Merlin. d. tract. de Legitim. lib. 2. tit. 2. quæſt. 17. Mangil. de Imputat quæſt. 25. Mant. de Tacit. & ambig. lib. 13. tit. 13. Menoch. conſ. 56. a n. 19. & conſ. 771. vol. 8. Surd conſ. 534. vol. 4. Crauett. conſ. 149. à num. 3. ad finem Mart. conſ. 85.* apud quos poterunt videri: Vnam tamen iudicio meo vrgentiſſimam ad ſuadendam donationem
18 non omittam, & eſt, ſi † Dominus ſtipulatus fuiſſet dotem ſibi reſtitui, tunc enim non de mercede debita dotaſſe dicendum eſſet, ſed de proprio *Honded. conſ. 91. nu. 8. lib. 1. Caſt. in tractat. de port. rat. quæſt. 220. num. 4. Surd. conſ. 534. num. 29 verſ. poſtremo Merlin. d. tract. de Legitim. libr. 2. tit. 2.*
19 *quæſt. 17. nu. 25.* Quia † ſi dotaſſet de mercede dos diſſoluto matrimonio non ſpectaret ad ipſum, nec aliquam actionem ad illã repetendam ei competeret, ſed benè mulieri, & eius hæredibus *l. vnic. §. accedit. C. de rei vxor. act. Fontanell. de pact. Nuptial. clauſ. 5. gloſ. 1. par. 3. num. 5.*

Tranſactio ſuper Salario in vltima voluntate relicto, An valeat ſine interuentu Prætoris.

QVAESTIO XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio ſupèr alimentis facta, abſquè interuentu Prætoris, eſt inualida.*
2 *Salarium ſuccedit loco victus, ideoque alimentis æquiparatur.*
3 *Æquiparatorum idem eſt iudicium.*
4 *Tranſactio fieri valet ſupèr Salario in vltima voluntate relicto abſquè interuentu Prætoris, Declara vt num. ſeqq.*
5 *Tex. in l. cum ij §. ſi in ſingulos ff. de Tranſaction. declaratur.*
6 *Dictio, Veluti, licèt regulariter ſtet exempliſ-*

plificatiuè, aliquandò tamen stat restrictiuè.

7 *Transactio supèr alimentis diuiti relictis est nulla si sit facta absquè interuentu Prætoris.*

8 *Legatum factum diuiti sub nomine Salarij non potest dici factum pro alimentis.*

9 *Legatum factum pauperi, quocumque nomine relictum sit, pro alimentis factum præsumitur, Declara vt num. 12.*

10 *Legatum recipit interpretationem ex persona legatarij.*

11 *Transactio super Salario in vltima voluntate relicto pauperi, est nulla si sit facta absque interuentu Prætoris, Declara vt num 12.*

TRansactionem factam supèr Salario in vltima voluntate relicto absque Prætoris interuentu non esse validam suadere videtur Tex in *l. de alimentis C. de transaction.* vbi expresè dispositum reperitur,
1 Non valere transactionem factam super alimentis absque interuentu Prætoris, & notant *Bar. in tractat. de Aliment. num. 33. Felin. in c. si diligenti num. 5. de foro competen. Couarr. in c. quamuis par. 2. §. 6. num. 4. de pact. in 6. Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 170 num. 1. Surd. de Aliment. titul. 8. priuileg. 56. num. 4.* Quæ quidem iura, licèt loquantur de Alimentis, optimè tamen adaptari pos-
2 se videntur Salario, stante quòd, † istud succedat loco victus, & æquiparetur alimentis, *Angel. in l. si non sortem §. libertus col. penul. ff. de condit. indebit. Surd. in d. tractat. tit. 1 quæst. 67. num. 7.*

3 AEquiparatorum † vero idem est iudicium *Rot. decis. 67. num. 2. par. 3. in recen.* & æqualiter. veniunt determinanda *Roman. cons. 129 in princip. Ias. in §. ex malefic. n. 39. Instit. de Act. Rip. in l. si constante numer, 69. ff. solut. matrimon Soccin. cons. 1. nu. 22. lib. 1. Rot. decision: 270. numer. 4. part. 3. in Recen.*

4 At quià Contrarium, † scilicèt, quòd super Salario in vltima voluntate relicto, etiam sine interuentu prætoris. transactio fieri validè possit, voluerunt *Bal. in l. cum ij §. si in annos ff. de Transact: Gratian. disceptat. forens. cap. 257. numer. 47. & Rot. diuersor. decis. 230. num. 4. par 1.* moti *ex dispositione textus in d. l. cum ij §. si in singulos ff. de Transact.* Ideo ad hoc, vt huius quæstionis veram resolutionem inuenire possimus, examinanda erunt verba prędicti textus, quæ cantant
5 vt infra† Si in singulos annos certa quantitas alicui fuerit relicta veluti homini honestioris loci Salarium annuum, vel vsusfructus trãsactio etiàm sine Prætore fieri poterit &c Ex quorum verborum lectura desumitur, quòd textus non loquitur de Salario cuilibet, sed certæ personæ relicto, vt apparet ex illis verbis, Veluti homini honestioris loci
6 quæ † dictio Veluti, licèt regulariter stet exemplificatiuè *l. qui restituere C. de rei vendicat. l. infamem ff. de public. iudic. l. veluti C. de Eden. l. 3. & l. Labeo la 2. ff. de verbor. significat. Corn. cons. 254. sub numer. 2. vol. 3, Grat. de diction. dict. 260. num. 1. Barbos. dict. 362 num. 1.* Tamen, ibi stat restrictiuè, itaut si annuum Salarium fuerit alicui relictum, qui non esset honestioris loci, cessaret dispositio Textus, vt benè aduertit *glos. in eodem §. si in singulos vers. vel aliter* quam Glosæ opinionem sequuntur *Bal. & Ias. in eod. §.*

Et quamuis huiusmodi Glosæ distinctio, prima fronte, non videatur tuta ex eo, quòd
7 † transactio absque Prætoris præsentia sit nulla, tàm si alimenta fuerint relicta pauperi, quàm diuiti, vt per *Bar. in d. §. si in singulos & Salicet. in l. 1. in fine C. de fideicomiss. Angel. in l. si certis annis C. de pact. & ibidem Alex. num. 3. Bal. Nouell. in tractat. de Dote par. 6. priuileg. 49. Gigas de Pension. quæst. 51. num. 21.* cum alijs, quos refert, & sequitur *Surd. in d. tractat. de Aliment. tit. 8. priu. 56. num. 5.* Verum, prædicta conclusione non obstãte optima est Glosæ distinctio Quia re-
8 lictum † factum diuiti sub nomine Salarij non potest compræhendi sub nomine alimentorum, nec pro alimentis factum fuisse præsumitur *l legatum vbi glos. C. de capit. diminut. l. Titia ff. de legat. 2. l. si cui annuum ff. de annuis legat. l. Sticus §. Titia ff. de Aliment. & cibar. legat. glos. in l. codicillis in princip. vbi Bar. ff. de annuis legat. idem Bar. in l. si cui annuum num. 2. ff. eod. Ias. in d. l. cum ij §. si quis in singulos num. 2. ff. de Transaction. Lup. in c. per vestras in 3. notab. §. 24. num. 6. de Donation. Surd. in d tractat. tit. 9. quæst. 7. num. 15. Angel. in l. Stichum §. stipulatio ff. de verbor. obligat. Buratt. decis. 73. num. 6.* Secus tamen est in legato facto pa-
9 uperi, † quod quocumque nomine relictum sit intelligitur factum pro alimentis *l. cum*

ij §. si annuum ff. de transact. Bart. in l. seruus ff. de ann. legat. Ias. loc. suprà citato Surd. vbi suprà tit. 2. quæst. 12. n. 10. Ruin. cons. 124. n. 9. vol. 1. Couarru. variar. resolut. lib. 3. capit. 9. col. finali vers. hac in controuer. Natt. cons. 379 num. 5. Amic. cons. 56. num 1. Crot. in l. re coniuncti ff. de legat. 3. Cordub. in l. si quis à liberis §. vtrum num. 31. ff. de liber. Agnoscen. Natt. cons. 379 num. 2. & seq. Caualcan. de Vsufruct. mul. rel. num. 166. Ea ratione, quia

10 † legatum ex persona legatarij interpetrationem recipit iuxta regulam *l. plenum §. equitij ff. de Vsu, & habitat. Felin. in c. causam quæ col. 10. vers. quinta declaratio de rescript. Ias. in l. qui Romæ §. cohared. nu. 25. ff. de verbor. obligat. Cagnol. in l quoties idem sermo num. 3. ff de reg. iur. Natt. cons. 296. num. 7. Bal. cons. 256. in fine vol. 2. & cons. 215 vol. 3. Surd. d. tit. 2. quæst. 12. n. 10. & dec. 150. num. 1. Mantic. de Coniectur. vlt. volunt. lib. 6 tit. 11. num. 18.*

11 Quod tamen procedit quotiescumque quantitas relicta conueniat alimentis, nam aliàs, si legatum excederet formam alimentorum, non diceretur in eorum causam factum pro illa quantitate excedente summã pro ipsis alimentis necessariam *Roman. in d. l. stichum §. stipulatio numer. 8. ff. de verb. oblig. Natt. cons. 379. num. 5. Surd. de Aliment. tit. 2. quæst. 12. num. 8. & quæst. 13. numer. 9.*

12 Itaut si transactio fieret absque interuentu Prætoris, licèt esset nulla quoad summam pro alimentis necessariam, substineretur tamen quoad reliquum *Roman. in l. stichum §. stipulatio num. 8. ff. de verbor. oblig. Foller. in sua praxi censuar. in vers. Domini census super rebus num. 80. Natt. cons. 379. num. 5. Surd. in d. tractat. titul. 2. quæstion. 12. numer. 8.*

Ex prædictis igitur patet, resolutionem nostræ quæstionis esse, non valere transactionem factam supèr Salario in vltima voluntate relicto absque interuentu prætoris, quotiescumquè fuerit relictũ pauperi iuxtà distinctionem *Glosæ approbatam per Bar. in d. cum hi §. si in singulos ff. de Transact.* & iuxtà huiusmodi distinctionem intelligendum est, procedere opinionem Doctorum, qui fuerunt suprà in contrarium allegati.

Pater An possit obligare filium Magistro alicuius artis pro debita mercede ipsius Magistri

QVAESTIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Filius, vt remaneat obligatus ad mercedem promissam per patrem Magistro, omnis æquitas suadet, dum eius euidens vtilitas concurrit, & num. 6.*

2 *Locupletari cum aliena iactura æquitati & Iustitiæ repugnat.*

3 *Obligationes eorum quibus prohibitum est se obligare substinentur quando ipsi ex obligatione contracta locupletiores euascrunt.*

4 *Filius, vt remaneat obligatus ad mercedem per patrem præceptori promissam, requiritur interuentus consensus ipsius filij, Quod tamen declara non procedere quãdo obligatio facta à patre fuit filio fauorabilis, vt num. 5.*

7 *Filius An possit pro addiscenda aliqua arte obligare operas suas alicui Magistro absque consensu patris?*

8 *Filius Familias absque consensu patris nec ex voto obligari potest.*

9 *Filiifamilias de Iure communi obligari possunt ex omni contractu, exceptis mutuo, & voto.*

FRequens casus est quòd parentes in ægestate constituti proprios Filios tradant Magistris alicuius artis ad illos edocendos, & quia non habent vnde soluant mercedem Magistris debitam obligant, operas ipsorum Filiorum ad certum tempus, quę obligatio, An de Iure valida sit soluerunt Filij in dubium reuocare, durum nimis eis apparens, quòd alius suorum laborum fructus percipere debeat immemores beneficij à Magistris recepti, Et non animaduertentes, quòd non ex alienis, sed ex proprijs laboribus in illos edocendis passis fructus exposcant, Et quòd ipsis mediantibus euaserint artifices, & sic quodammodo locupletiores effecti, nec aliàs, nisi mediante obligatione simili per eorum parentes facta ar-

tem addiscere valuissent ob suorum parentum inopiam, qui alio modo mercedem debitam soluere non valebant, nisi eos obligando Magistris pro certo tempore: Stante igitur euidenti Filiorum vtilitate ad ipsorum Magistrorum fauorem totiès definiri cōtingit, quotiès in dubium quæstio reuocatur,
1 Omni † æquitate suadente, vt Filius obligatus remaneat ad mercedem promissam per patrem *Aret. in §. pupillus numer. 4. Inst. de Inut. stipulat. & ibi post num. 10. & Oser. num. 12. circa finem Bart. in l. fin. §. 1. nu. 1. vers. Quando tractatur de actu ff. de verbor. obligat. vbi etiam Imol. in gloss. super verbo*
2 *potestate*. Aliàs † Filij reperirentur locupletati artibus, & virtutibus cum aliena iactura, nempè Magistrorum, qui absque vllo præmio magnos labores, & tempus inutilitèr consumpsissent, quod æquitati, & iustitiç repugnat *l. plane ff. de petit. hæred. l. si enim seruum vbi gloss. in v. condicere propè finem & DD. si cert. petat. l. Iure naturæ ff. de Reg. Iur. c. suam vbi DD. de pæn. l. nam hac natura ff. de condition. indebit.* Vnde vide-
3 mus, † quòd leges prohibentes certis personis se posse obligare, attamen volunt, quòd obligationes eorum substineantur quatenùs locupletiores euaserint, vt de pupillo est text. *in l. naturaliter §. fin. ff. de condit. l. 1. in princip. vers. & cum quodam ff. de duct. tutel. l. 3. in princip. ff. commod. l. in pupilli 47. ff. de solut. l. fin. C. de vsucap. pro empt. §. fin. autem Institut. Quib alien. liceat. vel non* De Muliere latè probat *Lamberteng. de Contractib. gloss. 24 nu. 1. & 2.* De Ecclesia est *glos. in Auth. qui res v. eum & ibi Bald. sub nu. 2. C. de Sacr. Sanct. Eccles. Idem Bald. in l. fin. per illum tex. num. 1. C. de vsucap. pro empt. Dec. in d. l. Iure naturæ ff. de Reg. Iur. Tiraquell. de legib. connub. gloss. 5. num. 13.*
4 Et † quamuis *Aretin. Port. Oser. & alij.* supra allegati, ad comprobandam conclusionem, quòd filius impubes, vt remaneat obligatus ad mercedem promissam per patrem Magistri stāte ipsius filij necessitate, videantur præsupponere consensum filiorum, & solùm firmare, quòd filius cum auctorita-
5 te patris possit obligari, Attamen † eorum consensus non est necessarius, cum tales obligationes factę à patre omni ex parte ipsis filijs sint fauorabiles, iuxtà superius dicta, & cum nulla allegari possit per filios causa, ex qua dici valeat ipsis fuisse præiudicatum, vel propter quam possint contradicere me-
6 ritò huiusmodi † obligationes per parentes factæ, etiam absque interuentu consensus filiorum substinentur *l. si cum dotem §. eo autem*, ibi quòd si is pater sit, cui omnimodo consentire filiam decet hoc est vitæ probatæ filiæ læuis mulier, vel admodum iuuenis dicendum patri potius acquiescere Prętorem opportere dareque ei actionem *ff. solution. matrimon. l. dotem & ibi gloss. v. Filia ff. eodem tit. & notat. gloss in v. filiæ ff. eodem & Angel. in l. fin. §. 2 bi autem in vnum, & ibidem Castren. num. : & Fulgos num. 3. de bon. quæ liber. Pinell. in l. 1. num. 6. vers. illud autem C. de bon. mater. part. 2. Luc. de Penna in l. quodcumque vers. in prima glosa C. de fugit col. lib. 11 Vrsill. ad Afflict. decis. 307. num. 1 Vincent. de Anna Singul. 356. Rot. in Romana mercedis 9. Iunij 1621. cora Reuerend.ss Manzadeno*, in qua fuit plenè hæc materia discussa dum agebatur de obligatione facta per patrem cuidam Magistro Musicæ, vt colligitur ex ipsa decisione, quæ in hac materia est magistralis, & habetur impressa inter *decis. Recen. & est in ordine dec. 296 par 4. tom. 2.*

7 An † autem dicendum sit valere obligationem factam à filio suarum operum Magistro alicuius artis ad effectum illam addiscendi pro mercede ipsius Magistri non interueniente in contractu consensu paterno? Et negatiua fuit in hoc articulo nonnullorum Doctorum sententia, vt videre est apud *Odofred. in l. 1. §. huius studij ff. de Iust. &*
8 *Iure*, ea ratione, quia † filiusfamilias, nec ex voto potest sine patris consensu obligari *l. si quis rem §. voto ff. de pollicitat.* Contrariam tamen sententiam veriorem esse testatur *Ias. in ead. l. 1. §. huius studij num. 16.* addu-
9 cens rationem, quòd † de Iure communi ex omni contractu filiusfamilias obligari potest exceptis tantùm mutuo, & voto *l. tam ex contractibus ff. de Iudic. l. filiusfamilias ff. de Action. & obligat.* subdens, quòd licèt nihil habeat in bonis possit coerceri per capturam personæ, & *Ias.* opinionem sequitur *Philipp. Pascal. in tractat. de patr. potest. capit. 8. sub num. 29. vers. ex hac autem conclusione par. 1.* At si versaremur in obligatione contracta in loco, in quo adesset statutū irritans omnes obligationes contractas à filiisfamilias absquè consensu patris, prout habemus in Vrbe, vt videre est in *lib. 1. cap. 152.* certum

tum est, quòd obligatio non valeret, Nisi versaremur in casu, quo filius fuisset à patre expulsus, & ob maximam necessitatem alitèr sibi victum quærere non valeret *Rolan. à Valle cons.80. lib.3. Cosm. Nepita in Comment. supèr consuetud. Catinens. in Consuetud vnic. sub tit.33. Quod person. conduct. inf. temp locat. non reced. num.13. & seqq.*

An solutio Salarij dicatur iusta causa alienationis bonorum Ecclesiæ, vel pupilli.

QVAESTIO XXXVIIII.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum Ecclesiæ, vel pupilli ad hoc, vt substineatur necesse est, quòd facta fuerit ex iusta causa.*

2 *Alienationis bonorum Ecclesiæ, vel Pupilli iusta causa dicitur illorum euidens vtilitas, vel vrgens necessitas.*

3 *Alienatio bonorum Ecclesiæ, vel pupilli facta ex causa solutionis mercedis per ipsos debitæ non dicitur facta ex iusta causa.*

4 *Creditores Ecclesiæ, vel pupilli ex causa Salarij sunt satisfaciendi mediantibus annuis redditibus, non autem per alienationem stabilium, Declara vt num. 8.*

5 *Alienatio stabilium pupilli pro Salario Aduocati vel medici fieri non potest, Declara vt num.8.*

6 *Concessa ex causa necessitatis eatenùs valent, quatenùs necessitas vrgeat, & non aliàs.*

7 *Alienationis stabilium Ecclesiæ necessitas non dicitur adesse, vbi ex fructibus stabilium potest necessitas remoueri.*

9 *Debitor non potest, creditore abnuente, minutatim debitum soluere, Amplia vt num.10.*

1 INter cætera, quę in alienatione bonorũ stabilium Ecclesiæ, & pupillorũ concurrere debẽt, ad hoc, vt substineãtur, illud est præcipuum, quòd causa, proptèr quam ad alienationem deuenitur sit iusta, vt in terminis alienationis bonorum Ecclesiæ sunt tex. *in c.1. de reb. Eccles. non alien. in 6. clemen.1 eod. tit. c sine exceptione 12. quæst.2. Bellamer. cons 33. nu.44. vers. quoad primam Altograd. cons.26. num.18. Couarru. variar. resolut. lib.2. cap.17. numer.2. Dec. cons.142. num.2. 3. & 4. Honded. cons 37. num.9. lib.2. Mart. vot. pisan. 86 num.1. Mantic. dec.41. num.1. Seraphin. decis.508. num.1. & seqq. & decis.1490. sub num.1. & sequen. Caualer. decis.288. num.1. Duran. decis 250. num.1. Coccin. decis.445 n.1. Rot. in Recen dec.624. num.1. par.2. & decis.430. num.1. par.2. & decis.711. num.4. par.4. tom.3. & decis.223. num.2. par.6. & decis.252. num.23. part.7. in Pampilonen. Alienationis 15. Ianuarij 1649 coram R. P. D. Bichio & in Cracouien. Donationis 26 Nouembris 1650. coram eod. & in Leodien. Dominiorũ 25. Iunij 1649. coràm R. P. D. Corrado*, Et in terminis bonorum pupilli est tex. *in l. fin. C. si propter publ. pens. l. ubi & l. si quidam C. de præd. min. & l. cum bi §. si prætor ff. de Transact. Crauett cons.74. n 1. Alciat. de præsumpt. reg.1. præs.2. n.6. Azo in summa tit. de bon. quæ liber. numer. 11. Menoch. de Arbitrar. cas.171. num.54.*

2 Et † iusta causa dicitur euidens vtilitas, vel vrgens necessitas *d c.1. de reb. Eccles. non alien. in 6. clement.1 eod. tit. Rolan. cons.33 lib.1. per tot. Afflict. dec.249. Rebuff. de Alienat. rerum Eccles. num.9. Redoan. de Reb. Eccles non alienan. rubr. de Caus. propter quas in princip. Rot. decis.473. numer.1. par.1. diuers. & decis.54 num 8. & decis.616. nu.1 par 5. tom.2. recen. & in Romana Inualiditatis Census 24. Maij 1591. coràm clar mem. Cardinali Pamphilio.*

3 An † autem dici possit facta alienatio ex causa iusta, vel necessaria si fuerit ad eam deuentum pro solutione mercedis debitæ operarijs, qui Ecclesię, vel pupillis seruitium præstarunt, dubitatum fuit in Sacro Rotæ Auditorio, & negatiua capta resolutio, vt videre est in *Gerunden. Scribaniæ 21. Maij 1638. coràm bon mem. Merlino.* in qua firmatur, non substineri concessionem officij Scribaniæ factam per Monasterium cuidam Aduocato in satisfactionem mercedis ei debitæ pro patrocinio præstito in causis eiusdem Monasterij; Et ratio resolutionis fuit
4 quia in satisfactionem talis crediti assignandi erant annui fructus, non autem alienanda substantia bonorum, alioquin breui tempore, retento hoc more satisfaciendi credi-

tori-

toribus Ecclesiæ, & pupilli ad inopiam redigerentur, vt de bonis Ecclesiæ hac causa non alienādis aduertit *glos. in sęp e allegat. c. 1. v. defensore de reb. Eccles. non alienan. in 6. Abb. in c. nulli num. 4. eod. tit. & ibidem Barbos. sub num. 4. vers. vbi num. 13. declarat Castren. cons. 73. sub num. 1. vers. & pro hoc lib. 1. Soccin. cons. 29. num. 16 vol. 1 Siluestr. in v. Alienatio 2. Tabien. in v. Alienatio n. 4. Aloys. Ricc. in praxi for. Eccles. resolut. 88. in notabil. alienat. rei Eccles. vers. alienari Seraphin decis. 508. num. 8. Borell. in summ. decis. tit. 15. num. 13.* Et de bonis minorum, & Pupillorum est tex. *in l magis puto § non passim. ibi velim fructibus conditis, vel in redituum spe ff. de reb. eorum Roman. cons. 321 num. 3. Montan. de Tutel. par 3. cap. 3. n. 16. cons. 115. num. 35. num. 2. & cons. 59. nu. 4. lib. 1. Aret. cons. 128. num. 2. & 19. Paris. cons. 98. num 2, lib. 1. Rot. decis. 40. num 7 in*
5 *recen.* Quodquè pro † Salario Aduocati, vel medici non possit alienari substantia pupillorum *Io. Paul. Gualter. in praxi tut. part. 3. num. 46. et faciunt notata per Gutier de Tutel. par. 3. cap. 1. num. 144.*

Ratio tamen decisionis satisfacere non videtur nisi, quādò debitū esset talis sūmæ, quæ posset extingui mediantibus fructibus, quo casu procul dubio non possent stabilia alienari, quia cessaret necessitas alienationis
6 & † ea, quæ conceduntur proptèr necessitatem eatenùs valent, quatenùs necessitas vrgeat, & non aliàs *Giouagnon. cons. 21, nu. 6. et 16. lib. 2. Gabr. cons. 118. num. 5. vers secundo quia lib. 1. Aymon. in respon. pro genero*
7 *num. 93. Bal. cons. 332. n 3. lib. 1.* Nec † dici potest vrgere necessitatem quotiescumque ex fructibus Ecclesiæ absque alienatione stabilium necessitati potest prouideri *glos. in d. c. 1. v. defensare de reb. Eccles non alien in 6. et ibi Io. Monach num. 5. Abb. in d. c. nulli num. 5, eod. tit. Rot. decis. 178. num. 2. par. 2.*
8 *diuers.* Secus vero † si fructus annui essent insufficientes, quia cum certum sit, quòd creditor Salarij non esset grauandus ad recipiendum suum creditum minutatim, credere, quòd posset deueniri ad alienationem stabilium si tales creditores iudicialiter vrgerent, prout deuenitur quandò alij creditores apud Iudicem instant pro consecutione crediti *Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 19. num. 1. & 87. Quarant. in summ. Bullar. v. Alienatio nu. 36. Gabr. d. cons. 118. num. 5. Giouagnon. cons. 22. numer. 5. & 15.* Nulla enim maior ratio viget in alijs, quàm in creditoribus mercedis, nisi velimus dicere, quòd Salaria soleant annuatim, vel menstruatim persolui, & sic ex annuis præstationibus talia debita possint extingui; At ratio ista locum habere non valet quandò agitur de Salario per plures annos decurso, & non soluto, Ideoque cum hac distinctione intelligendam esse crederem prædictam decisionem in causa Gerunden Scribaniæ,
9 & alias, quæ possent allegari, cum † certum sit, non posse debitum minutatim solui creditore abnuente *l. plane ff. famil. ercisc. l. tutor § Lucius ff. de Vsur. l. acceptam C. eod. tit. DD. in l. qui Romæ & in l. si ita quis §. scia ff de verbor. obligat. glos. in l. quidam existimarunt & ibidem Ias. num. 2. 5. et 7 ff si cert. petat. Corn. cons. 101. num. 4. Surd. decis. 186 numer. 2. Buratt. decision. 49. num. 7.* etiam
10 si summa debita diuisionem recipiat à temporibus, dummodò tota debeatur ex eadem causa vt post *glos. et Bar. in l. eleganter §. non solùm in fine ff. de dolo Pirr. Maur in tractat. de solution. cap. 30. num. 6.*

Conducens operarios ad tempus pro certa mercede, An possit durante tempore alteri eorum operas pro mercede locare.

QVAESTIO XXXX.

SVMMARIVM.

1 *Operæ hominis liberi legari, locari, & in stipulationem deduci possunt.*

2 *Conducens operarios ad tempus pro certa mercede potest durante tempore alter eorum operas pro mercede locare, Declara vt num. 4.*

3 *Operæ maximè artificiales eius naturæ sunt vt iubente Domino cuicumque ædi debeant.*

5 *Operæ sunt præstandæ prout conueniunt artificio vniuscuiusque.*

6 *Operarius in pluribus artibus versatus si conducatur eius opera, in illa arte tenebitur laborare, in qua plurimum versari solebat Declara vt num. 7.*

1 Homi-

1 HOminis etiam liberi operas legari, & locari, & in stipulationem deduci posse firmat text. *in l. hominis opera, & in l. hominis quoque ff. de vsu & vsufruct. legat. & l. qui operas & l. qui mercedem ff. locat. & in l. opera ff. de oper. libertor. et in l. si non sortem §. libertus ff. de condit. indebit. l. stipulationes non diuiduntur in princ. vers. Item operas l. in stipulationibus §. operarum stipulatio ff. de verb. obligat. l. final. C. de captiu. & post. limin. reuers.* Ideoque si quis
2 conduxerit operarium, vt puta scriptorem, pictorem, vel alium artificem, eiusque opera non indigeat, vel vti nolit, benè poterit illam alteri locare, cedere, aut delegare pro certa mercede *gloss. in d. l. 3. versic. item et si liber homo ff. de vsufruct. legat. Gratian. discept. forens. capitul.* 185.
3 *numer.* 38. Operæ † enim maximè artificiales eius naturę sunt, vt iubente Domino cuicumque ædi debeant *l. opera in rerum ff. de oper. libertor. l. hominis quoque ff. de Vsufruct. legat. Bar. in l. si non sortem §. libertus num. 30. ff. de condit. indeb. Bal. in l. 1. n. 5. C. de oper. libert. Zas. in suis singular. intell. lib. 1. cap. 3. num. 50. Coler. de process. exesutiu. part. 1. capit. 9 numer.* 41. Dummo-
4 do † tamen per talem delegationem, seu cessionem non inferatur aliquod præiudicium operarijs argumento *l. inuitus in princip. & l. generaliter §. quoties autem vers. cogetur et vers. quod si nolit ff. de fideicommissar. liber. Bald. in l. libertinum* 14. *ff. de oper libertor.* vt putà si cessionarius non eodem modo tractare vellet operarios, quo cedens tractabat, vel requireret operas ipsis non con-
5 uenientes, quia † non nisi ad proprias artes exercendas poterunt operarij adstringi ita vt pictor pingat, Scriptor scribat, & sic de similibus *l. eius artificis & l. nec audiendus ff.*
6 *de oper. libertor.* Et † si officialis plures artificiales artes nouisset, illam exercere teneretur, in qua plurimum versari solebat *l. hoc demum & l. eius artificij ff. de oper. libert. l. legatis seruis §. si vnus ff. de legat. 3 Bart. in l. si non sortem §. libertus ff. de condit. indebit.*
7 † nisi tamen alitèr requirerent conuentiones, & pacta inter ipsum operarium, & primum conductorem stipulata,

Operarius conductus ad negocium intrà certum tempus peragendum An Salarium integrum consequatur si breuiori tempore se à negocio expediat.

QVAESTIO XXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Labor, & tempus in materia Salarij diuisionem recipiunt.*

2 *Salarium debetur officiali pro illo tempore, quo seruit, & non vltra.*

3 *Temporis assignati ad certum negocium peragendum non requiritur perfectio, dummodò negocium fuerit completum.*

4 *Officialis, cui fuit assignatum certum tempus ad negocium peragendum, percipit integrum Salarium, etiamsi breuiori tempore se a negocio expediuerit, Declara vt num.* 8.

5 *Diligentia non debet damnum inferre, sed lucrum.*

6 *Diligentis conditio non debet esse deterior negligentis conditione.*

7 *Salarium maius non consequitur operarius, qui faciendum aliquid susceperit iuxta certum tempus, si vltra statutum tempus in perficienda remoretur.*

1 LAbor, & tempus in materia Salarij diuisionem recipiunt *l. seio amico ff. de ann. legat. Rum. cons. 26. libr. 4. Rip. in tract. de pest. in tit. de priuil. contract. caus. pest. num. 113. num. 4. Ciriac. contr. 67. num. 8. volum. 1.* Itaut † si officialis fuerit
2 conductus ad certum tempus, soluendum sit Salarium pro illo tempore, quo seruit, & non vltra *ad tex. in d. l. seio ff. de ann. legat. Cosset. singular. 39. versic. Salarium Caualcan. dec. 25 n. 5. Mastrill. de magistr. cap. 22. num. 36.* ex quibus resultare videtur, quòd pro rata temporis, pro quo labores fuerunt pręstiti soluendum sit Salarium officiali conducto ad negocium perficiendum intra tantum tempus,

3 Contrariam † tamen quæstio nostra definitionem exposcit animaduertendo, quòd in tali casu non sit habenda ratio temporis,

sed

sed negocij, Conducitur enim officialis ad certum negocium, perficiendum intrà tantum tempus, Itaut dummodò negocium sit perfectum, non sit habendum in consideratione, An tot dies sint elapsi, quot fuerunt pro complemento negocij assignati *l. si cui legetur, & Ibi Aret. Alex. & Ias. ff. de legat. 1. l. si vitem §. si ad ianuam ff. quod ui, aut clam Surd. decis. 18. num. 8.* & propterea officia-
4 lis † si vna hora posset expedire negocium, ad quod peragendum vnius anni tempus fuisset assignatum, vtique integrum deberet consequi Salarium *ex gloss. in l. eos ff. de fals. Barbos. in l. liberti num. 7. de oper. libertor. Add. ad Capic. decis. 27. & decis. 125. Villadiegh. in politic. cap. 3. num. 91. Rouit. ad pragmatic. 6. de Commissar. non destin. num. 10. Capiblanc. de Iur. Baron pragmatic. 16. n. 53 Pascal. de Virib. patr. potest. part. 4. capit. 5. sub num. 41. vers. & si officiali Franch. Auil. in c. prætor 54. sub num. 3. vers. & si pro quo libet milliari Danz. in pugn. DD. tit. de Salar.*
5 *cap. 2. num. 49.* nam † aliàs industria, & diligentia esset damnosa, dum potius deberet esse vtilis, & fructuosa *l. 4. §. similiter in fin. C. de alluu. & l. cum Colonus ff. locat. l. certum ff. de rei vendicat. l. finali ff. de positi l. scio §. quid ergo ff. de appellat. l. 3. ff. ad l falcid. l. intra vtile §. vendentibus ff. de minor. l. debitor. §. finali ff. ad Trebellian. l. si defun-*
6 *ctus C. arbr. tut.* Et † conditio industriosi, & diligentis deterior esset negligentis conditione, quòd est absurdum *l. fin. C. de Alluu.*
7 Sicuti † e contra si vltra statutum tempus operarius moraretur in perficiendo opus non posset maius Salarium exigere, imò exactum teneretur restituere *Auil. in eodem capit. 54. num. 1. Pascal. in d. cap. 5. sub n. 41. vers. & e contrà.*
8 Intelligendo † tamen semper dummodò negocium fuerit ad omnem perfectionem redactum, prout si tantum temporis impensum fuisset, quantum fuerat assignatum, aliàs non posset Salarium consequi, cum paria sint aliquid non facere, vel non benè facere *l. 2. ff. de excusat. tutor. l. fin. C. arb. tut. l. 3. §. tutorum de suspect. tut. c. 1. de translat. prælat. cum concord, de quibus per Felin. in c. gratum num. 4. de offic. deleg. & in c. illud de Rescript.*

Collecta pro Salario publicorum officialium An sit imponenda per capita, vel per æs & libram.

QVAESTIO XXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Collecta pro solutione mercedis officialium publicorum imponenda est per capita, Contrarium nempe quod sit imponenda per æs & libram num. 6.*
2 *Salarium publicorum officialium soluendum est à personis quæ sentiunt commodum ex administratione officiorum.*
3 *Onus impositum pro Salario publicorum officialium est mere personale, Contrarium num. 9. & 10.*
4 *Tex. in l. vnica C. de Anno. & capitat Administrant. vel Assessor. declaratur.*
5 *Verbũ Annona, & Capitatio quid significet*
7 *Salaria constituuntur officialibus publicis ratione publicæ vtilitatis.*
8 *Collecta, quæ imponitur suadente publica vtilitate, imponi debet per æs & libram.*
10 *Salaria publicorum officialium dicuntur onera mixta.*
11 *Oneris qualitas quanam sit cognoscitur ex eius origine, & causa impositionis.*
12 *Onera in dubio potius inducanda sunt mixta quàm personalia, itaut imponenda sint per æs et libram.*

1 Per † capita imponendam esse collectam pro solutione mercedis publicorum officialium dixit *Bar. in l. vnica sub num. 23. vers. et ista protestatio C. de mulier. et in quo loc. libr. 10. & Ioan. de Platea in l. ad inferiorum sub num. 8. vers. sicut est capitatio de Apoc. public. lib. 10. & Alex. in cons. 68. sub num. 4. vers. onera vero libr. 1. Sperell. decis. fori Ecclesiastic. 35. numer. 10. lib r. 1.*

Hæc tamèn opinio non firmatur à *Bart.* auctoritate Legum, nec aliqua ratione comprobatur: Non quidèm auctoritat Legum, quia *tex. in l. 1. C. de Ann. et tribut lib. 10. per ipsum* allegatũ quatenùs firmat, quòd debita hereditaria diuiduntur pro hereditarijs portionibus, & in hac parte non appli-

applicatur, In secũda parte, in qua dicit quòd is soluere debeat ãnonas, qui possessiones te net, & fructus percipit vel nõ, applicatur, cũ ibi ãnona acipiatur pro tributis, quæ sũt one ra realia, vel ipsius Bartoli dicto cõtrariatur.

Neque minus ratione eius dictum probatur, dum nulla affertur, nec aliqua potest
2 adduci, Nisi dicatur, † quòd personæ, quæ sentiunt commodum ex administratione officiorum debeant soluere Salarium officialium *Rip. in l. 4. in princip. num. 30. ff de re iudic et in cons. 183. num. 26. Bar. in d. l. vnica num. 30. C. de mulier. et in l. 4. §. actor. C. de re iudic. Bero cons. 150. num. 50. vol: 3.*
3 Sicquè † onus impositum pro Salario publicorum officialium sit merè personale vt existimauit *Sperell. in decis. for. Eccles 35. sub num. 9.* Quæ tamèn ratio non officit, quià non sentitur commodum certitudinariè ab aliquo, sed tantùm à quibusdam secundùm casuum contingentiam, vt benè respondet *Natt. in cons 183. sub n 1. vers respõdetur lib. 1*

Ioan. verò de Platea nec cõprobat prędictã
4 opinionem allegando tex † *in l. vnica C. de Anno, & capitat. administran. vel Assessor.* Illa enim lex disponit quòd omnibus tam viris spectabilibus, quàm viris clarissimis iudicibus, qui per prouincias, siuè militarem, siuè ciuilem administrationem gerunt nec non Comiti commerciorum Magistro æris siuè priuatæ rei rationali per Ponticam atque Asianam dioecesim, item, & Assessoribus Iudicum singulorum in prębendis solatijs annonarum hic fixus, ac stabilis seruetur modus, vt ea pro annonis, & capitæ dignitatis suæ debitis prætia consequantur, quæ particularibus delegationibus solent contineri Ex cuius legis lectura non resultat quòd Salaria officialium sint distribuenda per capita, quia illa verba Vt ea pro annonis, & capite dignitatis suæ debitis prætia, consequãtur quæ particularibus delegationibus solẽt cõueniri. Ex cuius legis lectura non resultat quòd Salaria officialiũ sint distribuenda per capita, Quia illa verba. Vt ea pro annonis & capite dignitatis suę debitis prętia cõsequãtur &c. non important, quòd prætia, quæ officiales consequi debẽt sint distribuenda per capita eorum, qui tenentur ad solutionem sed referuntur ad dignitates.
5 itaut illa verba † pro capite idem importẽt, ac si fuisset dictum, per numerum dignitatum, vel personas magistratuum, vt explicat *glos. in rubrica verb. de Annonis* ibi: vel dici de Annonis, idest de Annona quæ pro capite, & persona Magistratuum, & Assessorum dabatur &c. Vel significãt panẽ, vinũ, oleum, & pabula, quæ singulis officialibus per capita distribui solebant, & capitationes dicebantur *Petr. Georg. Synt. Iur. lib. 36. cap. 30. per tot. Guid. Paneirol. in Thesaur. var. lect. lib. 2. cap. 245. vers dabantur, & cap. 260 Barbos. in collect. DD. ad dict. tit. C. de Anno & capitat. num. 1. & 2. post. Bonacoss. & Alios commun. opin. lib. 1. tit. 23.*

Minus attendenda venit sententia *Alexandri in d. cons. 68.* quia ipse nititur auctoritate *Bart. in d. l. 1. C. de mulier. & quo loc. lib. 10.* cui respondetur, vt suprà, & eadem responsione reijcitur *Sperell in d. decis. 35. num. 10.* qui mouetur auctoritate *Bartoli Io de Plat. & Alex. in locis suprà allegatis.*

Patet igitur, nec lege, nec ratione munitam esse opinionem, quòd collectæ pro publicorum officialium Salario imponendæ
6 sint per capita, Et contrariam † sententiam, scilicèt, quòd, per æs, & libram imponenda sit collecta amplectendam esse existimo; Non solùm, quia huiusmodi Salaria constituuntur ratione publicæ vtilitatis *Bal. in l. etiàm col. penultima C. de execut. rei iudic. Rolan. cons. 66. num. 16. libr. 1. Marant. cons. 81. Thesaur. decis. 267. Capiblanc. in suis singular. impress post. tractat. de Iure Baron. singul. 78. numer. 135. Ioan. Maria Nauar. quæst. forens part. 1. quæst. 17. num. 12.* Et
7 collecta † quę imponitur suadente publica vtilitate distribuenda est per æs, & libram, vt per *Bal. in l. etiàm col. penul. C. de execut. rei iudicat. & in l. 1. §. quod si nemo vers. super prima quæstione ff. quod cuiusque vniuersit. nomin. Petr. Cin. & Fulgos. in l. ad instructionem C. de Sacr. Sanct. Eccles. Salicet in l. placet col. finali C. eod tit. & facit. l. 2. C. de mun. patrimo. lib. 10. Guidopap. quæs. 372 sequitur incert. Auctor. post. tractat. Petr. de collect. quæst. 2. Natt. d. cons. 183. sub num. 1. Becc. cons. 128. num. 9. lib. 2.*
9 Verum etiam, quia † hæc Salaria sunt propriè onera mixta, quę imponuntur personis pro rebus, & consequentèr pro eis imponenda venit collecta non per capita, sed per æs & libram *l omnes prouinciarum C. de oper. libertor. Rip. in l. 4. §. Actor. ff. de re iudic. Rolan consil. 66. numer 15 libr. primo Ciarlin. controuers. 22. num. 23.*

10 Quòd

10 Quòd autem † Salaria officialium publicorum sint onera mixta patet ex eo, quòd publica officia non respiciunt tantummodò commodum personarum, sed etiam rerum conseruationem, sicque cum onus proueniat ratione rerum, & personarum, non potest dici mere personale, vel reale, sed mixtum.

11 Ad † cognoscendum enim oneris qualitatem, & naturam inspicitur illius origo, & causa vndè descendit *l. tutor. datus ff. de fideiussor. l. si procuratorem ff. mandati Petr. de Vbald. de Collect. num.21. Gallian. cons.59. num.61. Sperell. decis. for. Eccles.43. num. 4.*

12 *lib.1.* Et † in dubio oneras sempèr sunt iudicanda mixta, itaut sint imponenda per æs, & libram *Bal. in d. l. etiam C. de execut. rei iudic. Bar. Bald. Nouell. Alex. & Alij in l.4. §. actor. vbi etiam Rip. num.29. de re iud. Dec. cons.335. in princip. Rolan. d. cons.66. nu. 16. lib.1. Ruin. cons.116. num.5. libr.4. Crauett. cons. 195. Corn. cons.217. libr.2.* cum alijs, quos refert, & sequitur *Becc. d. consil.128. num.8. libr.2.* Hæc enim collecta, quæ imponitur per æs & libram, est longè iustior alijs, quoniam proportionabilitèr omnes, seu singulos tangit pro rata virium, & seruat æqualitatem illam, quam exigit iustitia Legis.

Officialis, cui debetur Salarium de publico, An teneatur contribuere collectis impositis pro solutione Salarij ipsi debiti,

QVAESTIO XXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Officialis publicus si sit ciuis illius loci in quo officium exercet tenetur contribuere collectis, quæ imponuntur pro solutione suæ mercedis, Declara vt num.3.*

2 *Ciuis, si litigat cum Ciuitate tenetur ad collectam impositam pro sumptibus litis.*

4 *Collectæ imponuntur personis pro rebus.*

5 *Collectari vt quis possit debet esse subditus, non solùm ratione personæ, sed etiam bonorum.*

6 *Officialis forensis non tenetur contribuere collectis impositis pro solutione suæ mercedis.*

7 *Forenses de Iure communi non possunt collectari, nec ratione personæ, nec ratione bonorum, Contrarium num.8. Declara, vt num.9. & seqq.*

10 *Forensis tenetur ad collectas quando Ciuitas habet priuilegium collectandi etiam forenses.*

11 *Forensis tenetur ad collectas quando in loco adest statutum, quod afficit bona, Declara vt num.12.*

13 *Forensis tenetur ad collectas quando ipsius bona reperiuntur descripta in libro æstimi, Amplia, & Declara, vt num. seqq.*

14 *Collecta si imponitur secundùm æstimum non attenditur possessio bonorum sed tantùm liber æstimi.*

15 *Collectas soluere etiam pro bonis non possessis tenetur ille, qui in libro æstimi se dominum bonorum, quæ non habet, describi fecit.*

16 *Descriptio bonorum in libro æstimi non probat ad effectum exigendi collectas ab eo, qui pro possessore fuit descriptus nisi descriptio fuerit facta de ipsius consensu.*

17 *Descriptiones partitarum in libro æstimi fieri consueuerunt absque causæ cognitione, & nullo citato.*

18 *Liber æstimi non probat absque concurrenti solutione collectarum contra illum, quem non apparet consensisse descriptioni partitæ.*

19 *Forensis tenetur ad solutionem collectarum quando in locò vbi sunt sita bona adest consuetudo, quòd etiam forenses cogantur ad collectas.*

20 *Consuetudo collectandi bona forensium viget in tota Italia.*

EO firmo manente, quòd in præcedenti quæstione fuit definitum, scilicèt, quòd collectæ pro solutione merced s publicorum officialium distribuendæ sint per æs, & libram, facilis erit præsentis quæstionis resolutio, quotiescumque animaduertatur, An officialis, pro cuius Salario imponenda est collecta, sit Ciuis, vel forensis, Et
1 † si ciuis sit debebit omninò contribuere cum alijs ciuibus in collecta, quæ imponitur pro suo Salario exsoluendo, vt per *glos. in c. cum deceat ver. hæc decretalis de Election. in 6. in l. ab omnibus §. si Titio ff. de legat.1. Ioan. Garc. de Nobilitat. glos.22. n.6. Vgolin. de procurator. par.1. cap.3. sub n.23. Afflict. in Constitution. Regn. rubr.26. de Malefic.*

Malefic. clandestin. incision. numer. 32. conclus. 4. Bos. in praxi criminal. tit. de Captur. num. 53. Carpan. ad Statut. Mediolan. tom. primo cap. 219. numer. 6. Bal. in suo tractat. statut. verb. Villa vers. quinto Alber. tractat. statut. par. 2. quæst. 67. Bertachin. in repertor. verb. damna vers. 55. & facit Bar. in l. ab omnibus §. si Titio numer. 1. ff. de legat. 1.

2 Et † in fortioribus habemus, quòd si vnus ex ciuibus litigat cum Ciuitate tenetur ad collectã impositam pro sumptibus litis Bal. in l. ab omnibus §. si Titio vers. Item est argumentum ff. de legat. 1. Bar. in eodem §. si Titio num. 1. Thom. Parpalia. in l. placet. num. 46. C. de Sacr. Sanct. Eccles. Rot decis. 413. n. 10. par. 5. recen.

3 Quod † tamen procedere intelligas quotiescumque officialis, de cuius Salarij solutione agitur possideat bona in illo loco, in
4 quo officium exercet, quia cum † collectæ huiusmodi imponantur personis pro rebus ex l. rescripto §. finali ff. de Muner. & honor. Menoch. de Arbitrar. cas. 562. num. 48. Ciarlin. controuers. 22. num. 21. & distribuendæ sint per æs, & libram, vt firmauimus in quæ-
5 stione præcedenti; Itaut † ad illarum impositionem requiratur persona pro forma, & res pro materia, quæ constituunt vnum integrale indiuiduum, non sufficit, personam esse subiectam, nisi etiam possideat bona, itaut forma applicari possit materiæ Sperell. in decis. fori Eccles. 41. numer. 53. vol. 1. & decis. 121. numer. 60. vol. 2. Surd. cons. 262. num. 28. Corn. cons. 199. numer. 11. vol. 1. Adrian. Negusan. in silua responsor. quæst. 548. num. 1.

6 At si † officialis sit forensis certum est, quòd non tenebitur contribuere solutioni
7 talis collectæ, forenses † enim de Iure communi non possunt collectari, nec ratione personæ Bar. in l. libertus §. sola ratio nu. 1. ff. ad Municip. & in l. rescripto §. finali nu. 4. vers. collecta ff. de muner. & honor. Fælin. in c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ sub num. 76. vers. & hinc de Constit. Federic. de Sen. cons. 11. col. 2. vers. & alia dicuntur Euerard. cons. 52. vers. præterea Guttier. variar. quæst. lib. 43. quæst. 16. num. 20. Dec. cons. 285. numer. 4. vers. comprobatur Alex. cons. 52. numer. 10. vers. nec obstat. lib. 6. Natt. cons. 150. nu. 4 Gabr. de Iure Immunit. conclus. 2. numer. 1 Peregrin. cons. 90. num. 24. vol. 1. Calderin. cons. 6. de Censib. Sess. decis. Aragon. 7. n. 11. & 14. Sperell. decis. for. Eccles. 35. num. 17. Nec ratione bonorum Bar. in l. 1. num. 34. C. de mulier. in quo loc. libr. 10. Alex. cons. 68. num. 2. lib. 2. & cons. 52. in princip. vol. 5. Guidopap. cons. 61. num. 9. Riminald. cons. 415 num. 28. vol. 3. Natt. cons. 555. num. 1. Neuizan. cons. 66. per tot. & præcipuè num. 16. Festas de AEstimo par. 1. num. 24. et par. 2. nu. 9. Mar. Antonin. variar. resol. lib. 2. resolut. 56. num. 3. Bursatt. cons. 16. num. 31. vbi loquitur in terminis collectæ impositæ pro Salario officialium Rot. in Brundusina Gabella 13 Februarij 1604. coram R. P. D. Penia inter eius impress. decis. 1079. quia, licèt bona dicantur subdita, attamen, cum obligatio principalitèr dirigatur in personam, illa tamquàm dignior attenditur Bal. in l. vnica num. 44. vers. dicimus etiam C. de eo quod inter est Oldr. ad. cons. 169. Natt. cons. 105. & n. 85. & cons. 555. n. 2.

8 Et quamuis † non desint Doctores, qui voluerunt teneri forenses ad collectas habita ratione bonorum possessorum in loco vbi collectæ imponuntur, vt videre est apud Luc. de Penn. in l. finali num. 34. & seqq. C. de quibus muner. vel præst. nem. lic. se excus. lib. 10. Io de Plat. & idem Luc. in l. quod neque num. 3. C. de Incol. Bar. in l. per Bitiniam C. de Immunit. nemin. conceden. lib. 10. Corn. cons. 217. vol. 2. et cons. 72. vol. 4. Petr. de Vbald. in tractat. de Collect. numer. 39. Atta-
9 mèn † eorum opinio procedit quandò collectę impositæ respiciunt principalitèr commodum Principis, veluti tributa, & munera patrimonialia, & etiam quando tendent ad commodum, & defensionem bonorum, vt puta si collectæ imponerentur pro Salario Custodum bonorum, & similium, quo casu dubium non est, quòd teneantur etiàm forenses pro bonis possessis cõtribuere, vt concludunt omnes in locis præallegatis, & nos firmauimus suprà in quæst. 4. num. 59. et seqq. Secùs tamèn, quandò collectæ impositæ respiciunt principalitèr commodum personarum, vt optimè distinguit Decian. respons. 55. sub num. 4. vol. 1

Veritas tamen est, quòd plures possunt dari casus, in quibus forensis ad collectas teneatur; quorum primus erit quandò
10 † Ciuitas haberet particulare priuilegium collectandi etiam forenses Bar. in l. munerum §. patrimoniorum num. 4. ff. de muner. & honor. et in l. 1. num. 28. vers. item fallit. in

ciuitate

Ciuitate C. de Mulier. & in quo loc. libr. 10. & in l. forma §. illam num. 2. C. de Censib. & in l. 2. in fine C. de Incol. lib. 10. Alex. cons. 68 num. 8. vers. nec dubium libr. 2. Curt. Iun. cons. 60. sub num. 8. Gabr: d. conclus. n. 2. num. 2.

11 Secundus casus est quando in loco adest Statutum, quod afficit ipsa bona *Bal. in l. vnica num. 43. vers. simile dico C. de Senten. quæ pro eo Alex. cons. 101. num. 8. vol. 1. & cons. 52. libr. 5. et cons. 148. in princip. libr. 6. Aymon. cons. 8. num. 6. Ias cons. 13. vol. 3. Corn. cons. 194. num. 4. vol. 4. Surd. cons. 104. num. 16 vol. 2. Rolan. cons. 34 n. 17.*
12 *& seqq. vol. 3.* Dummodo † Statutum fuerit conditum à non recognoscente Superiorem *Ruin. cons. 111. vol. 5. Natt. cons. 447. num. 6. vers. saluat vol. 2.*

13 Tertius † est casus, quando bona, vel prædia forensis reperiuntur descripta in libro æstimi, poterit enim forensis, qui patitur describi bona sua in tali libro, cogi ad solutionem collectarum etiam, quòd bona sint sita alibi, vt docet *Bal. in l. placet C. de Sacr. Sanct. Eccles. & in cons. 434. numer. 2. vol. 3. Corn. cons. 217. numer. 8. Dec*
14 *cons. 285. nu. 5.* Et ea est ratio, quia † quando imponitur collecta iuxta descriptionem factam in æstimo, tunc non attenditur possessio bonorum; sed tantummodo liber
15 æstimi, in tantum, vt etiamsi quis † potuisset bona per se non possessa teneretur pro illis bonis collectas soluere donec æstimum fuisset correctum *Angel. in l. finali C. sine cens. vel rel. Bal. in l. 1. §. quod si nemo col. antepenul. vers. super tertio puncto ff. quod cuiusq. vniuer. Dec. cons. 275. num. 5. Paris cons. 25. num. 71. & 94 cum seqq. vol. 1. Gaill. singular. obseruat. libr. 2. obseruat. 52. num. 24.*

16 Quod † tamen intelligendum est procedere dummodò probetur scientia, & patientia eius, cuius bona fuerint in æstimo descripta *Mascard de prob. concl. 18. et conclus. 1186 num. 18. Panciroll. cons. 89. num. 20. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 2. resolut. finali cons. 47. vers. quia liber æstimi Farinacc. cons. criminn. 11. num. 43. Genua de scriptur. priuat. lib. 5. tit. de Libr. æstimi quæst. 1. n. 22.* Aliàs enim sola descriptio non sufficeret, nisi constaret etiam; quòd is, de cuius consensu facta prætenderetur; vel eius successores soluissent collectas singulis annis, quia
17 † sola descriptio, cum possit esse simulata & facta ex aliqua causa tunc vrgenti, ex quo fieri consueuerit sine causæ cognitione, & nullo citato, vt testatur *Soccin. cons. 205 num. 1 vers. tertiò eadem conclusio vol. 2. Rolan à Valle cons. 4. num. 18 libr. 2.* propterea
18 † nihil probat absque subsequenti solutione *Bar. in l. rura C. de omni agro deser. lib. 11. & ibi etiam Angel. et Ioan. de Platea. Ioan. Baptist. de Sanct. Seuerin in l. admonendi n. 82 de Iureiuran. Soccin. dict. cons. 205 vers. comprobatur Roma n. cons. 291 n. 7. Alex. cons. 92. col. 2. vol. 2. et cons. 10 col. 2. vol. 4 et cons. 147 col. fin. vol. 5. Iacob Berett cons. 89. num. 44. libr. primo Genua de Scriptur. priuat. loc citat. num. 20.*

19 Quartus, & vltimus casus est † quandò in loco adest consuetudo immemorabilis, quòd etiam forenses concurrant ad solutionem collectarum *Castren. in l. inter debitorem ff. de pact. Ias in l. placet num. 5. C. de Sacr. Sanct. Eccles. Enriquez cons. 27. nu 12 Rub cons. 9. num 9. Alciat respons. 36. nu 2. tom. 2. libr. 5. Dec. cons. 285. numer 6. Natt. cons. 160. num. 14. post princip. Soccin. Iun. cons. 49 num 23 vol 1. Ruin cons. 111 n. 22. libr. 5 & consil 116 num 12. vol 4.*

20 Et hæc † consuetudo, quòd forenses possidentes bona in aliquo territorio contribuant pro possessis in illo territorio, viget in tota Italia, vt testantur *Bal in l. etiam in col. finali C de Execution. rei iudicat. Bar in l. cum neque C de Incol lib 10 Alex. cons 22 nu 5. vol. 5 Dec. cons. 285. num. 2. & cons. 64. n. 2. et seq. Decian. respons. 55. numer 18. et seqq. vol 1 Crauett cons. 201. Rolan. cons. 32. n. 8. vol. 1. Surd. cons. 168. num. 57. lib. 2. Peregrin cons. 102. num. 2. vol. 4. Bursatt cons. 16. num. 13. et 33. libr. primo Mynsinger singular. obseruat. centur. 3. obseruat. 27. Cancer. variar. resolut. par. 2. cap. 6. num. 19 Mar. Antonin. variar. resolut. libr. 2. resolution. 56. num. 2. Ossasc. dec. 86 in fine Guidopap dec. 87 Magon. decis. florentin. 66. nu. 2 Borell in summa decis par. 5 tit. de Tribut et collect. n 65. et seqq. Rota coràm san. mem. Gregor. XV. decis. 279. num. 15.*

Gabella An, & quando soluenda sit de Salario.

QVAESTIO XXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Gabella de Salario non est soluenda quando Salarium succedit loco alimentorum.*
2 *Pauperes, quorum operæ vix sufficiunt pro alimentis, non tenentur ad collectas.*
3 *Gabella de Alimentis non soluitur.*
4 *Gabella soluitur de Salario soluẽdo à priuatis quandò non est tale, quod alimentorum loco succedat.*
5 *Gabellarum in solutione æqua omnium in spectio esse debet.*
6 *Gabella de Salario, soluendo à publico, non debetur, Declara vt numer. 7. & seqq.*
8 *Dispositio restricta ad certas personas illas non egreditur.*
9 *Priuilegium de sui natura est personalissimum.*
10 *Gabellam de Salario non tenetur soluere officialis conductus à publico pro certa summa non facta mentione gabella.*
11 *Gabellam debitam pro Salario officialis à publico conducti tenetur soluere Communitas, Declara vt num. 12.*
13 *Voluntas Superioris in contractibus semper intelligitur excepta.*
14 *Voluntati Superioris resistere reputatur impossibile.*
15 *Voluntas Superioris excusat contrahentes à periurio.*
16 *Voluntas Superioris reputatur casus fortuitus.*
17 *Casus fortuitus nemini imputatur, nec alicui detrimentum inferre debet.*
18 *Consuetudo attendenda venit quandò agitur de solutione vel exemptione Gabellæ.*
19 *Consuetudo etiam non præscripta attendenda venit in solutione Gabellæ.*

SI dubitari contingat, An de Salario soluenda sit gabella, animaduertendum erit, An agatur de Salario debito à publico, vel à priuatis & si quæstio versetur super Salario soluendo à personis priuatis in-
1 spiciendum erit, An † Salarium sit tale, quod succedat loco alimentorum, quod facilè, attenta qualitate personę cui debetur, poterit dignosci, & tali casu non erit soluenda gabella de Salario facit tex in *c. licet de censib. & ibidem Io: Andr. Abb. in c. scientes eod. tit. Felin. in c. si qui testium num. 20. de Testib. et in c. significantibus num. 5. de offic. et potestat. Iudic. delegat. et facit etiam tex. in l. cum facultates C. de his qui numer. liber. vel pauper excus. meru. et l. finali C. eodem tit. glos in l. omnes et in l. finali C. de Ann. et tribut. libr. 10. Bar. in tit. institution. quib. ex caus. manumitt. non licet numer. 6. et in d. l. omnes C. de Ann. et tribut. lib. 10. Ias. in l. hauus n. 13 ff. de pact. Alex. in l. si se non obtulit num. 17. ff. de Iudic. Petrans. sact. singul. 73. et sing. 100. Ruin. cons. 116. num. 5, libr. 4. Gigas de Pension. quæst. 80. num. 3. Boer. decis 135. num. 3 Nouar. prax. priu. mistr. personal. priuileg. 73 num. primo Parid de Put. in tractat. de Sindicat. v. paupertas Bal. in l. acceptam C. de Vsur. et in Auth. defuncto C. ad Tertullian.* vbi quòd
2 † pauperes, quorum operæ vix sufficiunt pro alimentis, non teneantur ad collectas, imò si descripti sint, deleri debeant de æstimo,
3 Sicut, nec † soluitur gabella de alimentis *Egid. Thomat. in tractat. collectar. in §. subijciunt hoc loco num. 25. in princip. et num. 32 vers. respondeo Surd. de Aliment. titul. 8. priuileg. 91. num. 4.*

4 Quando vero † dici non posset succedere loco alimentorum, soluenda esset de eo gabella, sicut de omni alio lucro, cum Salarium non reperiatur in hoc à Iure priuilegiatum, & illa priuilegia, quæ non sunt in Iure expressa, non sunt inducenda per argumenta, *Flor. practicar. quæst. libr. primo quæst. 8. §. primo num. 70. Gratian. disceptat forens cap. 257. sub num. 21.* precipuè in solutionibus gabellarum, ex quibus, cum vt plurimum Principes summam certam annuam retrahere velint, non potest vnus à solutione eximi, quin alij grauentur, &
5 propterea in earum solutionibus æqua omnium inspectio esse debet *l. omnium cum seq. C. de Vectigal glos. in l. si publicanus §. 1 de public.*

6 Si vero † Salarium constituatur à Publico indistinctè de illo gabellam soluendam non esse voluerunt aliqui, moti per Textum in *l. priuilegia §. et quia humanitatis C. de Sacr. Sanct. Eccles.* in ijs verbis: Salaria etiam, quæ Sacrosanctis Ecclesijs in diuersis speciebus de publico hactenus ministrata sunt

sunt iubemus nunc quoque inconcussa, & à nullo prorsus imminuta præstari.

7 Verùm, † cum iste textus loquatur de Salarijs præstandis Sacrosanctis Ecclesijs, seu etiam pauperibus, & miserabilibus personis, vt suadere videntur verba eiusdem textus ibi: Et quia humanitatis nostræ est egenis prospicere, ac dare operam, vt pauperibus alimenta non desint, & sic de Salario debito priuilegiatis tantummodò personis, non benè inferri potest ad Salarium, quòd debetur alijs, in quibus ea-
8 dem qualitas non concurrit, dispositio † enim restricta ad certas personas, illas non egreditur *l. quæ conditi, & ibi Soccin. ff. de condit. & demonstrat. notatur in l. si vnus §. ante omnia ff. de pact.* Surd. *cons. 84. num. 10. Menoch. cons. 143. num. 26. & seq. Altograd. cons. 84. n. 163. Ro. coram Burat. dec. 740. num. 10.* Maximè si ex illa dispositione ori-
9 atur priuilegium, † quòd de sui natura est personalissimum *l. quia tali ff. solut. matrimon. Alex. cons. 5. num. 16. lib. 4. Sperell. in decis. for. Ecclesiast. 121. num. 61.* nec inducit ius vniuersale *l. quæ ex relationibus, & ibi Barbos. num. 1. & 5. C. de legib. & constitution. princip*

Quotiescumque igitur non agatur de personis in dicta Lege priuilegio decoratis, pro definitione quæstionis erit animaduerten-
10 dum, An gabella soluenda fuerit imposita ab ipso publico Salarium soluente, & tali casu, si in ipsa Salarij constitutione nulla fuerit facta mentio de gabellis, non tenebitur officialis sic conductus gabellam soluere de Salario *Paria. de Put. in tract. de Sindicat. v. Salarium cap. . num. 4.* quia videtur actum, vt integrum Salarium præstetur, & sibi imputet Communitas conducens si non expressit onus gabellæ sibi cognitum *l. venditor hominis ff. de action. empti & tenet Bar. in l. penultima §. finali ff. de dote prælegat.* & facit *l. 3. §. idem ff. de edilit.*
11 *edict.* Et † quatenùs talis gabella esset soluenda alteri, quàm ipsi publico, vt puta Appaltatori, teneretur officialis illam soluere, & posteà repetere à publico *Bar. in l. prima num. 5. ff. de Aliment. & cibar. legat Castren. cons. 195. num. primo lib. primo Bertachin. de Gabell. par. 4. num. 33. Surd. de Ali-*
12 *ment. titul. 4. quæst. 16. num. 15.* At † si gabella imponeretur post factam conductionem officialis per superiorem Communitatis, quòd communitas præuidere non potuit euenturum fore, & quatenus præuidisset, non potuisset prouidere, quin gabella imponeretur, tali casu officialis à publico conductus teneretur gabellam soluere de Salario *Bertachin. in d. tractat. de Gabell. part. 4. numer. 33 in fine* Et ratio est,
13 quia † in contractibus intelligitur excepta
14 voluntas Superioris, cui † resistere cum iudicetur impossibile *l. cum seruus §. finali ff. de legat. primo Menoch. cons. 531. numer. 5.*
15 *Cirac. controuers. 310. num. 38.* Ideo † semper excusat contrahentem iurantem à periuro *c. venientes, ibique DD. de Iureiuran.*
16 *Federic. de Sen. cons. 61.* Et † reputatur casus fortuitus *l. Lucius ff. de euiction. Ias. cons. 2. sub num. 12. vers. videlicet alias vol. 3. Soccin. in l. quidam relegatus sub nu. 3. ff. de reb. dub. Crauett. cons. 223. nu. 2. Alex. cons. 57. num. 3. in fine lib. primo Natt. cons. 181. n. 4. Crauett. cons. 94. num primo Boss. in tractat. Criminal tit. de remission. merced. numer. 76. Afflict. dec. 54. n. 2. Surd. decis. vlt. n. 15. Scacc. de Camb. §. primo quæst. prima numer. 136.*
17 qui † quidèm casus fortuitus nemini imputatur, nec alicui detrimento esse debet *§. sed nos vers. ideoque imp um esse inst tut. de Senat. cons. Tertullian. l. 2. §. si eo tempore ff. de administrat. ad Ciuitat. pertinent. l. quæ fortuitis C. de pignorat. act.*

Quæ tamen omnia procedere intelligas
18 remota consuetudine contraria, quia †, illa stante, sempèr erit attendenda, quando agitur de solutione vel exeptione gabellarum *l. quartum finali ff. ad publican. l. missi opinatores ibi* consuetudine seruata *vbi Ioan. de Platea in 3. notab. C. de exactor. tribut. lib. 10. l. vnica vbi Bar. C. de aur. coronat. eodem libr. 10. Ferret. de Gabell. num. 263. Personal. in eodem tractat. n. 34. & seq. Surd. cons. 470 num. 15. & seq. Bursatt. cons. 138. numer. 42. & cons. 186. num. 11. Ciarlin. controuersiar. forens. cap. 22. num. 40. Ciriac. controuers. 109 num. 7. & controuers. 141. num. 50. & contro-*
19 *uers. 222. num. 20.* Etiamsi † talis consuetudo non sit præscripta *Dec. cons. 8. num. 1 vers. sed his libr. primo Gabr. cons. 161. nu. 9. in fine lib. 2. Grilinz. cons. 40. num. 16. & seq & cons. 71. num. 19. & cons. 77. nu. 13. Ciarlin. d. cap. 22. num. 10.*

Deci-

Decimæ An debeantur de Operariorum Mercede.

QVÆSTIO XXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ debentur Ecclesiæ ex Lege naturali, Diuina, & Canonica.*

2 *Decimæ soluendæ veniunt de omnibus fructibus terræ.*

3 *Decimæ debentur de omni artificio, & lucro ex sola industria personæ quæsito, & sic ex mercede.*

4 *Milites tenentur, soluere decimas de eorum stipendio.*

5 *Doctores, & Aduocati tenentur de eorum lucris decimas soluere.*

6 *Procuratores, & causidici de eorum procuratione decimas soluere tenentur*

7 *Notarij, & alij quicumque mercenarij tenentur de eorum mercedibus decimas soluere, Quod tamen declara non procedere in pauperibus, vt num. 8. Dummodò sint pauperes constituti in necessitate extrema vt num. 11.*

9 *Clerici tenentur ex redditibus Ecclesiæ subuenire pauperibus.*

10 *Relaxare facilius est quàm dare.*

12 *Meretrices, Histriones, & similes tenentur de eorum mercedibus decimas persoluere.*

13 *Decimas meritricis, et similium, quorum peccata sunt publica, Ecclesia recipere non debet, nè videatur illorum nequitiam approbare, Si vero peccatum non est notorium, licèt Prælato non ignotum, potest Ecclesia illas recipere vt num. 14. Sicùt pariter poterit recipere in casu quo suorum scelerum pænitentiam faciant, vt num. 15.*

16 *Ecclesia nō debet à Latronibus decimas percipere.*

17 *Lucra per Latrones consequuta sunt restitutioni obnoxia, nec transeunt in eorum dominium.*

18 *Lucra meritricium, & similium licet sint turpiter acquisita, tamen non sunt restitutioni obnoxia, sed transeunt in eorum dominium.*

1 Decimæ † Ecclesiæ debitæ tàm lege naturali, *Cou. vru. variar. libr. 1, cap. 17. numer. 2. vers. quarto iuris naturalis Nauarr. in Manual cap. 21. n. 28. Leon. in Thesaur for. Eccles. part. 2. capit. 12. num. 2. Martin. Alphons in Condelibr. aureo tit. de consuetud. con. leg. cap. 3. num. 9.* Quàm diuina *c. Decimas à populo c. reuertimini 16. quæst. prima D. Thomas 2. 2. quæst. 87. Rota decis. 14 num. 2. de Iud. in nou. Mar. Anton. variar. resolut. 77. sub numer. 3,* & Canonica *c. primo cum plurib. seqq. 16. quæst. 7. c. commissum*
2 *de Decimis*, soluendæ † veniunt non solùm de omnibus terræ fructibus, & prouentibus *c. nō est c. nuntiosa & c. ex parte 1l 2. de Decim. Marc. Mant. cons primo nu. 21. Put. dec. 169 num. primo lib. 3. Rot. decis 652. num. primo par 4 & decis 591. num. primo par. 5. Recen. & in Carpentoraten Decimarum 1. Iulij 1647.*
3 *corā R. P. D. Bichio*, Verum etiam † de omni artificio, & de lucro ex sola personæ industria quæsito, & sic ex mercede, ex negociatione, venatione, & similibus *c. ad Apostolicam c. Pastoralis vbi gloss. de Decim. c. decimæ 16. quæst. prima ibi* de negocio, & artificio solue decimas, *vbi gloss. &* DD. *Nauarr in Manual. capit. 21. ad 3. præcept. Eccles. numer. 29. Rebuff. tractat. de decimis quæst. 8. num. 19. Monet. de decim. cap. 4. numer. 24. Barbos. de offic. & potest Paroch. cap. 28 §. primo num. 18. Rot. decis. 180. num. 13. part. 7. in recent.*

4 Vnde tenentur Milites de eorum stipendio decimas soluere, vt habetur *in c. non est 22. de Decim. & ibi Abb num. 4.* Barbos. *num. 7. Idem Barbos. in tract. de offic. & potest Paroc. cap. 28. §. primo num. 19. Rebuff. in d. tract. de Decim. quæst. 8. numer. 2. P. Monet. eodem tractat. capitul. 4. numer. 26. & seqq.*

5 Nec eximuntur à præstatione Decimarum Doctores, & Aduocati, sed tenentur & ipsi de collecta scolarum, & Aduocationis honorario Decimas soluere *gloss. in c. Decimæ v. negocio & in c pastoralis v. quod si de lucro 16. quæst. prima Barbos. in d. tractat. de offic. & potest parocch. d. capit. 28. §. primo num. 20. & in d. cap. non est nu. 7. de Decim. vbi Card. quæst. 10. Monet. d. cap. 3. nu. 28. Leon. in Thesaur for. Eccles. capit. 12. nu. 21. Hypolit Riminal. in comment. instit. tit. de donation. in princip. n. 158. & sequ. vbi,* quòd boni, deuotique Aduocati soleant scribe-

re lucrum, & posteà in fine mensis vel anni discutere, & Decimam illius partem in Pauperes erogare, & Rebuff. in d. tractat. capit. 12. num. 4. refert, se vidisse multos habentes crumenam Decimarum, & singulis diebus Decimam lucri in ea reponebant, & exindè erogabant in pijs operibus, nempè celebratione missarum, elemosinis, anniuersarijs, & similibus. Quòd quidèm omnes facere deberent, reminiscentes, quòd quidquid habent prouenit à Deo, cum scientia sit particulare eius donum, vndè Docti, & eruditi non debent suæ assignare prudentiæ, quòd possident, sed gratias agant primùm Deo, qui cuncta largitur, deindè Sacerdotibus eius; si enim non egerit gratias, sed sibi scientiam vendicauerit in penuria maledicetur. Quòd si intelligens largitorem Deum, & agens gratias, Decimas persoluerit, statim pluet supèr eum imber gratiarum, & abundantia rerum omnium perfruetur, vt habetur in *c. reuertimini ad me 16. quæst. prima.*

6 Et id, quod diximus de Aduocatis, habet locum etiàm in Procuratoribus, & Causidicis, qui de eorum procuratione decimas soluere tenentur *Andr. Hespar in reg. Decim. quæst. 10. num. 2. Monet. d. capit. 4. num. 29. Barbos. in d. c. 1. non est n. 7. in fine.*

7 Itèm † procedit in Notarijs, & in alijs quibuscumque mercenarijs, vt latè idèm *Monet. loco citato, Hostien. in summ. tit. de Decim. num. 5. Leon. d. cap. 12. num. 21. Barbos. de Paroc. cap. 28. §. primo num. 20. & seqq. Guttier. pract. quæst. lib. primo quæst. 27. numer. 8. Soar. de relig. tom. primo tractat. 2. cap. 21. & 22. num. 9. Basilic. Ponc. in tract. de matrim. libr. 5. cap. 13. §. 3. num. 19. Rot. coram Buratt. dec. 572. vbi Addens littera A.*

8 Et hæc sinè difficultate procedunt quotiescumquè mercenarij non sint pauperes, secùs verò si sint tales. Quià tunc, vel non tenentur Decimas soluere, vel sàltèm Rector Ecclesiæ, cui debe rentur teneretur illas remittere, & relaxare loco elemosinæ *c. quoniam 16. quæst. prima Gloss. in c. ex parli 1. de Decim. Abb. in c. cum homines num. 5. eod tit. Dec. in c. ex Epistola nu 215. de prob. Gozad. cons. sinum. 16. Paris. cons. 25. n. 26. lib. 4. Beninc as de Paupertat. quæst. 7. spec. 6 in Iud. num. 20. Dom inic. à Sancto Geminian. cons. 535. Archidiacon. in c. Decimæ 16. quæst.*

9 *prima.* & ratio concl usionis esse potest, quià tenentur Clerici ex Ecclesiæ redditibus pauperibus subuenire *c. quod autem 23. quæst. 7 c. conuenior. 23. quæst 8. c. Hospitalem cum seqq. 42. distinct. l. 2. C de Episcop. & Cleric. §. interdicimus Authent. de Eccles. tit. Archidiac. in c. nulli 12. quæst. prima & in c. primo 16. quæst. 1.* & in speciè quod debeatur Decimæ in Elemosinã pauperũ distribui est *tex. in c. quia & in c. Decimæ 16. qu. 1. Abb. in c. cũ homines n. 4 in fin. de Decim*, Si ergò tenentur Clerici ex redditibus Ecclesiarum, & præsertim Decimalibus pauperibus subuenire multò magis debebunt illas remittere, & relaxare,

10 † quòd facilius est *l. per retentionem C. de vsur. l. cum soluta C. de condition. indebit l. si in area in fin. ff. eod. tit. l. in necessarijs §. pignori ff. de pignorat. act.*

11 Aduertendum tamèn erit, quòd † non omnes qui pauperes dici possunt, sunt excepti à Decimarum solutione, sed ij tantummodò, qui sunt in necessitate extrema, vt per *Gloss. in c quia tua in verbo quod superest 12. quæst. prima & in c qui cumque il primo ver. quod minus fecit. 16. quæst. 7. vbi Turrecremat numer. 1 Rebuff de Decim. quæst. 5. num. 15. Monet. in eod tract. cap. 5. num. 32. Cost. de ration. ratæ quæst. 145. numer. 15. Barbos de Paroch. cap. 28. §. 3. num. 2.*

12 Remanet pro huius quæstionis complemento discutiendum: An Meretrices, Histriones, & similes teneantur de eorum mercedibus Decimas persoluere, & communis opinio est affirmatiua, scilicèt; quòd teneantur *gloss. in c. ex transmissa v. licitè & ibidem Innocent. & Abb. num. 3. de Decim. D. Thom. secunda secundæ quæst. 87. art. 2. ad 2. Couarru in reg. peccatum par. 2. §. 1. n. 1 & seqq. Monet. d. tractat cap. 4. numer 49. Barbos. de Paroc. cap. 28. §. primo numer. 32. Tyndar. de Decim. num. 5. Rebuff. eod. tract quæst. 5. num. 18. Monet. cap. 4. à num. 42. Petr. Royz. Lituan. decis. 5. nu. 270. Rendin. in Prompt. recept. sent. tom. primo tit. 26. num. 3. Suarez. de Religion. tom. primo tract. 2. libr. primo cap. 32. num. 7. cum seqq. Sot. de Iust. & Iure lib. 9. quæst. 4. art. 2. vers. ad secundum.*

13 Licèt Ecclesia, si peccatum notorium sit, illas recipere non debeat, ne per talem receptionem videatur approbare similium personarum improbitatem, & illorum peccatis communicare *Abb. in c. ex transmissa sub num. 3. vers. exemplum in meretrice de Decim.*

Decim. Monet. in d. tractat. cap. 4. num. 44. Siluester in sũma verb. Decima quæst. 6. vers. Quantum ad personales, Barbos. de offic. & potest Paroch. cap. 28. §. primo numer. 31.

14 Quandò,† vero peccatum non est notorium, sed occultum, quamuis Prælatus illud sciret, poterit Ecclesia Decimas similium personarum accipere *c. Christiana 32. quæst. 5. c. si omnia 6. quæst. 6.* D. *Thom. 2. secunda*

15 *quæst, 87. Siluestr. vbi supra.* Sicut† pariter illas recipere posset post peractam suorum scelerum pœnitentiam, *gloss. in d. c. ex transmissa v. licitè de* Decim *& ibi Innocent. & Abb. numer. 3.* D. *Thom. secunda secundæ d. quæst. 87. artic. 2. ad secundum Couarr. in regula peccatum part. 2. §. 11. num. primo cum seqq. Monet. d. cap. 4 num. 49. Barbos. in d. tractat de Paroch. cap. 28. num. 32.*

16 Non † tamen idem erit dicendum in Latronibus, militibus in bello iniusto depredantibus, & similibus, à quibus Ecclesia nunquàm Decimas recipere debebit *Rebuf. de* Decim. *quæst. 9. numer, 18. Less. de Iust. & Iure libr. 2. cap. 39. dub. 3. num. 13. cum seqq. Hieronim. Carat. in tractat. de Iure Parro-*

17 *chia. tit. 3. cap. 6.* Et ràtio est, quià † lucra, per huiusmodi personas facta, sunt restitutioni obnoxia, nec transeunt in eorum dominium, sed competit Dominis repetitio *reg. peccatum de Reg. Iur. in 6. l. inuito 12. C. de solut. Siluest. in summa v. furtum quæst. 16 num. 20,* D. *Thom. 2. secundæ quæst, 62 art. 5 Less de Iust. & Iure cap 12. dubitat 3. in princip. Azor. instit. moral. par. 3. libr. 4. de restit. Vasquez in opuscul. Moral. tit. de restit. in for. cosciens. D. Ant. part. 2. tit. 2. cap. 1. &*

18 *seqq.* Meretrices † verò, & similes licèt ex turpi quæstu accipiant, transfertur tamen in eos accepti dominium, nec datur repetitio *Henric. Boich. in c. peruenit de Adulter. Nauarr. in manual. confess. cap. 17. num. 38. vsque ad 40 Petr. Roiz, in citat. dec. 5. Lituan: num. 270. Rebuff. in sepe allegat. tractat. de Decim. quæst. 5. num. 28. cum alijs relatis à Monet. in eod tractat. cap. 4. num. 42.* & nos latiùs comprobabimus infrà in secunda huius nostri tractatus parte dum agemus De Salario Meretricis.

Cambium Salarij constituti per Principem alicui officiali destinato in aliquo loco extrá Principatum, An soluendum sit per ipsum Principem, vel per officialem.

QVAESTIO XXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Cambium Salarij debiti officiali destinato in certo loco soluendum est à Principe, non autem ab officiali.*

2 *Debitor non tenetur mittere id, quod debet suo creditori existenti in diuersa Prouincia, sed sufficit, quòd sit paratus soluere, Declara vt num. 7.*

3 *Debitor alimentorum nõ tenetur soluere expensas necessarias pro transmissione alimentorum alimentario existenti in diuersa Prouincia, Declara vt num. 10.*

4 *Salarium succedit loco alimentorum.*

5 *Debitor tenetur ire ad domum creditoris quando creditor est talis, vt ei debeatur reuerentia à debitore.*

6 *Salarium soluendum est in loco, in quo officialis exercet officium.*

8 *Creditor non potest cogi ad recipiendum suum creditum extra locum destinatæ solutionis.*

9 *Etiam si locus non fuerit à contrahentibus nominatus, sed veniat ex natura contractus.*

10 *Debitor mercedis tenetur ad solutionem vecturæ, & gabellæ soluendæ pro transmissione mercedis debitæ officiali.*

1 AD officialis fauorem quæstionem hãc fuisse decisam, nempè cambium Salarij constituti officiali per Principem destinato in certo loco extrà Principatum soluendum esse ab ipso Principe, non autem ab officiali testatur, *Ioannes Baptista Thoro in compendio decis. Neapolit. par. 2, litera C. ver. cambium Salarij.*

Contraria tamèn videbatur capienda resolutio ex pluribus, & Primo ex eo quòd vbi

2 creditor, & debitor in diuersis adsunt Prouincijs, non tenetur debitor ad domum creditoris

ditoris debitum mittere, sed satis est, quòd sit paratus soluere in suo domicilio *l. item illa verba in princip. ff. de constit. pecun. vbi gloss. in verbo non venit Bart. & DD. communiter, Abb. in l. secunda num. 22. C. de iure Emphi. eot. Bald. in l. accepta num. 22. C. de vsur. Angel. in l. spatiũ n. 3. ff. de eden. Barb. n. in l. cum filius §. si promissor. nu 2. ff. de verbor obligat. Roman. in l. de diebus §. qui mulierem nu. 14. ff. qui satisdar. cogan. Ias. in d. l. 2. n. 92. C. de Iur. emptit.* Rolan. d. *cons.* 87. *n.* 14. *volum. primo Abb. in c. significante numer. 9. de Pignor. & in c, licet il primo num. 13. de Simoni*. Ergo cum officialis sit creditor Salarij, & Dominus debitor, & in diuersa adsint prouincia non tenebitur Dominus deferre facere Salarium ad domicilium officialis, sed sufficiet, quòd sit paratus soluere quotiescumquè fuerit requisitus.

3 Facit secundò, quòd obligatus ad præstanda alicui alimenta, si alimentarius sit diuersi loci, itaut in illius præstatione esset facienda impensa vecturæ, non teneatur debitor alimentorum expensas facere pro vecturis, sed onus illas faciendi spectet ad ipsum alimentatum, vt dicit *Bart. in l. prima num. 4. ff. de Aliment. & cibar. legat.* Ergo idem venit dicendum in eo, qui tenetur ad præstationem Salarij, quòd † ali-
4 mentorum loco succedit *l. 2. C. locat. Angel. in l. si non sortem §. libertus col. penult. ff. de condit. indebit. Surd. de Alimen. tit. 1. quæst. 67 num. 7.*

5 Facit tertiò, quòd quandò † creditor, & debitor sunt tales, vt intèr eos adsit obsequij, & reuerentiæ respectus, tunc is, qui obsequium, & reuerrentiam præstare tenetur debebit ad domum alterius ire *Mastr. de Solution. cap. 29. num 19. Bald. in l. fin. num. 8. C. de condition. insert. per text. in l. sed & si susceperit §. libertus ff. de Iud. Natt. cons. 13. incipien. cum vendidisset num. 4. volum. 3. Angel. & Imol. in c. significante col. fin. ver. quid erit si debitor. de pignor. Mogon. decis. Lucen. 78. num. 20.* Sed cum in casu nostro officialis teneatur præstare obsequium Principi, Ergo non ad ipsum Principem, sed ad officialem, qui Principem, pro suo credito consequendo adire debet, spectabit onus solutionis Cambij pro remissione Salarij.

Quibus tamen non attentis, contrarium fuit resolutum in Regno Neapolis, teste Ioanne Baptista Thoro, vt suprà dicebam, Et ratio resolutionis ea esse potuit,
6 quòd † Salarium soluendum est in loco, quo officialis exercet officium, & Princeps mittens officialem extrà prouinciam cum certe mercede contrahit cum ipso officiali soluendi tantam pecuniæ quantitatem in loco, in quo exercendum est officium, cambia igitur, & expensæ, pro remissione pecuniæ facienda erunt ab ipso Principe, aliàs officialis non perciperet illam pecuniæ quantitatem, quæ fuit promissa, Attento maximè, quòd multotiès cambia ob locorum distantiam adeò excrescunt, vt medietatem pecuniæ, quæ de loco ad locum remittitur, transcendant.

Ea vero, quæ fuerunt in contrarium adducta non obstant.

Ad primum enim respondetur, quòd licèt regularitèr debitor existens in diuersa Prouincia, non teneatur mittere
7 debitum ad creditorem. Attamèn hoc non procedit quandò solutioni facienda est appositus certus locus, tunc enim, cum solutio facienda sit in loco conuento, Credi-
8 tor † non cogitur alibi recipere, quàm in loco destinatæ solutionis, ad quem debitor suis sumptibus tenetur ferre *l. is qui certo ff. de eo quod cert. loco & ibi DD. communiter Azo. instit. moral. part. 3. cap. 31. vers. tertia regula fol. 320. Surd. de Aliment. tit. 4. quæst. 16. sub num. 2. vers. si non alitèr conuentum inter partes*, Et hic est casus noster, in quo, licèt non fuerit inter partes conuentum verbis expressis, quòd solutio sit facienda in certo loco, Attamèn cum agatur de debito, quòd ex sui natura soluendum est in certo loco, nempè de Salario, quòd cum soluatur officiali, non tàm pro remuneratione laboris, quàm pro substentatione officij, soluendum est in loco, in
9 quo officium exercetur, & † ita saltèm tacitè dicitur inter Dominum, & officialem conuentum, quo stante, cessat supradicta regula, vt per *gloss. in l. contraxisse ff. de Action. & obligat. Scacc. in tract. de Commerc. & Camb. §. 2. gloss. 5. num. 195. Vrsell. in suis conclus. legal. v. æstimatio conclus. 69. nu. 39. Rot. Ianuen. decis. 161. num. 5. & seqq. Rot. decis. 98. num. 11. part. 5. in recentior.* Potest insupèr responderi, quòd absentia officialis à Prouincia euenit ex mandato Principis, & pro eius seruitio, ideò talis absen-

tia non debet afferre grauamen officiali soluendi cambia Salarij, quæ soluere non deberet si adesset in loco vbi Princeps moratur, in quo absens fingitur adesse, & pro præsente in omnibus reputari debet *Bart. in l. hac lege vbi Alexand. in Apostilla C. de prox. Sacr. Scrin. libr. 12. Bald. cons. 59. n. 3. volum. 2. Menoch. cons. 23. volum. 1. Mandos. cons. 18. numer. 11. Paris. cons. 31. numer. 3. & 4. volum. 4. Federic. de Sen. cons. 246.*

Eadem quoquè responsione remanerent sublata, secundum, & tertium argumentum in contrarium, adducta, sed insuper
10 potest ad secundum responderi, Non † esse simplicitèr verum, quòd obligatus ad prçstationem alimentorum, non teneatur facere expensas pro vecturis si in deferendo ipsa alimenta exigatur impensa, sed locum tantummodò sibi vindicare quandò alimētarius esset persona vilis, cui turpe non esset humeris proprijs portare, quo casu non tenebitur debitor alimentorum ad vecturas *Angel in l. cum hi §. vult. igitur vers. in gloss ff. de transact. Pract. Papien. in form. libell. quo agit pro re singul. §. primo num. 71. Simon Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dub. 11. num. 104. Paul de Cittadin. in tract. de iure patronat. part. 6. art. 4. capit. fin. numer. 170. Lambertin. in eodem tractat. libr. 3. artic. 10. quæst. 3. Duen. regul. 161. num. 16.* Aliàs ad ipsum alimentantem spectabit vecturas soluere *Surd. vbi supra num. 8.* vbi respondet *Bart.* qui in *d. l. 1.* indistinctè voluit, quòd non teneatur alimentans ad expensas vecturæ pro asportatione alimentorum.

Ad tertium potest responderi, quòd in casu nostro obsequium præstatur Principi per officialē non adeundo ipsū Principē pro cōsequutione mercedis, dū Princeps mandat, ipsum abesse, vndè firma remanet resolutio quæstionis, quòd Cambia, quæ soluuntur pro transmissione Salarij non ad officialem, sed ad Principem
11 spectet, Et hoc, quòd dicimus de cambio locum etiam habebit in impensis vecturæ, & Gabellæ, quas debitor mercedis soluere tenebitur, vt per *Bart. in d. l. 1. num. 5. ff. de aliment. & cibar. legat. Surd. in d. tract. de Aliment. tit. 4. quæst. 16. num. 15.*

Vsuræ an debeantur pro Mercede debito tempore non soluta.

QVAESTIO XXXXVII

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ ex mora veniunt in omnibus contractibus bonæ fidei.*

2 *Locatio est contractus bonæ fidei.*

3 *Merces si debito tempore non soluatur debentur vsuræ.*

4 *Vsuræ sunt soluendæ iuxtà consuetudinem loci, Declara vt num. 6.*

5 *Consuetudo loci attendenda venit in materia vsurarum.*

6 *Consuetudo percipiendi vsuras vltra taxam de qua in l. eos §. super C. de Vsur. non est attendenda.*

7 *Consuetudo quæ est contrà Legem rationabilem non valet.*

8 *Vsuræ sunt omni Iure prohibitæ, Declara vt num. 9.*

10 *Vsuræ debitæ in contractibus bonæ fidei loco damnorum, & interesse impropriè nomine vsurarum appellantur.*

11 *Vsuræ loco damnorum, & interesse non prohibentur, immò ab omni Iure permittuntur.*

12 *Vsuras consequi volens ex causa moræ debitoris tenetur illas petere ratione damnorum, & interesse.*

13 *Vsuras petens ratione damnorum tenetur damna probare.*

14 *Requisita Castren. in l. 3. ff. de eo quod certo loco non sunt necessaria quando agitur pro damnis passis.*

15 *Requisita prædicta necesse est, quòd concurrant quando petuntur vsuræ ratione interesse, & lucri cessantis.*

16 *Vsuræ non debentur deficiente mora debitoris.*

17 *Creditor vt possit prætendere interesse ratione moræ à suo debitore requiritur, quòd de tempore interpellationis haberet certam occasionem inuestiendi pecunias debitas*

18 *Nec probaretur dictum interesse ex qualitate loci, in quo passim inueniuntur occasiones inuestiendi pecunias, cum non sufficiat potentia remota, sed requiratur proxima.*

19 *Moræ requisita.*

20 *Mo-*

20 *Moram non incurrit debitor ante liquidationem debiti.*
21 *In mora is non dicitur, qui potest aliqua exceptione se tueri.*
22 *Interpellatio requiritur ad constituendum debitorem in mora.*
23 *Petitio vbi nulla est ibi nulla mora adesse potest.*
24 *Debitor non interpellatus ad soluendum nō potest dici, quòd nolit soluere, sed præsumitur ad soluendum paratus.*
25 *Debitor si non fuerit requisitus ad soluendum, non per eum, sed per creditorem videtur stetisse, quin fuerit facta solutio.*
26 *Mora excluditur ex tacita voluntate creditoris differentis exactionem.*
27 *Debitor, qui habuit dilationem à creditore, non tenetur ad vsuras ratione moræ.*
28 *Mora aliqua non potest considerari pendente dilatione.*
29 *Sequestrum excusat debitorem à mora solutionis, itaut non teneatur ad vsuras,* De-*clara, vt numer 31.*
30 *Faciens aliquid de mandato Iudicis excusatur.*
32 *Vsuræ ratione damnorum, vel interesse peti non possunt à debitore, qui non valuit soluere ob impotentiam Declara vt num. 33 & 34.*
35 *Operarius creditor mercedis cum vsuris decursis ratione moræ debitoris, si mercedem absque aliqua protestatione recipiat, non potest deindè vsuras petere.*
36 *Vsuræ debitæ ratione moræ petuntur officio Iudicis mercenario, & ideò non debentur si extincta fuerit actio principalis per solutionem sortis.*

1 REgulare est, † quòd in omnibus contractibus bonæ fidei veniant vsuræ ex mora *l. in bonæ fidei C. de vsur. l. si pupilli §. fin. ff. de negoc. gest. l. fin. ff. de pericul. & commod. rei vendit. l. cum quidam §. si pupillo ff. de Vsur. l. lecta in princip. ff. si cert. petat. l. Iulianus §. ex vendito ff. de act. empt. l. Lucius ff. depositi quero ff. locati glos. in §. Actionum Instit. de Action. Barbos. in l. si mora nu. 7. ff. solut. matrimon. Facchin. controuersiar. libr. 7. cap. 57. ad finem Larrea decis. Granaten 37. num. 3. Mantic. de Tacit. & ambig. conuent. libr. primo titul. 9. numer 19.*

2 Cum autem † locatio sit contractus bonæ fidei *d. §. Actionum Instit. de Action. §. conductor. Instit. de locat. l. emptorem & l. præses C. locati, & conducti Caroc. de location. & conduct. par. 1. tit. de Natura locationis nu. 1. Ioseph. Ludouic. conclus. 12. vers. & quoniam Summ. Angelic. in v. contractus num. 5. Less. de Iustitia, & Iure lib. 2. cap. 17. dubit. 3. n. 15.*

3 Ideò, † si merces suo tempore non soluatur ei, qui suas operas locauit, solui debebant vsuræ vnà cum mercede, vt est textus expressus in *l. aduersus vbi Bal. & Salicet C. de*
4 *locat. & conduct.* Quæ † vsuræ debebunt esse tales, quæ solui consueuerint in loco contractus, vt dicit *glos. finalis in d. l. Aduersus*
5 In † ista enim materia vsurarum plurimùm attendenda venit locorum consuetudo *l. si fundus ff. de Euictiom. l. 1. ff. de Vsur. Gayll. singular. obseruation. lib 2. obseruat. 8. num 5 Couarru. variar. resolut. libr 3. cap 9. num. 7 vers. Quamobrem Fontanell de pact. nuptial. claus. 4 gol 18 numer. 101 Rot in Bononien. Saluiani 25 Iunij 1629. coram Cardinali*
6 *Virili*, dummodò tamen dicta consuetudo non excedat modum, qui est vsuris præscriptus in *l. eos § super. C. de Vsur.* nam, si excederet taxam ibi præscriptam, non esset habenda in consideratione, vt expressè habetur in eadem *l.* ibi: Nec liceat Iudici memoratam augere taxationem occasione cōsuetudinis in Regione obtinentis, & notat *glos. in d. l. aduersus v. solitis vers. dummodo C. locati, & facit tex. in l. 2. C. quæ sit*
7 *long. consuetud*, vbi dicitur, quòd † Consuetudinis, vsusquè longeui non vilis authoritas est, verùm, non vsque adeò sui valitura momento, vt, aut rationem vincat, aut legem.

8 Nec aduersatur quòd † hodie vsuræ omnes in vniuersum sint prohibitæ omni lege, *Clar. in §. Vsura num. 3. vers. secundum Alex. cons. 1. in princip. libr. 2. Cagnol. in l. curabit num 3. C. de Act. empti Rot. decis. 607. nu. 58. par. 4. tom. 3. in recen.* expressè enim in Lege Diuina reperiuntur detestatæ, vt videre est in *Exod cap. 23. Leuit capit. 25. Deuteron. cap. 23. Esdre lib. 2. cap 5. Ezech. capit.* 18. & demùm *in Psalm. 14. habetur*

Dominus quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte Sancto tuo?

Qui pecuniam suam non dedit ad vsuras.

Canonico quoque iure prohibitę apparēt ex toto titulo *de Vsur. in 6. & in Clem. & in Decret. 14. q. 3. & 4.* Dānantur tandèm à Iu-

re Naturali, vt videre est apud *Aristot. politicorum libr. primo cap. 6. & 7. & lib. 4. Et hic capit. primo & 5. quem refert. Bal. in rubr C. de Vsuris.*

9 Quia † huiusmodi prohibito procedit in vsuris, quæ verè vsuræ sunt, non autem in ijs, quæ veniunt post moram in contractibus bonæ fidei loco damnorum, & interesse;

10 Istæ † namque non reputantur vsuræ, nec nisi impropriè nomine vsurarum appellantur *Bar. in l. quis sit fugitiuus §. apud Labeonem ff. de Ædilit. Edict Dec. in l. 1. numer. 17. vers. sed certè ista conclusio C. de Eden. Crauett. cons. 6. num 103. & cons. 145. num. 12. Caphal. cons. 237. num. 28. Stracc. de Mercatur. par. 1. num. 37*

11 Et † in hoc quod ad damna, & interesse pertinet Iura non prohibent, immo permittunt quòd damnum eueniens mihi ex ista solutionis dilatione, vel interesse solui possit *c. Sacro vbi Innocen. de Senten. excommunicat. c. peruenit de fideiussor c. dilecta de foro competen. glos. in c. conquestus in v. quasi interesse de Vsur.* Siue id sit ratione damni emergentis, seu lucri cessantis *l 3. §. fin. ff de eo, quod cert. loc. l at qui natura §. non tantum ff. de negoc. gest l. socium ff. pro soc. l. in contraria ff. de vsur. glos. in l. curabit ff. de Act. empt, Surd de aliment. tit. primo quæstion. 45. num 28. & 29.* vbi, quòd tàm antiquo, quàm nouo Iure debeatur interesse damni cessãtis, & lucri emergentis *Rota coram Coccin. decision. 256. num. 6. & in Romana Grani 13. Nouembris 1641. & 11. Maij 1643. coram R. P. D. Cerro.*

12 Et ex his deducitur, quòd † ille, qui vsuras vnà cum mercede consequi vult debet illas petere ratione damnorum, vel interesse *Angel. in l. emptor. in princip vers. hic tantum ff. de rei vindicat. Alex. cons. 21. n. 8. lib. 4. Decian. cons. 2. num. 22. libr. 1. Cenc. de Censib. quæst. 34. num. 21. Marescott. variar. lib. 2. cap. 12. numer. 57. Mantic. de Tacit. d. lib. 1. tit. 9. numer. 20. vers. sed Abb. Rot. in Romana Domus 24 Ianuarij 1650. coram*

13 *R P. D. Bichio* Et † si ex capite damnorum vsuras exposcet tenebitur probare in specie damnum passum, quòdque illud nõ euenisset, si pecunias sibi debitas pro mercede apud se habuisset, prout reiecta opinione *Ruin in cons. 104. sub numer. 5. versic. & si ergo lib 4.* sentientis, sufficere, quòd constet de damno, quasi, eo ipso, sit præsumendũ, quòd si pecunia debita fuisset soluta, damnum nõ euenisset, firmant *Honded cons. 50. num. 30. vers. quarto creditur libr 1. Gratian disceptat. 987. nu. 6.* & perpetuò tenuit Rota, vt videre est coràm *Mobedan. decision 2. de Vsur. Coràm Coccino decis 498. per tot. coram Penia decis. 642. num. 5. & in Diuers. decision. 888. num. 3 par. 4. & inter decis criminal Farinacc. decision 325 sub num. 5. & in Lauellen. Dotis 26. Nouembris 1650. coram Eminentissimo*

14 *Domino Cardinali Corrado* Non † tamen erit necesse tali casu probare requisita *Castr. in l. 3 ff. de eo, quod certo loco,* vt per *Rot. d. 185. num. 5. par 3. in Recen. & Coram Cardinali Seraphin. decis. 1284 sub num. 2. & num 3. Gratian. disceptat. forens. cap. 67. num. 22. & 23. Scacc de Cambijs §. primo quæst. 7. par. 2 ampliat. 8. num. 283. Rot. in Bononien. Nullitatis concordiæ 27. Ianuarij 1647. coram R. P D. Bichio.*

15 Verum † si vsuræ peterentur ratione interesse, seu lucri cessantis, tali casu omninò necessarium esset probare dicta Castrensis requisita, quibus non concurrentibus, nullo iure deberentur *Riminal. Iun. cons. 218. n. 9. & seqq. libr 2. Bursatt. cons. 72. numer. 8. & seqq. libr. 1. Honded. cons. 39. num. primo, & 2. lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 240. n. 5. franc. Marc. decis. 167. num. 7. & 8. part. 2. Sperell. decis. for. Eccles. 40. num. 1. cum seqq Put. decis 231. per tot. lib. 1. in correctis Mobedan. decis. 4 per tot. de Vsur. Card. Seraphin decis. 1240 num. 1. & dec. 1427. num. 5. Rot decis 660. sub num. 3. vers & tandem Domini par. 3. recen. in Auenionen. pecuniaria 10. Februarij 1640. coram R. P. D. Bichio & in Spoletana Manutentionis 12. Maij 1641. coram eod & in Romana fructuum Dotis 21. Aprilis 1651. coram R. P D. Cerro.*

Sũt autẽ requisita Castrensis, Quòd debi-

16 tor fuerit in mora, † qua deficiẽte certũ est, vsuras nõ deberi *l. lecta ver nec ante sortis, & vers sed cũ sortis ff si cert. petat. l. in hac in fine ff: de condit. Rot. decis. 772. num. 4. par. 4. diuers. & decis. 565. num. 11. par. 4. tom. 3. & decis. 132. num. 17. par. 6. in Recen. & coram Penia decis. 23. num. 1. & coram Cardinali Seraphino decis 1427. num. 2. & coram Cardinali Caualerio decis. 331. num. 6. & decis. 345. n. 4. & 6. et coram San. Mem. Gregorio XV, decis. 148. num. 2. et in Senogallien. Prædij 28. Iunij 1645. coram R. P. D.*

17 *Meltio,* Et † quòd de tempore interpella-

tionis

tionis haberet promptam occasionem dandi pecunias ad cer tum lucrum, & ob moram debitoris in soluendo dare non potuerit *Alex. in l. diuortio num. 3. ff. solut. matrimon. Cagnol. in l. vnica num. 41. C. de Senten. quæ pro eo Franc. Marc. decis. 167. lib 2.* Quæ requisita quotidiè à S. Rota approbantur, vt videre est in *decis. 90. num. 3 par. 2. diuers. decis. 85. num. 13. par. 4. tom. 2. & decis. 565. num. 13. par. 4. tom. 3. in Recen. & coram Cardinali Seraphino decis. 88. num. 3. & decis. 1240. num. 1. & coram Cardinali Caual. decision. 345. numer. 7. & in d. Auenionen. Pecuniaria 10. Februarij 1640. coram R. P. D. Bichio, & in d. Senogallien. Pradij 27. Iunij 1644. coram R. P. D. Meltio & in Lauellen. 26. Nouembris 1650. coram Eminen. D. Corrado, & alibi passim.*

18 Ad † hoc autem, vt hoc secundum requisitum dicatur probatum, non sufficit probatio in genere, quòd in eo loco semper adsint occasiones reinuestiendi pecunias, Quia ex huiusmodi probatione resultaret quidèm potentia remota lucri; Ad effectum vero, de quo agitur requiritur potentia proxima, hoc est, quòd tunc occurreret specialis, & indiuidua occasio inuestiendi, cui creditor pecunias destinauerat, nisi mora debitoris facultatem abstulisset *Castren. in d. l. 3. §. fin. ibi:* Quod habuit præ manibus mercantiam, de qua fuisset lucratus & *c. ff de eo quod cer. loco Alex. in l. diuortio nu. 23. ff. solut matrimon. Cagnol. in l. vnica n. 41. C de sen. qua pro eo Thob. Non. cons. 82. n. 20. Menoch. cons. 1180. n. 20. & de Arbitr. Iud. cas. 119. n. 2. Rimin. Iun. cons. 52 numer. 42. et seqq. et cons. 218. num. 100. et seq. Aymon. cons. 320. num. 6. Rolan. cons. 35 num. 5. et 6. lib. 1. Franc. Marcb. decis. 167. n. 7. par. 2. Gabr. conclus. 10. de solution. Mascard. de probation. conclus. 933. num. 1. et 4. Natt. cons. 450. num. 2. Rell. de obligat. Iust. part. 2. libr. 8. quæst. 5. in fine vers. ad secundum* Gratian. *disceptat forens. cap. 67. n. 13.* Et hanc opinionem tamquàm tutiorem continuò amplexa est Rota, vt videre est apud *Mohedan. decis. 3. num. 1. et 2. de Vsur. Put. decis. 3. eod. tit. et decis. 237. libr 1. Rot. decis. 774. num. 2. par. 4. diuers. et coram Cardinali Seraphino decis. 286. numer. 4. et post. Zacch. Patruum meum de societ. offic. decis. 7. num. 6. et decis. 42. num. 3. 4. et seqq. et in Auenion. Pecuniaria 10. Februarij 1640. coram R. P. D. Bichio, et in Senogallien. Pradij 27. Iunij 1644. et 28. Iunij 1645. coram R. P. D. Meltio.*

19 Mora † autem debitoris, vt probetur necesse est, quòd tria concurrant, & Primò quòd creditum sit liquidum, Secundò, quòd debitor fuerit interpellatus, Tertò, quòd ipse debitor non habuerit legitimum impedimentum, propter quòd soluere non valerit, Et hæc Tria debent copulatiuè concurrere, Quia parum interest E. G. quòd debitor interpelletur ad soluendum, nec habeat legitimum impedimentum, si summa

20 debiti non sit liquida, Antè † cuius liquidationem debitor nullam moram incurrit *ad l. qui Romæ §. Eugenius vbi Bar. Castren. Ias. et Alij ff. de verborum obligat. l. non potest videri, et ibi Dec ff. de Reg. Iur. glos in l. si residuum C. de distract. pign. Barbos. in l. si mora num. 63. ff. solut. matrimon Bal. in l. acceptam num. 19. C. de Vsur. Alex. in cons. 49. num. 2. in fine vol. 1. Crauett. cons. 89. nu. 5. Surd. cons. 38. num. 13. & seqq. Marcabrun. cons 91. num 27. & seqq. Ancbaran. cons. 235 Riminald. sen. cons. 72. num. 5. & 13.* qui id etiam procedere vult, licèt adesset aliqua pars liquida, quæ tamen propter illiquidam non operatur, vt quis constituatur in mora, vt videre est *num. 9 et 18. libr. primo Alex. in l. si insulam num. 21. ff. de verb. obligat. Tiraquell. de Retract. conuen § primo glos 19. num. 1. et seqq. Magon. decis. Lucen. 3. num. 3. Afflict. decis. 225. num. 1. et ibi Vrsill. pariter num. 1. Gratian. discept. forens. cap. 851. num. 2. Altograd. cons. 84. num. 31. Verall. decis. 108. n. 9. par. 2.* Duran *dec. 270. num. 11. et 15. et decis. 246. num. 13. Rot. decis. 12. n. 5. par. 4 tom. 2. in recen.*

21 Et ratio est, quia † non dicitur in mora qui potest aliqua se exceptione tueri quominùs soluat, *l. si quis solutionem ff. de vsur. l. quod te vbi Ias. num. 8. et Rip. num. 55. ff. si cert. petat. Menoch. de Arbitr. iud. cas. 220. num. 46.* & iusta ad hunc effectum reputatur exceptio, quòd debitum non sit liquidum *Surd. decis. 179. num. 15.*

22 Sicut † pariter non suffragaretur ad consequendas vsuras, quòd creditum esset liquidum, & debitor nullum haberet impedimentum, nisi fuisset ipsi debitori facta interpellatio *glos. 1. in fine in d. l. quod te ff. si cert. petat. vbi Bar. num. 12. Ias. num. 5. & Rip. num. 34. Surd. d. decis. 179. numer. 21.*

Guido-

Guidopap. quæstion.497. num.primo. Nam
23 † vbi nulla est petitio ibi nulla mora adesse potest *l. nulla ff. de reg. Iur. l. pupillus vers. nulla enim intelligitur mora ff. de verborum obligat. Decc. conf.37. num. 16. vers. non potest cadere libr.1. Rot. in Auenionen. Vsusfructus 13. Iunij 1642.coram Reuerendissimo*
24 *Terracinen.* Eo quia † debitor, dum non interpellatur ad soluendum non potest dici, quòd nolit soluere, immò præsumitur, quòd sit ad soluendum paratus si fuerit requisitus *Corn. conf.277. sub num.3. vers. in casu itaque lib.4. Cephal. conf.240. num. 18.* Dictaque
25 † requisitione cessante, non per debitorem, sed per creditorem videtur stetisse, quin fuerit facta solutio *Rot. in Bononien. fructuum de Gozzadinis 17. Februarij 1620. coram Reu. Padr. Dom. Remboldo*
26 Et † omnis excluditur mora ex tacita voluntate ipsius creditoris differentis exactionem, & permittentis pecunias remanere pœnès debitorem, vt post *Afflict. dec. 150. num.33. & seqq. Adden. ad decis.542. nu.20. par.4. tom.3. in recentior.*

Sed si excluditur mora ex tacita creditoris voluntate, multo magis excluderetur
27 ex expressa, vt puta † si operarius concessisset dilationem suo Domino ad soluendam mercedem, nulla facta mentione de vsuris, quo casu, licèt merces debito tempore non solueretur, adhuc non deberentur vsuræ, *Castren. conf.11.num.4. vers. sed si in casu nostro libr.1. Dec. conf.119. numer.6. & seq. Crauett. conf.189. sub num. 7. vers. sed ista opinio Surd. de Aliment. tit.1. quæst.42. num.50.* Etiamsi peterentur ratione damnorum passorum, vt notatur *in l. 1. C. de summa Trinit. & fide Cathol. & probatur in l. fideiussor. obligare §. finali ff. de fideiussor. & ex l. si penum. ff. de pecun. legat. Adden ad decision. 6. numer.25. part. 3. recent.* Pen-
28 dente † namque dilatione non potest considerari aliqua mora *Bero in c. 1. num. 125. de Vsur. Gabr. conf.17. numer.5. lib.1. Rot. coram Gregor. XV. decis.204. nu.25. vbi Adden. num.32. & decis.573. num.6. & in Romana Casalenti 20. Iunij. 1611. coram Cardinali Sacrato.*

Nihil tandèm prodesset liquidatio crediti, & interpellatio si debitor haberet iustum impedimentum non soluendi, vt si habuisset præceptum, aut sequestrum Iudi-
29 cis, quòd non solueret, † tale namque præceptum, seu sequestrum operatur, quòd debitor non teneatur ad vsuras, seu interesse *Rot. coram Penia decis.23. num.2. et coram Burat. decis.819. num.5. et coram Cardinali Seraphino decision.919 numer. primo*
30 Is † enim qui aliquid facit ex mandato Iudicis excusatur *l. non videtur. §. qui iussu vbi Cagnol. ff. de reg. Iur. l. aut prætor §. quid tamen ff. de Minor. Bar. in l. creditor. in fine ff. de solut. Dec. in d. l. quod te in secunda lectura nu. 6. vers. tertia conclusio, et ibi Rip. num.42. ff. si cert. petat. Ruin. conf.71. nu.3 lib.4. Roman. conf.435. num.2. vers. sed in contrarium Afflict. decision. 150. numer. 19.*
31 Quod † tamen falleret quando præceptum fuisset factum post moram commissam *Rot. Ianuen. decis.61. num.6. et 9. et decis.206.*
32 Iustum † quoque impedimentum reputaretur impotentia debitoris ad effectum illum excusandi à solutione vsurarum ratione damnorum, vel interesse *Afflict. dec.20. num.3. post D. Antonin. in summ. par. 2. tit. de Auaritia fol.29. vers. quid de pœna apposita Rolan. conf.35. num.25. lib.1. Put. decision.8. de restitut. in integr. Anton. August. decis.564 lib.3. in manuscript. Caroc. de locat. et conduct. par.1. tit. de lucr. cessan. moros quæst.1*
33 *num.19.* vbi tamen declarat, quòd † tunc solùm id procedat, quando debitor est in necessitate extrema, in qua creditor de Iure Diuino gratis succurrere tenetur, &
34 † necessitas huiusmodi ad fuerit antequàm debitor fuisset moram incursus, secus verò si superueniret post incursam moram *Berò conf.194. num.28. vol.3.*

Prædictis igitur requisitis, vt suprà probatis, tenebitur debitor mercedis ad solutionem vsurarum si suis temporibus debitum non soluerit iuxtà dispositionem prædictę *l. Aduersus C. de location. & conduct.* Ni-
36 si † tamen postquàm Dominus moram contraxisset, cuius ratione posset operarius vsuras prætendere, mercedem reciperet absquè aliqua protestatione de vsuris, tali namque casu, non posset vsuras petere *l. qui per conclusionem § 1. §. pretij sorte ff. de act. empt.* cuius verba ita cantant. Pretij sorte licèt post moram soluta vsuræ peti non possunt, cum hæ non sint in obligatione, sed officio Iudicis præstentur *l. si deposita ff. de deposit. l. terminato C. de fruct. & lit. expens. l. eos qui C. de Vsur. l. centum capuæ in fine ff. de eo quod certo loco Ias. in l. si de certa re numer.4*

C. de Transf. Surd. de Alimen. tit. 1. quæst. 42. nu. 8. & 22. & per tot. Grattian. discept. 455. num. 26. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 25. num. 13. & præsumpt. 113. num. 1. & seq. Fontanell. de pact. nupt. clausula 6. glos. 2. par. 6. numer. 43. Rot. coram Penia decis. 350 num. 1. & coram Gregorio XV. decis. 93. n. 2. vbi Adden. num. 10. & in Bononien. Pecunia de Lambertinis 3. Iulij 1647. coram R. P. D. Bichio quæ est decis. 275. num. 15. inter recollectas per me post tractat. de Obligatione Camerali; Et hoc est speciale in vsuris de-
37 bitis ex mora, quia cum debeantur officio Iudicis mercenario, ideò extincta actione principali per solutionem sortis, vsuræ peti non possunt Dec. in l. 1. num. 27. post. med. vers. sed aduertendum est ff. de iurisdict. omn. iudic. et in l. si me et Titium num. 5. ff. si cert. petat. Rot. decis. 315. num. 3. par. 4. tom. 2. in Recentior. et in Romana pecuniaria 1. Iulij 1622. coram bon. mem. Coccino.

Quale autem sit debitum tempus solutionis mercedis dicit glos. in d. l. Aduersus & noslatè ostendimus suprà in quæst. 14. per totam.

Collatio beneficij facta per Prælatos famulis contemplatione remunerationis seruitiorum, An, & quandò dicatur Simoniaca.

QVAESTIO XXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 Beneficij collatio facta per Episcopum suis famulis in remunerationem seruitij recepti quando dicatur Simoniaca.
2 Simonia consistit in abusu rerum sacrarum.
3 Prælatus abuti dicitur rebus Sacris si illas conferat indignis.
4 Simonia non oritur ex qualibet indigna tractatione rerum sacrarum, sed ex ea, qua illæ tamquam profanæ tractantur, & in contractus deducuntur.
5 Simoniæ definitio.
6 Beneficij collatio facta per Episcopum suis famulis loco mercedis debitæ pro seruitijs receptis dicitur simoniaca, Declara vt n. 7.
8 Promissio facta ab Episcopo suis famulis de dando eis certum Salarium donec de beneficijs prouideat valida est, Declara vt num. seqq.
9 Famuli inseruientes Episcopis absque mercede principaliter, vt beneficia consequantur simoniam incurrunt, secus si non principaliter.

1 Simoniaca † An dicatur collatio beneficij facta per Prælatum suis famulis, in remunerationem seruitiorum, quæ ab ipsis recepit. Quæstio est mota per Glos. in c. sunt nonnulli v. Ab obsequio vers. sed iudic. 1. qu. 1. & resoluta tali distinctione adhibita, videlicèt, Aut collatio fuit facta digno, & tali casu voluit, quòd non possit dici Simoniaca, Si vero indignus fuerit prouisus, Simoniacam esse collationem respondit, & hanc distinctionem sequitur Bonacos. in tract. de Seru. & famul. quæst. 10. per tot.

Verùm cum Simonia non consistat in eo, quòd fuerit prouisus indignus de beneficio,
2 quia, licèt simonia vitium sit consistens in
3 rerum sacrarum abusu, ijsque † abuti dicatur Episcopus, qui illas indignis confert, Attamen, cum varijs modis possit quis rebus sacris abuti eas indignè tractando, non
4 † ex qualibet indigna tractatione oritur simonia, sed ex ea, qua res sacræ tamquam profanæ æstimantur, & in contractus siuè tacitos, siue expressos deducuntur Less. de Iust. & Iure lib. 2. cap. 35. de Simon. dubit. 1. num. 2. Vndè tam à Theologis, quàm Iuri-
5 stis communitèr definitur, quòd sit voluntas studiosa emendi, vel vendendi prætio temporali aliquid spirituale, vel spirituali annexum glos. in c. qui studet 1. quæst. 1. D. Thom. 2. 2. quæst. 100. Cardinalis & Abb. in c. nemo de Simon. Felin. in rubr. de Simon. num. 1. Boer. de potest. Legat. à lat. quæst. 1. Io. Selua de benefic. par. 1. quæst. 7. Cassador. decis. 5. de Constit. & decis. 1. de Simon. Archidiacon. in c. quinque 1. quæst. 1. Paris. de confident. benefic. quæst. 1. num. 139. Pro resolutione igitur præsentis quæstionis erit po-
6 tius inspiciendum An † Episcopus conferat beneficium loco mercedis debitæ pro obsequijs ei præstitis, quo casu collatio dicenda esset simoniaca, siue obsequia fuerint honesta, siue inhonesta, quià vtroque casu loco rei temporalis datur beneficium spirituale

tuale, vt per *gloſ. communiter receptam in c. cum eſſem v. promiſerat de Simon. Rebuff. in praxi beneſic. tit. quot. mod. beneſic. acquiran num.5. Sanchez. conſil. moral. libr.2. capit. 3. dub.28. n.7. verſ quinto infertur.* Si † vero

7 conferatur beneficium non tamquàm merces obſequij, quia Epiſcopus ſoluit famulis competens Salarium, nulla adeſſet ſimonia ex parte Epiſcopi, licèt beneficium conferret motus ab ipſis obſequijs *Sanchez. vbi ſupra ſub d. num.7.* quod procedit etiamſi poſt talem beneficij collationem ceſſaret Epiſcopus in ſolutione mercedis, quinimò

8 † nec ſimoniaca dici poſſet, ſi per Epiſcopum, fuiſſet promiſſum certum Salarium, annuatim famulis ad ſuum ſeruitium receptis donèc ipſis prouideret, de beneficio competenti, dummodò ſpecialitèr non fiat pactum, quòd famuli recepto beneficio debeant ſeruire gratis vt poſt *Hoſtien in d.c. cum eſſent de Simon. Abb. ibidem num.5. Falin numer.3. Sanchez. vbi ſupra nu.8.* Et quamuis poſteà famuli remittant Epiſcopo Salarium, non committitur ſimonia, quia Salarij promiſſio erat temporanea, & conditionata, qua conditione adueniente, ceſſat virtus ipſius promiſſionis, & ſicuti potuiſſent famuli ſeruire gratis ab initio abſque ſimoniҿ incurſu, ita etiam poſſunt poſt acceptum beneficium.

9 Intelligendum †tamen eſt, tunc famulos non incidere in ſimoniæ labem ſeruiendo gratis Epiſcopo, quando talis ſeruitus non habuit pro fine conſequutionem beneficij loco mercedis. At ſi principalitèr propter beneficium ſeruiuerint licèt abſque aliquà conuentione à ſimonia ſaltèm mentali non eſſent immunes, vt per *gloſ. in d. c. cum eſſem de Simon. Rebuff. in praxi loc. citat numer.5. Fr. Eman. in ſumma tom.2. cap.59. nu. 9. & 10. Couarru variar. reſolut. lib 1. cap.20. n.3 verſ. ſecundo Nauarr. in Manual. cap.23. ſub num.100. verſ quinto & in c. inter verba 11. quaſt. 3. vol.2. num.24. & conſ.9. num.4. tit. de Simon. & in tractat de fin human act. n.39 Tolet. in Inſtruct Sacerdot. libr. 5. capit. 90. num.4. prax. Epiſcop. par.1. v. ſimonia §.11. Sayr. in claui Regia libr.10. tractat.5. cap. 7. num.9. Soar. de Relig. tom.1. tractat. de ſimon. libr.4. cap.39. num.5. & 8 Valer. Reginal. in praxi for. panit. libr. 23. num.138. Azor. Inſtit. moral. par.3. libr.12. cap.11. quaſt.2. Pariſ. in tractat. de Confidentijs quaſt. prima num.38. Silueſt. in ſumma v. ſimonia ſub numer.16. Angel. in ſumma d. v. ſimonia 5. n.5. Armill. in d. v. numer.14. verſ. quantum ad munus.*

Clerici An, & quando poſſint teſtari de ſtipendijs pro præſtatione operarum acquiſitis.

QVAESTIO XXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Clerici poſſunt ſicut laici teſtari de ſtipendijs acquiſitis pro praſtatione operarum, qua verſantur extrà miniſterium eccleſiaſticum, Declara vt num.2. & 8.*

3 *Praſbiteri ſimplices poſſunt teſtari de ſtipendijs acquiſitis pro praſtatione operarum, qua verſantur circa miniſterium eccleſiaſticum.*

4 *Parocus an, & quando poſſit teſtari de ſtipendijs qua recepit pro miniſterio Eccleſiaſtico.*

5 *Epiſcopus An & quando poſſit teſtari de ſtipendijs pro praſtatione operarum acquiſitis.*

6 *Seruus acquirit fructuario ex opere ſibi debito, nec poteſt, exibendo alteri ſuam operam, hoc ius mutare.*

7 *Clerici poſſunt aliquid exercere non repugnans dignitati, quam habent, Declara vt num.8.*

9 *Epiſcopi Regulares non poſſunt teſtari de bonis ex quacumque cauſa quaſitis, & num.17.*

10 *Religioſi quidquid acquirunt non ſibi, ſed Religioni acquirunt.*

11 *Religioſus promotus ad Epiſcopatum ſoluitur ab obedientia Religionis*

12 *Religioſus ad Epiſcopatum promotus non deſinit eſſe religioſus, ſed remanet adſtrictus tribus votis Caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ.*

13 *Religioſus Epiſcopus illam obedientiam, quã uouit Religioni, tenetur praſtare ſummo Pontifici.*

14 *Eccleſia, cuius Religioſus fuit creatus Epiſcopus, ſuccedit ipſi Epiſcopo loco ſuæ Religionis.*

15 *Reli-*

15 *Religioso Episcopo habenti simplex titulum succedit Pontifex.*

16 *Episcopi Religiosi habent in vita liberam administrationem omnium bonorum sicuti alij Episcopi seculares.*

OPeræ, quæ præstantur à Clericis secularibus, quarum ratione stipendia consequuntur versari possunt, vèl circà ministerium Ecclesiasticum, vèl extrà; Et si extrà ministerium ecclesiasticum versentur dubitari non potest, quin licitum sit ipsis clericis testari de stipendijs, quæ ex eorum administratione fueruntconsequuta, non secùs ac possent Layci vt per tex. *in c. quià nos* ibi: Aut artificio sunt adepti &c liberè disponere valeant &c *& in c. relatum il 2.* ibi: Ceterum quæ ex hæreditate, vel artificio, aut doctrina proueniunt distribuantur pro arbitrio decedentis, *de Testamen. Abb. in c. cum in officijs num. 2. eod. tit. Couarru. in c. 1. num 11. de testamen. Capr. cons. 20. num. 3. Corn. cons. 314. num. 4. lib. 1. Alciat. respon. 18. num. 1. vers. tertio pro eadem Menoch. de præsumption. lib. 3. præsumpt. 53. num. 2. Syluester in v. Clericus 4. §. 8. Molin. de Iust. & Iure tom. 1. tractat. 2. disputat 147. conclus. 1.* 2 Dummodò † officia sint talia, quæ à Iure Clericis non prohibeantur *Abb. in d. c. quia nos sub num. 3. vers. intellige tamen de Testamen. Rot. in Meleuitana Hereditatis 19. Februarij 1646. coràm Reuerendissimo Padr. Dom. Royas Episcopo Tarraconen.*

Si vero operæ versentur circà ministerium Ecclesiasticum, tali casu erit inspiciendum, An is, qui suas operas præstat sit simplex præsbiter, vel habeat dignitatem, vel officium Ecclesiasticum, 3 Et † si sit simplex sacerdos poterit indistinctè disponere de ijs, quæ acquisiuit ratione ministerij Ecclesiastici, vt puta celebrando missas, concionando, vel confessiones audiendo, *Cyn. & Alij Scribentes in Auth. licentiam C. de Episcop. & Cleric. Couarru. in d. c. primo nu. 11. de Testamen. Abb. in c. cum esses numer. 29. eod. tit. l. Syluester vbi supra §. 8. Nauarr. in apo. quæst. prima monit. 22. numer. primo & 3. & quæst. 3. monit. prima Molin. d. disputat. 147. conclus. 1. Nunez. respons. 19. sub numer. 6. vers. tertia principalis conclusio.*

Verum si habeat annexam dignitatem, vel officium Ecclesiasticum, vt puta, si sit Parochus, tali casu, si stipendia receperit pro ministerio Ecclesiastico vti præsbiter priuatus, vel pro ijs peragendis, ad quæ ratione officij non tenebatur, benè poterit de illis disponere, Secùs autem si stipendia receperit vti Parochus, quia tunc non posset de illis disponere, sed compræhenderentur in spolio *Abb. in allegat. c. cum esses numer. 29. de Testamen. Syluester in d. v. Clericus quarto sub num. 6. vers. quod Panormitanus.*

5 Et † hæc, quæ dicimus de Paroco locum sibi vindicant etiam in Episcopis *Abb. in c. primo in fine & in c. cum in officijs de Testamen. Couarru. vbi supra sub numer. 11. vers. atque ita idem prorsus in Episcopo Cardos. in praxi Iudic. v. Episcopus numer. 55. Nauarr de Reddit. Eccles. quæstion. prima monit. 19. num. primo Clar. in §. Testamentum quæstion. 27. num. 3, Molin. de Primogen. libr. 2. capit. 10 numer. 27. Crass. in §. Testamentum quæstion. 27. numer. tertio Barbos. de offic. & potestat. Episcop. allegat. 114 num. 10. & in Auth. licentiam nu. 8. C. de Episcop. & cleric.*

Neque obstat opinio *Butr. in d auth. licentiam*, vbi voluit, quòd nō liceat Episcopis testari de bonis etiam ex industria personæ acquisitis, ea ratione, quia illis operibus, quæ impendere in Ecclesiastico munere Prælatus tenebatur fraudata remaneat Ecclesia, cui tenetur operari dum ab ea alimenta percipit, agumento eius, quòd notat *Gloss. in l. sicut ff. de oper. liber. Salicet. in l. prima §. exactio C. de rei vxor. action.* 6 Vnde, † sicuti seruus fructuario ex opere sibi debito acquirit, nec hoc ius operam alteri exhibendo mutare potest *l. prima §. si seruus, & §. si fructuarius ff. de stipulation. seruor. & facit. text. in l. qui bona fide, & in l. per seruum ff. de acquiren. rerum domin. l. hinc quæritur §. potest, & in vers. quæ quæstio ff. de pecul.* Ita neque hoc facere poterit Episcopus, vel Clericus, vt dimisso munere sibi ex officio iniuncto in altero suas operas impendat, Ideoque quid quid ex tali operarum præstatione ipsis prouenit ad Ecclesiam spectare dicendum sit tamquàm proueniens ex re Ecclesiæ, vel ex, re Ecclesiæ debita.

7 Respondetur enim, quòd † non tenean-

neantur Clerici, & Prælati ita suis Ecclesijs inseruire, vt non possint aliquid exercere non repugnans dignitati, quam obtinent, immò id expresse permittitur in *c. præsbiter*, *& c. Clericus victum 91. distinction.* & desumitur ex *text. in d. c. quia nos ibi de Artificio de Testamen.* & firmant *Barboss. in c. primo numer. 15. de Celebration. missarum Nauarr. comment. 2. de Regular. numer. 37. Bellett. disquisition. Cleric. part. prima titul. de Exemption. Cleric. & eorumd. bonorum à muner. public. §. quarto numer. 4. & 5. Marc. Anton. Genuen. in praxi Archiepiscopal. Neapol. capit. 77. in prima edit. alias capit. 2. in secunda edit. numer. 10. & 11. Redoan. de Spolijs quæstion. 2. numer. . & seqq.* Et propterea benè poterunt de stipendijs ex ipsis artificijs prouenientibus dispone-
8 re quotiescumque, † propter artificium, à diuinis, & à debito eorum officio non desistant, in quo casu non potest dici Ecclesiam fraudari operibus sibi debitis *c. numquam de Consecration. distinction. 5. Barbos. in c. primo sub numer 15. de Celebration. missarum Redoan. d. quæst. 2. numer. 5. & 8. in fine & num. 36. Genuen. d. cap. 62. num* 10.

Posset quidèm opinio Butrij locum sibi vindicare in Religiosis ad Episcopatum
9 promotis, † qui non valent de bonis ex quacumque causa quæsitis testari, sed ea spectant ad illam Ecclesiam, cuius fuerunt Episcopi *c. vnico 18. quæstion. prima D. Thom. secunda secundæ quæstion. 188. art. 8. ad tertium Sot. de Iust. & Iure libr. 10. quæstion. vltima art. finali Fr. Eman. Rot. quæstion. regular. tom. 2. quæst. 58. art. 7. Molin. de Iust. & Iure tract. 2. disputat. 140. Sanchez. in præcept. Decalog. tom. 2. libr. 7. capit. 32. numer. 63. Couarru. in d. c. primo numer. 19. de Testamen. Azor. institution. Moral. part. prima libr. 2. capit. 10. quæstion. 6. Less. de Iust. & Iure d. libr. 2. capit. 41. dub 11. Barthol à S. Faust. in Thesauro Religiosor. libr. 8. quæ-*
10 *stion. 52.* Et ratio est, quia † Religiosi si aliquid acquirunt, non sibi acquirunt, sed Religioni *l. Deo nobis §. etiam in fine C. de Episcop. & Cleric. gloss. in cap. primo de Testament. Archidiacon. in c. Monaci*
11 *in fine 16. quæstion. prima*. A † cuius Religionis obedientia, licèt per Episcopatum omninò soluantur *Azor. institution. moral. d. libr. 12. capitul. 7. quæstion. 7. Sanchez. d. capitul. 32. numer. 68.* Atta-
12 men non † desinunt esse Religiosi *Hostien. in c. clerici il secondo de Vit. & honestat. Cleric. Alex. consil. 38. numer. 8. volum. primo Dec. consil. 25. numer. 6. volum. primo Alban. consil. 17. numer. 7. & seqq. Boer. decision. 158. numer. 4. & 5. Couarru. in c. primo numer. 18. de Testib. Surd. in tractat. de Aliment. titul. 18. priuileg. 97. numer. 10. D. Thom. secunda secundæ quæstion. 105. art. primo* Nec soluti remanent à tribus votis substantialibus Castitate paupertate, & obedientia *gloss. in c. primo 16. quæstion. prima & c. primo 18. quæstion. prima Soccin. Sen. in c. cum olim. il secundo numer. 17. de priuileg. Preposit. in c. nulli dubium 52. quæstion. 5. Surd. vbi suprà numer. 9. Graff. in decision. aur. part. 2. libr. 3. capit. 19. numer. 87. Henriq. in summ. libr. 10. de Sacrament. Ordinis capit. 32. §. 5. & capit. 33. §. 3. & libr. 12. de Matrimon. capit. 5. §. 5. in fine*
13 Itaut † illam obedientiam, quam antea præstare tenebātur Superiori regulari, commutetur in supremum Pontificem *Barbos. de offic. & potest. Episcop. par. 1. tit. 1. cap. 4. num. 12.*

14 Et † loco Religionis, cui debebatur quidquid fuissent consequuti, succedit illa Ecclesia, cuius fuerunt creati Episcopi *Tap. in auth. ingressi v sua capit. 6. numer. 87. C. de Sacr. Sanct. Eccles. Molin. d. disputat. 140. vers. quando Religiosus minor. Barbos. de potest. Episcop. d. allegat. 114. nu-*
15 *mer. 28.* Et † si Ecclesiam non habeant, sed sint Episcopi titulares, tali casu, acquirunt non Religioni, sed Pontifici *Barbos. vbi suprà numer. 29. in fine Barth. à S. Fausto in Thesaur. Religiosor. libr. 8. quæst. 52. Sanchez. in precept. Decalog. tom. 2. libr. 7. cap. 32. num. 68.*

Cum ergo adstricti remaneant voto paupertatis, quod non repugnat executioni muneris Episcopalis, quotiescumque habeant in vita liberam administrationem
16 omniū bonorum, proùt † habere debent Episcopi Religiosi, sicuti alij, Episcopi Seculares *Nauarr. de Reddit. Eccles. quæstion. prima numer. 81. & consil. 13. numer. 4. de stat. Monac. Cardinalis in clementina secunda not. primo vers. sed & tales*

de

de Vit. & honest. Cleric. German. de Indult. Cardinal. §. regularia beneficia numer. 47. Rot. decision. 216. num. 13. part. 2. diuers. Consequens est, quòd non possit post mortem disponere, sicuti alijs Religiosis est interdictum ex iuribus suprà allegatis, quibus adde Rotã in Vrgellen. Hæreditatis coram Reu. Padr. Dom. Pirouano.

Exempti á Ieiunio ratione officij, quod exercent, An ieiunare teneantur si pro officio exercendo mercedem recipiant.

QVAESTIO XXXXX.

SVMMARIVM.

1 *Exempti à Ieiunio ratione officij, quod exercent secundùm Aliquos tenentur ieiunare si illud exerceant recepta mercede, Distinguunt Alij vt num. 2. Resolut. num. 4.*
3 *Ieiunij exemptio quare concedatur?*
5 *Labor, siue corporalis, siue mentalis, inducit inanitionem spirituum, & labefectationem virium.*
6 *Merces non facit de licito illicitum, & è contrà.*

QVæstio hæc licèt non Iurisperitorum, sed Theologorum definitionem exposcat, Attamèn eam proposuimus, ne quid relinquamus intactum, quod ad materiam, de qua agimus quoquomodo pertinens nobis se se obtulit. Nostræ igitur erunt partes, Theologorum sententias referre, & deindè propriam opinionem à Canonico, Ciuilique Iure directam adijcere, illamque, nè à recto sensu discedamus, ipsis Theologis subijcere.

Opiniones Theologorum in hoc dubio
1 fuerunt variæ, Nonnulli † enim existimarunt, quòd exempti à ieiunio ratione officij, ieiunare, teneantur si officium exerceant recepta mercedè, vt videre est apud *Binsfeldium in Enchir. Theolog. post part. 3. capit. 33. conclus. 9. post. Siluestr. & Caiet. Philiarc. de offi. sac. tom. primo par. 2.* Laufranc. Zacchias de Salario. *libr. 3. capit. 25. Tolet. libr. 6. capit. 6 Fernandez. in examin. Theolog. part. 2. capit 8. §. 2. num. 12. Fagundez. præcep. 4. lib. 1. cap. 9. num. 19.*

2 Alij † vero distinguendo dixerunt, Aut officiales exercent principalitèr officium pro consequutione mercedis, & tali casu non excusantur à ieiunio, Aut vero non principalitèr pro consequenda mercede, & tali casu excusantur, si officium exercitum exemptionem habeat, vt exemplificando in Concionatore dixerunt *Nauarr. in manuali capit. 21. num. 17. & post illum Graff. par. prima capit. 37 numer. 54. Reginald. in praxi tom. primo libr. 4. capit. 17. num. 219.*

3 Sed quia † exemptio à ieiunio conceditur officialibus, non ex quo gratis suas operas præstent, sed quia non possunt, seruato ieiunij rigore, officia exercere, Ideò pro huius quæstionis resolutione crederem,
4 sic esse distinguendum. Vel officialis gratis tenetur officium exercere, & recipiendo mercedem aliquam peccaret etiàm, ieiunans, vel non tenetur gratis, & tali casu, etiàm recepta mercede, gaudere potest exemptione à ieiunio, prout firmare videntur *Bonacin. in tractat. de Legib. disputat. vltima quæst. 1. punct. finali numer. 13. Filliucc. in praxi tom. 2. tractat. 27. part. 2. capit. 6. num. 124. Less. de Iustitia & Iure libr. 2. cap. primo dub 6. num. 44* Nàm cum ratio, proptèr quam conceditur exẽptio à ieiunio, non versetur in eo, quòd officium absque mercede exerceatur, sed quòd pro eo exercendo necessarius sit la-
5 bor, † qui, siuè corporalis sit, siuè mentalis, inducit spirituum inanitionem, & virium labefectationem *Less. de Iust. & Iure libr. 4. capitul 2. de Ieiunio dubitat. 6. sub numer. 43. Filiuc. Moral. quæstion. tom. 2. tractat. 27. part. 2. cap. 6. numer. 119. Paul. Zacchias patruus meus quæstion. Medicolegal. libr. 5. tit. primo quæstion. 4. numer. 6 & sequen.* Et hæc ratio, seu spirituum inanitio, non cesset per receptionem mercedis, non potest ipsa merces obligare ad ieiunium illos, qui ratione laboris sunt excepti, nec merces in hoc casu est habenda in aliqua consideratione, prout videmus in simuli, quòd si permittatur aliquibus operarijs suas operas præstare diebus feriatis, possunt id facere

cere, etiam accepta mercede, quià illa in his, & similibus casibus, non facit de licito illicitum, & è contrà *Lopez. in instr. consc. c. libr. primo capit.* 51. *Sanchez. consil. moral. libr quinto capit. secundo dub.* 28. *numer. tertio* & Nos diximus *in quæstione vigesima quinta nu.* 17. huius primæ partis, cui finem imponimus ad Laudem, & Gloriam SANCTISSIMAE TRINITATIS, ET GLORIOSISSIMAE VIRGINIS MARIAE.

LANFRANCI ZACCHIAE

I. V. D. ET ADVOCATI ROMANI,

TRACTATVS DE SALARIO, SEV OPERARIORVM MERCEDE

PARS SECVNDA

Administratoribus An, & quando debeatur Salarium.

QVAESTIO LI.

SVMMARIVM.

1 *Administratorum plura sunt genera.*
2 *Administratoris nomen comprehendit omnes, qui modicum quid gerunt, aut tangunt.*
3 *Administratoribus aliquibus de Iure permittitur, Alijs vero negatur Salarij consequutio.*
4 *Administratores voluntarij qui sint?*
5 *Administratores necessarij qui sint?*
6 *Administratori voluntario debetur Salarium conuentum.*
7 *Administratori voluntarius non consequitur Salarium non conuentum si administrationem suscepit de mandato, Declara vt n.8. & 9.*
10 *Administratori voluntario, qui absque mandato administrationem suscepit non debetur Salarium.*
11 *Administrator voluntarius consequitur Salarium si sit solitus locare operas suas, & Dominus conducere pro mercede, Declara, vt num seqq.*
12 *Administrans postquàm Dominus ei significauit, ne diutius in suarum rerum administratione, se ingereret non consequitur Salarium, nec repetit expensas, Declara vt n.13.*
14 *Mandati reuocatio debet deduci ad notitiam Administratoris, aliàs facta non præsumitur.*
15 *Mandati reuocatio non est necessaria quando mandatum fuit datum ad tempus.*
16 *Permissum ad tempus dicitur prohibitum post temporis lapsum.*

17 *Man-*

17 *Mandatum præsumitur reuocatum quando Dominus ab Administratore sibi libros reddi fecit.*
18 *Administrator, qui statum mutauit vel ob delictum patratum, vel ob decoctionem non debet amplius se in administratione ingerere quia eo ipso dicitur reuocatum mandatum.*
19 *Filio administranti bona paterna de mandato patris nullum debetur Salarium, & numer. 26. Declara, vt numer. 35. & seq.*
20 *Filius tenetur patri obsequia præstare.*
21 *Fulgos. in l. illud C. de Collat. firmans deberi Salarium filio administranti bona paterna reprobatur.*
22 *Filius exercens personam in pecunia patris consequitur dimidiam lucri partem pro exercitio personæ.*
23 *Pater præsumitur semper capere bonum consilium pro filio.*
24 *Administratio per se est grauamen.*
25 *Filius administrans bona patris tenetur administrationis rationem reddere.*
27 *Mandatum factum à patre filio præsumitur gratiosum.*
28 *Negociare, non autem administrare dicitur filius exercens mercaturam cum pecunia patris.*
29 *Negociatio propriè mercaturam significat.*
30 *Administratio gubernationem propriè importat.*
31 *Aduentitia dicuntur ea, quæ filius acquirit exercendo mercaturam, & in illis pater habet vsumfructum.*
32 *Filius, patre viuente, est quasi possessor, & Dominus bonorum paternorum.*
33 *Filius administrans bona patris videtur propria bona administrare.*
34 *Hæreditatis totius possessio descendit in filium, mortuo patre.*
35 *Filius administrans bona paterna, defuncto patre, consequitur ab alijs fratribus Salarium.*
36 *Filio debetur Salarium si laboret in meliorandis bonis paternis, Declara vt numer. 37.*
38 *Filio administranti bona matris non debetur Salarium, Contrarium n. 40.*
39 *Mater non habet filios in potestate.*
41 *Filius tenetur præstare matri reuerentiam, & obsequia, sicut tenetur patri.*
42 *Priuignus administrans bona Nouercæ consequi debet Salarium, Declara vt num. seq.*
43 *Priuigno administranti bona extradotalia Nouercæ debetur Salarium.*
44 *Priuigno administranti bona dotalia Nouercæ viuente patre, nullum debetur Salarium, secus si post mortem patris, vt n. 46.*
45 *Maritus constante matrimonio est dominus bonorum dotalium.*
47 *Administrans bona illius, cui tenetur obsequia præstare, nullum Salarium consequi debet.*
48 *Liberto administranti bona patroni Salarium non debetur.*
49 *Pupillo Salarium non debetur si ipse operas suas in Tutoris seruitium impendat.*
50 *Vxor administrans bona mariti nullam mercedem consequitur.*
51 *Vxor tenetur ex debito præstare viro obedientiam, & operas in omnibus, quæ pertinent ad congruentem suæ familiæ administrationem.*
52 *Vxor non tenetur in domo mariti præstare operas, quæ ad Ancillas pertinent.*
53 *Gargiar. consil. 83. numer. 25. reprobatur.*
54 *Amico administranti bona amici Salarium non debetur, Declara vt num 55.*
56 *Amicitia vera sex requisita habere debet, & quæ?*
57 *Socius res sociales administrans Salarium non consequitur.*
58 *Dictio,* Duntaxat, *est de sui natura taxatiua idem significans, quod dictiones* Tantùm, *&* solùm.
59 *Expensæ, quas de proprio facit socius in re sociali, ei veniunt reficiendæ.*
60 *Socius administrans res sociales maiorem partem lucri habere debet.*
61 *Lucri maior pars debita socio administranti bona societatis quanta esse debeat relinquitur Iudicis arbitrio.*
62 *Creditori administranti bona debitoris Salarium non conuentum non debetur.*
63 *Creditor immissus in possessionem bonorum sui debitoris An Salarium pro administratione consequatur.*
64 *Creditor ex causa iudicati immissus in possessionem bonorum debitoris tenetur illo tempo-*

tempore, quo possidet debito modo administrare prout res postulant, & si id non facit, itaut soliti fructus non percipiantur, tenetur de proprio, vt num. 65.

66 *Administratori negligenti Salarium non debetur, Amplia vt num. 68.*

67 *Administrator negligens amittit expensas factas.*

69 *Administrator negligens amittit Salarium illius temporis, quo diligenter administrauit, Contrarium nu. 70. Declara vt num. 73.*

71 *Præsidi sua culpa ab officio remoto non debetur Salarium pro eo tempore, quo seruiuit.*

72 *Labor, & tempus diuisionem recipiunt.*

74 *Administrator negligens in exigendis creditis administrati, si credita inexigibilia efficiantur pereunt damno ipsius administratoris.*

75 *Administratori doloso merces non debetur.*

76 *Fraus, & dolus non debent præmia afferre.*

77 *Administrator non reddens rationem suæ administrationis non valet instare pro consequutione mercedis, Declara vt numer. 79.*

78 *Administrator non reddens rationem præsumitur sibi satisfecisse de suo credito mercedis*

80 *Administrator quid debeat obseruare in redditione rationum remissiuè.*

IVXTA ordinem in proemio præscriptum in hac Secunda de Operariorum Mercede tractatus parte agendum est de Salario singulis operarijs dedito secundùm Alphabeti seriem, qua seruata Primo loco mercedem exposcunt Administratores,
1 quorum † cum plura sint genera, dum sub
2 nomine Administratoris † omnes compræhendantur, qui modicum quid gerunt, aut tangunt *l. ita autem §. gessisse ff. de Administrat. tutor. Gratian. disceptat. forens. cap. 86*
3 *nu. 15* Et † ipsorum aliquibus ex Iuris dispositione permittitur, Alijs verò negatur Salarij consequutio; Ideò pro huiusmodi quæstionis resolutione facienda est distinctio Administratorum, quorum aliqui
4 dicuntur Voluntarij, & sunt ij, qui nullo Iure coguntur administrationem suscipere

5 Alij † vero Necessarij sic dicti eo quia ex necessitate administrationis munus subeunt proùt sunt Tutores, Curatores, Syndici, & Similes, *l. finali §. defensores ff de muner. & honor. Gratian. disceptat. forens cap. 125. num. 2.*

6 Et † si instet pro Salario Administrator voluntarius inspiciendum erit, An Salarium fuerit conuentum, vèl non. Et si fuerit conuentum procùl dubio erit debitum, *l. Salarium ff. mandat l prima. C. eod tit. l. iubemus* ibi, & Salaria communi consensu deputata, *C. de Aduocat diuers. iudic. Natt. consil 376. num. 3 vol 2. Surd. cons. 306. n. 6 vol. 3. Rot. in Toletana mercedis 1X. Decembris 1595 coràm Iusto & in Valentina Mercedis 5. Iunij 1602. coram Lancelotto*; Si vero non fuerit conuentum poterit dari casus, vel quòd is, qui administrat, susceperit administrationem irrequisitus, vel quòd id fecerit de mandato Domini rei administra-
7 te. Et † si irrequisitus nullum Salarium ei erit de Iure debitum *Ioan. de Platea in l. demonstratio falsa ff. de condit. & demonstrat. in l. in summa § primo ff. de condit. indebit. Firmian in suo repertor. verb Negociorum gestor. Caroc. de Locat. & conduct. part. prima titul. de negoc gest. quæstion. 5. numer c.*
8 Nisi † versaremur in solito locare operas suas cum superuenientia ratificationis Domini, proùt exemplificari potest in Proxenetis se ingerentibus absque mandato in procuranda venditione rerum mercatorum, de quibus proxenetis particularitèr suo lo-
9 co agendum erit, Vel nisi † adesset consuetudo Regionis, quod deberetur Salarium ijs, qui administrationis onus suscipiunt, Tali namquè extante consuetudine soluendum veniret *Corn. cons. 116. num. 1. & 2. & 3. libr. 4. Petr. de Vbald. in tractat. de duob. fratrib. part. 6. num. 27. vers. attamen. in casu nostro Mantic. de Tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 14. num. 49.*

Vel nisi versaremur in Administratoribus publicis, quibus Salarium deberi particulariter in Iure dispositum sit, vt puta in Economo, & alijs, de quibus singulis suo loco dicemus.

10 Si † vero de mandato Domini quis administrationem suscepisse nec Salarium consequeretur *l. prima ff. de var. & extraordinar. cognition. l. Salarium C. mandat. Ricc. in collectan. decis. coll. 656. in princip.* Gra-

Gratian disceptat. Forens. cap 257. n 1. Rot. diuers. decis. 559 & 679. n. 10, part, prima.

11 Quotiescumquè † non versaremur in Administratore solito locare operas suas recepta mercede, & in Domino, qui esset solitus pro mercede conducere, quia tunc Salarium esset de Iure debitum *Gratian. d. discept. 257. in princip. Ricc. d. collectan 656. vers. infertur quarto Put. decision. 44. libr. 2.* Nonnullis tamen exceptis casibus, quorum

12 Primus est quando† quis administrat postquàm fuit ei à Domino significatũ, nè diutius in suarum rerum administratione se ingerat nam si post talem prohibitionem Administrator continuet, nullam mercedem poterit exposcere, immo nec expensas, si quas fecerit, repetere valebit *l. fin. C. de negot. gest. l si ex duobus ff. eod tit. Molin. de Iust. & Iure disputat. 554. num 1. & 2.* vbi quòd nec in foro conscientiæ teneatur Dominus ad illarum restitutionem, etiamsi ex illis factus fuerit locupletior.

13 Erit † tamen, ad hunc effectum, necessarium, quòd prohibitio fuerit expressa. non autem tacita, quòdque ad notitiam ipsius administratoris peruenerit, quia aliàs numquam censeretur facta *c. ex parte Decani vbi Fælin. de Rescript. c. mandato de procurator. Glos & Archidiacon. in c. si tibi Domino 61. dist. Diaz. reg. 606. Sess. decis. Aragon. 81. num. 26.*

15 Dummodò † non fuisset Administratori datum mandatum ad tempus, tali enim casu, etiam absque alia prohibitione, seu reuocatione expressa, deberet se ab administratione abstinere, ea ra-

26 tione, quia † permissum ad tempus post tempus dicitur prohibitum *l. statu liberum §. Stichum ff. de Legat. 2. l si vnus §. primo ff. de pact. Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 7, tit. 22. num. 30. Amic. cons. 67. num. 7. Surd. cons. 8. num. 7. Mastrill. decis. sicil. 15. n. 57.*

17 *vol. 2.* Vel † nisi versaremur in Administratore, qui requirente Domino, libros rationum reddidisset *l Tutor ff. de appellation.* vbi expressè disponitur, quòd, redditis libris rationum Domino, intelligatur, Dominum in continenti prohibuisse omnem administrationem, & factoriam, & notant *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 36. nu. 4. Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 7. tit. 22. num. 34 Mezz. de Contract. tit de Mandat.*

18 *num. 30.* Sicut † quoque, etiam absque expressa prohibitione, non debebit diutiùs administrationem prosequi is, qui statum mutasset, vel per condemnationem ob patrata delicta *l. cum quis ff. de solut. Bar. in l. si cum Cornelius nu. 1. C. mandat. Ias. in l. sancimus num. 4. C. de Testamen. Falin. in c. ex parte Decani num. 21. de Rescript. Alciat. respons. 70. tom 3. libr. 8. Anna cons. 82. num. 18 & 37. vol. primo Boer. sing. 26. ver. procurator. num. 36. Franch. decis. 466. numer. 2. Scacc. de Camb §. 2. glos. 5. num. 402. & seq* Vel per decoctionem *l. si quis alicui ff. de acquiren. hæred Ann. d. cons 82. numer. 11. & 12. vol. primo Stracc. de Decoct. part. 3. num. 50. & seqq. Scacc. de Camb. §. 2. glos 5. numer. 403. Gait. de Credit. capit. 2. titul. 7. num. 2403. Mantic. de Tacit. lib. 7. titul. 22, n. 46. & seq. Rot. Ianuen. dec. 2. n. 30. in fine & num. 31. & 32.*

19 Secundus casus, est quando † de mandato patris filius bona paterna administrat, cui nullum Salarium de Iure debetur *Ias. in l. illud num. 4. C. de collat. Castren. in l. cum oportet. num. 25. vers. secundo infertur ff. de bon. quæ liber. Cauall. comm. opin. contr. com-*

20 *mun. quæst. 52. num 10.* Et † hoc ratione obsequiorum, quæ filius patri præstare te-

21 netur, Non obstante † sententia *Fulgosij in d. l. illud* affirmantis, debitam esse mercedem filio administranti bona paterna, Pro cuius sententiæ validitate videtur facere,

22 quòd si † filius suam exerceat personam in patris pecunia, illi debeatur aliquod lucrum pro exercitio personæ, *Glos. in l. cum oportet. v. ex eius substantia C. de bon. quæ liber. Roman. cons. 169. Molin. de Iust. & Iure tom. 1. tractat. 2. disp. 234. sub littera D. Antonin. Dian. resol. moral. tom. 4. tractat. 4. resol. 66.* Ergo idem dicendum veniat de administratione bonorum: Facit etiam præ-

23 sumptio legis, † quòd pater semper capiat bonum consilium pro filio *l. nec in ea ff. de Adulter. l. fin. C de Cur. furios Alciat. de præsumption. reg. 1. præs. 2. num. primo Menoch. eod. tractat. libr. 4. præs. 36. n. 3. & præs. 54. num. 9. & præs. 81. numer. 30. & libr. 6. præs. 56. num. 15.* Quare, dum pater dat administrationem filio versimilitèr credendum est, quòd velit de sua industria,

24 & labore recognitionem habere, quia † administratio per se est grauamen, præcipuè

25 stante obligatione redditionis rationis, † à qua nec ipse filius remanet exemptus *l. cum oportet §. in hac specie C. de bon. quæ liber. Pi-*

nell in l. 2. num. 39. C. de bon. matern. Rebuff. in l. boues §. hoc sermone vers. sexto in fr. atre ff. de verb. oblig. Crauett. cons. 159. numer. 6. & 9. Alex cons. 34. vol. 2. Marsil. sing. 492. Parlador. rer. quotidian lib. 1. cap. 3. num. 19 aliàs vtiliter filio consuluisse non videretur, quod non est dicendum, cum contraria sit Iuris præsumptio *l. tale pactum §. fin. vbi notant Glos. & DD. ff. de pact.*

26 Quibus † tamen non attentis, verior est opinio, quòd nullum debeatur Salarium filio, cui pater commisit suorum bonorum administrationem, quia mandatum
27 † factum à patre filio præsumitur gratuitum *l. 1. ff. mandat.* non obstantibus rationibus, quæ ad comprobandam opinionem Fulgosij adducta fuerunt, Ad primam enim respondetur, quòd, licèt filius exercens mercaturam cum pecunia patris dimidiam lucri partem consequatur *Bar. in l. si tibi decem §. si pactus num. 5. ff. de pact.* Non tamen benè infertur, Ergo debet referre Salarium ex administratione bonorum paternorum
28 Quia, quando † filius exercet mercaturam cum patris pecunia, non dicitur administrare, sed negociare, quæ duo valde
29 differunt inter se, negociatio † enim propriè mercaturam significat *Bar. in l. legatum*
30 *ff. de legat. 3.* Administratio † vero gubernationem importat, sicque, dum filius cum patris pecunia mercaturam exercet videtur inter ipsum, & patrem contracta quædam societas, itaut pater pecunias, filius vero operas impendat: Quamobrem ea, quæ lucrantur, ideo pro medietate dicuntur spectare ad patrem, pro alia vero medie-
31 tate ad filium, reseruato † tamen vsufructu patri, cum dicantur bona aduentitia, vt per *Bar. in l. si tibi decem §. si quis pacijscitur n. 5. ff. de pact.* Secunda vero cessat, respon-
32 dendo, quòd † filius in vita patris est quasi possessor, & Dominus bonorum paternorum *Bal. in l. in suis ff. de liber. & posthum.*
33 *Bar. in l. 2. §. filium ff. de Vsucap.* & † administrans bona patris res proprias administrare videtur, & proptereà nullum consequi debet Salarium, Nec dici potest, quòd pater, qui dat administrationem filio illum grauet, si aduertatur, quòd pater sic curat, post mortem suam locupletiorem hæreditatem ad filium deuenire, Mortuo
34 † namque patre totius hæreditatis possessio descendit in filium *l. cum miles ff. ex quibus caus. maior. Grammatic. decis. 59. sub n. 42.* Et ex hac responsione corruunt cætera omnia argumenta, quæ possent pro sententia Fulgosij adduci, firmaquè remanet conclusio, quòd filius administrans bona patris nullum petere possit Salarium, Quæ tamen venit amplectenda cum declarationibus in-
35 frascriptis, Quarum Prima est †, quòd procedat quando filius administrat viuente patre, secus verò si post eius mortem, durante communione cum alijs fratribus laboret in administrandis bonis paternis; Tunc enim in diuisione bonorum, vltrà legitimam, ex corpore hæreditatis illi constituendum erit Salarium arbitrio Iudicis taxandum, quod prius tamquam æs alienum erit deducendum *Caual. in suo specul. commun. opin. contr. commun. quæst. 102. numer. 13.* in fine, vbi testatur sic pluriès vidisse ob-
36 seruari in praxi; Secunda † declaratio est, quòd dicta conclusio procedat quando filius laborauit circa ea, quæ tendunt ad perceptionem fructuum, pro quo labore verè nihil ei præstandum est, At quando labores versarentur in meliorandis bonis paternis tunc aliquid tribuendum est *Garoc. de locat. & condut. sub tit. de bon. qua liber. quæst. prima num. primo Pascal. de patr. potest. par. prima cap. 8. sub numer. 28. Gasp. Baet. in tractat. de Decim. Tutor. cap. 2. num. 10. Escobar. de Ratiocin. capit. 27. sub numer 56. vers. Baetius autem, Pascal. de patria potestat. part. prima capit. 8*
37 *sub numer. 28.* Dummodo † operæ impensæ fuerint magnæ, Secus vero si modicæ *Bal. in l. certum sub num. 11. C. Famil. hercisc. Escobar. de tract. de Ratiocin. cap. 27. vers. ego vero sub num. 56.*
38 Quid † autem dicendum erit de filio administrante bona materna? An ei pro tali administratione erit debitum Salarium? Et pro negatiua opinione militat sententia *Ceuall Commun opin. contr. commun. quæst. 152. numer. 2.* afferens pro fundamento, quòd non militet eadem ratio in filio respectu pa-
39 tris, quæ viget respectu matris, hæc † enim non habet filios sub potestate *§. femina Institut. de Adoption. Rot. decis. 191. num. 5.*
40 *part. 4. tom. 2. in recen.* Hæc † tamen opinio non videtur amplectenda, sed potius Doctrina *Parlador. rer. quotidianar. libr. 1. capit. 19. num. 3.* affirmantis, idem Ius procedere circa Salarij præstationem in filio

administratore bonorum matris, quod viget in administratore bonorum paternorum, quia licèt mater non habeat filiòs in potestate, negari tamen
41 non potest quin filius † teneatur matri obsequia,& reuerentiam præstare, non secus ac tenetur patri *l.1.ff.de obseq.præst.l. filia C. de patr.potest. Bal. in l. furiosæ ff. de Curat. furios. Ascan. Clement. de patr.potest. cap.4.n.19. Surd. de Aliment. tit.1 quæst.22 sub num.2.* Quæ quidèm reuerentia, sicuti est potissima ratio, proptèr quam filius nullã mercedem consequi dèbet pro laboribus, quos in administratione bonorum patris impendit, ita etiam gratuita esse debet respectu matris *Paschal. de patr. potest. par.1. cap.3. sub numer.25. in fine vers. Quæ opinio Parlador.vbi suprà n.3. & in Apostill. vers. hanc quoque.*

Hæc tamen quæ dicimus de filio admi-
42 nistrante bona matris locum † non habent in priuigno administrante bona Nouercæ, quia ei debetur Salarium, vt post *Bal. in l. si patronus vers. sed pone quòd erant duo fratres C. commun. vtriusq.iudic.* firmat *Aluar. Valasc. consultat.32. per tot.* vbi refert ita fuisse in Regno Lusitaniæ decisum, & sequitur *Paschal. de patr. potest. d. cap.3.n.26.*
43 Ego † autem conclusionem huiusmodi non nisi cum sequenti declaratione admittendam esse crederem, videlicèt: Aut bona, quæ Priuignus administrat sunt dotalia, vel extradotalia, & si extradotalia sunt dicendum est, quòd debeatur Salarium priuigno in illorum administratione se exercenti & in hoc casu locum sibi vindicare doctrinam *Bal. Valasc. & Paschal. loc. supr. citat.*
44 At † si bona sunt dotalia nullum Salarium priuignus consequi debet si in illorum administratione se ingerit viuente patre, qui
45 † sua vita durante dicitur dominus bonorum dotalium itaut filius bona patris, non autem nouercæ administrare dicatur *l. doce ancillam C. de rei vendicat. Surd. consil.215. num.19. Rot. coram Penia decis.18. num.7. & decis.38. num.5. & in recen. decision.105.*
46 *num.14. par.4. tom.2.* Secus † vero si administraret post obitum patris, quia tali casu Salarium consequeretur iuxta doctrinam *Bal.*, & aliorum suprà relatorum.
47 Tertius † est casus quando Administrator teneretur obsequia præstare ei, cuius bona administrat, nullam enim ex administratione poterit mercedem prætendere, *Cacher. dec. pedemõt.75.n.5,* vt exẽplificari, po-
48 test in liberto † qui pro administratione bonorum patroni mercedem aliquam minimè conquetur *Bal. in l.2.n.2.C. de Iure dot. Menoch. de Arbitr. Iudic. lib.2. cent.1 cas.88. num.56.* Potest etiam exemplificari in pu-
49 pillo, † cui nullum debetur Salarium si operas suas in Tutoris seruitium impendat *Bal. cons.156. incipien. super primo puncto in fine vol.3. Pascal. de patr. potest. d. capit.3. vers. & quid si pupillus sub numer.26.* Item
50 exemplificari potest † in Vxore administrante bona mariti, quæ nec vllam mer-
51 cedem consequi debebit, Tenetur † enim, ex debito præstare viro suo obedientiam, & operas in omnibus, quæ ad administrationem congruentem suæ familiæ pertinent *c. litteras & ibi Abb. num.17. de Restitution. spoliat. c. primo de sponsal. Innocen. in c. ex parte num.4. & ibidem Hostien. num.11. & Anton. de Butr. num.31. de Restitut spoliat. Bal. in l. si vxorem C. de condit. Infer. Raph. Cuman. cons.1. num.1. & seqq. Couarru. in epitom. libr.4. decret.2. capit.7. in princip. Gargiar. cons.79. num.13 & seqq. & cons.80. num.1. & 3. Duard. de societat. libr.1. capit.3. quæstion.5. num.3. & lib.2. capit.5. quæstion.1. Tiraquell. de Nobilitat. capit.20. à numer.93. & in l.1. connub. glos.1. part.1. num.27. Onnat. de Contract. tom.2. tractat.11. disput.40. sect.7. nu.142. Rot. coràm Cardinali Mantic decision.371. num.1.* & non minus doctè, quàm copiosè comprobat D. Flauius Ventriglia in Neapolitana curia Aduocatus sapientissimus in sua legali epistola differente An vxor teneatur viro ad obsequia, Et facit illud Carmen *Virg. lib.4. AEned.*

.... *Liceat Phrigio seruire marito.*

52 Aduertendo † tamen, quòd non teneantur vxores in maritorum domibus operas illas præstare, quæ ad ancillas pertinent, &
53 † licèt contrarium post *Ruchell. de Famul.* quem allegat. dicat. *Gargiar. cons.83. num.25 & cons.91. num 9.* Attamen eius dictum non est in aliqua consideratione habendum, dum in contrarium militat text. expressus in *l. liberta tua C. de oper. libert.*
54 Quartus casus est quando † Administrator est arctissimo amicitiæ vinculo adstrictus illi, cuius bona administrat *Glos. in l.1. §. Aduocatus ff. de var. & extraordinar. cognit.*

cognit. Bar. in l. 2. n. 4. ff. de negoc. gest. Bal. in l. 2. num. 2. C. de Iure dot. Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 88. num. 60. & in cons. 683. num. 21. lib. 7. Marchesan. de Commission. appellat. in caus. merced. num. 3. quoniam amicus alteri amico operas non vendit, sed donat Surd. cons. 196. num. 18. & in tract. de Aliment. tit. 6. quaest. 1. num. 23. Leoncill. de priuileg. pauper. priuileg. 282. numer. 16. Rot. in Recentior. decis. 69 numer. 33. par. 7.
55 in recen. Quod † tamen procedere intelli-
56 gas quando concurrit Amicitia vera, † quae sex requisita habere debet, & primo, quòd Amicus alteri amico sit notus, quia nihil amatur nisi praecognitum, Secundo, quòd sit coniunctus amicitia arctissima, non autem leui, cum leuis amicitia non dicatur propriè Amicitia Alberic. in l. cum quidam num. primo ff. de legat. 2. Ursell. in suis conclus. verb. Amicitia conclus. 100. sub num. 10 sed potiùs quaedam beneuolentia, quę est principium Amicitiae vt per Aristol. Eth. 9. Tertiò, quòd sit familiaris, id est quasi diuturna nobis consuetudine adstrictus Adden. ad Bal. in l. eos num. primo C. de Testib. Rot. coram Cardinali Mantic. decis. 372. num. 2 & 3. & facit illud Terent. in Adelph.

Amicus nobis iam inde a puero

Quarto, quòd Amicitia habeat originem ab honestis principijs Costan. Rog. in tract. de summo bono vers. nunc congruum est sub n. 18. Vnde inter improbos non est vera amicitia, quamuis nonnumquam multae amicitię habeant principia inhonesta, sed temporis cursu euadant licitae, Quinto, quòd iura amicitiae sint quaesita cum viro honestae conuersationis, & famae l. pronunciatum §. materfamilias ff. de verbor. significat. & in l. lata culpa §. primo eod. tit. Thom. Act. in tractat. de Ludo Scacc, quaest. 12. num. 49. Rolan Cauagn. in obseruat. ad Decret. Montisfer. decret. primo §. 17. num. primo, nam aliàs sine virtute amicitia consistere non potest teste Cic. de Amic. Sexto, & vltimo, quòd non fuerit Lenocinijs, & adulationibus ad aliquem malum finem quęsita Caroc. de Iuramen. lit. decisiu. quaest. 6. quaest. 9. princ. vers. sextum sub num. 4. Carol. de Graff. de effectib. Amic. num. 11.
57 Quintus casus est, si † versaremur in socio, qui res sociales administraret, pro labore enim, & industria in administratione adibita Salarium, seu mercedem aliquam non consequeretur Angel. in l. socium §. si quis ex socijs ff. pro soc. Bal. consil. 159. num. 2. libr. 5 Riminal sen. cons. 349. nu. 3. Riminal. Iun. cons. 478. nu. 3. in fine Soccin. Sen. cons. 160. num. 6. vers. sed in casu nostro libr. 2. Menoch. cons. 299. num. 15. Petr. de Vbald. in tractat. de duob. fratribus part. 6. num. 3. & 24 ad finem Mantic. de Tacit & ambig. conuent. libr. 6. tit. 14. num 46 Rot. coràm Cardinali Seraphin. decis. 1368 nu. 2. qui omnes DD. pro fundamento ipsorum sententiae allegant tex in l. si fratres § si quis ex socijs, ff. pro soc. in ijs verbis. Duntaxat eos sumptus societati imputabit, qui in eā rem impensi sunt &c. vim facientes in illa
58 dictione, duntaxat, quae † cum sit taxatiua idem significans, quòd dictiones Tantum, & solum l. non est ferendus ff. de Transaction. l. non solùm §. quaeritur ff. de procurat. l. ... § interdum ff. de negoc. gest. & l. si ex causa § nunc videndum ff. de Minor. Natt. cons. 78 numer. 3. Roman. cons. 512. numer. 2. omnia alia excludit praeter expensas de proprio fa-
59 ctas, quae † semper sunt reficiendae c. cum pro causa de procurator. Rot. in Meleuitana expensarum 20. Decembris 1628. coram R. P. D. Ghislerio & sic excludit etiā Salarium, Romanus cons. 168. num. 5. in fine.
60 Veritas tamen est, quòd † licèt socius non consequatur Salarium certum, seu distinctam mercedem ex sua industria, & labore, attamē habere debet maiorē partē lucri, & quaestus l. si non fuerit ff. pro soc. Roman. vbi suprà num. 6 Menoch. cons. 218. num. 30. Mantic. de Tacit lib. 6 tit. 14. n. 48.
61 Quantum † vero debeat esse ista maior pars relinquitur arbitrio boni viri, qui in arbitrando debebit rationem habere qualitatis operis, & industriae personae Bal. consil. 155. in fine libr. 5. Rot. coram bon. mem. Coccin. decis. 416. per tot.

Et hic facilis oritur rēspōsio ad iura, quę possēt in cōtrariū adduci ad firmādā cōclusionē, quòd socio debeatur merces si res sociales, administret, nēpe l. sociel. vbi dispositū reperit quòd ille, qui plus ponit in societate me cū ff. pro soc. vel operae, vel pecuniae plus habere debeat, vt expresse habetur in ijs verbis Nō vtique ex aequis partibus socij simus, veluti si alter plus pecuniae in societatē collocaturus sit, &c, Ex quo textu inferri posse videtur quòd socius, qui administrauit bona societatis, & sic plus operae in illa posuit, debeat

beat consequi separatam mercedem à lucro communicando, sed cessat inquam obiectum, dum satis socius administrans præmiatur ex lucro diuidendo, cum eius maior pars ipsi ueniat constituenda iuxta dispositionem, *d. l. si non fuerint ff. pro soc.*

62 Septimus erit casus in † Creditore bona sui debitoris administrante, cui Salarium non debetur, etiamsi de mandato aliorum concreditorum administrationem susceperit, nisi ipsi mandato accesserit conuentio mercedis l. *Salarium ff. mandati l. prima C. eod. titul. l. iubemus C. de Aduocat. diuersor. iudic. Natt. consil. 376. nu. tertio vol. 2. Caroc. de locat. & conduct. par. 1. tit. de soc. person. exerc quæst. 2. sub num. 31.*

63 At † quid si aliquis creditor imittatur in possessionem bonorum sui creditoris, illaque possideat, & administret per multos annos, An pro sua administratione sit ei de Iure debitum Salarium? Et affirmatiuè respondet *Munnoz. de Ratiocin. administr. cap. 27. num. 6.* referens ita fuisse iudicatum in causa propria, & esse sententiam verissimam, & à praxi obseruatam, Et opti-

64 ma quidèm ratione, quia, si † creditor ex causa iudicati fuerit immissus in possessionem bonorum debitoris, tenetur illo tempore, quo possidet, colere, locare, vel alio debito modo, prout res postulat, administrare *iuxta tex. in l. vetustissimã §. fin. autem tẽpore vers. & licet vbi glos. in verb. recuperare*

65 *C. de Iure domin. impetran.* Et † si illa benè non administrat, itaut soliti fructus, & redditus non percipiantur, tenetur de proprio illa damna reficere, vel cum suo credito compensare *l. prætor ait. §. est præterea vers. in eum ff. de auct Iud. possid.* Cum ergo Creditor in dictorum bonorum administratione laborare debeat, & deinde administrationis suæ rationem reddere teneatur, consequens est, vt illi Salarium à suo labore referre debeat, vt expressè legi videtur in *d. §. fin. autem tempore, ibi*, Et liceat ei creditori, qui iam dominus factus est offerre debitum cum vsuris, & damnis vitio eius creditori illatis, quorum quantitatem creditor debet suo suo iuramento manifestare.

66 Octauus casus erit † quando administrator negligenter in administratione se gereret, tunc enim non solùm Salarium consequi non deberet vt per *Tex. in l. Titia medico ff. ad municipal. & l. Iudices C. de Anno. & tribut. lib. 10.* firmant *Io. de Platea in ead. l. Iudices sub num. 4. vers. item nota hic Corn. cons. 62. col. fin. vol. 4. Caualcan. de Tutor. num. 310. Surd. de Aliment. tit. 7. quæst. 41. num. 1*

67 Sed † insupèr ammitteret expensas factas, proùt voluerunt *Bar. in l. meuio nepotem ff. de annu. legat. & in l. 1. §. diuus col. fin. ff. de var. & extraordinar. cognit. & in d. l. Iudices C. de Anno, & tribut. lib. 11. Bal. in l. 2. col. 2. C. de locat. & in l. vnica col. fin. C. de suffrag. & in l. Nesennius ff. de excusat. tutor. Corset. in suis singular. verb. Salarium 1. Scribentes in l. diem functo ff. de offic. Assessor. Guidopap. quæst 68. num. 5. Gratian. discept*

68 *Forens. cap. 55. num. 21.* Idque † procedere etiã si negligentia adfuerit in aliquo eius substituto, quia pro ipso tenetur principalis Administrator, qui minùs idoneum negocijs præposuit firmant per tex. in *l. si merces §. qui columnam* ibi, si qua ipsius, eorumque, quorum opera vteretur culpa acciderit *ff. locati l. vtique §. 1. ibi*: si minùs idoneis hominibus eam commisit *ff. de rei vendicat. Coroc. de Locat. par. 4. tit. de dolo, & culp. quæst. 2. num. 13. Riminal. Iun. consil. 441. num. 21. Ciriac. controuers. 166. numer. 2. & seqq.*

69 Quinimò † propter negligentiam, priuandum esse Administratorem Salario non solùm pro tempore negligentis administrationis, verum etiam pro eo, quo benè administrauit videtur cautum per tex. in *d. l. Iudices C. de Anno. & tribut lib. 10*, per hæc verba ∴ Iudices, quos circa profliganda ærarij nostri compendia negligentes, ac desides fuisse constiterit omnia, quæ in administratione positi perceperunt emolumenta reddere compellantur.

Quę verba cum sint adeo clara poterit fortasse alicui mirum videri, quòd magis communitèr fuerit per Doctores amplexa

70 Sententia, † quòd debeatur Salarium Administratori pro tempore, quo benè suas expleuit partes, prout sequendo *Bar. in l. diem functo ff. de offic. Assessor.* vbi vult,

71 quòd Præsidi † sua culpa ab officio remoto non debeatur Salarium pro tempore, quo seruiuit, firmant *Surd. d. quæst. 41. sub nu. 6. vers. sed in contrarium Gratian. d. capit. 55. numer. 22.* vbi de communi, ea ratione

72 moti, quòd Labor, † & tempus diuisionem

nē recipiant *l. seio in princip. ff. de Annu. Legat.* & sicuti pro ea parte temporis, quo bene administrauit vtilis fuit Domino, ita pro parte Salarium recipere debeat *Bar. in l. meuia ff. de annu legat. Alex. Ias. & Alij in d. l. diem functo ff. de offic. Assessor.* Cessabit tamen omnis admiratio animaduertendo, quòd Textus † prædictus loquitur de
73 Exactoribus Tributorum, in quibus propter magnum periculum, quòd indè sequitur, quia publicæ necessitati consuli non potest, speciale est, quòd priuentur Salario etiam temporis, quo diligenter exigerunt, vt aduertit *Io de Plat. in ead. l.* Iudices *num. 2.* Poterit etiam locum sibi vindicare dispositio dicti Textus, quando ex negligentia Administratoris resultasset administrato aliquod damnum, Tunc enim certum est, quòd deueniendum esset ad æstimationem damni, illudque compesandum cum Salario debito pro eo tempore, quo diligenter fuit administratum. Exem
74 plum † dari potest in administratore negligente in exigendis creditis, quæ si inexigibilia efficiantur pereunt damno ipsius Administratoris, vt in *l. si tutor. constitutus ff. de administrat. tutor. l. finali §. item rescripserunt ff. de Administrat. rer. ad Ciuitat. pertinen. & in l. nomina C. arbitr. tutel.* Et licèt præallegati textus loquantur de Tutore, Idemtamen dicendum est de alio quocumque Administratore, quia dispositа à Iure de Tutoribus ad alios etiam administratores extendi possunt *l. 1. ff. de contr. & vtil. act. tutel.* Et loquendo generalitèr de quolibet Administratore negligente in recuperandis creditis eius, cuius Administrator existit, itaut illa ob præscriptionem, vel debitorum decoctionem amplius exigi non valeāt firmāt *Plot. in l. si quando n. 20. in maior. impress. C. Vnde vi Cuman. cons. 24. col. 2 Baez de Decim. tutor. cap. 2. num. 110. & seqq. Io. Garz. de Expens. cap. 20. numer. 16 Bobadil. lib. 5. polit. cap. 4. num. 79.*
75 Et † hæc, quæ dicimus de Administratore negligente multo magis locum habent in Administratore doloso, cum magis peccet, quàm ille, qui negligit, & propterea Administratori huiusmodi nullum Salarium erit debitum *Surd. de Aliment. d. titul. 7.*
76 *quaest. 41. sub num. 3.* cum † nemo debeat ex suo dolo, vel fraude lucrum consequi *l. ne ex dolo ff. de dolo Tiraquell. de Retract. consanguin. §. 1. gloss. 9. num. 67.*
77 Vltimus erit casus quando † Administrator rationem suæ administrationis non reddit, quia tali casu non valet instare pro consecutione mercedis *Fontanell. de pact. nuptial. clausul. 4. glos. 18. part. 5. num. 43.* vbi refert ita fuisse iudicatū *Molphes ad consuetud. Neapol. par. 6. quæst. 11. sub n. 24. vers. quæro quidem Salariū & post Bar. Bal. & Alios firmat Menoch. de Arbitr. Iudic. cas. 12.* circa finē vers Dultari sepè contingit & ea est ra-
78 tio, quia † præsumitur sibi satisfecisse de redditibus bonorum administrati *Mascard. de probation. conclus. 53. num. 4. post. Afflict. decision. 13. numer. 18. Menoch. de præsumption. libr. 3. præsumption. 143. numer. 14.*
79 *Crauett. cons. 129.* vbi † declarat procedere donec Administrator villicationis suæ rationem reddiderit, prout facere tenetur *Rot. Ianuen. decis. 59. num. 2. decis. 80. nu. 3. decis. 81. num. 2. decis. 112. num. 2. decis. 116. num. 1. decis. 126. numer. 9. & decis. 203. num. 1. Guttier. de tut. & cur. part. 3. cap. 1. num. 3. & 9. Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 209.* vbi latissimè docet quid in reddendis rationibus Administrator obseruare debeat.

Aduocato An, & quando debeatur Salarium.

QVAESTIO LII.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatis debetur Salarium.*
2 *Aduocati exercitium tot labores habet annexos, vt vix æstimationem recipiat.*
3 *Salarium Aduocatis non solùm pro labore sed etiam pro honore soluitur.*
4 *Honorarium propriè dicitur Salarium, quod Aduocatis præstatur.*
5 *Honorarium non dicitur Salarium Aduocati si fuerit promissum causa mercenarij quæstus, vel malis artibus extortum.*
6 *Aduocatis debetur Salarium etiam non conuentum, Declara vt num. seq.*
7 *Salarium non conuentum Aduocatus non consequitur, nisi præcedat probatio specifica causarum, in quibus patrocinium præstitit.*
8 *Salarium consequitur Aduocatus qui pro republi-*

publicæ patrocinium præstat, Contrarium numer. 9. Declara vt num. 11. & seq.

10 *Doctores intelligendi sunt secundùm iura ab ipsis allegata.*

12 *Aduocatis augendum est Salarium aucto labore.*

13 *Aduocatus, qui causas Principis tuetur Salarium consequi debet.*

14 *Aduocatus consequitur Salarium etiam ab Ecclesia, alijsquè priuilegiatis personis, Intellige vt n. 109. & seqq.*

15 *Aduocatus promittens cum iuramento patrocinari pro Ecclesia pro certa mercede An, & quando incidat in periurium si recuset patrocinari ob mercedem non solutam?*

16 *Mora non committitur contra Ecclesiam ex facto unius prælati.*

17 *Aduocatus consequitur Salarium à prælato successore pro patrocinio præstito ad fauorem Antecessoris, Declara vt numer. 22.*

18 *Debita contracta à prælato solui debent a prælato successore, non autem ab hæredibus prælati defuncti.*

19 *Prælatus substentari debet de bonis Ecclesiæ, cui seruit.*

20 *Debitum contractum pro seruitio, prælati dicitur pro necessitate Ecclesiæ contractum.*

21 *Successor prælatus tenetur extinguere debita à suo Antecessore contracta pro necessitate Ecclesiæ.*

23 *Salarium debetur Tutori Aduocato qui pupilli causas tuetur.*

24 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*

25 *Iura duorum si concurrant in persona vnius, ille vnus consideratur tamquam diuersa persona, & idem seruatur in persona vnius, quod in duabus.*

26 *Alberic. in l. 1. ff. de postulan. notatur.*

27 *Odia sunt restringenda, non autem amplianda.*

28 *Patrocinari causas pupilli est labor extrà tutoris officium.*

29 *Aduocatus defendens causam sibi cum alio communem repetit Salarium pro parte socij.*

30 *Meum esse dicitur, quod mihi est cum alio commune.*

31 *Aduocatus propriam defendens causam si victoriam reportauerit non potest in taxatione expensarum petere Salarium pro causæ patrocinio, Intellige vt numer. 32.*

33 *Aduocatus consequi debet Salarium etiamsi nullum laborem in consulendo passus fuerit, & consuluerit absque reuolutione librorum.*

34 *Doctus nemo illico euadit, sed magnis laboribus, vigilijs, ac sumptibus scientia acquiritur.*

35 *Periti conditio non debet esse deterior conditione imperiti.*

36 *Glos. in c. licet 11. quæstion. 3. declaratur.*

37 *Salarium promissum Aduocato pro vna lite particulari, & pro omnibus alijs causis debetur integrum, licèt promissor non nisi vnam habuerit litem.*

38 *Aduocatus consequitur Salarium promissum, licèt non laborauerit dum per ipsum non stetit.*

39 *Aduocatus ad hoc, vt consequatur Salarium promissum satis est, quod sit paratus patrocinium præstare adueniente occasione litis.*

40 *Roman. singular. 66. numer. 2. reprobatur.*

41 *L. sed addes §. finali ff. locat. declaratur.*

42 *Aduocatus si ob casum in eius persona contingentem non possit suã operam præstare adhuc Salarium consequitur.*

43 *Aduocato debetur Salarium conuentum etiamsi partes inter se deuenerit ad concordiam, Contrarium num. 9. Declara vt numer. 56. & numer. 61. & seq.*

44 *Litigantium tanta est auaritia, vt fugiant soluere mercedem Aduocatis, vt Lupus fugit Lunam.*

45 *Compromissa vtplurimum solent nouas litesparere.*

46 *Concordia aliquando accipitur pro definitione litis.*

47 *Præiudicium ei inferre non debet id, quod ipsius culpa absente euenit.*

48 *Res inter alios acta tertio præiudicare non debet.*

50 *Aduocatus ille, qui absque labore vult præmium consequi iniquus videtur, cum hoc sit locupletari cum alterius iactura.*

51 *Obligatio generalis non comprahendit ea, quæ*

quæ quis specialiter non promisisset.

51 *Salarium cessare debet si cesset causa, ob quam fuit promissum.*

52 *Salarium debetur pro rata laboris.*

54 *Merces debet esse æqualis labori.*

55 *Aduocato non debetur integrum Salarium promissum pro prosequutione litis vsque ad finem, si partes inter se concordauerint, Intellige vt numer. 56. 61. & 62.*

57 *Probatio euidens dicitur illa, quæ oritur ex publico instrumento.*

58 *Instrumenti casus vbi euenit non est dubitandum de litis euentu, sicuti, nec vbi est casus Legis.*

59 *Confessio partis quando adest alia non requiritur probatio.*

60 *Confessio partis si adest sequi potest condemnatio etiam nullo existente processu.*

62 *Aduocatus si magnos labores fuerit passus in concordando partes integrum Salarium promissum pro aduocatione vsque ad finem litis consequi debebit, vel saltem illud consequetur iuxtà taxam factam à Iudice habita ratione laborum.*

63 *Aduocato debetur Salarium etiamsi clientulus in causa succubuerit, Amplia vt numer. 64. Declara tamen vt numer. 65.*

66 *Aduocatus prohibitus aduocare consequitur Salarium si faciat allegationes in scriptis vel consulat in Camera, Declara vt num. 68.*

67 *Aduocare si alicui fuit interdictũ non dicitur interdictum consulere, & facere allegationes in scriptis, Declara vt numer. seq.*

68 *Aduocato non debetur Salarium si fuit inter ipsum, & clientulum initum pactum de quota litis, quod est reprobatum à Iure, & num. 73. & 74. vbi affertur ratio.*

69 *Aduocatus, qui fecit pactum de litis quota, non solùm amittit Salarium, sed etiam expensas bona fide in causa factas.*

70 *Aduocatus faciens pactum de quota litis subit pœnas à Iure indictas, etiamsi nesciat, tale pactum esse à Iure reprobatum.*

71 *Pactum de quota litis est omnibus interdictum.*

72 *Pactum de quota litis est prohibitum, licèt quota sit modica.*

75 *Aduocati ob auaritiã dicuntur Canes Curiarum, & pauperum excoriatores.*

76 *Aduocatus paciscens de quota litis priuatur ipso Iure officio aduocationis absque alia Iudicis sententia, Contrarium num. 77. Declara et num. 78.*

79 *Aduocatus paciscens de quota litis ex dispositione Statuti Vrbis incurrit pœnam infamiæ.*

80 *Aduocatus paciscens de quota litis tenetur ex dispositione Statuti Vrbis restituere duplum eius, quod ex tali pacto ipsi prouenit.*

81 *Aduocatus paciscens de quota litis tenetur pœna falsi, Contrarium num. 82.*

83 *Pactum de quota litis punitur, etiamsi quota non fuerit promissa Aduocato, sed vni tertio, puta eius filio, vel vxori.*

84 *Paciscens de quota quota litis punitur etiamsi pactum factum fuerit sub nomine Salarij, seu honorarij.*

85 *Pœnæ, quæ imponuntur paciscentibus de quota litis locum habent etiamsi quota contineat summam moderatam respectu Salarij debiti.*

86 *Palmarij promissio in casu victoriæ valida est, neque dici potest pactum de quota litis.*

87 *Pactum de quota litis tribus modis contrahi potest.*

88 *Pactum initum de dando Aduocato certam summam, siue lis vincatur, siue perdatur, sed in casu Victoriæ aliquid plus, dicitur illicitum, Contrarium num. 89. Concorda contrarias opiniones vt num. 90.*

90 *Aduocato debetur Salarium conuentum dummodo non excedat summam à Iure determinatam.*

92 *Salarij Aduocatorum quantitas taxata à Iure est centum aureorum.*

93 *Aduocatus, qui immoderatum Salarium à cliente recepit tenetur in foro conscientiæ ad illius restitutionem, Declara tamen vt num. seq.*

94 *Aduocatus potest recipere à sponte dantibus Salarium vltrà summam à Iure taxatam.*

95 *Aduocatus potest recipere Salarium vltra summam à Iure taxatam quando ei fuit cum iuramento à Cliente promissum,* Contrarium num. 96.

97 *Iura-*

143 *Aduo-*

143 *Aduocatus non potest Salarium consequi si aduocet tempore, quo est excommunicatus & si aliquid recipiat, tenetur ad restitutionem, Contrarium n. 147. Declara, vt n. 152.*

144 *Aduocatis excommunicatis est prohibitum aduocare durante tempore excommunicationis.*

145 *Aduocatus peccat si aduocet tempore, quo excommunicationis vinculo innodatus existit.*

146 *Iudices non debent permittere, quòd Aduocati excommunicati causas tueantur.*

148 *Restitutioni necessariæ non subiacet id, quod fuit illicitè acquisitum sine alicuius iniuria.*

149 *Restitutio rei acceptæ tunc solùm est facienda quando acceptio est iniusta, vel à lege prohibita.*

150 *Meretricium exercentes, licèt mortalitèr peccent, non tamen tenentur ad restitutionem eius, quod pro tali exercitio adeptæ fuerunt.*

151 *Meretricibus datur actio pro consequenda mercede.*

1 DEberi † Aduocatis Salarium indubitati iuris est, & vno ore fatentur DD. omnes in *l. prima §. in honorarijs ff. de var. & extraordinar. cognit. & in l. prima C. de suffrag. & in l sumptus ff. de pact. Caroc. de locat & conduct part prima tit. de fruct. & lit. expens. quæst. 8. sub nu 2. vers pro parte igitur Rot. decision 238. sub num. primo part. prima in recent.* D. *Thom. secunda secundæ quæstion. 71. artic.* 4, Ta-
2 le † namquè exercitium tam eximios labores habet annexos, vt vix æstimationem recipiat *l. si pater in fine ff de donat. Magon.*
3 *decis. Florent. 12. n. 1.* Quamuis † Aduocatis non solùm pro labore, sed etiam pro honore Salarium persoluatur *Bar in d. l. 1. §. diuus ff. de var. & extraordinar. cognit.*
4 In tantum, vt id, † quod eis datur honorarium proprio nomine dici consueuerit *l. 1. ff. de var. & extraordinar. cognit. Rip. de priuileg. contr. caus. pest. n. 117. Cæphal. cons. 70 num. 7. & cons. 71. num. 2. Surd. cons. 42. numer. 2. & decision. 219. numer. 5. & facit.*
5 *tex. in l. qui operas ff. locat.* dummodo † tamen non fuerit promissum à clientibus causa mercenarij quæstus, vel malis artibus extortum *Gratian. discept. forens. capit. 56. numer. 2. Mandos. de commission. formul. 11. in princip. verbo Salarij pro patrocinio.*

6 Ampliatur Primo, quòd † Aduocato debeatur Salarium etiamsi non fuerit conuenctum *d. l. prima & ibi Bar. ff. de var. & extraordinar. cognit. Federic. de senis cons. 218. num. 1. & 2. Natt. cons. 376. per tot. Alex. cons. 109. sub num. 2. lib. 6 Gratian. discept. forens. cap. 257. num. 6. & 7. Ricc. in collect. decis. collect. 656. vers. limita Put. decision 11. lib. 3. in fin. Rot. in Leodien. Salarij. 19. Decembris 1610. coram R. P. D. Pirouano quæ est decis. 302. num. 1. post Farinacc. cons. criminal. libr. 1.* Quod præsertim viget in locis, vbi adest consuetudo locandi operas suas, & soluendi Salarium, prout principalitèr in curia Romana vt per *Rot decis. 238 num 1. in fin. par. 1. in recent. Put. decis. 14. libr. 2 Coccin. decis 256. num. 2. Mantic decis 266 Seraphin. decis. 1322. num. 1. Corn. cons. 116 numer. 2. in fine & seqq. libr. 4.* Sicque seruari in Rota Romana in iudicando testatur *Gratian. discept forens. d. capit 257. num. 5. vers. ibi quod ita, post Pintan. de Aliment capit. 16. numer. 5. tit. 8 part. prima fol. 452.* Et procedere etiàm in foro conscientiæ habita ratione qualitatis causæ, & personæ litigantis, firmat *Dominic. Sot. de Iust. & Iure lib 5. quæst 8 num 9.* & hæc est differentia, quæ intercedit inter Salarium Aduocati, & Procuratoris, Scilicèt, quòd non conuentum procuratori non debeatur, sicut debetur Aduocato *Natt. d. cons. 376. num. 6. Gabr. conclus. 5. de procurator. Alex. d. cons 109. num primo libr. 6. Fenzon. ad stat. Vrb. capit. 92. numer. 59. libr. 3. Rot. decision. 338. numer. primo part. prima in recent.*

7 Debebit † tamen Aduocatus, vt consequatur Salarium non conuenctum, probare, quòd per ipsum fuerit præstitum patrocinium ad fauorem eius, contrà quem agit pro consequutione mercedis, & quidèm cum specificatione negociorum, & causarum, itaut non sufficeret examinare testes, qui deponerent, Aduocatum suas operas præstasse in defendendis litibus alicuius, nisi specificarent qualitates litium, & causarum, prout requiritur in sepè allegata *l. prima ff. de var. & extraordinar. cognition* & hoc ad effectum, vt possit Iudex dignosce-

re qualitatem labrios, & seruitij præstiti, & pro modo eorum valeat Salarium liquidare, vt Rota passim considerare solet, prout *in Oscen. Salarij 21. Maij 1610. coram R. P. D. Lancellotto & in d. Leodien. Salarij nu. 2 & 6.*

8 Ampliatur Secundo, quòd † debeatur Salarium Aduocato etiam à Republica, nec debeat pro illa consulere gratis *Ioannes Maria Nouar. quæst. in forens. part. prima*
9 *quæstion 84. nu.4.* licèt † nonnulli contrarium asseruerint ducto argumento *ex l. in sacris C. de Aduocat. diuers. Iudic. & l. nemini in princip. ff. de excusat. tutor.* & precipuè intèr alios hanc contrariam sententiam tenuit *Guliel. de Ludo singular. 43.* & pro sua opinione adducit *glos. in l. 2. C. de proxim. Sacror. Scrinior. libr. 10. v. concessum*, & omnes ferè alij ipsius sententiæ adherentes fundant eorum opinionem *in d. glos.* Ve-
10 rum, cum Doctores † intelligendi veniant secundùm iura ab eis allegata *Rot. decis. 155 num. 36. par. 6. & decis. 81. num. 4. part. 7. in Recent. Bar. in l. non solum §. liberationis ff. de liberat. legat.* & d. Glos. dicat solùm, quòd compelli valeat Aduocatus inuitus ad præstandum patrocinium, non tamen, quòd possit cogi sine præstatione Salarij,
11 credere † Guliel. & sequaces intellexisse de Aduocatis habentibus Salarium à Publico proprer aliquod officium, quod gerunt, vt puta de Aduocatis fisci, qui tenentur gratis patrocinium præstare, secùs tamen de alijs, qui à publico stipendia non habent *§. oportet & §. illud Auth. de Mandat. Princip. l. fin. ff. de offic. assess. c. non licet 11.*
12 *quæst. 3. c. charitatem 12. quæst. 5.* vel † si habent, non correspondet eorum labori, & facundiæ, cum aliæ magnæ superuenerint lites, nam tunc aliud Salarium præstandum erit, *Parid. de Put. de Sindicat. in v. Assessor. capit. 2. sub numer. 3. vers. quod est verum.*

13 Ampliatur tertio, quòd † Aduocatus nec ab ipsomet Principe cogi possit ad præstandum gratis patrocinium *Innocent. in c. Sicut il 2. num. 1. de Iureiuran. Afflict. in constitution. Regni Cum circa 18. notab. numer. 22. Carauit. super Ritib. Magnæ Curiæ Ritu 99. num 6. Specul. de Salar. in §. sequitur. in princip. l. à tutoribus §. finali & ibi DD. de administrat. tutor. c. non sane 14. qu. 5.* Et in casibus, in quibus Princeps de potestate absoluta potest auferre rē à subdito, & illum priuare dominio suo, nón tamē hoc facere poterit Aduocato priuādo illū de debita mercede, & Salario, quòd pro pręstito patrocinio illi debetur *Parid. de Put in tract. de sindicat. in v. Assessor. cap. 2. sub num. 3.* Cum non possit quis ad aliquid faciendum adstringi, nisi ad id, in quo sine suo incommodo procedere potest *l. in creditore & l. si rem ff. de euict. Parid. de Put. vbi supra num. 2.* Sed si aduocatus cogeretur ad præstandum patrocinium sine Salario, id non solùm ei afferret incommodum verum etiam magnum præiudicium, quia multoties, vt Principis causis operam daret opus esset alias, à quibus lucrum reciperet, derelinquere.

14 Ampliatur Quarto, quòd debeat Salariū cōsequi Aduocatus, etiāsi Ecclesia, vel alia persona priuilegiata interueniat in causa *Bald. in c. breui de Iureiuran. Fælin. in c. primo de offic. Iudic. Borgnim dec. 41. num. 47.* aliàs non teneri pro illa patrocinium præ-
15 stare, etiamsi † promisisset cum iuramento ecclesiam defendere, imo nec committere periurium, dum Ecclesia non persolueret Salarium ipsi Aduocato promissum *glos. in d. c. breui v. requisitus vbi Abb nu. 7.* quia si Ecclesia ex parte sua non adimplet promissa, nec Aduocatus illi seruire tenetur *l Iulianus §. afferri ff. de act. empt. Soccin. Iun. cons 77. num. 142. libr. primo Gozad. cons 9. n. 20. Aretin. cons. 14. n. 18. vers. Prima conclusio.*

Hoc tamen distinguendum venit, prout distingunt *Hostien & Ioannes Andr. in d. c. breui num. 3.* videlicèt: Aut Ecclesia deliquit in subtrahendo ipsi Salarium conuentum, aut est solus prælatus, qui soluere recusat, Primò casu certum est, non teneri Aduocatum ad præstandum patrocinium, Secundo vero casu erit inspiciendum quomodo cantet promissio, nam si concepta sit verbis generalibus, si ipsi soluatur Salarium, & tali casu, etiamsi solus Prælatus subtrahat Salarium, non tenetur Aduocatus præstare patrocinium, nec incidit in pœnam periurij, de qua vide per *Hostien. in summa tit. de Iureiuran. n 7.* quia tunc nō refert, quòd Salarium non soluatur ex facto Ecclesiæ, vel ex facto Prælati, sed sufficit, conditionem non esse adimpletam, etiam si sine culpa contingeret, vt in *l. in illa sti-*

pula-

pulatione si Kalendis ff. de verbor. obligat.
qua ratione fit, vt ex defectu adimple-
menti ex parte vnius cesset obligatio alte-
rius, etiamsi vnus contrahentium deficiat
in minimo *Bal. in l. pacta conuenta ff. de*
contrahen. empt. Crauet. cons. 248. col. penul.
vers. non obstat. Ias. cons. 216 col. 2. vbi sub-
dit, hoc etiam procedere si contractus fuis-
set iuratus, *per c. quemadmodum de Iureiuran.*
vbi Abb. & c. peruenit & c sicut il 3. Si
vero promissio est facta sub modo, tunc re-
quiritur, Ecclesiam esse in mora *c. verum*
16 *de condit. apposit.* quæ † non committitur
contra Ecclesiam ex facto vnius Prælati
argumento *c. sicut 16. quæst. 6* quo circa
tenetur Aduocatus tali casu defendere Ec-
clesiam; & postea habere regressum con-
tra ipsum Prælatum, vt soluat Salari-
um argumento *c. delictum de reg. Iur.*
in 6.
17 Ampliatur Quinto, Successorem † Prælati
teneri soluere Salarium Aduocato, qui præ-
stitit patrocinium illius antecessori *glos. in c.*
primo & secundo de solut. Abb. in c. ex præ-
sentium numer. 5. de pignor. Caroc. de Locat.
& conduct. tit. de fruct. & lit. expens. quæst. 8
sub num. 12. vers. Ampliatur Septimo Gui-
dopap. quæst. 561. Dec. in c. primo num. pri-
mo de probat. Statil. Pacific. de Saluian. inter-
dict. Inspect. 3. cap. 4. num 684 Put. decis. 10.
18 *lib. 3.* Ad † successorem enim, non autem
ad hæredes, spectat soluere debita contracta
per Prælatum ad sui sustentationem, &
defensam, etiamsi talis Prælatus haberet
patrimonium *Innocent. in c. Episcopus de præ-*
ben. Bal. cons. 313. vol. 2. incipien. præmitten-
19 *dum est*, & ratio est, quia, cum † Prælatus de-
beat alimentari de bonis Ecclesiæ, dum ipsi
Ecclesiæ inseruit *c. ex his 12. quæst. prima*
c. Episcopus 12. quæst. 2. Rot. decis. 287. n. 13.
par. 5. in Recent. & decis. 37. numer. 7. ead.
par. 5. D. Thom. secunda secundæ quæst. 86.
20 *art. 2.* ideo † debitum contractum pro ser-
uitio necessario prælati, dicitur contractum
pro necessitate ipsius Ecclesiæ *Calderin. con-*
21 *sil. 1. de solut.* Et † cum clarum sit, successo-
rem teneri ad soluenda, & extinguenda
debita contracta pro necessitate, seu vtili-
tate Ecclesiæ *Innocent. in c. primo de solut.*
Soccin. cons. 13. n. 39. volum. 1. Rot. decision. 4.
de probat. in antiquis, sequitur successorem,
seu Ecclesiam teneri ad solutionem debi-
torum, quæ à Prælato contracta fuerunt:

22 Verùm quia necesse est ad talem effectum,
quòd debita fuerint contracta ex causa vti-
li, & necessaria, & laudabili, non autem
ex causa voluptuosa, & vituperabili, ne
aliàs diceretur, Ecclesiam subministrare
pecunias Prælato ad delinquendum, pro-
pterea in casu nostro, ad hoc, vt Successor
prælati teneatur ad solutionem debiti con-
tracti ab Antecessore ex causa Mercedis
Aduocati, requiritur, quòd causa ab Aduoca-
to patrocinata fuerit iusta, non autem ca-
lumniosa.
23 Ampliatur Sexto, quòd † debeatur Sa-
larium Aduocato, qui præstat patrocini-
um pro pupillo, cuius est tutor, prout
quilibet alteri Aduocato soluendum veni-
ret, & potest tale Salarium in rationibus
administrationis computare, vt testatur
fuisse decisum in Sacr. Regio Consilio Nea-
politano *Vincent. de Franc. decis. 122. nu. 4.*
Alberic. in l à Principe n. 10. ff. de postulan-
do, & ad huius opinionis corroborationem
nonnulla concurrere videntur, & Primo,
24 quòd † officium suum nemini debeat esse
damnosum *l. extra ff de fideiussor l. perue-*
nit ff. ex quibus caus maior in integr. restit
l. valet. ff. de Furt. l. si seruus communis §
quod necesse ff. quemadmodum testam. aper sed
si Aduocatus tutor præstans patrocinium
pro pupillo non consequeretur Salarium, il-
lius officium diceretur damnosum, cum
multoties propter causam, quam agitaret
pro pupillo, perderet lucrum alterius ad-
uocationis, ergo est dicendum, quòd de-
beatur, *Aretin. in tract. de Expens fol. 4 col. 1.*
vers. sed quid si ipsemet erat aduocatus, Lan-
franc. de Oriano in repetit c. quoniam contra
falsam. fol. 126. num. 16. de probat. Butr. in
c. finem litibus & ibi etiam Abb. Sicul. col. 1.
in fine & Petr. Ancharan num. 38. de dolo
25 *& contumac.* Et ad hoc etiam facit, quòd †
quotiescumque iura duorum concurrunt in
persona vnius idem seruetur in persona vni-
us, quod in duabus, quoniam tunc con-
sideratur tamquam diuersa persona *l. si mihi*
& tibi ff. de leg. primo vbi Bal. num primo l.
Titia §. qui mario ff. de ann. legat. l. tutorem
ff de his quib. vt indign. Roman cons. 47. per
tot. incipien. Visis necessarijs & cons. 422.
num. primo incipien. Iste Franciscus, sed cum
in casu nostro in Aduocato duo concurrant
officia, nempe Tutoris, & Aduocati, in illo,
quod spectat ad officium aduocati erit con-

 side-

siderandus tanquam diuersa persona, ab ea quæ exercet officium Tutoris, & sic illi debebitur Salarium, tanquam Aduocato,
26 licet non tanquam tutori; Neque † obstat opinio *Alberic. in l. prima ff. de postulando relat. per Baez. loco supra citato num.* 12. & 14. qui tenet, Tutorem alicuius pupilli teneri gratis patrocinium præstare, nec aliquid ab ipso pupillo, ratione dicti patrocinij, consequi posse: Quia preterquam huic obiectioni satisfactum remanet ex supradictis, nempe, quòd consideretur tanquam diuerse persona à tutore, potest etiam responderi, supradictam Alberici opinionem non posse substineri, quoniam, cum non omnes tutores sint aduocati, qui sciant causas patrocinari, non debet hoc in eis esse speciale, quòd preter tutelæ labores, debeant etiam sufferre laborem patrocinatio-
27 nis sine præmio, odia † enim sunt restringenda, non autem amplianda *reg. odia de reg. Iur. in 6.* nec est danda afflictio afflicto *l. diuus ff. de offic. præsid. C. dementi C. de Epi. aud. c. cum percussio 7. quæst. prima c. primo*
28 *de Cleric. ægrotan.* Et precipue, quia † patrocinium præstare pro pupillo est labor contingens extra tutoris officium, in quo aliàs necessariò expendendum erat, & alteri Aduocato patrocinium præstanti Salarium solui debebat, sicque melius est, vt soluatur ipsi tutori tanquam magis idoneo, cum ipse negociorum pupilli sit optimè informatus, maiorique affectione, & diligentia aduocet.

29 Ampliatur Septimo, Aduocatum † defendentem causam sibi cum alio communem repetere Salarium pro parte sui socij litterarum ignari, *Menoch. de Arbitrar. Iudic. casu* 154. *num.* 6. *Munnoz. de ratiocin. administrat. capit.* 27. *sub numer.* 52 *vers. secundo pro hac sententia facit Myssinger. singular. obseruat. cent. prima obseruati numer.* 3. *Boer. decis.* 210. *numer. primo* vbi ita pluries iudicatum fuisse testatur ex decisione textus in *l. prima §. in propria causa ff. quando appellandum sit tex. in l. ex parte heres ff. famil. hæreci l. si in rem communem C. si cert. petat.*

30 Neque obstat, obiectum, quòd † meum esse dicatur id, quod mihi est commune cum alio *l. serui electione §. labeo ait. cum §.*
31 *sequen. ff. de legat. primo* sed † cum Aduocatus propriam defendens causam si victoriam reportauerit in taxatione expensarum Salarium pro causæ patrocinio peterenon posset *Aret. in tractat. de expens. fol.* 4. *c l.* 1. *vers. sed quid si ipsemet erat aduccatus DD. in l. fin. C. de fruct. & lit. expens. Alberic. in l. properandum §. sin autem alterutra parte col.* 4 *vers. sed quid si victor erat aduccatus, & ibidem Ias. col.* 55. *in fin. vers. adde etiam quod ille C. de Iudic. Specul. in tit. de expens. §. vlt. col.* 3. *vers. sed quid si ab amptore Lanfranc. de Oriano in repetitione c. quoniam contra falsam fol.* 126. *num.* 15. *de probat. Butr. in c. finem litibus & ibi Abb. Siculus col.* 9. *in fine vers. Quid autem si iste victor, & Petr. de Ancharan. numer.* 38 *de dolo, & contumacia*
32 Nisi † tamen illud peteret loco damnorum & interesse, vt quia non potuerit alijs in causis patrocinium præstare, vt propriæ incumberet, vt per DD. omnes supra relatos, & videbimus latiùs infra in *part.* 3. Ergo est dicendum, quòd cum præstauerit patrocinium in causa sibi cum alio communi, nullum debeatur Salarium: Quia respondetur dictum §. *labeo* non obstare, imo posse in contrarium allegari, cum dicat, communem rem esse in dispositione socij, & per consequens portionem socij esse alienam *Boer. ita per l. primam §. is propria causa vers. at si in partem nomine proprio & in partem pro alio litigat tanquam cohæres in decisione* 210 *sub. num* 4. vbi testatur sic fuisse in illa Curia decisum, quem sequutus est *Missinger Singular. obseruat. cent. prima obseruat.* 2. *num.* 3. [ub]i ait, sic fuisse in Camera Imperiali iudicatum.

33 Ampliatur Octauo, quòd † debeatur Salarium Aduocato, etiamsi nullum laborem passus fuerit puta si consulucrit sine reuolutione librorum *Ioannes Andr. ad Specul. in tit. de Salario §. sequitur Card. & Imo in c. cum ab omni col. fin. de vit. & honest. cleric. Barbat. in c. ex litteris de constit. Dec. in c. cum in cunctis num.* 15. *de elect. Ias. in l. nec quidquam §. vbi decretum ff. de offic. procurator. Cacciul. de Aduocat. quæst. prima num.* 8. *Soccin. reg.* 229. *Rebuff. de priuil. Schol. priuil.* 46. *Bolog. in Auth. habita num.* 317. *C. ne filij pro patre Ripa de priuileg. contr. temp pest. num.* 116. *Cagnol. in l. diem functo num.* 168. *ff. de offic. Assess. Barbos. de offic. & potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 79. *num.* 31. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 39. *num.* 15. & alij, quos refert & sequitur *Barbos. in collectanea DD. in c.*

in c. non licet 11. quæst. 3. num 5. Nam satis est, quòd consilium, & auxilium præstet & Iudicem instruat, & informet, etiam oretenus, & sine scriptis *Adrian. Negusan quæstion.* 151. *num.* 1. *&* 2. Et huius ampliatio-
34 nis ratio est, quia, cum † nemo repente fiat Doctor *c. sermo de penitent. distinct.* 2. *Ben, de Priuileg. I C. part.* 3. *priuileg.* 74 *n.* 2. Sed magnis vigilijs, ac sumptibus ad huiusmodi scientiæ culmen. perueniatur *l. studiorum labor C. de asseff. Luc. de Pen in l. vni num.* 2. *C. de Stud. libr Vrb. Rom. libr.* 11. *Soccin. in c. fin. num.* 8. *de Magistris Alciat. de verbor. significat lib.* 1. *n.* 79. vnde Poæta ille cecinit.

Non iacet in molli veneranda scientia lecto,
Illa sed assiduis parta labore venit.

Quod etiam probauit Mantuanus Homerus his carminibus:

Nam via Virtutis dextrum petit ardua, callem.
Difficilemque aditum primùm spectantibus offert.
Sed requiem præbet fessis in vertice summo.

Hinc igitur est, quòd etiàm sine reuolutione librorum, habita ratione laboris iam passi, qui non debet esse sine præmio, Aduocatus pro suo patrocinio habebit Salarium, *Alciat libr, primo de verb. significat. v. ex re fit. num* 63. *Bar. cons.* 34. *nu.* 34.
35 *libr.* 2. nam aliàs conditio † Periti deterior esset imperiti conditione, quod esset absurdum *l. vlt. C. de Alluuion Ben. vbi supra numer. primo. in fin.* Idque procedit etiam in foro conscientiæ *Ias. de Act. in §. sed iste num.* 113. *Caroc. de locat & conduct. in tit. de fruct. & lit. expens. quæst.* 8. *numer.* 9. *Arcidiacon in c. non licet.* 11 *quæst.* 3. qui reprobat opinionem *Glos. in d. c.* contrarium dicentis cui glosæ etiam contradixerunt *Purpur. in l. si me & Titium in princip. ff si cert. petat. Alberic. in l. prima C. de postulan Carauit. super Ritibus magnæ curiæ ritu* 99. *n.* 5. qui omnes contra Glosæ opinionem, Salarium deberi asserũt ob rationem suprà allatam, nè scilicèt præteriti labores irre-
36 munerati remaneant: Posset † tamen opinio Glosæ substineri quando in casu, super quo consulitur nulla adesset difficultas, & esset adeo clarus, vt omnibus notùs esset, vt in casu *§. gallinarũ ita Soccin. in d. reg.* 229. vel etiam si quis scientiam haberet à Deo gratis datam *c. non solum prima quæstion.* 3. exemplo Helisei, qui cum ita Naam à lepra curasset, nihil recipere voluit, eiusque famulus lepra fuit percussus, eo quia aliquid exegit, vt post *S. Antonin. probat Tiraquell. de Nobilit. cap.* 29. *numer.* 34. *Ben. vbi supra d. num.* 2. *Vincent. Carrar. in tract. de Medic. & eius officio par.* 2. *num.* 122.

37 Ampliatur Nono, Quod † si fuerit Aduocato promissum certum Salarium, pro vna lite particulari, & pro omnibus alijs causis tàm motis, quàm in futurum mouendis, integrum, & absque aliqua diminutione veniat soluendum non obstante, quòd Dominus posteà non nisi vnicam litem habuerit, vt resoluit *Rot. coram Duran. decis.* 53. *&* 103. *per tot.* Imò
38 etiamsi † Aduocatus nihil laborauerit, vt puta si certo Salario promiserit per annum patrocinium præstare, & postea cliens nullam habeat causam, attamen promissum Salarium consequetur, *Bar. in l. prim* 1 *§. diuus num.* 8. *ff. de var & extraordin. cognit. Ioannes Gutt. pract. quæst. lib. prim. quæst.* 23. *Nicol. Anton. de Palma Diuers. Iur. glos.* 15. *numer* 5. *Armill. in verb Aduocatus n.* 16.
39 Cum † satis sit, quòd per ipsum non steterit, & adueniente occasione esset paratus præstare operas suas ad effectum, vt Salarium consequatur *l. sed addes §. cum quidem ff. de locat. & conduct l. qui operas ff. eodem glos. magna in l. si vno § cum quidem vers. cum autem ff eod. Rot. decis.* 336. *nu.* 2 *par.* 1. *Recent. Natta alios referens cons.* 4 2 *num.* 2. *vol.* 2.

40 Nec est necesse ad hunc effectum, quòd Aduocatus nulli alij suas operas locet per
41 *l. sed addes §. fin ff. locati*; quæ † tamen Lex procedit tantummodo in exercentibus manuales artes, qui non possunt eodem tempore diuersis dominis seruire, contrarium tamen est in Aduocatis, qui plures habent causas, & si vnus clientulus non habet lites, vel si habet prosequi non possunt, non ideo Aduocatus debebit relinquere omnes alias causas, ad hoc, vt habeat Salarium illius, in qua non laborat, Igitur dicendum est, Aduocato deberi Salarium etiamsi non laborauerit, & alijs suas operas locauerit, intelligendo tamen semper, dummodo propter patrocinium, quod alijs præstasset non fuisset impeditus in illa laborare

tali

tali namque casu Salarium non debeatur.

42 Ampliatur † decimo, deberi Aduocato Salarium etiamsi casus, propter quem Aduocatus non laborat, sit casus fortuitus, vt per *Bar. vbi supra num* 15. & etiamsi non seruiat ob casum in eius personam contingentem, vt puta si inciderit in aliquam infirmitatem, *Castren. in l. ex conducto* §. *item cum quidam numer.* 7. *ff. de locat. & conduct. Alex. in l. si vno ff. locati Bar. in l. meuia in princip. ff. de annu. legat. & in l. diem functo ff. de offic. assess. Bal. in l. prima C. de suffrag. Guld faz. in l. post. duos C. de Aduocat. diuers. Iudic.*

43. Ampliatur † vndecimo in casu, quo aliquis Aduocatus conuenerit cum clientulo de certo Salario pro patrocinio causæ, & postea partes inter se cōcordauerint, adhùc enim ipsi Aduocato Salariū debetur *Cagnol. in l. diem functo num.* 156. *ff. de offic. assess. Guidopap. quæst.* 102. *num.* 2. *vers. & aduocatus illud debet habere Magon. decision. florentin.* 12. *numer.* 3. *Ias. in* §. *actionum v. tripli col. fin. num.* 58. *vers. aduerte etiam Instit. de Action. Benincas. de paupertate quæstion.* 7. *numer.* 6. *Bald. in l. prima quæst.* 5. *C. de suffrag. Marsil: singul.* 693. *Gratian. discept. forens. cap.* 55. *nu.* 16. *Adrian. Negusan. quæst.* 292. *num.* 10. *Azo. in summa tit. de Aduocat. diuers. Iudic. in fine Barbos. de offic. & potest Episcop. part.* 3. *allegat.* 79. *num.* 40. *Caualcan. decis.* 41. *num.* 48. *par. prima Dec. in l. Iure ciuili numer. primo ff. de regulis iuris Pyleus Modicensis quæstion* .54. *Seraphin. decision.* 295. *num.* 5. *Guidopap. decision.* 102. *Duran. decis.* 53. *num.* 5. *tom. primo Caroc. de locat. & conduct. tit. de fructib. & lit. expens. quæstion.* 8. *n.* 14. vbi ait, hunc casum menti tenendum, &

44 sepe in facto euenire, cum † tanta sit litigantium auaritia, vt, ita fugiant solutionem mercedis Aduocatorum, & procuratorum, vt Lupus lunam fugit, & faciunt

45 compromissa, quæ hodie, vt plurimùm, nouas lites litigantibus pariunt, *Magon. decision.* 12. *num.* 13. Et quando aliquid soluere debent Aduocato chiragra laborare videntur, vt dicit *Martialis in epigram.* 66. *lib.* 1. *ad Flacc.*

Litigat, & podagra Diadorus Flacce laborat,

Sed nil patrono porrigit hæc chiragra est.

Rationes autem, ob quas debeatur Aduocato Salarium etiam in casu concordię plu-

46 res esse possunt: Et prima, quia † Concordia aliquando accipitur pro definitione *c. inter cætera in vltima glos.* 16. *quæstion.* 6. Secunda, quia per Aduocatum non stetit quin minus causa pro suo officio vsque ad finem prosequeretur, *Borgnin. decision.* 41. *num.* 48. *Dec. cons.* 70. *num.* 2. *Bertachin. in suo repertorio vers. labor. non debet esse vacuus, Fenzon. ad Stat. Vrb. cap.* 92. *numer.* 62. & dicitur ex parte sua adimpleta conditio *l. iure ciuili ff de regul. Iur.* & videtur victoriam reportasse, etiamsi amicabilis concordia medio alterius, quàm Aduocati sequuta fuerit *l. fin. ff. mandati Speculat. in tit. de Salario* §. *sequitur de Aduocato num.* 7. *in fi-*

47 *ne*, Tertia est, quia † Aduocatus iste non fuit in culpa, ergo non est, quod sibi imputari debeat *c. quod ad nos* 47. *distinct. c. Ephesij* 43. *distinct. & c. occidendis* 23. *quæst.* 3 pro Quarta ratione adducitur, quòd sufficiat, si negocium vtilitèr fuerit ceptum, licèt res suum non fuerit sortita effectum *l. sed an vltro ff. de negoc. gest l. si necessitas C. de pign. act. l. verum* §. *si locupleti ff. de mi-*

48 *nor.* Quinta, & vltima ratio est, quòd † res inter alios acta, tertio præiudicare non debeat, *vt toto titul. C. res inter alios acta.*

49 Non † desunt tamen DD. qui contrarium voluernit, & multę etiam possunt pro illorum opinione rationes afferri: Et Primò

50 facit, quòd † videtur iniquus ille Aduocatus, qui absque labore vult consequi omnia promissa, quæ præstanda erant pro labore, quem in patrocinio totius litis impendisset, & videtur velle locupletari cum iactura tertij *l. nam hic na tura ff. de condit. indebit. l. iure naturali ff. de reg. Iur. c. primo*

51 22. *quæstion.* Secundo facit, quòd † in generali obligatione non veniunt ea, quæ aliquis specialiter non promisisset, sed non est verisimile, quòd clientulus, quando promisit Aduocato Salarium pro patrocinio causæ promisisset numquam velle transigere, ergo, adueniente ista transactione, non debet Aduocatus habere Salarium, quod habuisset, si lis fuisset prosequuta,

52 cessante † enim causa promissionis Salarij, cessare debet etiam Salarium *c. cum cessante de appellat.* Facit tertio, † quòd Salari-

53 um debetur pro rata laboris *Signor. cons.* 157 *vol.* 1.

54 *vol. 1 circa med.* Et par † laboribus, æquitate ita dictante, debet esse merces, *l. quod si minor §. sceuola ff. de minor c. recolentes de stat. monac. c. primo de Sepult c. Iure debet 76 distinct. Rom. cons. 33?. col. prima* sed cum Aduocatus non præstauerit patrocinium in tota causa, sed tantummodo in parte, ita quoque pro parte temporis, quo præstauit, Salarium consequetur: Verum ad concordandas has contrarias opiniones mihi videtur sic esse distinguendum: Aut certum fuit promissum Salarium, vt Aduocatus causam vsquè ad finem litis defenderet, aut fuit promissum, tantummodo pro victoria causæ,
55 & † primo casu Aduocato non debebitur integrum Salarium conuentum, sed pro rata, licèt per eum non steterit, nam illo casu tenetur prosequi causam vsquequo vltimum consumatum effectum sortiatur etiam respondendo exceptionibus, quæ contra rem iudicatam opponerentur, vel opponi possent, *Caroc. vbi supra numer.* 17, *Martia consil.* 48 *volum. primo* Secun-
56 do † casu inspiciendum erit si tempore, quo partes transegerunt, actoris iura erant producta, & de eius iustitia apparebat, & nihil aliud erat agendum, quàm proferenda sententia, vel iura actoris apparebant
57 ex publico instrumento, † quod dicitur probatio probata *c. cum dilecti & ibi Abb. num primo de donat. c. cum inter reiudicata c. cum contingat. de rescript Bal. in l. Imperatores ff. de stat. homin in l. quoties C. de Iudic,* itaut sine dubio fauorabilem sententiam
58 reportasset, vbi † enim est casus instrumenti, non est dubitandum, sicuti, nec vbi est casus legis *Bal. cons.* 215 *libr. secundo*, vel apparebant ex confessione partis, quę
59 † alia non eget probatione, & sententiæ
60 æquiparatur *l prima ff. de confess.* ex † qua confessus potest condemnari, etiam nullo existente processu *Innocen. in c. qualiter & quando il secondo de accusat. Bar. in l. si confessus ff. de custod. reor. Afflict. decision.* 189. *Clar. in praxi Criminal. §. fin. quæstion.* 55. *vbi de communi Myssinger. cent. 5. obseruat.* 67 & tunc quasi pars in fraudem Aduocati, transegerit integrum debetur Salarium *Specul. in tit. de Aduocat. numer. 8. in fin. & in tit. de Salario §. 3. sub num. 8. in fin. Guidopap. decision. 102. vbi addent. littera B. gloss in l. fin. ff. mandati & in l. vnica C. de suffrag*
61 Si † vero actoris iura non erant producta.

& actor bonà fide transegit, & litis euentus erat incertus, prout vt plurimùm esse solet *l. quod debitor ff. de pecul.* tunc pro rata seruitij consequetur Salarium *Bal. in d l. vnica C. de suffrag. num 9. Guidopap in decision. supra allegat.* vbi hanc dicit esse opinionem communem *Vincent. de Franc. decision.* 265.
62 *per totam* intelligendo † tamen, quòd, si Aduocatus ad concordandum partes magnos passus fuerit labores, integrum debeat recipere Salarium, vel taxari debeat à Iudice habita ratione laborum *Bal. in l. sed si §. quod autem ff. de petit hæredit.*
63 Ampliatur Duodecimo, vt non minùs debeatur Aduocato Salarium si victoriam in causa reportauerit, quàm si succumbuerit *Argumento l. an vltro ff de negoc. gest.* & facit *gloss. in c. primo 83. distinct.* quæ vult Medico soluendam esse mercedem, etiamsi ægrotus moriatur *Ben. de priuileg. I. C par. 3 priuileg. 76. n. 8. Adrian. Negusan. quæst. 151. num. 8. Caroc. de locat. & conduct. tit. de fruct & lit. expens. quæst. 8. sub num. 11. ve s. Ampliatur quarto Bal. in l. prima col. fin. C. de suffrag Alex. in l. diem functo num. 16. ff. de offic. assessor Tiraquell. de nobilit. cap. 29. nu-*
64 *mer. 55.* vbi firmat, quòd † imò, quando causa amittitur plus debeatur Aduocato, quàm in casu victoriæ, nam tunc laus est loco præmij, quando vero causa perditur est magno pudori Aduocato iuxta illud *Epigramm. Martial.* 17. ad Sextum.

Egi Sexte tuam pactus duo millia causam.
Misisti nummos quot mihi? mille quid est?
Narrasti nihil inquis & à te perdita causa est,
Tanto plus debes Sexte, quòd erubui.

65 Hanc † tamen Ampliationē non credere procedere quando causa fuisset amissa propter Aduocati culpam, negligentiam, vel propter causæ desertionem, prout videbimus infrà in septima declaratione.

Decimotertio, & vltimo Ampliatur;
66 quòd † soluendum sit Salarium Aduocato, qui aliqua in causa scripsit, seu consuluit tempore, quo illi fuerat aduocatio interdicta *Gratian. discept. forens. cap. 55. nu. 17.*
67 nam † prohibitus aduocare non dicitur prohibitus consulere, seu in scriptis allegare *Ias. in l. si mihi §. regula ff. de legat. 1. §. 1. ff. de postul.* vbi quod etiā poterit aliquid à Iudice

dice

dice impetrare idem Bar. in l. dum qui alias §. *paulus & ibi Adden. ff. de legation. Iaſ. in l. prima col. ſecunda numer.* 7. *ff. de verb. oblig.* vbi, quòd non prohibetur mittere Iudici allegationem in ſcriptis, & ita fuiſſe obſeruatum in Ciuitate Vercellarum dicit *Alberic. de Roſate de Statut. part. prima quæſtion.* 161

68 Quamuis † contrarium eſſet in eo, qui fuiſſet priuatus officio, & munere aduocationis & expulſus è collegio, quia tunc, non ſolùm eſſet ei prohibitum aduocare, verum etiam conſulere, & in ſcriptis allegare *Gratian. diſcept. Forenſ. capit.* 39. *& d. capit.* 55. *num.* 18.

69 Declara † Primò deberi Aduocato Salarium conuentum dummodo non fuerit facta conuentio de quota litis inter Aduocatum, & clientulum, tale namque pactum eſt à Iure reprobatum *l. ſi quis & l. aduocatorum & ibi gloſ. in v. ſi quis & Bellapert. in princip. & Odofred. numer. primo verſ. ſed ſi Aduocatus C. de poſtulan. l. ſumptus in fine* §. *cui ff. de var. & extraordinar. cognit. l. litem C. de procurator. l. ſi contra C. mandati Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. cent. 6. caſ.* 522. *n.* 1 *Nauarr. conſ.* 1 *de procurat. Silueſter. in v. Aduocatus numer.* 14. *in princip. Angel. in d. verb. uocatus n.* 14. *poſt princ. ver. Aduerte hic Armill. in d. v. aduocatus n.* 14. *in princ. Guidop. quæſt.* 102. *n.* 1. *Marcheſan. in praxi commiſſion. de commiſſione appellationis in cauſa mercedis* §. *primo fol.* 1195. *num.* 51. *Duran. deciſion.* 53 *num. primo & habetur in conſtitutione San. mem. Pauli Papæ. V. quæ habetur in bullario Romano tom. tertio fol.* 276 vndè, non ſolùm priuat Aduocatum Salario, verum etiam interdicit ei, quòd non poſſit expenſas in lite factas repetere, etiamſi bona fide illas feciſſet *tex. eſt in l. contra & ibi gloſ. in verbo fruſtra patij C. mandati & ibi Bal. in ſummario & Salicet. num.* 1 vbi defendit opinionem gloſæ à Doctoribus contrarium aſſerentibus *Caſtren. in l. ſumptus ſub num.* 12. *verſ. & vltra hoc ff. de pact. tex. in l. ſi remunerandi* §. *maurus ff. mandati vbi gloſ. & DD. omnes* vno ore concludunt quòd, non ſolùm faciens tale pactum de quota litis amittat omnes expenſas per ipſum in lite factas, ſed etiam omne aliud, quod actione mandati prætendere potuiſſet *Boccac. in tract. de pact. part. prima nu.* 47.

70 *&* 54. Et † hæc concluſio locum habent etiamſi Aduocatus eſſet imperitus, & neſciret tale pactum eſſe à iure reprobatum cum ignorantia ſit vitium, & debeat puniri, vt poſt *Bal docuit Iaſ. in l. ſumptus ff. de*

71 *pact.* imo † etiam quilibet alius prohibetur paciſci de quota litis *Menoch. vbi ſupra num.* 3. *Dominic. Sot. de Iuſt. & Iure quæſt.* 8.

72 *art.* 4. Et † etiam procedit ſi quota fuerit parua ſumma, ita vt non excedat quartam partem litis *Bellamer. in c. Romana num.* 17. *in fin. de for. competenti in* 6. *gloſ. in l. ſi qui aduocatorum v. immenſa C. de poſtulan. & ibi etiam Cyn. numer. primo verſ. circa legem iſtam Bal. num. primo verſ. quærit gloſ. Odofred. numer. primo verſ. ſed quæro pone & numer.* 2. *Cuman. pariter ſub num.* 2. *vbi de communi Rolan. conſ.* 36. *numer.* 21. *libr.* 3.

73 Ratio † autem prohibitionis talis contractus duplex fuit. Prima quia his pactionibus per multi litium redemptores efficiebantur, hoc eſt lites æmebant, & varijs fraudibus vexabant aduerſarios, ac omnia ij excogitabant, quibus vel iure, vel iniuria aduerſarios ſuperarent, & victoriam conſequerentur, vt tandem promiſſo ſibi præmio frui poſſent *Menoch. d. caſ.* 522. *num.* 4. *Vincent. de franch. deciſ.* 265, *nu.* 2. *Nauarr. d. conſ. primo num.* 3. *de procurat. & in manuali cap.* 3. *num.* 10. *& capit.* 14. *numer.* 25. *Rolan. conſ.* 37 *ſub num* 31. *libr.* 3. *Franc. Boer. conſ.* 49. *numer.* 2. *Gozzadin. conſ.* 3 *n.* 25. *circ. med. verſ. ergo in fortioribus.*

74 Secunda † ratio fuit, quia Aduocatus non inducitur in cauſa vt ſit particeps iuris, ſed tantummodo, vt præſtet operas ſuas in defendendo ſuis conſilijs, & doctrina, quare cum Aduocati vellent in cauſa eſſe princi-

75 pales, ideò Lex † ad eorum auaritiam reprimendam, quorum tanta eſt, vt merito vocentur à *Bar. in l. repetit. l. omnes populi in quinta quæſt ff. de Iuſt. & Iure*, canes curiarum, & deuoratores ciuium, & congruo vocabulo dicantur *à Iaſ in* §. *actionum verbo tripli vero num.* 57. *Inſtitut. de actionibus* excoriatores pauperum *Rolan. à Valle conſil.* 87. *num* 33. merito inquam ad eorum auiditatem, & auaritiam reprimendam, prohibuit lex, ne de quota litis pactum facere poſſint *Turrecrem. in c. infames* §. *arceantur* 3. *quæſt.* 7. *numer.* 2. 3. 4. *&* 7. quem refert & ſequitur *Menoch. de Arbitrar. Iudic. d. caſu* 522. *ſub num.* 4. Et ſi contra iuris prohibitionem audeant talia pacta facere vltra priuationem Salarij, & expenſarum

rum factarum, aliæ plures pænæ eis à Iure
76 indictæ reperiuntur, nempe † priuatio muneris aduocationis, ipso iure, absque alia Iudicis sententia *d. c. infames §. arcentur vbi glos. v. partis 3. quæstion 7.* & habemus textum expressum *in l. si qui aduocatorum in fin. C. de postulando*, ibi. si qui aduocatorum existimantium sua immensa, atque illicita compendia prætulisse sub nomine honorariorum ex ipsis negocijs, quæ tuenda susceperint, emolumenta sibi certæ partis cum graui damno litigatoris, & deprædationis poscentes fuerint inuenti, placuit, vt omnes, qui in huiusmodi sæuitate permanserint, ab hac professione penitus arceantur, vbi *glos. in v. arceantur. Bar. nu. 1. Castren. in l. sumptus num. 1. vers. debet sibi interdici ff. de pact. Plot. de in lit. iur. n. §. 16. numer. 8. vers. & priuantur ipso iure*, Licèt
77 † contrarium voluerit *Alberic. in d. l. si qui aduocatorum num 3. in fine C. de postulan. & Turrecrem. in c. infames §. arcentur in princ.* Scilicèt, quòd non ipso iure, sed per Iudicis sententiam incurrant priuationem offi-
78 cij: Ad † concordandas has opiniones dicitur, quòd sententia Iudicis sit tantummodo necessaria ad declarandum delictum fuisse commissum, & tali declaratione sequuta, ipso iure venire priuationem officij, *Carp. in comment. ad statut. Mediolan. cap. 431 littera H. sub num. 6. Salicet. in d. l. qui aduocatorum col. fin. vers. Quæro an hæc priuatio fiat ipso iure C. de postuland.* Infamiæ
79 † quoque notam incurrunt Aduocati facientes huiusmodi pacta, vt expresse habetur *in c. infames 3. q. 7. & in nostro Statuto Vrbis libr. primo*: ibi: Et qui de litis quota pactum fecerit perpetuo infamis sit &c. vbi *Fenz n. 10*
80 Et † insuper secundum dicti statuti dispositionẽ tenetur acceptũ restituere, & nõ restituendo ab eis per vim aufertur omne id, quod ex illa pactione fuerint lucrati, cum dicatur lucrum turpe, & illicitum, Imò tenentur de proprio ad solutionem dupli, vt habetur in d. statuto ibi, Et omne lucrum, & commodum, quod exinde prouenerit turpe, & illicitum censeatur, & ab eo auferatur, & illud ac tantumdem de suo Cameræ vrbis applicetur &c. *Boccac. in tract. de pact. par. 3. num. 47. vers. Quarto puniuntur. Aret. in l. si Aduocatorum num. 3. C. de postulan. Galganet. ad d. statut. num. 10. Menoch. de Arbitrar. Iudic. libr. 2. cap. 523. numer. 11.* & 13. vbi ait, quòd hæc pœna non censeatur sublata à statuto, alias pænas infligen-
81 te: Item † Aduocatus sic papiscens tenetur pæna falsi, *glos. in l. sumptus v. datum vbi etiam Bar. ff. de pact. in l ex Senatus consulto ff. de ui priuat. in l. prima § primo & § fin ff ad leg corn. de fals. in l. item C. de pact. & in l. 1. §. si cui ff de var. & extraordinar. cognit. & alij, quos referunt Rolan. cons. 36 numer. 20. & 21. volum. 3. & Peregrin. de Iure fisci libr. 4. tit. 7. num. 10.*
82 Sed † tamen supradictæ omnes glosæ, & alij DD. quos citant, hoc non dicunt, ideoque hanc pænam non approbauit *Farinacc. in sua theoric. & praxi criminali. titul. de var. ac diuers. crimin. quæstion. 106 numer. 11.*
83 Et † omnes supra relatæ pænæ locum habent etiamsi illa quota litis non fuerit promissa ipsi Aduocato, sed alteri personę, vt puta eius vxori, vel filio, ex suppositione enim alterius personæ maior arguitur fraus, vt in *d. l. si remunerandi §. maurus* expresse habetur ibi: Et sub nomine alterius ex euentu litis cauerat sibi certam quantitatem dari &c. *Farinac. vbi supra n. 47.* Ampliatur
84 secundò † procedere etiamsi tale pactum factum fuisset sub nomine Salarij, seu honorarij, vt puta si fieret pactum rei, seu quantitatis in litem deductæ in casu victoriæ tantùm; & hoc esse deberet Salarium Aduocati vt in *d. l. si qui aduocatorum*, ibi. Sub nomine honorariorũ ex ipsis negocijs quæ tuenda susceperint &c. *vbi glos. in v. honorariorum & ibi Odofred. sub numer. primo & Alberic. in princip. C. de postul. Archidiacon. in c. infames §. arcentur in v. honorariorum 3. quæst. 7. Boccac. vbi supra numer. 41. Alfons. Villagut. in pract. criminal. con. libr. 9 tit. de Aduocat. rubr. fin. conclus. 14. in prin-*
85 *cip. vers. neque poterit*, Ampliatur † tertio locum habere etiamsi quota contineret summam moderatam respectu debiti Salarij, scilicèt centum aureorum, *Bal. in l. sumptus in fine vers. tu dic. ff. de pactis*, vbi generalitèr dicit, omnia pacta sub nomine quotæ esse illicita, etiam in centesima quota; & ibi etiam *Alberic. num. 1.* qui testatur de communi, Et Quamuis contrarium voluerit *Iacob. de Rauen. & Bellam. in d. l. si qui aduocatorum in fin. C. de procurator.* vbi firmãt, quòd ad inualiditatem istius cõtractus non solùm requiratur, quòd fuerit fa-

ctum pactum, de quota, sed debeat etiam concurrere, quòd illa quota excedat quantitatem Salarij à iure determinatam: Reprobantur tamen DD. prædicti ab *Alberic. loc. proxime supra citat.* Et iure quidem merito, etenim si respicimus rationem, propter quam fuerint tales pactiones prohibitæ inueniemus ad rem non facere quotam litis excedere, vel non excedere, summam Salarij Aduocatis iuris dispositione debitam, quia, cum hæc quota non debeatur Aduocato, nisi in casu victoriæ, parum refert, quòd sit summa magna, vel parua, dum semper Aduocatus omnem adhibebit artem, & industriam, vt illam consequatur.

86 Prædictæ, tamē † pænæ nō militabūt cōtrà Aduocatum, cui aliquid palmarij nomine hoc est pro victoria, promittatur, talis namque promissio valida est, neque vocari potest pactum de quota litis, *Salicet. & Aretin in l. sumptus ff. de pact. & in l. litem C. de procurat. Alex. in addit. ad Bar. ad l. primam ff. de var. & extraord. cognit. summa Siluestrina in v. Aduocatus num. 12. vers. quantum vero* vbi declarat nisi magna summa fuerit pro-
87 missa: Triplex † enim est pactum de quota litis, in quo non continetur hæc promissio palmarij, & primum esse dicitur quando promissa fuit certa pars eius rei, de qua est lis, & contentio per modum quotæ, etiamsi nulla fuerit facta mentio de victoria causæ, *Siluestrin. vbi proxime sub d. num. 12. circa medium*, Secundum dicitur pactum de quota litis, quando fuit promissa certa quantitas de ea pecunia, de qua est lis, vt si petam à Caio mille, & tibi Aduocato promittam centum ex illis mille, *Menoch de arbitr. Iudic. libr. 2. centur 16. cas. 522. num. 6. Bal. in d. l. aduocatorum Guidop. quæst. 102. numer. primo*, Tertium dicitur pactum de quota litis quando litigans promittit certam summam, vel partem alicuius rei diuersæ ab ea, de qua est lis, adiecto tamen pacto si obtinebit in causa, *Menoch. vbi supra numer. 7. Armilla in v. Aduocatus num. 14.* Cæterum, his tribus exceptis casibus, non dicitur Aduocatus facere pactum de quota, quamobrem nulla ratione dici potest illici-
88 tum pactum sub tali forma conceptu † Promitto Titio Aduocato meo centum siue lis vincatur, siue amittatur, sed in casu victoriæ aliquid plus, prout illicitum esse voluerunt, *Alberic. in l. si qui aduocatorum in fine num. primo vers. vnde si vltra & ibi etiam Castren. num. 3. vers. & si vltra hoc C. de postulan. Plot. de in lit. iuran. §. 16. ante finem*, & quidèm dum non est illicita promissio, quæ fit in casu victoriæ sub nomine palmarij sub qua hæc etiam comprehenditur, licèt diuersis verbis sit concepta, nec vllo modo dici poterit hæc promissio contineri sub nomine quotæ, maximè cum hìc non militet ratio, propter quam fuit quota prohibita, dum siue causa uincatur siue amittatur Ad-
89 uocatus suum honorarium habet, Vnde † merito contra Albericum & Alios supra allegatos pro validitate dicti pacti scripserunt *Armill. in summa v. Aduocatus num. 16. Siluestrin in d. v. aduocatus num 12. ante fin. vers. quantum vero. Gozzadin consf. 3. nu. 25 vers. aut promitto certum Salicet in l. si qui aduocatorum col. prima num. 3. vers. aut paciscitur, Speculator. in tit. de Salarijs §. sequatur num. 7. Adden. ad Bar. in l. sumptus in vltima impressione vers secus si pactum esset ff. de pactis*, vbi has discordes DD. sententias
90 sic cōcordant: videlicèt, † quòd prima opinio procedat quando illud plus, quod daretur in causa victoriæ esset in magno excessu, secus vero si esset summa moderata, & ita etiam declarat *idem Castren. in d. l. sumptus Alex. in l. litem num. primo in fine vers. quæ tamen videtur limitanda C. de procurator. Nauar. cons. 4. tit. de pact. num. 4. libr. primo* & alij, quos refert, & sequitur *Farinac. loco supra citato num. 45.*

91 Declara Secundò † deberi Aduocato Salarium dummodò non excedat summam à Iure determinatam *l. prima §. in honorarijs ff. de variar. & extraordin. cognit.* cuius §. hec sunt verba præcisa. In honorarijs quoque Aduocatorum ita versari Iudex debet, vt pro modo litis pro Aduocati facundia, & fori consuetudine, & iudicij, in quo erat acturus estimationem adhibeat, dummodo licitum honorarium quantitas non egrediatur &c *Ias. in §. tripli n. 52. Inst. de Act. Bar. in l. prima §. si cui num. primo ff. de var. & extraordinar. cognit. Ben. de priuileg. I. C. par 3.*
92 *priuileg. 73. num 8.* summa † vero à Iure determinata est centum aureorum pro qualibet causa, vt expressè habetur in *d. l. 1. §. licita autem* quantitas intelligitur pro singulis causis vsquè ad centum, aureos. &c. Si
93 † quis ergo Aduocatus vltra hanc summam

mam à suis clientulis honoraria recepisset teneretur in foro conscientiæ restituere *Abb. in c. quia plerique numer. 33. de immunit. Ecclesiastic. c. non sane in princip. 14. quæst. 5. c. Sancimus prima quæst. 7. Cardinal. in clement. sape in princip. de verb. Significat Dec. in l. si creditori num 4. vbi etiam Alciat num. 14 C. de pact.* & si nollet restituere Iudex posset illum cogere ad restituendum *Ben. vbi supra sub d num. 8. Bal. in l. auth. ad hæc col. penult. vers in suum quæritur Innocent. in c quia plerique circa medium vers. sed quid dices de Immunitate Eccles.* Intel-
94 ligendum † tamen est hanc declarationem non procedere, & locum non habere sex in casibus, & Primo si Aduocatus vltra taxatam summam à sponte offerente receperit; quo casu nec in foro conscientiæ tenetur restituere, vt ex Theologorum sententia comprobat *Tiraquell. in tractat. de nobilitate cap. 29. num. 54. Innocent. in d. c. quia Plerique versic. sed quid dices de Immunit. Eccles. vbi etiam Abb. num. 32. Fenzon. ad stat. Vrb. cap. 92. libr. 3. numer. 44. fol. 555. Ben. de priuil. l. C. priuileg. 74. numer. 8.*
95 Secundò fallit iuxtà nonnullorum sententiam, & præcipuè *Guidopapæ quæst. 109. numer. 2. & Dec. in l. creditori num. 5. C. de pact.* quando clientulus promisisset Aduocato Salarium vltra summam à Iure determinatam, & talem promissionem iuramento firmasset, nam tunc, virtute dicti iuramenti, excessum esse soluendum, allegati Doctores voluere, afferentes rationé, quia talis prohibitio non est contrà bonos mores, nec contra publicam vtilitaté principalitèr, sed propter vtilitatem priuatam, scilicèt, vt occurratur facilitati clientulorum, *Vrsill ad Afflict. decis. 123. num. 6. Fenzon.*
96 *vbi supra n.* 43. Contrarium † tamen voluerunt *Alciat. in d. l. creditori num 21. & Adden. ad Dec. loc. citat. littera B.* Scilicèt, quòd cliens, etiam cum iuramento promittens Aduocato non teneatur soluere Salarium vltra summam à Iure taxatam Et ratio, super qua fundata reperitur Alciati & sequacium sententia est, quòd sicuti Aduocatus illicitam summam accipiens dicitur delinquere, & tenetur ad restitutionem, ita nec valebit pactum excedens summam determinatam, etiam stante iuramento,
97 quia iuramentum † non validat pacta illicita, *Leotard. de Vsur. quæstion 99. num. 11.*

quæ tamen ratio non videtur subsistere, quia licèt iuramentum non validet pacta illicita, adhùc tamen contrahens remanet obligatus, dum pactum non est contra bonos mores, sicuti non est in nostro casu, Ideo in hac diuersitate opinionum, dicendum esse crederé, clientulum teneri ad solutionem Salarij in summa excessiua cum iuramento promissi, , vt iuramentum suum habeat effectum, sed deinde competere eidem clientulo actionem repetendarum *c. debitores de Iureiur. Couarru. in c. quamuis part 2 §. 3. nu. 3. Gutt er. de Iurament. par. 1. cap. 33. num. 2. Villag. de Vsur. quæstion. 21. num. 10 Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 9. num. 13. Trentacinqu. resolution. 21. n. 6 Ciriac. controu. 193. n 12. Gayt. de credit cap. 4. quæst. 9. n. 1112. & n 1144. Molfes. de Contract capit. 18. num. 71.* Quia sic ille liberatus remanebit ab obligatione, &
98 vinculo iuramenti, † quod semper ligat, vt diximus, dum non continet in se peccatum, nec est contra bonos mores, *c. si vero de Iureiuran. c. quamuis de pact in 6. Abb.*
99 *in c 1. num. 8. de arbitr.* Fallit † tertio in causa vitæ, in qua Salarij certa quantitas limitata non est, *Angelic. in v. Aduocatus num 15. in fine vers. item nota Viu. opin. 38. num. 1. 3. & 4. Io. de Anic cons. 148. nu. 8. Farin. cc. quæst. 106. num. 5 . Buccaron. de differ. inter Iudic. Ciuil. & Crimin. diff. 181. num. 5.* quoniam, quod contemplatione salutis, & vitæ datur, non recipit æstimationem *l. penult. §. enim vbi Bart. & Bald. in fine ff. de donat. Dec. in d. l. creditori C. de pact. num 4. Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. §. si cui cautum littera A, ff. de var. & extraordinar. cognit. Ias. in §. tripli num. 53. Instit. de Action. Bald. in l. prima C. commodati Tiraquell. de nobilit. d. c. 29. num. 37. Bossius in praxi crimin titul. Quomodo procedatur per actionem in delictis numer. 36. Buccaron. de different. inter Iudic. ciuil & criminal. differen. 172. num. 33. & differ. 181. numer. 3. Iacob. de Franch. in vsibus Feudor. ad tit. de Feud. Guardiæ in 90. princip. num. 22 Fenzon. ad Statut. Vrb. libr. 3. cap 92. num. 45. Alciat. in d. l. creditori num. 34.* vbi testatur
100 de communi licèt † ipse contrariam sententiam amplectatur, scilicèt, quòd in huiusmodi causis minus Studium sufficiat, & potius beneuolentia, quàm nummis patrocinantes sint remunerandi,

Idem quoque asseruit, & commune dixit *An. Pinell. in l. prima num.62. vers qua argutia non obstante C. de bon. matern. & Bonacossa commun. opinion. criminal.tom.primo v. Aduocatus versic.tertio*, sed posteà subdit, hodiè seruari contrarium ab Aduocatis, qui dicunt vulgare illud *Accipite dum dolor*
101 *est*: Quarto† fallit in causis, in quibus agitur de fama, & dignitate conseruanda,
102 quoniam sicut † honor vitæ, rebus que omnibus præferendus est *l. iusta causa ff. de manumiss. vindict. Bald. cons. 312. incipien. Visis actis sub numer.3. libr.4. Crauett. consil. 2. numer. 12.* cum expediat potius mo-
103 ri, quàm honoris iacturam facere, ita honoris causa æstimationem non recipit *Bald. in l prima in fine C. mandati Viu. commun. opinion. in v. Aduocati Salarium*, sicque licebit Aduocatis in huiusmodi causis, vltra summam taxatam à iure, Salaria reci-
104 pere. Quinto Fallit † secundùm *Bal. in d. l. prima in fine*, in Aduocatis Episcoporum, & aliorum in dignitate constitutorum, qui pro statu dignitatis clientulorum, quibus seruiunt licitè possunt Salarium accipere etiam vltra summam taxatam, *Ias. in d. § tripli sub num. 53. versic. eodem modo Instit. de Action. & in l. prima C. de Legat. Bar. in l. fortissimis C. de mil. vest. libr.12. facit text. in l. si pater ff. de donat. Anton. Corset. in suis singularibus in v. conditio incipien. aliquis promisit mihi facere vestem Mancin. in tractat. de effect. Iuram. eff.253.*
105 *num.5. & 6.* Quod † etiam procedit si lites essent super hæreditatibus opulentis, vel ageretur de magna summa, cum tali casu non habeat locum prædicta Salarij taxatio ex dispositione statuti *Vrb. libr.3. capit. 92.* ibi: Vel verserentur inter Barones, vel alios nobiles diuites de castris, vel de casalibus, vel de hæreditatibus opulentis, vel similibus tunc locum non habeat Salariorum taxatio
106 prædicta: Sextò † & vltimò limitatur, ex dispositione prædicti statuti, si causæ essent adeò arduæ & difficiles vt magnam requirerent studium, vt videre est ibi: Sed si causæ essent arduæ, & implicitæ &c. Et iure quidē
107 merito sic in dicto statuto disponitur, quia † vbi extraordinarius requiritur labor extraordinarium quoque debetur Salarium,
108 cum † præmium debeat esse proportionatum laboribus *l. quidem §. illo C. de necess. seru. §. nec autem Auth. de Iudic. Speculat. de position. §. 7. versic. sed pone procurator agit. num.32. per tex. in l. Salarium 7. ff. mandati c. nisi de renunciat. c. charitatem 12. q. 2. c. primo 7. quæst. prima in princ. c. pium de pænit. 3. dist.*
109 Declara Tertio † non debere Aduocatum accipere, nec minùs petere à pauperibus, & miserabilibus personis aliquid pro Salario sed teneri illis gratis patrocinium prestare, *ad tex. in l prima §. ait prætor ff. de postulan. & in l. prouidendum C. de postulan. & in l. si furiosi C. de nupt. Scribentes in l. 1. §. iura Carnis ff. de offic. præfect. Vrb. glos. in c. statutum §. insuper verb. pauperes de Rescript in 6. & per eam Bal. in d. l. si furiosi in vlt. notab. C. de nupt. Ias. in §. tripli vero num.54. Inst. de Action. Angel. in l. prima C. de suffrag. & in l. ne quidquam §. fin. ff. de offic. proconsul. Glos. Abb. & Canonistæ in c. primo de offic. Iudic. Felin. in c. si pro debilitate num. 9. circa med. de offic. delegat. & in d. c. primo num.2. de offic. Iudic. Beninças. de paupert. quæst. 7. spec. 1. in iud. num. 9. Gerard. de Petr. sanct. singular. 7. Petr. Gerard. singul. 73. numer 4. Rolan. cons. 87. num.25. & 59. lib.2. & cons. 36. n.18 & 19. vol.3. Riminal. Iun. cons. 339 nu.14 lib.2. Couarru. practicar. quæst. cap.6. nu.4. Neuizan. in Sylu. nupt. lib.6. num. 41. Tiraquell de Nobilitat. cap.29. num.39. Caroc. de Locat. par.1. quæst.8. num.5. & 12. Menoch. de Arbitrar. Iudic. libr.2. cas.368. n. 4. Azor. Instit. moral. par. 2. lib.12. cap.8. quæstion.5. Medic. de casib. fortuit. part. 2. quæstion.4. numer.11. Nouar. in praxi priuileg. Miserabil. personar. priuileg.62. num. 5. Less. de Iust. & Iure libr.2. capit.31. dubitat.7*, & id expresse cautum habetur in dicta Constitutione Pauli V. quæ est 71. inter
110 *impress. in Bullar. Roman.* Quod † adeò verum est, vt nec à sponte dantibus possit quidquam recipere *Bal. in l. si furiosi num.3 C. de nupt. Barbos. in collect. DD. in c. non licet Iudic. 11. quæst.7. nu.10. Ricc. in collect. decis collect.179. vers. & cum prohibitus Missinger. singular. obseruation. centur.2. obseruation.175 Gratian. disceptat.*
111 *forensor. capit. 56. numer. 46.* Et † si quid recipiat teneatur in conscientia ad restitutionem *Alberic. in l. ne quidquam §. fin. ff. de offic. pro cons. & legate & in l. 1. C. de suffrag. Ias. in eadem l. ne quid quam*

quam §. *fin ff. de offic. procons. & legat & in l. prima C. de suffrag. Ias. in ead. l. ne quidquam* §. *vbi decretum num.* 2. *Gerard. singul.* 73. *num.* 4. *Rolan. cons.* 87. *num.* 28. *lib.* 2. *Petr. Royz. decis. Lusitan.* 4. *num.* 299. *Tiraquell. de Nobilitat. cap.* 29. *num.* 39. *Caroc. de Locat. & conduct. par.* 1. *quæst.* 8. *num.* 12. *Scacc. de Appellat. quæst.* 12. *num* 166. *Nauarr. in manual. capit.* 25. *numer.* 29. Et
112 † si renuat gratis pro pauperibus patrocinari peccet mortaliter in foro Poli ad tradita *per D. Thom secunda secundæ quæst* 71. *art.* 1. *iuxtà intellect. Caietan Couarru. pract. quæst. cap.* 6. *num* 4. *Caroc. de Locat. d. par.* 1. *quæst.* 8. *n.* 12. *Barbos in collect. DD. c. non licet Iudici* 11. *quæst.* 3. *num.* 10. *Rebuff de priuileg. scholar. priuileg.* 90. *Franc. Viu. decis Neapol.* 109. *num.* 2. *Hypolit. Riminal. in rubr. Inst. de Donat. num.* 750 *Rolan cons.* 80 *numer.* 28. *vol.* 2. *Cæphal cons* 117. *numer.* 12. *Rip. in tract. de peste par. penul num.* 13. vbi ait, quòd non possit talis Aduocatus saluari quia abscondit talentum Domini sui
114 *Rolan. vbi supra num.* 29 *in fine* Et † possit compelli in foro fori, *Glos. in c. Stat.. um* §. *insuper in v. pauperes de Rescript. in* 6. *Falin. in c.* 1. *nu.* 2. *de offic, Iudic. Riminald. Iun. cons* 329 *num.* 16. *libr.* 3. *Mysinger. singular. obseruat. cent* 4. *obseruat.* 32. *num.* 1, *Ioseph. Ludouic. decis. perus.* 111. *sub num.* 8. *Cornel. Beninca. de priuileg. paupert. in primo spec. in iud. sub num.* 9. *Ben. de priuileg. I. C. par.* 3. *priu* 71. *num.* 8. *Soarez in Thesaur. commun. opin. littera A num.* 29. *Barbos. in tractat. de offic. & potest Episcop. par.* 3. *allegat.* 79. *numer.* 34. non tamen per viam actionis, sed per implorationem officij Iudicis, ad tradita *per Glos. in c. sicut verb esurientium* 47. *distinct. & post plures, quos allegant Falin. in d. c.* 1. *num.* 3. *de offic. Iud. & Tiraquell. vbi su-*
114 *pra d. cap.* 29. *num* 4. Qui † quidèm Iudex poterit Aduocatum compellere, vel illum mulctando donec obtemperet, *Falin. in c. si pro debilitate num.* 9. *de offic. delegat. Rip. in tractat. de peste in penul. par. num.* 143. *Rolan. cons.* 87. *num.* 29. *lib.* 2. Vel illi interdicendo munus aduocationis, ad *tex. in l. prouidendum vbi Bal. C. de postulan. Couarru. practicar. quæst. cap.* 6. *nu.* 4. *Adden. ad Vestr in praxi cap.* 4. *num.* 32. *par.* 1. *Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas.* 369. *num.* 4. *Rolan. d. cons.* 86. *num.* 29. *libr.* 2. Quæ omnia intel-
116 ligenda veniunt, † dummodò causa pauperis importet eius extremam necessitatem, adeo vt, si causa rueret, ille pauper moreretur fame, nam tali casu denegatio patrocinij posset esse occasio mortis, quæ imputaretur Aduocato, secus verò si non agatur de tanto periculo, quia tunc Aduocatus non compelleretur ad bonum faciendum, alioquin oporteret, eum omnia alia negotia prætermittere, & in solis causis pauperum aduocare *Diu. Thom secunda secundæ quæst.* 71. *art. primo in fine Falin. vbi supra num* 2. *Gigas ad Dec. in c. primo nu* 54. *de probat. Riminal. Iun cons.* 329 *numer.* 29. *&* 20. *libr.* 3. *Caroc. de locat part.* 1. *quæs.* 8. *num* 13. *Nauarr. in manual. cap.* 25 *num.* 9. Verùm ad remouendas omnes controuersias quæ oriri possunt bonū, sanctum que esset, ac Deo maxime gratum, vt ait *Rolan. in d.*
117 *cons* 87. *num* 57. quòd Principes, qui protectores pauperum esse debent, illisque consulere, & prouidere *l. priuilegia C. de sacr sanct. Eccles. Bald in l. prima C. quand. Imperat. inter pupill. & Vid.* in suis ciuitatibus, & dominijs proprijs sumptibus prouiderent pauperibus de Iudicibus, Aduocatis, & procuratoribus imitando sic Deum, de quo dicitur in psal 71.

Liberabit pauperem à potente, & pauperem, cui non erat adiutor.

118 Et † quòd maximè intersit Reipublicæ quòd pauperibus litigantibus dentur Aduocati publicis expensis dicit idem *Roland. in d. cons* 87. *num.* 59. *Bar in l. prima num.* 2. *C. de suffrag.* Quamobrèm, secundùm formam statutorum diuersarum Curiarum, consuetum est seligere vnum ex Aduocatis, & Procuratoribus, qui Salariantur Iudicum expensis, vel sumpto publico, & causas pauperum Ciuitatis absque alio honorario patrocinari tenetur *Guido pap. quæst.* 56. *n. primo & num.* 2. *vbi Adden. littera A Barbos. in d c non licèt Iudici nu.* 9. 11 *quæst.* 3. *vbi refert sic diuersis in locis obseruari Boer. decision.* 303. *num.* 4. *in fine & decis.* 324 *num.* 6.

119 Declara Quarto† non debere Aduocatū petere Salarium ab Amicis ob præstitum patrocinium, quoniam sine spe Salarij aduocasse præsumitur *l prima in fine ff mandati*, vbi affertur pro ratio huius conclusionis, quòd contraria sit officio, & amicitiæ merces, ibi, Contraria porro est officio merces &c. *Bald. in l.* 2. *n.* 2. *C. de Iur. dot Ioseph. Ludo-*

Ludouic. decis. Perus. 111. *num.* 5. *Caroc. de*
locat. & conduct. part. prima tit. de fruct. &
lit. expens. quæst. 8. *num.* 42. Neque obstat,
120 si dicatur, quòd in † dubio donatio non
præsumitur *l. cum de indebito ff. de probat.*
121 hoc † enim fallit ratione intrinsecæ ami-
citiæ, *Bald in l. secunda num.* 2. *C. de iur. dot.*
122 *Ruin. consil.* 100. *num.* 25. *lib.* 4. imò † am-
pliatur, vt non solùm non possit petere Sala-
rium pro patrocinio amicis præstito, sed
nec etiam si aduocasset pro aliqua persona
eius amicis maximè coniuncta, vt puta si
adiuuasset filium alicuius sui amici iuxta
Bart. in l. 2. *num.* 4. *C. de negoc. gest. Ioseph.*
Ludouic. d. decis. 191. *num.* 6. *Golganet. ad*
Stat. Vrb. libr. 3 *cap.* 92. *col.* 823. *sub num.* 10.
Menoch de arbitrar. Iudic. libr. 2. *cas.* 88.
123 *num.* 60. vbi ampliat, † quòd nec etiam
possit repetere expensas, quia ob causam
amicitiæ præsumitur illas expensas donasse
Bald. in d. l. 2. *num.* 2. *C. de iur. dot. Ruin.*
124 *cons.* 100. *num* 2. *&* 5. *vol.* 4. quod † ta-
men intelligendum est habere locum,
quando tria concurrunt, & primo vera
amicitia, secundò pietatis causa *l.* 1. *& l. is*
qui amicitia C. de negoc. gest. Tertio, quòd
expensæ constituant paruam summam, *Bal.*
in d. l. 2. *num.* 2. *Menoch vbi supra d. n.* 61.
in fine Mascard. de probat. conclus. 554. *nu-*
mer. 57. *Caroc. de locat. & conduct. part. pri-*
ma tit. de fruct. & lit. expens. quæst. 8. *n.* 44.
& notant DD. in d. l. is qui amicitia ff. negoc.
gest. & in l. prima C. eodem.
125 Declara † Quinto Aduocatum conse-
qui non debere Salarium pro tempore, quo
malè, & negligentèr postulauit *Gratian.*
126 *disc. Forens. cap* 5?. *num* 24. Immò † pec-
care mortalitèr in foro conscientiæ, *Summa*
Siluestrina in verb. Aduocatus num. 16. & si
causa ammittatur, teneri parti ad interesse
127 & † priuari etiam Salario, quòd illi sol-
uendum esset pro tempore, quo benè ad-
uocauit *l. Iudices C. de annon. & trib. lib.* 10.
128 *Gratian. vbi supra nu* 21. Quamuis † ve-
rior sit opinio, quòd Salarium debeatur
pro tempore, quo benè, & diligenter pa-
129 trocinium præstauit, proùt in † Præside
sua culpa remoto ab officio suo debetur Sa-
larium pro tempore, quo benè inseruiuit
propter rationem allatam supra in *quæst* 51
nempè, quia labor, & tempus recipiunt diui-
sionem *Bar. in l. Mauia ff. de ann legat. & in l.*
diem functo vbi Alex. Ias. & alij ff. de offic. Ass
ess. & sicuti pro ea parte temporis, qua
bene aduocauit attulit vtilitatem, ita
debet pro ea parte recipere Salariũ, *Surd.*
de alimen. tit. 7. *q.* 41. *n.* 8. *Bar. Ias. & alij DD.*
communiter in d. l. diem functo vbi late Iac.
Niger. numer. 53. *Gratian. vbi supra num.* 21.
130 Hoc † tamen intellige, nisi illa negligentia
tanti fuerit momenti, vt dederit causam,
quòd cliens litem amiserit, quoniam tunc
tenetur ad restitutionem etiam Salarij,
quòd recepit tempore, quo diligentèr pa-
trocinium præstauit, quia lege Iustitiæ te-
netur pro causæ qualitate diligentiam præ-
stare, *Lessius de Iust. & Iure lib.* 2. *cap.* 31. *du-*
bitat. 8. *num.* 47. Quod etiam procedit eti-
am si negligenter aduocaret propter modi-
citatem Salarij, *Ala de Aduoc. christ. quæst.* 15
Ioannes Baptista Cauat. in tract. de perfect.
Iudic. tit. de remed. con. impedimen. Iust.
capit. 3. *numer.* 17. 18. *&* 19. *vbi numer.* 21.
ait, diabolicam esse artem illorum Aduo-
catorum, qui pro medico Salario consu-
lunt, nam hoc non faciunt propter charitatẽ
sed habent quasdam damnabiles causas, de
quibus per dictum *Cauatium loco suprà citat*
131 Declara † Sexto, quòd non debeatur
Salarium, licèt conuentum illi Aduocato.
qui dimisit causam indiscussam tẽpore pe-
riculoso, & substantiali, imò cogi posse
ad restituendum iam acceptum, *Bald. in l.*
adem. col. 3. *C. locati Parid. de Put. in tractat.*
de sindicat. v. Salarium cap. 6. *num.* 10. *Caroc.*
de locat. & cond. tit. de fruct. & lit. expens.
quæst. 8. *num.* 33. *Specul. in tit. de Salario* §. 3
numer. 22. *Summa Siluestr. in v. Aduocatus*
132 *num.* 14. exceptis † tamen aliquibus casi-
bus, quorum Primus casus, est quando lis
suscepta appareret iniusta, tunc enim lici-
tum est Aduocatis causas susceptas desere-
re absque ammissione Salarij debiti, dum-
modo Iniustitia à principio non apparuerit,
sed resultet ex noua causa, quę non potuerit
à principio præuideri, vt puta, si Aduo-
catus bona fide suscepisset patrocinium ca-
usæ, quam iustam existimauit credens di-
ctis clientis, vel si causa in effectu à prin-
cipio esset iusta sed ex superuenientia noui
facti, vt puta confessione clientis, vel al-
terius emergentis, qui non poterat in prin-
cipio litis prębuideri iniusta appareret *Specul.*
vbi suprà d. numer. 22. *versic. sequitur*, tunc
enim per ipsum non stat, quin non aduo-
cet in causa, sed coactè illam deserit,
nam

133 nam † aliàs peccaret in foro conscientiæ, & teneretur ad restitutionem *D. Thom. secunda secundæ quæst* 71. *art.* 3. *Less. de Iust. & Iure libr.* 2. *capit.* 31. *dubitat* 8. *nu-*
134 *mer.* 48. Quod † procedit etiamsi in illa causa iniusta fauorabilem sententiam reportauerit quia & si laudabilis videatur in quantum ad peritiam artis, tamen peccat in quantùm ad iniustitiam voluntatis dum abutitur arte, *D. Thom. d. quæst* 71. *art.* 4. *Siluestr. in v. Aduocatus num.* 5. & teneretur ad restitutionem, & ad damna tàm aduersarij, quàm proprij clientis *Rip. in tractat. de peste part. vltim. num.* 134. & 135. *Sot. de Iust. & Iure libr.* 5. *art.* 3.

135 Quarè † etiamsi Aduocatus iurasset Ecclesiam defendere, si Ecclesia habeat causam, quæ sit notoriè iniusta, non debet eam defendere, nec est periurus, *Host. Butr. & Abb. in c. cæteri de iureiurand. Ias. cons.* 44. *col. vltim libr.* 3. *Roman. cons.* 47. *numer.* 2.
136 & ratio est, quia † iuramentum præstitum ab Aduocato illum obligat tantummodò ad defendendum causam iustam *l. rem non nouam* §. *patroni C. de Iudic.* Alius est
137 casus, in quo Aduocatus potest litẽ deserere, & Salariũ couẽtũ cõsequi, quãdo causa de vno loco transferetur ad aliũ, cũ Aduocatus non teneatur sequi causam, *Specul. vbi supra num.* 16. videtur enim conuenisse ibi præstare patrocinium vbi de Salario fuit conuentum, & non alibi, nisi specialitèr factum fuerit pactũ de præstando patrocinio vbicumque, & coram quolibet Iudice vbi causa discutietur *l. quid tamen* § *penul. ff. de arbitr.* Distinguunt tamen *DD. & glos. in l. sed & hæ* §. *non solum v. tribunali ff. de procurat.* Quòd Aut locus, in quem transfertur causa est remotus, aut vicinus, & Primo casu non teneri in illum ire, & sic posse causam deserere, secundo vero casu teneri, quod durum esse dicit *Vulpian. in d. l. sed & hæ*, quoniam opus esset, quòd Aduocatus propter vnum negocium alia omnia desereret.

138 Declara † Septimo non deberi Salarium Aduocato, qui non fidele patrocinium suæ parti præstitit, vt puta, si concordauit cum parte aduersa, vel si illi reuelauit aliquid, quod magnum afferret præiudicium, nam hoc casu vltrà ammissionem Salarij, tenetur ad damna, & interesse *l. prima C. de Aduoc. diuers. Iudic. Bar. in l.* 2 *ff. mandati Dec. in l. creditori sub num.* 3. *C. de pact. Alex. in rubr. C. de procurat. num.* 2 imò infamatur, & Iudicis arbitrio puniri potest tamquam præuaricator *l. Athletas* §. *idem præuaricator ff. de iis qui notant infam. l.* 4. *ff. de præuaricator.* & repellitur à munere suo, *l.* 5. *ff. de præuaricator.* & pars potest illum conuenire actione mandati *glos. in rubric. C. de procurator. vbi etiam Ias. numer.* 2. *Menoch de arbitrar. Iudic. libr.* 2. *cent.* 4. *cas.* 323. *numer.* 8. & 9.

139 Octauò † declara, non deberi Salarium Aduocato indocto, & legum ignaro, etiamsi fuerit conuentum, vt ponit exemplum *Port. in tit. Inst. quibus mod. re contrahit. oblig. sub num.* 9. *ad glos. in v. qualitatis in fine*, vbi ait, quòd si monasterium alicui Aduocato plaustrum vini singulis annis annis polliceatur, ad hoc, vt ille in monasterij causis suum patrocinium præstet, si ille Aduocatus postea ignarus reperiatur, non debeat habere illud plaustrum vini promissum. *Bar. in l. cum quod in fine ff. si cert. pet.*
140 & ea est ratio, quia † licèt non fuerit in dicta promissione aut conuentione apposita conditio, si erit doctus, tamen intelligitur tacitè apposita quæ pro expressa habenda est *l. cum quid ff. si cert. pet.*
141 Quod † ampliatur non solùm non esse tali casu soluendam promissam mercedem, verum etiam posse eius principalem iam solutam ab ipso repetere, *Bar. num.* 18. & *Dec. numer.* 30. *in d. l. cum quid*, Et hec ampliatio duplici in ratione fundatur, & Prima est, quia ex officio, quo fungitur, tenetur esse instructus conuenienti peritia, cum pro idoneo Aduocato se gerat, & vt talis stipendia exigat, dum talis non reperitur, tenetur ad restitutionem Salarij, quòd, vt talis extorsit, *Less. de Iust. & Iure lib* 2. *cap.* 31. *dubitat.* 8. *num.* 47. *Marches. in prax. comiss. par.* 1. *de commission. appellationis in causa mercedis fol.* 1194. *numer.* 48. Secunda
142 ratio est, quia, † cum causa finalis, propter quam quis mouetur ad dandum Aduocato Salarium sit, vt per eum in litibus defensetur, cum per Aduocatum ratione imperitiæ, non possit adimpleri, sit locus iam dati repetitioni, quasi cesset causa finalis dationis, *Alex. cons.* 417. *num.* 2. *vbi reprobat Io. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de præbend.*

143 Tandèm † declara, secundùm aliquos, quòd

quòd non possit Aduocatus petere Salarium pro patrocinio præstito tempore, quo erat excommunicationis vinculo adstrictus, Imò si aliquid excommunicatione durante recepit teneatur ad restitutionem, vel dispensare pauperibus, vt videre est apud *Franch. in c. decernimus de Senten. excommunicat. iub. & ibidem Io. Andr. sub num. primo Gemin. num. 5. Costa num. 3. Hostien. in c. cum sit de Iudeis* & pro eorum opinione

144 Adducunt rationem, quòd † Aduocatis excommunicatis prohibitum sit, durante tempore excommunicationis, aduocare *d. c. decernimus vbi glos. & DD. de senten. excommunicat. in 6. c. excommunicamus §. credentes de heret. in 6. c. excommunicatos cum seqq. 11. quæst. 3. c. exceptionem de excepti-on. c. finali ne cleric. vel Monac. c. primo 4. quæst. prima c. beatus, & c. illi 4. quæst. 1. c. alieni 2. quæst. 7. Speculat. tit. de Aduocat. § primo vers. item quod excommunicatus Socin. in c. sacris num. 412. de senten. excommunicat. Abb. in c. intelleximus num. 2. de Iudic. ibique Barbos. num primo Dec num. 6. & 7. Suarez. d. disputat. 16. sect. 7. num. 1. Sayr.*

147 *de Censur. libr. 2. cap. 8. nu. 5.* Et † si exerceant peccent, *Soarez. ead. disputat. 16. sect. 7. in princip. Alter. de Censur. disput. 7. lib. 2. capit. 3. sub littera E vers. si loquamur.*

146 Et † Iudices tàm Ecclesiastici, quàm seculares debeant illos etiam partibus inuitis ex officio repellere, *Io. Andr. & Gemin. in d. c. decernimus num. 1. & ibidem Archidiacon. sub num. primo vers. repellere Barbos. num. 4. Stephan. Costa sub num. 7. vers. inducitur etiam Speculat. in tit. de offic. omn. Iud. §. primo num. 16.*

147 Contrariam † tamen sententiam amplexi fuerunt *Abb. in c. cum sit sub num. 2. de Iudeis Suarez tom. 5. disputat. 16. capit. 2. sect. 7. vers. tandem colligitur Alter. de Censur. libr. 2. disputat. 3. capit. 3. quæst. finali.*

Et hæc secunda opinio videtur æquior, & magis probabilis, quia, illicitè

148 † acquisitum sine alterius iniuria non subiacet restitutioni necessariæ, sed sufficit agere pœnitentiam *c. finali de simonia Innocen. in c. quia plerique de Immunit. Eccles.* At merces quæsita ab Aduocato tempore excommunicationis dicitur adepta sine alicuius iniuria, quia licèt sit actus contrà obedientiam Ecclesiæ, tamen non est contra iustitiam, cum omnibus oper...i merces sit de iure debita, & propterea non impeditur Aduocatus excommunicatus stipendium recipere, nec tenetur ad accepti

149 restitutionem † ad quam nemo obligatur nisi acceptio sit iniusta, vel à lege prohibita *D. Thom. secunda secundæ quæst. 62. art. 12. & 6. Medina in Cod. de Restitut. quæst. 9. Nauarr. in Manual. cap. 17. n. 11. quæst. 3. conclus. 6. Couarru. in reg. peccatum part. 2. in princip. Sayr. in clau. reg. lib. 10. tractat. 2 capit. 2. numer. primo* Nec in casu nostro potest dici, quòd talis acceptio sit prohibita à iure, dum prohibet exercitium aduocationis simplicitèr, non autem receptionem mercedis, nec est bona consequentia, prohibet Lex exercere tale officium ergo si exerceatur non potest pro eo merces recipi,

250 Videmus enim † interdictum esse meretricium, & illud exercentes peccare mortaliter *c. nemo & c. meretrices 32. quæst. 4.* & nihilominus acceptam mercedem restituere non tenentur *l. quarta §. sed & quod meretrici ff. de condition. ob turp. caus. ibique glos. & DD. & in l. secunda C. eod. tit. l. affectiones & l. donationes ff. de donat. Alex. de Ales in summ. par. 4. quæst. 33. membr. 2. art. 1. Sot. de Iust. & Iure libr. 4. quæst. 7. art. primo ad 3. Guttier. canonicar. quæst. lib. 2. cap. 10. Vasquez. illustr. quæst. libr. 1 cap. 8. num. 9. Rebuff. de decimis quæstion. 5. num. 18. Moned. tractat. cap. 3. numer. 39. & 49. Azor. institut. moral. part. 3. libr. 4. cap. 21. Suarez. de Religion. tom. primo cap. 6. num. 5. & cap. 32. numer. 9. Gabr. cons. 17. num. 8. libr. 2. Surd. cons. 469. nu. 5. Didacus Spino de Testamen. glos. 6. numer. 18. & 19. Gratian. disceptat. forens. capit. 218. num 6. Balthas. de potest. in se ipsum libr. se-*

151 *cundo capit 15. num. 1.* quinimo † datur eis actio ad illius consecutionem *Cin. & Sal. Angel. & Fulgos. in l. 2. ff. de condition. ob turp. caus.* & alijs pluribus adductis comprobabimus infra cùm agemus de meritricium Salario.

152 Veritas † tamen est, quòd potest dari casus, in quo Aduocatus patrocinans causas ita excommunicationem contemnat, vt possit puniri, & inter cæteras pœnas posset priuari omni Salario, & lucris, quæ patrocinando fuisset adeptus *Io. Andr. in c. si aduersus sub num. 4. de hæretic. & ibi Abb. nu. 5. vers. item lucrum*

Amba.

Ambasciatori An, & quandò debeatur Salarium.

QVAESTIO LIII.

SVMMARIVM.

1 *Ambasciatores summis honoribus decorandi sunt.*

2 *Ambasciatoribus amplissima stipendia persolui debent.*

3 *Ambasciator si mittatur is, qui aliud officium publicum in Ciuitate habet, consequi debet Salarium pro vtroque officio.*

4 *Doctor legens non potest aliud officium exercere.*

5 *Absens causa Reipublicæ censetur adesse, nec priuatur aliquo iure, seu emolumento, quod ei competeret si adesset.*

6 *Episcopus missus Ambasciator ad aliquē principem, durante ambasciaria, non gaudet alternatiua.*

7 *Dictio* Quamdiù *est de sui natura restrictiua temporis, ita vt extrà illud cesset dispositio.*

8 *Dictio* Verè *excludit omnem fictionem.*

9 *Verba* Personaliter resedeant *requirunt veram, & realem residentiam.*

10 *Dictio* Duntaxat *est taxatiua.*

11 *Ambasciatori, vltra Salarium, reficiendæ veniunt omnes expensæ ambasciariæ causa factæ, & damna, quæ tali occasione euenerunt, Limita, vt numer. 13. 14. 15. 16. 17. Intellige vt num. 18.*

12 *Mandans tenetur mandatario de omni casu fortuito.*

19 *Munera data Ambasciatoribus à Ciuitate, vel Principe, cui ambasciatam exponunt, sunt propria ipsorum Ambasciatorum, Limita vt num. 22.*

20 *Donatio facta à Principe dicitur facta contemplatione illius, cui facta est, nec tenetur donatarius alteri munera recepta communicare.*

21 *Donatio facta filiofamilias dicitur propria illius, nec cum alijs fratribus communicari debet.*

23 *Dona illius dicuntur, cuius contemplatione fuerunt elargita.*

24 *Donata data Ambasciatoribus ferentibus bireta nouis Cardinalibus ab Vrbe absentibus non sunt propria illorum, sed spectant ad Cameram Papæ.*

25 *Dona data Ambasciatoribus, quæ potius Principi, quàm ipsis Ambasciatoribus conueniunt, contemplatione principis data dicuntur.*

26 *Dona data Ambasciatoribus ipsorum contemplatione data fuisse dicuntur si ipsis conueniant.*

27 *Dona elargita Ambasciatoribus, qui apud Principem donantem plura habent merita, vel ab ipso vnicè diliguntur, ipsis Ambasciatoribus donata præsumuntur.*

28 *Dona Ambasciatoribus data, quando est dubium, cuius contemplatione fuerint elargita, presumptio stat pro Ambasciatoribus.*

29 *Donatio facta filiofamilias in dubio præsumitur potius facta contemplatione sibi, quàm patris.*

30 *Ambasciatoribus munera elargiri consueuerunt Principes, ad quos mittuntur.*

31 *Ambasciatores duo si fuerint missi, quorum alter decedat, Alius vero tam propria, quàm defuncti negocia expediat duplex consequitur Salarium, Contrarium n. 32. Intellige vt n. 33.*

34 *Ambasciatori debetur Salarium etiamsi suo muneri non satisfaciat quando per ipsum non stat.*

35 *Ambasciator missus ad Principem si tractet negocia ad ambasciatam non pertinentia, priuatur Salario, & officio, nec amplius potest eligi Ambasciator, Intellige vt n. 36. & seqq.*

37 *Ambasciator missus ad Romanum Pontificem, si ab illo impetret beneficium pro aliquo amico, vel consanguineo non priuatur Salario, neque officio.*

38 *Ambasciator potest, durante tempore ambasciariæ, adire hereditatem sibi delatam.*

39 *Ambasciator non priuatur Salario ambasciariæ si ea durante, consulat pro amico, Declara, vt num. 40.*

41 *Dictio, Gratis, excludit omnem solutionem, & dicitur contraria pratio.*

1 AMbasciatores, † qui à Principe, seu Republica alteri Principi ambasciatas exponendas mittuntur, summis honoribus veniunt decorandi, *Luc de Penn. in rubr. C. de Legation libr. 10. col. 2. Iul. Ferret. in tractat de Orat. & legat. princip. numer. primo Magon. decis Florentin. 26. nu-*
2 *mer.* 50. illisque † stipendia amplissima persolui debent *l legatus antequam §. si quis in munere ff. de Legat. l. 2. C. de Legat. lib. 11. l idemque §. labeo ff. mandati Azo. in summ. ad 11. lib. C. tit. de legation col. 2. vers. illud præcipuum est sub num. 8. Bar. in l. seruus communis §. quod vero ad mandati sub num. 5.*
3 *ff de offic. Assessor.* Quod † adeo verum est, vt eis debeatur etiamsi mittantur Ambasciatores ij, qui ratione alterius officij quod exercent aliud Salarium solueretur, vt puta si Ambasciator sit Doctor, qui pro legendo in publico studio annuum Salarium haberet, is namque habebit Salarium, vt publicus lector, & vti Ambasciator etiam pro illo tempore, quo fuerit absens causâ ipsius ambasciariæ, & nón potuerit in scholis suas explere partes, *Martin. Lauden. in tractat. de Legat. Princip. quæst. 29.*
4 licèt regula sit, quòd doctor † legens non possit aliud officium exercere, *Bal. in l. lecta ff. si cert. petat. & in proem. feud. col. 13. Ar-*

cidia-

cidiacon. in c. si eo tempore de rescript. in 6. Martin. Lauden. in d. tractat. de Legation. Princip. quæstion 29. in princip. Et ratio est,
5 quia † abest causa Reipublicæ, quæ, cum sciat, illum esse doctorem legentem, videtur cum ipso dispensare *Bar. in l. Iulianus §. eum quoque num. primo ff. ex quibus caus maior. Caroc. de locat. & conduct. part. 3. tit. de Ambasciatore mortuo quæst. 8. num. 1.* & absens causa Reipublicæ dicitur adesse *Bart. in l. huic lege vbi Alex. in apostilla C. de proxim. Sacr. Scrin. lib. 11. Bal. cons. 59. numer. 3. volum. 2. l. quæsitum in princip. ff. de legat. 3. l. seia §. pamphila ff. de fid. instrumen. l. si quis titio ff. ex quibus caus. maior. c. ex parte & c. cum dilectus de cleric. non residen l. testamentum ita cautum ff. de aliment. & cibar. legat. gloss. in c. de cætero d. tit de cleric. non residen. Cardinal. in clement. vt hi qui num. 99. de ætat. & qualitate Riccius in praxi fori ecclesiastici dicta resolution. 462. numer. primo* Neć priuatur aliquo emolumento, vel iure, quod illo tempore absentiæ ipsi quoquomodo competere poterat,
6 Quamuis † hoc non procedat in Episcopo, qui licèt absit causa Reipublicæ, vt puta si resideat in aliquo Regno, pro nuncio seu ambasciatore, tamen non gaudet alternatiua ob vim, & efficaciam nonnullarum dictionum contentarum in Regula Octaua cancellariæ, ibi: Ipsis quandiu apud ecclesias aut dioceses suas verè ac personaliter resederint duntaxat &c. quæ dictiones vnaquæque de perse requirit veram, realem, ac personalem residentiam, vt ap-
7 paret, Primo ex illa dictione † *Quamdiu*, quæ de sua natura est diuisiua temporum, & restrictiua ad veram, & personalem residentiam, & certum casum, itaut extra illum cesset dispositio, *Ricc. in d. praxi for. ecclesiast. d. resolution. 462. num. 3. l. 4. ff. de Seruitut. l. pater seuerinam ff. de condit. & demonstrat. Bar. in l. prima num. 15. ff. eodem l. prima C. de profess. & med. libr. 10. Bero cons. 29. num. 3. libr. 2. Decian. cons. 107 num. 19. libr. 3. Gabr. cons. 154. nu. 5. libr. 2. & dixit Rot. in Sulmonen Canonicatus 13. Martij 1590. coram Cantuccio*, Secundo ex
8 dictione † Verè, quæ excludit omnem fictionem *Barbos. de dict. dict. 364.* & requirit veram, realem, & actualem residentiam *Gonzalez ad d. regulam 8. Cancellar. gloss. 43 num. 15. Nauarr. cons. 8. num. 6. de cleric.*
9 *non residen.* Tertio ex illis verbis † personaliter resederint, quæ verba, omni fictione exclusa, exigunt realem, ac personalem residentiam, vt per *glos. communiter receptam in Clement prima v. personaliter de vita & honestat. cleric. Abb & communiter DD. in c. fin. §. is autem de offic. del. gat.*
10 Quarto tandem ex dictione, duntaxat, quæ cum sit dictio taxatiua, & limitatiua *Barbos. dist. inst. 82. numer. 2. Gratian. decis. 78. num. 26. l. Iulianus ff. de pe. it. hæredit. Natt. cons. 78. num 3. volum. primo Paris. cons. 47. num. 18. libr. 4. Gozad. cons. 60. num. 7. Roman. cons. 512. num. 2. Grat. de diction. dict. 47. num. primo* reijcit quamlibet fictam, & impropriam, & requirit residentiam veram personalem, & præcisam *Gonzal. vbi supra num. 23.* Et iuxta hanc opinionem fuisse decisum per Sacram Congregationem Concilij Tridentini, quamuis anteà contrarium declarasset sub die 9. iulij 1573. testatur *Paris de resignat benefic. libr. primo quæst. 10. num. 58.* & ratio ob quàm, a decisis recessit, est quia antea, in dicta regula octaua non erant apposita illæ dictiones, de quibus supra, quæ postea additæ fuerunt *Gratian. disceptat. Forens cap. 166. numer. 13. Ricc. vbi supra num. 3. Gonzal vbi supra num. 85.* vbi refert, quòd cum quidam Episcopus abesset à propria diocesi pro seruitio inquisitoris Generalis in curia Inuictissimi Hyspaniarum Regis, vbi Generalis Inquisitor cum suo tribunali residere solet, & instantèr supplicasset Clementi Papæ Octauo, quòd concederet indultum speciale, vt posset gaudere beneficio alternatiuæ, quamuis non resideret in proprio Episcopatu numquam obtinere potuerit.
11 Ampliatur † secundo quod Ambasciator non solùm consequatur Salarium à suo Domino, sed & illi reficiendas esse omnes expensas necessarias legationis causa factas *Bar. in l. si cui §. tandiu ff. ex quib. caus. maior.* verum etiam reficienda esse omnia damna, quæ in legatione occurrerent, vt puta, si Ambasciator derobetur in itinere *Bar. in l. inter causas §. non omnia ff. mandati & in l. seruus §. quod vero ff. de Furt l. fin. ff. ad leg. rod. de iact. l. quamquam C. de*
12 *apoc. public.* tenetur† enim mandans mandatario de omni casu fortuito *Bar. in d. l. inter. causas §. non omnia ff. mandati vel contra.*

Hæc tamen ampliatio plures recipit li-
13 mitationes, & Primò dicitur † non procedere si ambasciata fuit procurata, & affectata, quia tunc Dominus vel Communitas non teneretur ad refectionem istorum damnorum, *Felin. in c. non debet num. 4. de testibus l. qui data opera ff. ex quibus caus. maior. l. tria omnia inaffectata ff. de excusat. tutor. l. vniuersi C. de legatis lib. 11. Bar. locis supra proximè citatis, Speculat. in tit. de Iu. § primo vers. illud autem quaritur Corset. in lucubratione repetor. Alb. in v. Ambasciator in princip. & communiter DD. omnes* illi enim, qui honores affectant, & suas operas exibent, & præstare promittunt non requisiti suo proprio impendio præstare tenentur, *l. suo victu cum l. l. seqq. ff. de oper. libert. Caroc. de locat. & conduct. par. 2. tit. de Legat. quæst 6 numer. 21.* Limita-
14 tur † Secundo, non habere locum, quando Ambasciator non iuit per vias rectas, & solitas, sed tentauit vias remotas, & ignotas, vel si poterat ire commodè per terram, & voluit ire per aquam, tali namque casu non tenetur Respublica, seù Princeps reficere illi damna, si à banditis aggrediatur, & derobetur, quia ire debebat per viam tutam, & communem, & non tentare vias periculosas, qui enim amat periculum pereat in illo *Rip. in tract. de peste tit. de remed. ad conseruand. vbert. n. 85. l. qua actione §. primo ibi* Negligentiùs per lubricum transierunt *ff. ad leg aquil. Bal in l. 3. C. de nau fænor. Angel. in l. Imperator. ff. de app. Bar. in l. prima ff. de his, qui deie. vel effu. & in l. si seruum ff. de furt. Iac. But. in c. sicut de Iureiuran Martin Lauden. in tract. de legat. Princip. quæstion. 6. in fin.* aliàs daretur occasio colludendi, nam Ambasciator posset fingere, fuisse derobatum, & sic extorquere à Republica prætium omnium rerum, quas ipsi ablatas fuisse a latro-
15 nibus falsò assereret. Limitatur † Tertio non procedere, quando officium ambasciariæ non fuit procuratum, & damnum contingit sine delicto alicuius, vt puta naufragio, vi ventorum, vel simili casu, nam tunc Dominus non teneretur, dum culpa ordinaria fuit ad casum sed sibi imputet *l. vt certo §. intendum & l. rebus §. 1. ff. commodati Caroc. vbi supra d. quæstion 6.*
16 *num. 10.* Quarto limitatur † quòd non teneatur Respublica, seù Princeps reficere damna Ambasciatori quando damnum contingit in rebus superfluis sine delicto alterius, nec culpa ordinaria fuit ad casum *l. seruus §. quod vero vers. hoc ita puto ff. de furt. Caroc. d. quæstion. 6. num. 11.* secus vero si damnum contingat in rebus necessariis Ambasciatori, vt puta vestibus, argentis, & similibus *Mart. Lauden. d. tractat. de Legation Princip quæst. 6. l. duobus §. damna & §. quidam segaciam ff. pro socio* Quinto,
17 † & vltimo limitatur, quòd non sint reficienda damna Ambasciatori quando eueniunt propter inimicitias ipsius Ambasciatoris, vt in *l. si merces §. culpæ ff. locati,* si verò contingant ex causa Principis, vel Reipublicæ mittentis, vt puta propter inimicitias, tali casu erunt reficienda omnia damna, quæ pateretur *l. in his in princip. ff. solut. matrim. Caroc. vbi supra num. 13.*

18 Has † vero limitationes intelligendum est procedere de rigore iuris, non tamen habere locum inspecta curialitate, idest æquitate, quia, si sit attendenda æquitas, talia damna sunt omninò reficienda, *glos. in l. inter causas §. non omnia ff. mandati,* & ita concludunt *DD. omnes in d. l. scribentes Caroc. d. quæst. 6. n. 6. in fin. vers.* & in hoc concordant.

19 Ampliatur † Tertio, quòd Ambasciator non solùm consequatur Salarium, ex parte sui Domini, verum etiam si quid Principes, vel Ciuitates, ad quas mittuntur, aliquid donent illa, dona esse propria Ambasciatorum, nec teneri suis Dominis de illis rationem reddere *glos. in l. qui proprio §. procurator, & in l. si plures §. in rogato ff. de vulg. & pupill. Cin. in l. manifestissimi ff. de furt. Bar. in l. sed si plures §. in arrogato numer. 2. ff. de vulg. & pupill. vbi Alex. in Apostilla & in l. si vero §. item quidquid num. 3. ff. solut. matrimon Bal. Angel. Fulgos. Castren. & alij in l. qui proprio §. procurator ff. de procurator idem Bal. & Castren. in l. si cum manifestissimi §. si cum C. de furt. Salicet. in l. si cum aliquis C. de iure deliberand. Alex. in d. l. sed si plures §. in arrogato num. 12. Castren. in l. si vere §. item quidquid ff. solut. matrimon. Alciat. de Præsumpt. regul prima præsumption. 18. num. 2. Martin. Lauden. in d. tractat. de Legat. Princip. quæstion. 22. Bald. cons. 57. volum. primo,* qui ita consuluit contrà Communitatem Genuæ, *Soccin. Iun. cons. 33. num. 4. & 5. libr primo,* &

ad

ad huius opinionis corroborationem concurrit, Primò *tex. in l. cum multa C. de*
20 *bon. quæ liber.* vbi habetur, quòd † donatio facta à Principe, videtur facta contemplatione illius, cui facta est, nec Donatarius alteri munera recepta communicare tenetur, *Bal. in d. l. cum multa in princip. & in l. cum opportet C. eod. tit.* Concurrit secundo *tex. in l. socium §. socius ff pro socio ibi*, aut quid ei donatum esse, &c. *Caroc de locat. & conduct. part. 3. titul. de Ambasciatore quæstion. 7. numer. 2.* Facit Tertio,
21 quòd † donatum filio familias dicatur proprium illius, & non sit cum alijs Fratribus communicandum, *l. sed si plures §. in arrogato ff. de vulgar. & pupillar. l. sed & si quid donetur, & ibi glos. in verbo nec distinguemus ff. de vsufructu l. filij C. de vsufructu l. magis C. de Solut. & l. si ita stipulatus §. Chrisogonus ff. de verbor. obligat. Bar. in tractatu de duobus Fratribus in princip. numer. 7.* Nec obstat, quòd in contrarium afferri posset, nempè, quòd Ambasciatores non representant in actu ambasciatæ personas priuatas, sed ipsum Dominum mittentem, vndè honorantur tanquam Dominus mittens, ergo dona non intelliguntur data Ambasciatoribus, sed illorum Dominis, quorum personam representant, Huic namque obiectioni Respondetur, quòd licet Ambasciator representet personam Domini mittentis, nihilominùs in donis considerari potest tanquam persona priuata *Abb in c. postulastis num. 5. in fin. de concess. præbend.* sicque firma remanet prima opinio, quæ est verior, & communitèr à DD. recepta, vt testatur, *Caroc vbi suprà num. 5.* Quamuis vnam recipiat Limitationem, seù declarationem, videlicèt, quòd
22 † locum non habeat, quando sit donatum Ambasciatoribus contemplatione Ciuitatis, vel quandò expresse id eis fuit traditum, vt Ciuitati, vel suo Principi mittenti redderent, *Bar. in d. l. si vero §. item quidquid sub num. 3. vers. & ibi dicit Gul. de Cu. in l. qui proprio § procurator ff. de vulgar. & pupillar.* nam tali casu tenentur illa dona reddere Ciuitati *Caroc. de locat. & conduct. d. quæstion. 7. num. 8. Alex. in d. l sed si plu-*
23 *res §. in arrogato num. 12.* quià dona † illius dicuntur, cuius contemplatione fuerunt elargita, *Bal. in l. cum oporteet n. 4. C. de bon. quæ liber. Bar. in l. sed & si plures §. in arrogato, & Ias. in §. ad substitutos ff. de vulg & pupill. Menoch. cons. 81. num 40.*
24 pront, est † in muneribus, quæ dantur Ambasciatoribus deferentibus bireta nouis Cardinalibus ab Vrbe absentibus, *illa* namque non sunt propria Ambasciatorum, sed spectant ad Cameram Papæ, cum dicantur illius contemplatione data *Rot. in Romana munerum 29 Nouembris 1621. coram bon. mem Coccino*, in qua notabilis est casus, qui euenit inter Cameras Sant. Mem. Pauli V. & Gregorij XV. Si verò in donatione non fuerit dictum, illa dona tradenda esse ipsorum Principibus, & esset in dubio, an fuissent donata contemplatione Principis mittentis ambasciatorem, vel ipsius Ambasciatoris, recurrendum esset ad coniecturas, quæ desumi Primò possent ex qualitate rei donatæ, nam
25 † quædam præsumptiuè magis conuenire possunt Principi, vel Ciuitati mittentibus ambasciatores, quàm ipsis ambasciatoribus, vt putà si fuisset donatum Castrum, vel aliqua insignia animalia, vt æqui insignes, Leones, Panteræ & similia hoc casu præsumeretur donatum contemplatione Principis, & illi acquirerentur similia dona, *Alex in addit ad Bar. in d. l. socium §. socius Abb. in d. c. postulastis num. 5 de concess. præbend. Alberic. in l si vero § item quid quid ff. so lut matrim. Alex. in d. l. si plures §. in arrogato num 12 vers. amplius* dicens hanc limitationem admodum placere *Abb* loco proxime supra citato *ff. de vulg. & pupill. Caroc. vbi supra numer. 10. Menoch. de præ-*
26 *sumpt. 27. lib. 3. præt. n. 3.* Quædam † verò sunt res, quæ potius conueniunt ipsis Ambasciatoribus, quàm eorum Principibus, vt si donata sint vestes ipsis Ambasciatoribus conuenientes, & tali casu præsumuntur eorum contemplatione, & causa donata, ita vt eis acquirantur, non autem Principi, qui ipsos Ambasciatores misit *Menoch. de præsumpt. d. libr. 3. præsumpt. 26. num. 8. Abb. vbi supra num. 5. Alex. in addition. ad Bar ad d. l si plures Caroc. d. quæst. 7.*
27 *num. 8.* Secundo † desumi possunt coniecturæ a meritis, quæ habebat Ambasciator apud illum Principem, vel beneuolentia, qua Princeps, donans ambasciatorem prosequebatur, Stantibus enim meritis, & beneuolentia, præsumitur donatum causa & contẽplatione ipsorum Ambascia-

ſciatorum, ita vt eis, non autem Principi à quo miſſi fuerunt, dona acquirantur *Abb. vbi ſupra Bar, & Caſtren. in l. dotalem ff. ſolut. matrim. Bal. conſ. 194. incipien. Præmiſſis verbis col. 2. verſ. ita etiam in honorem volum. 2. Dec. in l. ſi donatione num. 11. C. de collat. Butr. in c. poſtulaſti de præben. Conrad. Brun. in commentar. de Legation. libr. 4. cap. 6. verſ. Alij ſic Menoch. d. præſumpt. 27. num. 1. & dicunt DD. relati ſupra num. præcedenti.*

28 Si † vero ſit in dubio, & nullæ ex prædictis coniecturis concurrant, vt ſi munus ſit indifferens, & poſſit vtrique conuenire, ita vt dignoſci non valeat, ſi fuerit donatum intuitu Principis mittentis Ambaſciatorem, vel ipſius Ambaſciatoris, tali caſu contrà ſententiam, *Carocij loco proxime ſupra citato num. 11.* dico præſumi donata contemplatione ipſorum met Ambaſciatorum, *gloſ. & Cyn. in l. manifeſtiſſimi C. de furt. Rolan. conſ. 10. num. 9. volum. 1. Vincent. de Franch. deciſ. 172. num. 3. Io. Andr. & Imol. in d. c. poſtulaſti de conceſſ. præben. Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 18. verſ. ſecundo moueor Menoch. d. præſumption. 29. num. 7. Alex. in d. §. in arrogato Salicet. in l. cum aliquis C. de Iur. deliberandi* Et hæc opinio probatur per, *tex. in l. fin. C. de vſufruct.* ex qua colligit, *Bar. in tract. de duob. Fratrib. in princip. numer. 8.* quòd, ſi
29 † ſit in dubio, an donatio aliqua fuerit facta contemplatione patris, vel filij, & non concurrant coniecturæ, præſumi debeat, illam donationem fuiſſe factam contemplatione filij, non autem patris: Concur-
30 rit quoque pro hac opinione, quòd † conſuetum eſt ſemper aliquid Ambaſciatoribus donari *l. vlt. in fine ff. de bon. damnator, Menoch. loco proxime ſupra citato numer. 7.*

31 Ampliatùr Quarto † quòd duplex debeatur Salarium Ambaſciatori quando duo fuerunt miſſi ad aliquã Ciuitatem, vel Principem, & vnus decedat, alter verò ſolus expediat tam negocia, quæ ipſi fuerant demãdata, quàm ea, quæ ſocio defuncto fuerant commiſſa. *Alex. in addit. ad Bar. ſuper l. legatus littera A. verſ. & dicit ff de legation. Iaſ. in l. re conſtanti num. 255. verſ. ſimiliter ſi vnus de Ambaſciatoribus ff. de legat. 3. Bald. in l. cum vos C. de leg. lib. decimo,* Quamuis
32 † contrarium voluerint *Bar. in d. l. cum vos num. 1. C. eodem tit. Petr. Rauen. ſingul. 34. Imol. in l. continuus §. ſi ab eo ff. de verbor.*
33 *obligat.* Verum opinio *Bar. & ſequacium.* † locum habet, quando Ambaſciatores fuerunt deputati ad idem officium, & negocium peragendum, vt puta, ſi duo miſſi fuerint Ambaſciatores, qui ambo eſſent obligati ad idem munus, nec illis diſtincta fuiſſent aſsignata officia, ſed tantummodò inter ſe facerent partitas, & diuiſionem negociorum, nam tunc, cum quilibet eſſet in ſolidùm obligatus ad peragenda negocia, ſi aliquis ipſorum moreretur, & alter negocia ſocij gereret, non diceretur facere rem vltra obligationem officij, & ideò non conſequeretur Salarium, quod habebat ſuus ſocius, ſed illud rediret ad Ciuitatẽ, vel Principem, *Caroc. de locat. & conduct. d. tit. de Ambaſciatore in ſi mo quæſt. 5. num. fin.* Secùs vero quando eſſent deputati ad diuerſa negocia, prout in hac ampliatione præſupponimus, quia tali caſu, ſi vno decedente, alter omnia expediret, dummodo negocia eſſent compatibilia, & vnum nõ diſtraheret ab alio, tàm pro parte ſua, quàm pro parte ſui ſocij conſequeretur Salarium, Et ratio eſt, quia, cum officia ſint inter ſe diſtincta, & diſtincta habeant Salaria, iſte dicitur ſufferre vicem duorum, & ideo duplex Salarium conſequi debet. *l. binos C. de Aduocat. diuerſ. Iudic. Alex. in addit. ad Bar. in d. l. cum vos C. de legat. lib. x. Caroc. de locat. d. quæſt. 5. n. 2. Ioan. de Plat. in l. 3. num. 2. cum ſequen. C. de dignitat. libr. 10. gloſ. in §. illud tamen v. officijs Auth. vt iudic. ſine quo ſuffrag. Abb. in c. cum olim col. 2. de Iudic. Bal. in l. ſi adſcriptum C. de appellat. in l. fin. ff. de adoption Sebaſtian. Medic. de reg. Iur. reg. 3. num. 9. part. prima Bal. in d. l. binos C. de aduocat. diuerſ. Iudic.* Et ad hoc facit etiam, quòd ſicuti agenti aliquid ad ſuum officium non pertinens petit Salarium pro labore impenſo in faciendo illud, quòd nõ ſpectabat ad ſuum officium, prout diximus ſupra de Aduocato tutore alicuius pupilli, qui ſi præſtet patrocinium in aliqua cauſa, illi debetur Salarium non obſtante, quòd regularitèr non debeatur, quia officium aduocati dicitur diuerſum à tutela, ſicque etiam in caſu Ambaſciatoris, qui negocia ad ſocium ſpectantia gerit, dicendum eſt.

34 Quinto, † & vltimo ampliatur eſſe preſtan-

standum Ambasciatori Salarium etiamsi sub non functus sit officio quando per ipsum non stetit, vt puta, si fuerit missus Ambasciator ad aliquem Principem ad impetrandam pacem, vel aliquid simile, & noluerit Princeps Ambasciatorem ad suam audientiam admittere, & ratio huius ampliationis est, quia non stetit per Ambasciatorem quin minus suas expleret partes sed fuit impeditus à Principe, qui illi audientiam negauit, sicque cum impedimentum proueniat ex casu fortuito, non potest Ambasciatori præiudicare, sed illi erit soluendum Salarium perindè ac si suo munere functus fuisset *c. cum non stat. de reg. Iur. in 6. reg. 24. ff. de reg. Iur. Cuman. cons. 28. circa finem Angel. cons. 201 num 3. Put. decision. 19. libr. 1. Rot. decis. 493. num. 3. par. 1. Recent. Cephal. cons. 8. num. 6. Gratian. discept. Forens. cap. 223. num. 41.*

Prædicta tamen intelligenda sunt procedere cum nonnullis Limitationis, quarum,

35 Prima est, quòd † non debeatur Ambasciatori Salarium, qui aliquid extra suum officium attentare voluerit, vel de alio alioqui Principem, Ambasciator enim vacare tantùm debet circa officium ambasciariæ *Bar. in l. Paulus num: 1. ff. de Legation* & alia tractans negocia non solùm priuatur Salario, verum etiam priuatur in futurum electione, ita vt non possit amplius eligi am-

36 basciator; Quod † tamen verum intelligas quando Ambasciator tractaret negocia propria, vel alia, quæ illum distraherent ab officio Ambasciariæ, ita vt aliquod præiudicium Principi, vel Ciuitati, pro quibus Ambasciator, residet oriri posset: Negocia autem, per quæ ab officio suo non distrahitur Ambasciator liberè tractare poterit *glos. in l leg itus in secunda responsione contrarij ad l. 2. §. sed si ff. de iudic. Angel. cons. 319 num. 9. vers. ceterum Cardinalis Tusc. con-*

37 *clus. 323. litter. A*, Hinc est, quòd † si mittatur ab aliqua Republica, Principe, vèl Ciuitate ad Romanum Pontificem Ambasciator, qui impetret tali occasione beneficium pro aliquo suo consanguineo, vel amico, non incidat in pœnas prædictas, nec in aliam ordinariam, vel extraordinariam, *Angel. cons. 220. & d. cons. 319 per tot. Cardinal. Tusch. loco proxime supra citato*,

38 Poterit † pariter adire hæreditatē sibi delatam, *Angel d. cons. 319. num. 3. Tusch vbi supra*, Cum à legationis officio per hoc minimè distrahatur *l. de eo § sed si restituitur. ff. de*

39 *Iudic* Poterit † insuper consulere pro amico, quia actus consulendi expeditur sine dilatione, & damno Reipublicæ, vt expressè habetur in *l. Paulus l. prima ff. de Legation:* ibi: In quo casu non videri eum quoque contineri, qui cum amico suo præto-

40 re gratis cōsi ium participat; &c. Non † debet tamen consulere, prout faciunt Aduocati, Doctores, & Medici, qui præstant consilia, accepta pecunia, sed gratis consulere debent, vt in *d. l. Paulus, ibi*, gratis

41 consilium participat &c. quæ † dictio, gratis, excludit omnem solutionem, & dicitur prætio contraria, *c. gratis 1. quæst. 1. c emendari & c dictum & c. dilect. s. l 2. de simon. c. cum ab omni de Vit. & honest cleric. Archidiacon: in c. statutum §. insuper de Rescript in 6. Spiegiel. in suo Lexicon. Iuris in dictione Gratis*, Ratio autem propter quam prohibetur à Lege Ambasciatoribus aliquid pro consilio accipere est, quia consilia, quæ præstantur, accepta pecunia longum solent tractum habere *Angel d. cons. 319 sub num. 3. Tusch. d. conclus. 322. Martin. Lauden. in d. tractat. de legat. Princip. quæstion. 35.*

42 Limitatur † secundò, quòd si Ambasciatores expendant vltra Salarium ipsi cōstitutum non recipiant a Principe illud plus quod expenderunt, vt per *tex. & ibi Alberic. in l. idemque §. idem Labeo ff man-*

43 *dati*, Quod † verum est, dummodo verisimile non sit, Principem plus voluisse expendere iusta superueniente causa *l. prima & tot. tit. ff de negoc. gest. l. vel vniuersorum ff de pignorat. action. Martin. Laud n. in d. tract. quæst. 2*

44 Limitatur † Tertio, non esse soluendum Ambasciatori Salarium finita ambasciata, *Bar. & Bal. in l. si cui §. tamdiu ff. ex quib s caus. maior. in integr. restit idem Bart. in l. vnica num. 2. C. de commerc. & mercator. Oddus de Restitut. in integr. part. 1. quæst. 27 l. 2. §. legatis ff. de Iudic l. is qui ff. eod. Azo in summa ad x librum C tit. de legationibus num. 14.* Cessante enim causa propter quā illi soluebatur, cessare quoque debet solutio.

45 Verum † hæc limitatio plures recipit declara-

clarationes, quarum Prima est, quòd, licèt officium Ambasciariæ finitum fuerit, adhuc tamen erit soluendum salarium Ambasciatori pro illo modico tempore, quo se parat ad reditum *Bar. in l. ab hostibus §. non autem minus sub num. 3. ff. ex quibus caus. maior l. qui mittūtur §. similiter & ibi glos. in v. agere ff eodem tit. l. legato ff. de legat. Menoc. de Arbitr. Iudic. lib. 1. cent. 1. cas. 33. n. 3. & 4.*

46 Quantum † vero dicatur illud modicum tempus, quod ad se parandum pro reditu conceditur, cum non sit à Lege declaratum, & variè in Iure, iuxtà subiectam materiam, & rei, & personarum qualitatem, dispositum, & determinatum reperiatur *l. in fundo ff. de rei vindicat.* Aliquando enim in
47 iure modicum † tempus sumitur prò vna die tantùm, vt in stipulatione, in qua quando præcessit interrogatio, debet statim, vel post modicum tempus subsequi responsio, illud modicum tempus verificatur in vna die *Bar. Alex. Ias. & alij scribentes in l. prima §. qui præsens ff. de verbor. obligat.* aliàs si vna die fiat interrogatio, & die sequenti subsequatur responsio, stipulatio non tenet, nā die transacta, non diceretur sequuta responsio post modicum tempus. Verifica-
48 tur † etiam aliquando modicum tempus in biduo, nam ea, quæ facta fuerunt duos dies ante dispositionem actus tempore actus videntur facta, *Ias. in l. de quibus numer. 87. ff. de legibus Aretin. in §. in duplum num. 7. in fine Instit. de Action. Bal. in l. 2. col. prima in*
49 *fine C. de ædilit edict.* Spatium † quoque trium dierum multis in casibus accipitur pro modico tempore, vt expressè habetur in *l. cum specialis C. de Iudic.* ibi, illicò autem, id est intra triduum, vt exponitur in eodem textu, *Bal in l. lecta col. penult. & ibidem Ias. sub n. 20.* vbi plures affert casus *ff. si cert. pe-*
50 *tat.* Verificatur † etiam modicum tempus in spatio decem dierum, vt in *l. promissor §. si sine vbi* Bar. *ff. de constit. pecun. Menoch de Arbitrar. Iudic. libr. primo cent. prima cas. 27. l. si debitori in fine ff. de Iud.* Modi-
51 cum † etiam tempus verificatur in triginta diebus *l. 1. §. 1. ff. de itiner. actuque priuat. glos. in l. diuortio in princip. vbi etiam Alex. numer. 10. & Ias. num. 13. ff. solut. matrim.*
52 Dicitur † quoque breue tēpus spatium centum dierum, vt in casu *l 1. in fine cum l sé-*
53 *quenti ff. de iure deliberan.* Nōnunquā † modicum tempus concluditur spatio vnius anni, vt in *c. si in quolibet, & in c. puella 10.*
54 *quæst. 2.* ideò † mater, quæ transiens ad secunda vota tenetur statim petere dari à Iudice tutorem filio pupillo, dicitur legi satisfecisse si petat dari intra annum *l. 2. §. consest. in ff. ad tertulian l. sciem C. de leg. hæ-*
55 *red:* Triennium † quoque dicitur tempus breue, vt per *Alex. in d. l. prima §. qui præsens numer. 8. ff. de verb. signification.*
56 Tandèm † verificatur breuitas temporis in spatio nouem annorum *Bar. in l. prima §. quod autem ff de superf.* Bal. *in l. iubemus C. de Sacr. Sanct. Eccles. glos. in l cum de in rem verso ff. de Vsur. & in l. si filius C. de petit. hæredit. Cardinal in Clement. prima de reb. Eccles. non alienan. Soccin. cons. 46. col. 4. vers.*
57 *sed difficultas. vol. 4.* Igitur, † cum tam variè accipi in iure videamus modicum tempus, secundùm subiectas materias, ita quoque in casu nostro, non potest dari quoddam tempus limitatum, sed dicere possumus illud modicum tempus significare, cum primum se expedire poterit, *l. si peculium ff. de statu. Tiraquell. de retractatu part. prima §. primo glos. 10. numer. 25.* habita ratione quantitatis negociorum, & personæ qualitatis, & totum id arbitrio Iudicis erit relinquendum, *Barbat cons. 71. col. penultim. lib 2.* Bal *in l. ab hostibus §. sed quod simpliciter. in secundo notab ff quod met. caus. Aretin. in l. continuus §. cum ita ff. de verbor. obligat. Oddus de restit. in integr par prima q. 27. art. 3. num. 36. Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 33. libr. 1. num. 2.*

58 At † si post elapsum modicum tempus illi concessum ad effectum, vt se pararet ad reditum, Ambasciator illum differret, diceretur esse in dolo malo, & hoc facere ad hoc, vt diutiùs maneret in officio, & maius Salarium consequeretur, & ideo, tali casu illi non esset soluendum *l. 4. ff. ex quibus caus. maior. Corset. in suis singularibus verbo Ambasciator 2. num. 1. Oddus de restitut in integr d. part. 1. quæst. 27. art. 3. sub num. 87. vers. quod ampliatur Siluester in*
59 *summa verbo assessor in fine.* Nisi † tamen differret reditum, legitima existente causa, vt puta si duo fuissent missi Ambasciatores, quorum vnus infirmaretur, & socius non infirmus expectaret donec infirmus pristinam rediret in sanitatem, tali enim casu, cum dice-

dicere tur differre reditum, legitima existẽte causa, esset illi soluendum Salarium, etiam pro eo tempore quo socium expectaret *argumento l. abesse ff. ex quibus caus. maior. ibi.* Et Comites legatorum, & qui sunt pro salute militum, gaudent priuilegio &c. *l. inter eos §. fin. ff. eodem tit.* & facit etiam *l. verum ff. pro socio.* vbi habetur, quod societas obtinet vicem fraternitatis, vndè non debet socium alium infirmum relinquere, & si relinquit, subiacet vitio rusticitatis, & ingratitudinis *l. nepos proculi ff. de verb. significat.* Quamuis Doctores hoc in casu vnam afferant distinctionem, videlicèt, Aut iste socius erat necessarius infirmo, & tunc debebit habere Salarium, aliàs vero non, *Alberic. in l. si cui §. tamdiu. ff. ex quibus caus. maior.*

60 Si † vero differret reditum propter infirmitatem propriam, certum est, illi deberi Salariũ pro eo tẽpore, quo duraret infirmitas, nam diceretur adhuc durare absentia pristina, ac si eadem causa absentiæ duraret *d. l. si cui in prouincia §. tamdiu ff. ex quibus caus. maior Ro. in l. si vero §. de viro num. 230. ff. solut. matrimon. Menoch. de Arbitrar. Iudic. libr. primo cent 2. cas 153 Odd. loco proximè supra citato numer. 31.*

61 Imò † illi præstandæ essẽt expensæ pro medicis, & medicinis, vt diximus supra, in *par. prima quest. 18. num 7. & 8.* Declara-

62 tur secundo, quòd † debeatur Salarium Ambasciatori etiamsi sit finita ambasciata pro tempore, quo redit ad patriam, quod tempus dicitur iusta absentia, & consideratur ac si non esset finitum officium Ambasciariæ, *l. si cui in prouincia §. tamdiu ff. ex quibus causis maior. l. qui mittuntur §. fin. ff. eodem tit. Odd. de Restit. in integr. d. quæstion. 27. art. 3. num. 28. Bar. in l. qui finales C. de Nauicular. libr. 10. & in l. abesse n. 32. ff. ex quibus caus. maior. & in l. si cui §. tamdiu ff. eodem Cuiac. obseruationum lib. 12. obseruat. 33. per l. penult. de itiner actuque priuat. l. non solum § diuus ff. de excusat. tutor. & in l prima ff. de his qui deiece. vel effu-*

63 *de.* Dummodo † tamen nimis otiosè, & tardè non rediret, & iret per viam transuersalem, & non rectam, quia tunc præsumeretur id dolosè facere, vt consequeretur Salarium, & proptereà soluendum esset habita ratione temporis necessarij, pro faciendo itinere conuenienti per viam rectam *Bar. in d l. qui finales C. de Nauicular. lib. 11*

Rip. in tractat de peste tit. de Remed. ad conseruan Vbertat. num. 8?. Corset. in suis singular: verb. Ambasciator. 2. num. primo Aretin. in l. continuus §. cum ita nu 7. 6. ff. de verbor. obligat. glos. in l. qui mittuntur in fine ff. ex quibus caus. maior. & in l. prima ff de re mi-

64 *lit.* Ad † hoc autem, vt dici possit Ambasciatorem lentè redire, nec quotidiè conueniens iter facere, inspiciendum erit quantum tempus ad redeundum dari debeat huiusmodi absentibus, quod videtur decidere tex. *in d. § tamdiu.* dicens tantum temporis assignandum esse, quantum lex redeuntibus præstare solet, & *glos.* ibi declarat, vt pro qualibet die viginti milliaria assignetur per *l. primam ff. si quis ca. s.* & expresse habetur in *l. 3 ff. de verbor significat.* ibi: In itinere faciendo viginti millia passuum in dies singulos peragenda, &c. vbi *Alciat. in verbo viginti Caroc. de locat. & conduct. part. prima tit. de legation. quæstion. 1. num. fin. Menoch. de Arbitr. Iudic. libr. 2. cas 2. num. 6. Odd. d quest. 27. art. 3. num. 30.* Quæ milliaria computabuntur non à loco habitionis, sed à fine ipsius diocęsis, vt scribunt omnes *DD. in c. nonnulli de rescript.* Et hæc dicta, de assignando viginti milliaria, intelligenda sunt procedere quando iter fit per terram, quando vero est na-

65 uigandum, quamuis † *Bar. in tractat. de Insula col. 3.* quinquaginta milliaria quolibet die posse in nauigatione fieri arbitra-

66 tus fuerit, attamen † stante ventorum incertitudine, certum tempus intra quod iter conficiendum sit præstitui non posse melius opinatus fuit *Alciat. in d. l 3. verbo in itinere de verbor. significat.* Ideoque totum id arbitrio boni viri relinquendum erit, qui deductis impedimentis, scilicèt maris tempestatibus, ventorum impetu, & alijs similibus euentibus, propter, quæ excusantur à lege iter facere illi, qui ad patriam reuersuri sunt, vt expressè habetur in *d. l. si quis §. tamdiu* in fine ibi: Planè si in infirmitate impeditus continuare iter non potuit habebitur ratio humanitatis sicuti haberi solet, & hyemis, & nauigationis, & cæterorum, quæ casu contingunt, &c. His ergo deductis, poterit iustum tempus communi vsu perpenso statuere, *l. 2. §. si quis in iudicio ff. si quis caut l. si cui §. vlt. ff. ex quibus caus. maior. Menoch. de Arbitrar. Iud d. casu 2. num. 16. Felin. in c. cum olim. nu. 17.* de

67 *de except.* vbi ait, † quòd Ambasciator singulis septem diebus vnum habebit, in quo requiescat, & is erit dies Dominicæ, qui ab Ecclesia fuit destinatus ad cultum diuinum, non autem ad iter faciendum, *glos. in c. cupientes verb. commodè de Elect. in 6.* Quamuis contrarium voluerint *Alciat. in d. l. 3. verbo integrum diem ff. de verbor. signific at. & Aret. in l. continuus §. cum ita ff. de verbor. obligat.* Nam potius contrarium sancitum reperiri videtur in *l. si cui §. tamdiu. ff. ex quibus caus. maior.* qua lege cautum habetur, quòd si aliquod tempus effluxerit, quo reuertens sui causa iter non faciat, id tempus ei non proficiat non excipiendo dies Dominicæ, nec aliarum festiuitatum; ideò, cum lex hoc non dicat, nec nos dicere debemus, & sic in computatione itineris, & dierum, dicendum est, non esse detrahendos dies festiuos, nec hoc repugnat cultui diuino, nec aliquo iure prohibitum reperitur, die Dominico, vel festiuo iter facere, imò fortasse itinerando otia prauæ cogitationis, & peiores operationes tolluntur, *Caroc. de locat. & conduct. par. 2 tit. de Legation. quæst. 1. num. 16.* Benè verum est, quòd in hoc habenda sit ratio temporum, & qualitatis personarum: Et quoad personas si sint clerici, qui festiuis diebus non debent iter facere, sed in totum diuinis operibus sese applicare, *Menoch. d. cas. 2. nu. 18.* Et quoad tempus si sint dies solemnes, quibus tam clericis, quàm laicis dedecet iter facère, vtpote sunt dies Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi, dies Pascatis, & Pentecostes, quorum dierum rationem non habere valde inconueniens esset Religioni Christianæ, *Menoch. loco proximè supra citato*; Tertio denique de-
68 claratur, † esse soluendum Ambasciatori Salarium etiam finita ambasciata, & iam ad patriam reuerso pro illo modico tempore, quod conceditur ipsi iam reuerso, ad quærendum hospitium, & res suas componendas, illo namque tempore, etiamsi domi sit, adhuc dicitur abesse, vt expressè habetur in *l. ab hostibus §. sed quod simpliciter*, ibi; Restitutionis auxilium locum habeat, non quandocumque sed ita demum si intra modicum tempus quando rediji hoc contingat, idest, dum hosp tium conducit, sarcinulas componit, Aduocatum quærit &c. ibique *Bar. in princip. ff. ex quibus caus. maior. Odd. de Restit. in integr. par. 1. quæstion. 37. art. 3. num. 24. Menoch de Arbitrar. Iud. libr. 2. cet. in. cas. 33. num. 1. 2. & per tot.* Quamobrem, hoc stante, Scilicèt, quod detur modicum tempus Ambasciatori iam reuerso ad componendas res suas, & pro illo modico tempore illi soluatur Salarium frustratoria omninò mihi
69 videtur quæstio à DD. excitata, An † Ambasciator, qui redit à sua legatione hora tertiarum, debeat habere Salarium totius diei, nam cum modicum tempus, quod illi conceditur post reditum verificetur ad minus in vna die, ergo frustra de hoc queritur; preterquamquod questio huiusmodi optimè deciditur per tex. in *d. l. 3. ff. de verbor. significat.* ibi: In itinere faciendo viginti millia passuum in dies singulos peragenda sic sunt accipienda, vt si post hanc dinumerationem minus, quam viginti millia supersint integrum diem occupent, veluti si viginti vnum millia passuum sunt biduum eis attribuitur, &c.

70 Limitatur † Quarto in casu, quo Ambasciator absque licentia sui Domini officium deserat, maximè si id faciat tempore, quo pertractanda erant negocia grauia, & quæ dilationem non admittebant, tali namque casu non solùm nullum Salarium erit illi præstandum, vt in *l. cum vos in fin. C. de Legation. lib. 10.* ibi, Eum autem collegam vestrum, &c. vbi *gloss. in v. oportet*, Imo compelli poterit ad restituendum iam acceptum vna cum omnibus, & quibuscumque commodis, quæ ipsius Ambasciariæ causa ad illum peruenerunt *Azo. in summa ad decim lib. C. d. tit. de Legation. sub num. 7. Cuiac. in comment. d. l. cum vos in v. eum autem*, & insuper poterit pœna extraordinaria puniri à suo Principe *glos. vbi supra in d. verbo oportet*, & expressè habetur in *l. prima ff. de legation.* ibi: Legatus si deseruit legationem pœna afficietur extraordinaria, &c. *Azo in loco proximè supra citato sub d.*
71 *num. 7* In † hanc autem penam non incidit, nisi ille, qui ex parte sua deseruit officium, quo fungi debebat, & ideo socius non priuabitur Salario, quoniam error illius ambasciatoris officium deserentis non se extendit ad socium, qui vtpote à culpa alienus puniri non potest, nec debet indebita pena grauari, *l. absentem ff. de pen. Pil. medicen. quæstion. 17. vers. contradicetur*, & vulgatum

gatum est, pęnam tenere suos auctores, & non alios, & hoc expresse habetur in *l. 2. ibi*: Cessatio vnius Legati ei, qui munus, vt oportet, obijt non nocet, &c. *& ibi glos. in v. non nocet ff. de Legation. Azo. loco proximè supra citato.*

72 Aduertendum † tamen est, hanc limitationem locum sibi minimè vindicare quando Ambasciator deseruisset officium, necessaria, & legitima præcedente causa, nam tunc, nedum Salarium non amitteret, nec pateretur pęnam, verùm etiam commoda, quæ occasione officij Ambasciariæ ad ipsum peruenerunt retineret, *glos. in d. l. cum vos v. oportet C. de Legation. l. legatus antequam §. 1. ff. eodem tit. l. sed addes §. vltimo ff. locat. & conduct l. diem functo ff. de offic. asses. Azo. vbi supra sub d. num. 7. circa finem*: Verum

73 † si sit in dubio, an causa, propter quam Ambasciator deseruit officium fuerit iusta, vel iniusta, tenebitur ipse Ambasciator probare suo Principi, vel Reipublicæ, quæ illum misit, causam fuisse iustam, & necessariam, vt in *d. l. 2. ff. de legation.* ibi: Vtrum quis deseruerit legationem, an ex necessaria causa moram passus sit Ordini patriæ suæ probare debet &c. & hoc etiam habetur in *d l. cum vos vbi glos. in d. v. oportet in fine C. eodem Azo. vbi supra sub d. numer. 7. in fine l. non omnes §. barbaris ff. de re milit.*

74 Limitatur † vltimo, non esse soluendum Salarium Ambasciatori, qui falsam retulit ambasciatam, imò omnia accepta tenetur

75 restituere, & † si pecuniam, seu aliud ab aliquo recepit, ad hoc, vt falsam ambasciatam referret, tenebitur legè Cornelia de falsis; Si vero non pecunia corruptus sed sua sponte id fecit tenebitur actione in factū ad interesse, *l. qui nomine prætorii ff. ad l. corn. de fals. Speculat. in tit. de execution. num. 4, Bart. in Rubr. auth. de quæst o re num. 4.*

Arbitris quando debeatur Salarium.

QVAESTIO LIV.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrorum plura sunt genera.*
2 *Arbiter Iuris qui dicatur?*
3 *Arbiter dicitur is, qui eligitur à partibus ad iudicandum de Iure.*
4 *Arbitrator quis dicatur?*
5 *Arbiter, & arbitrator differunt inter se.*
6 *Arbiter, & arbitrator in materia Salarij inter se non differunt, itaut, si vni debeatur, alteri quoque soluendum sit.*
7 *Arbitris debetur Salarium.*
8 *Arbitri appellantur Iudices delegati.*
9 *Arbitri conueniunt cum Iudicibus ferè in omnibus.*
10 *Arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum.*
11 *Arbitri maiores subeunt labores, quàm Iudices.*
12 *Arbitri non possunt, sicut iudices, se exonerare labore, non ferendo laudum super omnibus in compromisso contentis.*
13 *Arbitri Salarium consequuntur, etiamsi partes ad concordiam deuenerint, & ipsi laudum non tulerint.*
14 *Arbitri non debent Salarium recipere à pauperibus, Amplia, vt num. 15. Declara vt num. 16.*
17 *Arbiter, si non pronunciat super omnibus in compromisso contentis Salarium consequi non potest.*
18 *Laudum, si non definiat omnia in compromisso contenta, est nullum, etiamsi amplissimas contineat clausulas, & sit iuramento firmatum.*
19 *Arbiter, si velit arbitrari cum consultore, soluere tenetur proprium Salarium ipsi consultori, Declara vt num. 20. & seq.*
21 *Arbitro à partibus electo, qui fert laudum de consilio sapientis, soluendum est Salarium separatum ab eo, quod illi sapienti debetur.*

 22 Sala-

22 *Salaria plura soluere pro eadem causa diuersis personis, & pro diuersis respectibus, non est inconueniens.*

23 *Salarium Consultoris ex dispositione Statuti Vrbis non differt in quantitate ab illo, quod Iudici praestatur.*

24 *Salarium Consultoris quem Arbiter requisiuit in laudando, soluitur communibus litigantium expensis.*

25 *Salarium Consultoris, cuius consilium in laudando Arbiter sequitur ad instantiam alicuius litigantis, soluendum est expensis illius, qui talem instantiam fecit.*

26 *Actus expediri debet expensis eius, qui petit actum fieri.*

1 ARbitrorum † plura sunt genera *l. societatem §. Arbitrorum duo sunt genera ff. pro soc* 2 Aliqui † enim eliguntur ex necessitate legis, vel statuti, & isti Arbitri Iuris nuncupantur *Scacc. de Iudic. libr. 2. cap. 2 numer. 6. in fine Vrsell. in suis conclus. legal. tom. 2. conclus 134. num. primo Cancer. variar. resolut. libr. 1 cap. 21. num. 3*
3 Alij † vero eliguntur à partibus de communi consensu ad iudicandum de Iure, & secundùm ordinem iudiciorum, & in illum sub alicuius pœnæ stipulatione compromittitur, *Speculat. de Arbitr. §. 1 in princip. Paris. cons. 45. num. 84 volum primo Lanfranc. de Arbitr. par. prima num. primo Petr. Iacob. de Monte Puls. in eod tractat. numer. primo*
4 Et † Alij eliguntur paritèr de communi partium consensu, sed tamen non, vt more iudiciorum cognoscant, sed vt amici inter partes ordinent, & disponent, vt in *d. l. societatem 77. §. arbitrorum ff pro soc. & in l. si quis arbitratu ff. de verb. obligat.* & isti propriè non Arbitri, sed Arbitratores dici consueuerunt, quod idem sonat, ac compromissores amicabiles, qui, nulla iuris solemnitate seruata, differentias, & controuersias amicabilitèr ex bono, & æquo definiunt, ac tollunt *Auth. si contingerit C. de Iudic. Abb in c. quintauallis de Iureiuran. Ias. in l. nemo potest in prima lectura nu. 64.*
5 *ff. de legat* 1. Et iste † Arbitrator ab Arbitro valde differt, *Vrsell. in suis conclusion. le-*
6 *gal. tom. 2. conclus. 233. num. 15.* sed † in materia Salarij eadem militat dispositio in vno, quæ in altero, itaut, si vni debeatur, alteri etiam soluendum sit *Ias.* post alios, quos allegat in *§. tripli col. penul. Instut. de Action. Lanfranc. in d. tractat. de Arbitr. par. 7. quæstion. 39 Caroc. de locat. & conduct. par. prima tit. de Arbitr. Salar. quæst. 15. numer. 5. Foller. ad Marant. in praxi distinct. 9. principal. num. 140. Granut. theorem. 12. num. 9. in fine.*

7 Quod † autem Arbitris electis à partibus ad iudicandum de Iure, & secundùm ordinem iudiciorum Salarium sit de Iure debitum cautum expresè reperitur in *l. quoties §. in subeundis C. de priuileg. scholar. lib 12.* ibi: In subeundis autem cognitionalibus certaminibus quoties fuerit arbitro delegata pro contestatione litis vnum solidum, & pro definitione ab Arbitro recitanda alterum vnum, & nihil amplius dari decernimus, &c. & facit etiam tex. in *l. 1. ff. de iudic & in l. rem non nouam C eod. tit. & in §. ne autem Auth. de Iudic. & firmatur in l. sed & loci §. in iudicio ff fin regund. Alex in addit. ad Bar. in l. multis littera b. C. de princip. agen. in reb. lib. 10. Speculat. in tit. de Arbitr. §. sequitur num. 74. in princip. Petr. de Rauenna Singular. 36. Guidopap. quæst. 68. in fine Blanc. de compromis. quæst. 8. num. 22. Lanfranc. in d. tractat. de Arbitr. part. 7. quæst. 39. num. 84. Gratian. disceptation. forens. cap. 55. numer. 4. & capit. 618 num. 23. Vrsell. in suis conclusion. legal. part. 2. conclusion. 134. num. 139.* Et dicunt communitèr Doctores omnes adducentes ad id comprobandum plures rationes, inter quas præcipua illa est, quòd si est licitum Iudici petere Salarium, seu sportulas, quæ succedunt loco Salarij, vt videbimus infra, cum agemus de Salario Iudicis in hac par. 2. Ita quoque licitum es-
8 se debeat † Arbitris, qui Iudices delegati appellantur, vt exponit *glos. in l. quoties §. in subeundis verb. altero C. de priuileg. Scholar libr. 12. & in l. cum fideicommissum v. arbiter ff. de confess. Ias. in l. duo Iudices num. 9. ff. de re iudic. Villalob. in recollect. littera A nu-*
9 *mer. 139.* Et † ferè in omnibus cum ipsis Iudicibus conueniant *l. 1. ff. de recept. arbitr. Monteren. ad statut. Bononien. libr. 2. tit. de Salar, Arbitror. & Arbitrator. in princip.* nam quid quid in Iudicijs statutum est
10 debet in arbitrijs obseruari, quia † redacta sunt ad instar iudiciorum *l. compromissum vbi glos. ff. de recept. arbitr. l. rem non nouam C. de Iudic. Speculat. in tit. de Arbitr. §. differt vers. porro sub num. 12. Cancer.*

variar. resolut. lib. 2. cap. 12. numer. 33. Quinimò, cum iudicibus Salarium debeatur, ne eorum labor sit sine præmio, maiori quidem ratione Salarium consequi de-
11 bent Arbitri† qui maiores labores subeunt, vt aduertit *Monteren. in rubr. dicti Statut-*
12 *Bononiæ sub littera G.* Attento quòd non possint se illis aliqua in parte exonerare pronunciando solùm super aliquibus in cõpromisso cõtentis, quod Iudicibus facere est permissum *l. non distinguemus* §. 1. *ff. de recept. arbitr.*

13 Nec † erit necesse, vt Arbiter Salarium consequi possit, quòd laudum ferat, sed sufficiet, quòd sit paratus ferre, & à partibus impediatur, vt puta si litigantes deuenerint ad concordiam, *Iasin* § *tripli num.* 58. *Institution. de Action. Dec in l. iure ciuili in princ. ff. de Regul. Iur. Franc. in c. Statutum* §. *Assessorem in fine de Rescript. in* 6. *Bar. in l.* 1. §. *diuus il.* 2. *num.* 14. *ff. de var. & extraordinar. cognit. Alciat. de verbor. signifi-cat. lib.* 2. *num.* 63. *vers. lex ait iudici Roman. cons.* 85. *in princip. & cons.* 433. *sub num.* 4. *Speculat. in tit. de Salar.* §. 1. *vers. quid si conclusio in negocio & in tit. de Assessor* §. *Salarium in princip. vers. vales Dec. cons.* 78. *col.* 3. *vers. ex quibus infert sub num.* 7. *Caroc. de Locat & conduct. par.* 1. *tit. de fruct. & lit. expens. quæst.* 8. *num* 15. *Cost. de portion. rat. quæst.* 86. vbi temperat quando fuisset composita lis post conclusum in causa *Ciriac. controuers.* 67. *num* 12

Dantur tamen nonnulli casus, in quibus Arbitris Salarium non est de iure debitum,
14 & primus est † quando ij, qui compromissum fecerunt, sunt pauperes; ab istis enim Salarium, seù sportulas percipere est vetitũ à Iure, *ad tex. in l nulli* 28. *C. de Episcop. & Cleric. & in* §. *sit tibi quoque Auth. de mandat. princip.* ibi: Vilium, & insufficientium in datione gratis lites audiantur, &c. & in *c. statutum* §. *insuper in fine de Rescript. in* 6 ibi: Si notabiliter fuerint pauperes litigantes nihil exigat ab eisdem, *Bal. in dicta Auth generalitèr num.* 2. *in fine C. de Episcop. & Cleric. Ias in dicto* §. *tripli num* 54. *in fine Institution. de Action. Rolan cons.* 87. *num.* 23. *lib.* 2. *Angel. cons.* 245. *num.* 4. *in fine Tiraquell. de Nobilitat. quæst.* 29. *num.* 40. *Rebuff. de priuileg. Scholar. priuileg.* 98 *num* 3. & 4. *Marant. in praxi par.* 4 *dist.* 9. *n.* 77. & 80. *Rot. decis.* 2. *de Constitution. in princip.* *antiq. Nouar. in praxi priu. miserab. priuileg.* 77. *num.* 1. *Medices de casib. fort. par.* 2. *quæst.* 4. *num.* 41. *Gratian. disceptation. fo-*
15 *rens. dicto cap.* 55. *num.* 46. Et † hoc adeo verum est, vt nec à spontè dantibus liceat Salaria recipere *ad tex. in l. finali* §. *vt autem C. de re milit. lib.* 12. ibi: Vel spontanea voluntate offerentibus, &c. & in *c. Romana* §. *penul. de censib. in* 6. ibi: qualitercumque offeratur, &c. *Bal. in auth. hodie C. de Episcop. & Cleric. Caroc. de locat. par.* 1.
16 *quæst.* 7. *numer.* 50. Dummodo † tamen paupertas talis sit, vt si causa gratis non expediatur iura eius remaneant deserta, vt post *Felin & Gigant.* quos allegat, firmat, *Riminal. Iun. in cons.* 329. *num.* 20. *lib.* 3.

17 Alter est casus quando † Arbiter non pronunciaret super omnibus in compromisso contentis, quia tunc nullum Salarium consequi posset, cum non satisfaciat suo muneri, quòd est pronunciare super omnibus, de quibus partes compromiserunt, &
18 nihil reseruare, seu diuidere, aliàs laudum est nullum, etiamsi amplissimas contineat clausulas, & sit iuramento vallatum *l. dicere* §. 1. *l. non distinguemus* §. *quæsitum ff. de recept. arbitr. Rot. coram Caua'er. decis.* 636. *num.* 1. & *coram Burat. decis* 14. *num.* 19.

19 Nec † Salarium Arbitris debetur quando arbitrantur cum consilio sapientis, sed ipsi sapienti soluendum veniret Salarium illud, quod præstandum fuisset Arbitris, si proprio marte causam terminassent, vt per *Bal. & alios scribentes in l.* 2. *ff. quod quisque*
20 *iur.* Quod † tamen intellige verum in Arbitris electis à Ciuitate, vel Principe, secus vero in ijs, quos sibi partes elegerunt, isti
21 † namque, si postquam viderint allegationes, & iura vtriusque partis super controuersia vertente, adhuc dubitent, & instent pro consilio sapientis, cum quo velint arbitrari, recipiunt salarium separatum ab illo, quod persoluendum est sapienti, qui consuluit *Bal. in l.* 2. *C. de senten. ex breuic. recitan. per tex. in l.* 4. §. *sed si messor ff. fin. regundor. Lanfranc. de Arbitr. par.* 7. *quæst.* 39
22 *num.* 84. *in fine*. Nec † est inconueniens quòd pro eadem causa pluribus personis, & pro diuersis respectibus salaria plura persoluantur, *Natt. cons.* 89. *vol.* 1. *Caroc. de locat. & conduct. par.* 1. *tit. de Arbitr. salar.*
23 *quæst.* 15. *num.* 6. Et † istud Salarium sapientis

pientis non differt in quantitate ab illo, quod Arbitris debetur, ita disponente Statuto *Vrb. lib. 1. cap. 188. ibique Fenzon. in*
24 *Annotation. sub littera F*, Et † erit persoluendum communibus litigantium expensis quando Arbiter requisiuit sapientis consilium *Ias. in l. prætor ait* §. 1. *num.* 10. *ff. de eden Galganett. ad Statut. Vrb. lib. 1. d cap. 188. vers. de Iure communi col.* 438. *Crot. de Testib. numer.* 402. *Put. de Syndicat. verb. Salarium cap.* 4. *num.* 4. *Castren. cons.* 91. *num* 9. *lib* 1. *Gratian. disceptation. forens. cap.* 55. *numer* 44. *Surd. de Aliment. tit.* 1.
25 *quæst.* 63. *sub num.* 4 At, † si altera partium litigantium instetit, causam ab Arbitro decidi cum consilio Sapientis, accipiet hic integrum Salarium ab illo, qui instantiam huiusmodi fecit, licèt pro vtraque parte consilium seruandum sit *Bar. in l. si postulauerit ff. ad leg. iul. de Adulter. Bal. in l. sed si loci ff. fini. regund. Speculat. in tit. de Assessor.* §. *Salarium vers. quid ergo si alter litigatorum Boer. decis.* 303. *sub num.* 5. *Grauat. ad Vestr. in praxi tribunal. A. C lib.* 6. *sub num* 14. *Gratian. disceptat.* 55. *num.* 43. *& discept.* 57. *num.* 2. *Xamar. de offic. iudic. par.* 1. *quæst.* 19. *num.* 59. *Parid. de Put. loc. citat. n.* 5. vbi, quòd hoc maximè procedat, si dubium sit contra illam partem, quæ con-
26 sultorem requisiuit, Nam † actus debet expediri expensis eius, qui petit actum fieri *l. Salarium ff. mandati l. diu ff. de var. & extraordinar. cognit.*

Alios casus, possem adducere, in quibus Arbitri Salarium de Iure habere non debent, verùm cum debeamus illos infra referre, quando agemus de Iudicum Salario, ideò illos hìc omitto, nè eadem pluriès repetantur.

Artificibus mechanicis quando merces debeatur.

QVAESTIO LV.

SVMMARIVM.

1 *Artifices ab arte facienda nomen habent.*
2 *Artifices omnes signum publicum habentes tenentur suas operas præstare omnibus, qui illas requirunt.*
3 *Artifices mercedem consequi debent pro eorum artificio.*
4 *Artifices mercedem habere debent pro rata temporis, & laboris.*
5 *Artifices, si ob casum fortuitum laborare non valeant, mercedem non consequuntur.*
6 *Mercedis promissio facta Artifici continet tacitam conditionem, si operæ præstentur.*
7 *Artifices si ex facto conductoris laborare non possint eo tempore, pro quo fuerunt conducti, mercedem consequuntur quamuis non laborauerint,* Declara *vt num* 8.
9 *Artifex, si ob casum, opus quod faciendum susceperat, perficere non valeat, potest id facere per substitutum idoneum, & conuentam mercedem exposcere,* Declara, *vt num.* 10.
11 *Artifex conductus in singulos dies ad laborandum in aliquo opere non tenetur de periculo, nec de vitio operis.*
12 *Artifex conductus ad certum opus peragendum, si illud ob imperitiam vitiosum efficiat, itaut reaptari non possit, mercedem consequi non debet, & tenetur reficere damna conductori, & num.* 17.
13 *Artifex quando promissam mercedem consequi possit pro opere ad artis perfectionem non elaborato?*
14 *Actio redhibitoria intentari non potest contra Artificem, qui opus fecit, si illud aliqua in parte vitiosum appareat, sed agendum est pro reaptatione si vitium tale sit, quod possit emendari vt num.* 17.
15 *Actio redhibitoria non habet locum in contractu locationis.*
18 *Locationis contractus dicitur quoties faciendum aliquid suscipitur pro certa mercede, amplia vt num.* 19.
20 *Actio redhibitoria quandò competat pro re artificiali.*
21 *Artifex si vltra dimidiam iustæ mercedis in operarum locatione decipiatur non potest intentare remedium l.* 2. *C. de rescind. vendit. vel c. cum dilecti de empt. & vendit.*

1 DE Artificibus mechanicis, qui † ab arte facienda nomen habent, *Onnat. de contract. disp.* 46. *sect.* 8. *n.* 152. *tom.* 2. adnotabimus aliqua in genere. si enim de singulis Artificibus in specie id profe-

prosequi in animo esset, non nisi pluribus quæstionibus, aut libris res tota clauderetur.

2 Primò igitur noto, Artifices † omnes signum publicum habentes teneri suas operas præstare indistinctè omnibus illas requirentibus, quia sic per signi appositionem cum Republica conuenisse videntur, *Port. in §. præterea Institution. quib. mod. re contrahit. obligat. per textum in l. 1 ff de furt.*

3 Et † pro ipsorum artificio mercedem con-

4 sequi debere pro † rata tamen temporis, & laboris, & non vltrà *l. si vno ff. de ann. legat. l. si vno §. item cum quidam ff locat l. sicb latribus in fine & l. penultima C. de erogat. militar. anno. lib. 12. Ben de priuileg. l. C. par 1. priuileg. 22. num. 1. Ciriac. controuers. 67*

5 *num. 7.* In tantum, quòd † si Artifices fuerint ad certum tempus conducti, & ob aliquem casum etiam fortuitum impediantur laborare, talis casus ipsis, non autem conductoribus nocere debeat *Glos. in l. si quis domum §. 1. verbo operas ff locat. Cignol in l. diem functo num. 166. ff de offis. Assessor. Firmian in suo repertor. verb. operarius num*

6 *15.* cum † in promissione mercedis facta operarijs mechanicis subintelligatur conditio, dummodò operæ præstentur, ex traditis *per Bolognett in l. diem functo num. 21. ff de offic. Assessor. Surd. consil. 42. num. 7. Gratian. disceptation. forens. cap. 692. num. 7. Noguerol. allegat 8. num. 7.*

7 At † si impediantur à conductore, quin suas operas exerceant, poterunt Artifices ad certum tempus conducti mercedem petere, etiam pro illo tempore, quo non laborarunt iuxtà dispositionem textus expressi in *l. qui operas ff. locati*, ibi: Qui operas suas locauit totius temporis mercedem accipere debet si per eum non stetit quominùs operas præstaret &c. & comprobatur ex *l. sed addes §. cum quidem & Glos. in l. si vno §. item cum quidam verb. personis ff. eod. tit. Bar. in l. 1. §. Diuus num. 1. in fine ff. de var. & extraordin. cognit. Natt. consil. 452. num. 2. Dec. consil. 70. num. 1. in fine Aldobrandin consil. 8. num. 15. lib. 2. Nogueroll. allegat. 33. num. 64. & 65. Rot. coram Buratt. decis. 5. num. 13. & decis. 79. num. 9. decis. 839. par. 4. diuers. & in Recentior. decis. 230. num. 3. par. 1. & decis. 265. num. 3. par. 2. & coràm Cardinali Cavaler. decis. 520. per tot.* Cum satis sit ad cõsequendam mercedem, quòd per ipsos non steterit, & parati essent ad omne mandatum suas operas præstare *l sed addes §. cum quidem ff. locat. & conduct. l. qui operas ff. eod. Glos. magna in l. si vno §. cum quidem vers. cum autem ff. eod*

8 Ad † hoc autem, vt dici possit, Artifices fuisse paratos suas operas exhibere, necesse est, quòd illo tempore, quo conductor eorum opera non vtitur, alteri illas non locauerint, quia si alteri inseruijssent, non nisi pro tempore, quo ab opere vacassent mercedem consequerentur *d. l. sed addes §. finali ff. locati l. diem functo & ibi Roman num. 3 & Iacob. de Nigr. ibidem n. 42. ff. de offic. Assessor. Rot. in Vrbinaten. Salarij 20 Aprilis 1654. coram Reu. Pat. Dom. Albergato.*

9 Noto † secundò, quòd si fuerit conductus Artifex ad aliquod opus peragendum, certa conuenta mercede, & aduenïat casus, quòd ad perfectionem opus perducere non valeat, liceat ipsi illud per substitutum idoneum perficere, & conuentam mercedem exposcere *per tex. in l. pollicitationibus, vers. & cum absens per amicum ff. de pollicitation. Io. de Plat. in l. nullus C. de Decurion lib. 10.* Nisi tamen versaremur in tali Artifice, cuius peritia, & exquisita artis excellentia parem non haberet; Tunc enim non posset talis artifex operando per substitutum conuentam mercedem integrè exposcere, cum dicatur electa industria personæ, & ista veniat in pretium; itaut dum à non tam excellenti Artifice opus fiat, tanta merces non sit persoluenda *Onnat. de Contract. tom. 2. tract. 15. disput. 45. num 196.*

11 Tertio noto, quòd † si conducatur Artifex in singulos dies ad laborandum in aliqua re, non teneatur de periculo, nec vitio operis, *l. ea lege §. locaui ff. locat. Bar. sing. 123. Roman. singul. 31. & consil. 297. Cremen singular. 81.* vbi rationem reddit, quia videtur dietim approbatus, & sibi imputet conductor si non licentiauit, *Petr. de Vbald. in tractat. de duob. Fratrib. par. 8.*

12 *quæstion. 37. numer. 38. circa med* Si † vero Artifex conducatur ad perficiendum opus, & per ignorantiam illud vitiosum effecerit, itaut reaptari non possit, mercedem consequi non valebit, tamquam ex falsa causa promissam, quia ex quo locat operas suas, videtur asserere, se esse in illa arte

la arte

la arte peritum, & dum non est talis habere non debet mercedem ex tali causa promissam, & vlteriùs tenebitur omne damnum ex sua imperitia conductori prouenieus emendare §. *imperitia*, *& ibi notat Io: Faber. & alij scribentes Institution. Ad leg. Aquil. Carpan. ad statut. Mediolan. par. 2. cap. 398. num. 220. Iul. Cæs. Imbrian in tractat. de Iudice Regn. dialog. 2. num. 7. Caroc. de locat. & conduct. part. 4. tit. de Imperit. Agrimens. per tot. Grass. de effect. clericat. in prælud. num. 122. Borgnin. Caualcan. decis. 26. num. 5. libr. 1.*

13 Noto quarto † quòd Artifex mercedem consequi non debeat si opus faciendum susceptum non elaboret ad artis perfectionem, quotiescumque conuenerit quòd omnibus numeris absolutum esse debeat, Secùs autem si inter Artificem, & conductorem fuerit stipulatum, quod fieret opus tanti valoris, Hoc enim casu, Artifex opus, non ad artis perfectionem, sed ad requirentis voluntatem, accomodare potest, & sufficiet illi pro consequenda mercede ostendere per æstimationes peritorum artis, quòd opus, licèt non sit ad omnem artis excellentiam elaboratum, attamen tanti valeat, quantum fuit pro mercede promissum *Onnat. de contract. disp. 10. sect. 7. num. 281.*

14 Quinto † noto, quòd si Artifex aliquid peragendum susceperit, certa mercede accepta, si eueniat, quòd opus aliqua in parte vitiosum appareat, non sit locus rescissioni contractus intentando actionem

15 redhibitoriam, quia † hæc actio locum non habet in contractu locationis, & conductionis, vt expressè cautum habemus in *l. sciendum ff. de ædilit. edict. & ibi Cæpoll. numer. primo Caballin. de Ædilit. act. cap. 2. numer. 10. Carcc. de location. & conduction. part. 6. quæstion. 7. tit. de ædilit. edict. numer. 2.*

16 Sed † agendum sit pro reaptatione, si vitium rei tale sit, quod possit emendari, itaut vsus rei non impediatur, *l. 1. §. sed sciendum, ibique Cæpoll sub num. 34. vers. sed si esset modicum & l. Pomponius ff de ædilit. edict. Nauarr. in summa cap. 89. Azor. Institut. moral. par. 3. lib. 8. cap. 82. quæstion. 3. Bonacin. de Contract. disputat. 3. quæst. 2. punct. 6. numer. 4* cum alijs, quos refert, & sequitur *Ciarlin. controuers. forens. cap. 89. numer. 2. & Onnat. de Contract. d. disputat. 10. sect. 7. numer. 286.*

17 Et † si res adeo vitiosa esset vt incapax esset reaptatione, competeret actio ad damna, & interesse contra Artificem, qui nec mercedem aliquam prætendere posset, vt notauimus supra *num* 12.

18 Nec † dubitari potest, quin contractus initus ab Artificibus cum ijs, qui eorum operas requirunt, dicatur locatio, & conductio, quia semper talis est quotiès faciendum aliquid datur, pro certa mercede *vt per. tex. in l. item si pretio* ibi: Quoties etiam faciendum aliquid datur locatio est &c. *ff. locat.*

19 Quòd etiam procedit quando Artifex apponit in opere suam materiam, adhuc enim dicitur contractus locationis, & conductionis, non autem emptionis, & venditionis *l. item si prætio §. cum insulam, ibique Castren. & alij Scriben. ff. locat.*

20 Potest † tamen dari casus, quòd etiam pro re artificiali competat actio redhibitoria, & casus est quando res emitur non ab ipso artifice, qui illam perfecit, sed à tertio vt in casu *decis. Mellin. 180.* Et ratio est, quia vendẽs rẽ ab alio perfectã dicitur mercator, cuius proprius contractus est emptio, & venditio, illi vero, qui res proprijs operibus fabrefaciunt dicuntur Artifices, & operarij, in quibus cadit contractus locationis *c. eijciens 88. distinct. d. c. insulam in fine ff. locat. Stracc. de Mercatur. in princip. num. 5. & 23. Surd. decis. 313. n. 1. & seqq.*

21 Vltimò † Noto, quòd si Artifex, vltra dimidiam iustæ mercedis in locatione suarum operarum decipiatur, non possit intentare remedium *l. 2. C. de rescinden. vendit. vel. c. cum dilecti de empt. & vendition.* petendo contractum rescindi, vel supplementum iustæ mercedis præstari, *Barbos. in d. c. cum dilecti num. 26. de empt. & vendit Gratian. disceptat. Forens. cap. 185, numer. 8.* & latiùs de hoc agendum erit infrà *in par. 3.*

Assessori

Assessori An, & quando sit soluendum Salarium.

QVAESTIO LVI.

SVMMARIVM.

1 *Assessor quis sit, & in quo illius officium consistat?*
2 *Assessori debetur Salarium*
3 *Assessori debetur Salarium etiam non conuentum.*
4 *Assessori debetur Salarium propter laborem Intellige vt num. seq.*
5 *Assessores debent esse docti, nec possunt ad tale officium promoueri nisi studuerint per quinquennium.*
6 *Assessoris officium consistit in probitate scientiæ.*
7 *Assessori debetur Salarium etiamsi Iudex, cui assistebat propria culpa fuerit ab officio remotus, Intellige vt num. 17.*
8 *Casus contingens in persona vnius alteri nocere non debet.*
9 *Conditio iniqua alteri per alterum inferri non debet.*
10 *Pœnæ suos non egrediuntur auctores.*
11 *Assessor in dubio præsumitur esse in culpa erroris à Iudice commissi.*
12 *Assessor videns Iudicem contrà ius agentem debet protestari apud acta ad hoc, vt ipse non dicatur in culpa.*
13 *Assessori, qui remoto Iudice ab officio locauit alteri operas suas, An debeatur Salarium?*
14 *Assessor, remoto Iudice ante finitum officium, non tenetur amplius seruire etiamsi in locum Iudicis remoti subrogaretur ipsius filius.*
15 *Lex nunquam fingit impossibilia.*
16 *Assessor non potest eodem tempore recipere Salarium a duobus.*
18 *Assessori debetur Salarium pro toto tempore officij etiamsi Iudex, cui assistebat mortuus fuerit ante finem officij.*
19 *Casus contingens in persona conductoris non debet nocere locatori.*
20 *Promissio facta ratione operis habet in se tacitam conditionem si opera præstetur.*
21 *Conditio tacita æquè suspendit sicut expressa.*
22 *Fictio Legis habetur pro veritate.*
23 *Verba legis vbi sunt clara cessat omnis quæstio.*
24 *Assessori debetur Salarium, etiamsi partes litigantes inter se concordauerint, Amplia vt num. 25.*
26 *Assessor non potest petere Salarium quando illud solui deberet à paupere, Declara vt num. 27.*
28 *Assessor non potest petere Salarium immoderatum, & vltra summam à Lege determinatum.*
29 *Salarij summa debita Assessori quænam sit?*
30 *Conductus simpliciter absque conuentione certi Salarij intelligitur voluisse locare operas suas pro Salario præstari solito.*
31 *Assessor conductus absque expressione certi Salarij quam summam consequi debeat, cessante taxa, & loci consuetudine?*
32 *Assessori, cuius culpa Iudex fuit ab officio remotus, non debetur Salarium, Amplia vt num. 34.*
33 *Præmium quis referre non debet ex illo actu, per quem damnatur.*
35 *Assessori propria culpa ab officio remoto non est soluendum Salarium, Amplia vt numer. 36. Declara vt numer. 37. & 38.*
39 *Pœna debet commensurari delicto, nec illud excedere debet.*
40 *Bannitus tolleratus in ciuitate non potest impunè occidi, Amplia vt num. 41.*
42 *Assessori, qui ante finem officij absque licentia discessit, non consequitur integrum Salarium, sed pro rata temporis, quo seruiuit.*
43 *Assessoribus S. Officij quando sit soluendum Salarium remissiue.*

1 Assessor † dicitur ille, qui assistit Iudici, illumque instruit ad ritè procedendum, & rectè iudicandum *l. prima ff. de offic. assess. Azo. in summa tit. de Assess. num. primo Dec. in rubr. ff. de offic. assess. num. primo Parid. de Put. in tractat. de Syndicat. in verbo Assessor. cap. 1. Cagnol in l. diem functo n. 12. ff. de offic. Assess. Archidiacon. in c. statutum n. 13. de rescript.* Et fuit inuentus, vt succurreretur Iudicum im-

peritiæ, Ideoque Assessor, qui eligitur debet esse doctus *glos. in authent. de Iudic. in princip. vers. in nostrum Angel. cons. 371. incipien. Primus punctus col. prima*, Et si talis non reperiatur poterit ab officio remoueri, *Bald. in l. sed & reprobari ff. de excusat. tutor*. Ipsius vero officium consistit in visione iurium vtriusque partis, & de eorum Iustitia cognoscere, & deindè referre Iudici, qui iuxta ipsius relationem sententiam proferre debet.

2 Pro † hoc ergo officio iure quidèm merito dicendum est, soluendum esse Assessori Salarium, *glos. in c. statutum §. assessorem in princip. de rescript. in 6.* & expresè habetur in *d. §. Assessorem* ibi: Si autem indigeat ipse neutri parti suspectum assumens ei de competenti Salario prouidè moderando ab eo faciat à partibus communitèr prouidere &c. Et cum hoc §. concordant *l. diem functo ff. de off. Assessor vbi Castren. num 4. & Ias. num. 10. & 39. & alij communiter Scribentes in c. non licet 11. quæst. 3. l. prima §. sed & comites ff. de var. & extraordinar. cognit. Parid. de Put. in tractat. de Synd cat. v. Assessor. cap. 2. sub num. 5. vers. Assessor. debet Menoch. de arbitrar. Iud. libr. 2. cent. 3. cas. 254. numer. primo*, Spe etenim præmiorum inuitandus est assessor *l. prima C. de assessor. Speculat. in tit. de Assessor. §. Salarium in princip. Caroc. de locat. & conduct. par. prima tit. de sportulis Iudicum quæst. 7. num. 4. vers. Quarto facit*. Et hæc conclusio adeo vera est, vt etiam quatuor recipiat ampliationis.

3 Quarum Prima est, quòd † illi soluendum sit Salarium, etiamsi non fuerit conuentũ, & non probet Assessor, se esse solitum locare operas suas, *Gratian. discept. forens. capit. 257. sub numer. 4. per l. primã ff. de variar. & extraordin. cognit DD. in l. prima C. de suffrag. & in l. archiatri alias incip. Antiochius C. de professor. & Medic. libr. 10.* Neque obstat si dicatur, Salarium illud, quod soluitur ob laborem, non autem ob probitatem scientiæ, non esse soluendum, nisi fuerit conuentum *l. qui mut. aut pecuniam §. Salarium ff. mandati l. Salarium C eodem tit. Rot decis. 5 9. numer. primo part. prima & decis. 124. part. 4. Diuers. & coram Coccino decis 3 6. & coram Cardinali Caualerio decision. 4 0. numer. primo*, Sed sic est,

4 quòd † Assessori debeatur propter laborem, non autem ob scientiæ probitatem, vt dicunt *Ias. in l. diem functo num. 10. & Castren. sub num. 4. ff. de offic. Assess.* ergo illi Salarium non conuentum minimè soluendum erit. Quià Respondetur, quòd, cum

5 Assessores debeant esse docti, itaut nisi sint tales, & per quinquennium iuri ciuili studuerint, ad hoc officium promoueri minimè possint, vt diximus supra, per *Dec. in d. l. diem functo num. 2. Parid. de Put. in tractat. de Syndicat. verb. Assessor. cap. 2. numer. 7.*

6 Ergo est dicendum, quòd ipsorum officium consistat in probitate scientiæ, illisquè Salarium persoluatur, non habita ratione solius laboris, sed etiam scientiæ, & nobilitatis officij, *Adrian. Negus. quæst. 419. numer. 1. in fin. Gratian. disc. Forens. d. cap. 257 num. 4.*

7 Secunda ampliatio est, quòd † etiamsi Iudex, cui assistebat, remotus fuerit ab officio propter propriam culpam, vt puta, si furtum, vel barattariam commiserit, iniustas, & crudeles sententias tulerit, vel in aliud simile crimen inciderit, dummodo Assessor etiam non fuerit in culpa, erit ipsi Assessori soluendum Salarium *Bart. in d. l. diem functo numer. 4. ff. de offic. assessor. & ibidem Castren. num. 9. Alexand. num. 10 & Cagnol. sub numer. 141. vers. septimo noto Parid. de Put. in tractat. Syndicat. v. Salari-*

8 *um cap. 2. numer. 10.* quia casus contingens in persona vnius alteri nocere non debet *l. si vno §. cum quidam & in l. si quis fundum §.*

9 *imperator. ff. locati* Neque † alteri per alterum debet iniqua conditio inferri *c. non debet de reg. iur. in 6. l. quis in suo §. legis autem C. de inofficioso testam.* cum alijs concor-

10 dantibus, & quòd † pena suos debeat auctores comprehendere, & illos non egredi, firmatur in *l. crimen. & l. Sancimus C. de pœnis.*

11 Sciendum tamen est, quòd in dubio semper præsumitur, Assessorem fuisse in culpa erroris, à Iudice commissi, quia cum eius officium consistat in præstando consilium ipsi Iudici, vnde etiam consiliarius appellatur, *Specul. in tit. de Assessor §. 1. num 1. Put. in d tractat. v. Assessor. num. 5 Bald in l. 2. in secunda lectura ff. quod quisque iur.* hinc est, quòd omne factum, vel negocium præsumitur factum ab Assessore *Bart. in d. l. diem functo col prima in princip. vers. quia in dubio & sub num. 4. vers. Aut.*

12 *dubita-*

12 *dubitatur* Et † ideo, ad hoc, vt Assessor non dicatur in culpa, & possit petere Salarium, non solùm probare debebit, non fuisse in culpa erroris à Iudice commissi, nec illi manus dedisse, verum etiam protestationē fecisse apud acta statimatq; animaduertit, Iudicem contra ius velle agere, prout protestari tenebitur *l. quantum Iudices vbi Bald. C. de appell. t. l omnes la prima C. de decurion. libr. 10. Adden. ad Cæpol de Cautelis ca. Assessores caut. l. 215.* aliàs, si non fecisset protestationem, non solùm non consequeretur Salarium, verum etiam teneretur pœna quinquaginta librarum auri, *Parid. de Put. in d. vel l. de Syndicat. verbo Assessor. cap. primo num. 1 . & in verbo appellatio cap primo num. 8 l. quoniam vbi Bal. C. de appellat. Fælin in c. si quando circa princip. de offic delegat. & in c. si quando num. 1 de rescript. glos. in d. l. quoniam, & ibi etiam Bar.*

Extendunt nonnulli hanc ampliationem 13 dicendo, † soluendum esse Assessori Salarium, remoto iudice, cui assistebat propria culpa ab officio, etiamsi Assessor alteri suas locet operas *Alexandr. in d. l. diem functo nu. 10.* Et pro huius extentionis fundamento duas afferunt rationes, quarum prima est, Quòd si locaui tibi fundum ad quinquennium, & postea, vel quia non soluis affictum, vel fundum non colis, aufero abs te fundum, teneris mihi ad integram mercedem, licèt ipsum alteri benè locauerim, *Castren. vbi supra sub d. num. 9. in fin. & Alexandr. loco proximè supra relato sub nu-* 14 *mer. 11.* Secunda ratio est, quòd cum † Assessor, remoto præside ab officio, possit statim petere Salarium, quia dicitur iam suas partes expleuisse, & absolutus, & liberatus à conductione, & omnibus pactis super ea initis, nec teneatur stare cum successore, etiamsi surrogaretur filius Iudicis remoti, *Alex. in supradicta l. diem functo numer. 3. & Ias. numer. 27.* ergo nihil debebit interesse si Assessor alteri Iudici suum consilium præstet: His tamen rationibus non obstantibus, contrarium de veriori & magis communi opinione resoluunt, *Ias in supradicta l. numer. 26. Cagnol numer. 142. Dec. numer. primo.* Et expressè habetur in eadem lege ibi: Modo si non postea Comites cum aliis eodem tempore fuerint &c. Et rationē huius dispositionis esse puto, quia, cum per eamdem legem, disponendo esse soluendum Assessori Salarium etiamsi Iudex propria culpa remoueretur ab officio, fingatur, Assessorem pro illo residuo temporis, adhuc seruire, si Assessor locaret, 15 alteri suas operas, [illegible] fictio legis esset de impossibili scilicet quod eodem tēpore duobus dominis Assessor seruitiū præstaret, quod cum non [illegible] *§. minorem natu de adoption. l. adoptio ff. eodem tit. Bar. in l. si is qui pro emptore num. 22. ff. de Vsucapion. & ibi Ias. num 11 [illegible] Bonon. decis. 78. numer. 31 inter recollectas per Fundat. & Gios.* falsa remanebit supradicta extensio huic nostræ secundæ ampliationi à supradictis DD. assignata: Neque obstant rationes pro dicta extensione allatæ, quoniam Prima deducitur ex *l. si uno §. si domus ff. locat.* Corruit, cum tex. non probet id, ad quod inducitur, Non enim in dicto textu dicitur, quod dominus alteri secundo conductori fundum locauerit sed tantùm modo in eo disponitur, quòd locator possit auferre fundum, & mercedem petere à conductore, qui illum fundum debita diligentia non custodiebat, vt videre est in dicto textu, ibi: Si domus, vel fundus in quinquennium locatus sit, potest dominus si deseruerit habitationem, vel fundi colendi [illegible] colonus, vel inquilinus cum eis statim agere &c. Et ideo inferri non poterit ad dictam conclusionem, quia, quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, Et sic cessabit prima ratio in contrarium adducta, Corruet quoque secundum argumentum respondendo, quòd licèt verum sit antecedens, vt testantur ibi allegati, falsum tamen esse consequens, quod ex illo antecedenti deducitur, nam, vt diximus suprà licèt assessor non teneatur amplius seruire, adhuc tamen à Lege fingitur seruitium præstare, Nam aliàs non posset petere mercedem laboris non præstiti, & si peteret diceretur iniquus, vt in *c. vbicumque § quia ergo 13. quæst 2.* Sicque, nec lex videtur fingere impossibilia, prout esset, si fingeret Assessorem eodem tempore duobus dominis seruire, non debebit Assessor illo tempore, pro quo Salarium accepit alteri locare operas suas, alias iam acceptum tenebitur restituere, vel non acceptum pe-
16 tere non poterit, non † enim potest Assessor eodem tempore à duobus Dominis Salari-

larium recipere *Alex. in d. l. diem functo numer. 8. & ibidem Dec. numer. 9. Bal. in l. si consul. in fine ff. de adoption. Angel. in §. illud quoque Auth. vt iudic. sine quo suffrag. Dec. qui supra in c. ex litteris col. penult. de probat. §. nulla Auth. de defen. ciuit. Angel. qui supra in l. final. ff. de offic. Assessor. Seraphin. decision. 1410. numer. 21. & decision. 1444. numer. 12.*

17 Aduertendum † tamen erit, hanc nostram ampliationem locum sibi vindicare quando Iudex fuit remotus propter culpam, & proprium errorem, itaut, illa solutio Salarij sit quasi pœna erroris commissi, non tamen procedere, quando Iudex habuit successorem ex causa necessaria, idest facto Principis ante tempus finiti officij, nam hoc casu non tenebitur Iudex, qui remouetur ab officio pro toto tempore Salarium soluere Assessori, quia factum Principis non debet nocere Iudici *argumento l. 2. §. merito & §. si quis à Principe ff. ne quid in loco public.* & Princeps consulet indemnitati Assessoris, quòd ipse suas præstet operas futuro Iudici *Alex. post Fulg. in d. l. diem functo num. 30.*

18 Ampliatur Tertio, soluendum † esse Salarium Assessori pro toto tempore officij, etiamsi iudex, cui assistebat moriatur ante finem officij sui, vt habetur in *l. diem functo ff. de offic. assessor. vbi communiter DD. & precipue Bart. num. 6. in fin. Ias. numer. 12. Castren num. 4. Dec. num. 4. vers. secundo nota Cagnol. numer. 37. 38. 39. 40. & seqq. Adrian. Negusan. quæst. 419. num. 2. Speculat. in tit. de Salar. §. 3. num. 8.* Nam lex fingit eos illo residuo temporis seruire, cum non stet per eos, quin suas operas præstēt, &
19 casus, qui cōtingit in persona conductoris, nō debet nocere locatori, sed illi est soluendū Salariū, vt habetur *in l. sed addes § fin. & in l. qui operas ff. locati Bar. in l. si vno §. item cum quidam col 2 ff eodem tit. & dicitur in d. l. diem functo.* Neque obstat, quòd contra hanc ampliationem opponi posset,
20 scilicèt, quod † promissum pro operibus habeat tacitam conditionem, si operæ præstentur, vt per *Bar. in d. l. diem functo nu-*
21 *mer primo* & † tacita conditio æque suspendat sicut expressa *glo. in l item quia ff. de pact. Dec. in d. l. diem functo num 24.* Ergo si non adimpletur, nec erit soluendum Salarium, Respondetur enim, illam tacitam conditionem in casu nostro dupliciter dici posse adimpletam, & Primo, quia quotiescumque non stat per ipsum assessorem, quin suas præstet operas, conditio dicitur ex parte sua adimpleta *c. cum non stat. de reg. iur. in 6. l 24. ff. de reg. iur. l. si post diem §. item si quæ conditio ff. quando dies legat. ced. Cephal. cons. 8. numer. 6. Put. decis. 19. lib. 1. in correctis Gratian. discept. Forens cap. 223 num. 41.* Secundo, quia lex fingit Assessorem illo tempore, pro quo Salarium acci-
22 pit, seruire, quæ † fictio legis cū habeatur pro veritate, & non minus, quam ipsa veritas operetur *Decian cons. 7. num. 85. libr. primo & cons. 11. numer. 151. eodem libr. primo Rota Bononien. decis. 53. numer. 9. inter recollectas per Fundat. & Gypsium* & sic dicendum erit, Assessorem cum effectu seruire, & conditionem adimplere.

Eadem extensio, quam diximus supra ab aliquibus DD. secundæ ampliationi afferri, à nonnullis etiam huic tertiæ adaptatur, vt dicit *Cagnol. in d. l. diem functo sub numer. 141. vers. septimo noto:* Verum cum textus apertè loquatur, quòd si alteri Assessor locauerit operas suas non possit consequi Salarium, vt videre est in illis verbis: Modo si non postea Comites cum alijs eodem tempore fuerint &c. non me vlterius extendam ad reprobandam contrariam o-
23 pinionem, quia vbi † verba textus sunt clara, alijs probationibus, & argumentis non egemus, nec aliqua cadit iuris disputatio, *Castren. cons. 466. incipien. Ad quod breuiter respondeo libr. primo l. ille aut ille §. cum in verbis ff. de legat. 3. l. iam hoc iure §. fin. ff. de vulgar. & pupillar.*

24 Ampliatur Quarto, & vltimo, † vt sit soluendum Assessori Salarium, vel iam acceptum non teneatur restituere quando laborauit circa processum alicuius causæ, & fecit quidquid ad eius officium spectabat, & antequam feratur sententia partes interesse concordauerint, vt ad litteram habetur in *glos. c. statutum §. assessorem v. communiter de rescript. in 6. Franc. in d. c. statutum d. §. assessorem in fine Speculat. in tit. de Salar. §. dicturi in fin & in §. sequitur vers sed pone quod hoc causa & in tit. de assessor. §. Salarium sub num. prima vers. item si post conclusionem Gratian. discept. forens capit. 55. numer. 15.* qui, & si loquatur in terminis Iudicis, tamen procedit etiam in casu nostro

quia

quia doctores ab illo allegati loquuntur de Assessoribus, & in vtroque militat eadem ratio, propter quam soluitur Salarium *Bar. in l. prima §. diuus il 2. col 4. numer. 14. ff. de var. & extraordinar. cognit.* & concurrit pro firmiori huius ampliationis fundamento, officium Assessoris non versari in pronunciando, sed in consulendo *l. metum §. ex facto ff. quod met, caus. auth. ad haec C. de Iudic* Ergo dũ causa est in calculo ferendæ sententiæ Assessorẽ dicitur iam suo fuisse functum officio, & ideo præteriti laboris mercedem consequi debere, etiam si sententia non feratur, nam hoc ad eius officium non spectat, Et hæc
25† ampliatio procederet etiamsi extaret statutum quòd esset soluendum Assessori Salarium post latam sententiam, quia si non stet per Assesserem debebit consequi Salarium, etiamsi sententia non feratur, vt in textu pluries citato, *c. cum non stat. de reg. Iur. in 6. Dec. in l. iure ciuili in princip ff. de reg. Iur. & in consil. 70. incipien. pro tenui col. 2. numer. 3. vers ex quibus infert. Roman. cons 85. incipien. euidenter ostenditur in princip. & in fine & in cons.* 434, *col. penult. numer. 6. vers. quod tertium Borgnin. decis.* 41. *num. 48. part. prima & alij quos longa serie refert. & sequitur. Gratian. discept. forens. capit.* 561. *num.* 34. 35. & 36.

Quot huic conclusioni supra assignauimus ampliationes, totidem, & vltra sibi vindicat limitationes, Quarum prima est quòd
26† Assessor, qui præstauit suum consilium Iudici in causa alicuius pauperis non possit ab illo petere Salarium *Bologinin. in auth habita numer.* 243. *C. ne fil. pro patre Rolan à Valle cons.* 87. *num.* 24. *lib.* 2. *Bellamer: decision.* 44. *tit. de restitut. in integr. num primo* quia pauperes, cum non habeant vndè præstent, non tenentur soluere, nam ad impossibile nemo tenetur *l. impossibilium ff. de reg. Iur. l. cum his §. primo ff de stat. liber. c. nemo potest de reg. iur in 6 l. illicitas §. vltim. ff. de offic præsid. l. procuratorem §. si ignorantes ff. mandati, Surd. decision.* 141. *nu-*
27 *mer.* 9. Intelligendo † tamen, hanc limitationem procedere quandò Salarium soluendum esset ab ipso paupere, & ideo distingendum est in hoc casu tali forma, videlicèt: Aut iste Assessor fuit requisitus ab ipso Iudice, quia aliquam difficultatem in causa habebat, & tunc Salarium ipsi Assessori soluendum, erit communibus expensis, *vt in c. statutum §. Assessorem in fin. ibi faciat à partibus communi et prouideri de Rescript. in 6.* Sed quia pauper non habet vndè soluat, Assessor non habebit nisi partem soluendam ab illo, qui pauper non erat; Si vero aliqua partium litigantium petat sententiam ferri de consilio Assessoris, ab illa parte petente, maximè si dubium sit contra eam, totum Salarium Assessori debitum soluendum erit, *Bar. in l. si postul. uerint ff. ad leg. Iul. de adulter Bald. in l. sed si loci ff. fin. regun. Parid. de Put. in tractat. de Syndicat. v. Salarium capit. 4. numer.* 5. Sicquè si causam expediri cum consilio Assessoris fuerit à parte diuite pætitum, Assessor totum consequetur Salarium, si vero fuerit pætitum a parte paupere, tunc Assessor nihil pro suo Salario consequetur, prout nec ipse Iudex a pauperibus aliquid consequitur, cuius melioris conditionis Assessor esse non debet.

28 Limitatur secundo, non † esse soluendum Assessori Salarium immoderatum, & vltra summam à lege determinatam, & si fuerit solutum tenebitur ipse Assessor ad restitutionem, etiam si ille, qui soluit vellet Assessori remittere seu donare, vt dispositum reperitur *in c. statut. §. si quid autem vbi Ioan Andr. de Rescript. in 6 Speculat in tit. de Assessor. §. Salarium num. 2. vers. Hoc autem §. nullo quoque auth. de Iudic. Molin in tractat. de Iust. & iure disputat,* 83. *col. prima Abb. in c. quia plerique num.* 33. *de immunitate Eccles. Menoch. de Arbitrar. Iudic. libr. 2. cent. 6. cas.* 513. *num.* 7. & 8. & sancitum habemus in nostro statuto Vrbis *libr. primo capit.* 155. *in fine vers sportulæ pro*
29 *consultore:* Summa † vero moderata Salarij, dicitur illa, quæ à Lege, vel Principe constituta est, vt in *d. c. statutum §. Notarium Menoch. vbi proxime numer.* 7. Sicquè in Vrbe illud dicitur iustum Salarium Assessoris, quod non excedit summam, quæ taxata reperitur in statuto *libr* 3. *capit* 9. *tit. de Viatic. Iudic. & Salar. Assessor.* In alijs vero locis, vbi talis taxa non reperiatur, inspiciendum erit, si adsit consuetudo, quę prouideat, cuilibet officiali de certo Salario & illi consuetudini standum erit, nec poterit Assessor vltra illam summam aliquid plus exigere, & si exigat tenebitur ad restitutionem, Et hoc procederet etiamsi
30 summa solita esset parua, nam † simpliciter

ter conductus intelligitur conductus iuxta solitum, nec aliquid vltra illud prætendere potest *l. licet. & ibi Bald. C. locati l quod si nolit §. quia assidua ff. de edilit. edicto Barbat. in c. quod translationem de offic. delegat. Alex. consil. 3. col. fin. & cons 26. libr. 2.* At si consuetudo sit dubia, quia aliquando vni assessori datum est plus, aliquando mi-
31 nus, tunc inspiciendum erit, an † aliàs Assessor suas operas locauerit pro certo Salario, & si locauerit consequi debebit idem Salarium, quod prima vice consequutus fuit *l. penult. §. exor. ff. solut. matrimon. Aretin. cons. 11. incipien. Procedendum est breuiter Bal. in l. binos circa finem C. de Aduocat. diuers. Iudic Aquen. in d. l. diem functo col. 1. vbi etiam Ias. col. 3. & Cagnol. numer 92.* Hoc tamen intellige procedere, nisi fuerit mutata conditio ipsius Assessoris, vt puta si magis doctus, & excellentior euasisset, tunc enim augeri deberet Salarium, quemadmodum scientia aucta fuit *Corset. in suis singular. v. Salarium 4. & diximus supra in quæst. 10. par. 1.* Si vero Assessor nunquam alteri suas operas locauerit, nec de quantitate Salarij in conductione fiat mentio, Salarium taxandum erit ab ipso Iudice, cui Assessor assistit, vt habetur in *d. c. statutum §. Assessorem in fine* ibi; Ei de competenti Salario prouidè moderando ab eo faciat à partibus communiter prouideri &c. vbi *glos v. moderando*, quæ exponit Iudicem moderari debere dictum Salarium secundùm causæ qualitatem, litigantium conditionem & Assessoris peritiam, quam Glosam sequitur *Cagnol. in l. diem functo n. 95. & facit l. 1. §. in honorariis cum ibi notatis per Bar. & §. sed & si comites ff. de var. & extraordinar. cognition. Caroc de locat. & conduct. par. prima tit. de Agrimensoribus quæst. 16. num. 13 Seuerin. in d. l diem functo quæstion 30. Menoch. de Arbitrarijs Iudic. libr. 2. cent. 3. cas. 254.*

32 Limitatur † tertio, quòd non sit soluendum Salarium Assessori, cuius culpa Iudex fuit ab officio remoto *Ias. in d. l diem functo num. 29. Bart. numer. 4. Castren sub num 9.*
33 *& Cagnol sub num 41.* quia † ex actu per quem quis damnatur non debet præmium recipere *l. siue hereditaria in fine ff de negoc. gest.* cum pœna omnem prærogatiuam excludat *l. prima in fine C. vbi Senat. vel Clarc. l. raptores C. de Episcop. & cleric. l. quoties de Dignitat. libr. 12. l. infamia de Decur. lib. 10.*
34 *& in l. 3. ff. de offic. præsid.* Imò ipse assessor tenetur Iudici ad interesse ob talem remotionem *Seuerin. in d l. diem functo in quæstion. 23. Cagnol. in dicta l. num. 140.*

35 Limitatur Quarto, † non esse soluendum Salarium Assessori, qui sua culpa fuit ab officio remotus *glos. in l. diem functo vbi etiam Alex. n. 1. Castren. n. 1. & Ias. n. 28. l. meuia in princip. ff. de annuis legat. l. quod autem in fin ff. de negoc. gest. Bal in . eadem C. locati in l. 1. in fine C. de suffrag. in l. 1. §. diuus ff. de var. & extraord. cognit. Caroc. de locat & conduct. tit. de sportulis Iudic. part. 1. quæstion. 7. n. 73.* damnum enim, quod quis sua culpa sentit sibi, & non alijs imputare debet, *c. mora & c. damnum de reg. Iur. in 6. & l. quodquid ex culpa ff. de reg. iur.* & nemo debet ex sua culpa præmium reportare *l. siue hæreditaria*
36 *in fine ff negoc. gest.* Imo † Assessor tenebitur Iudici cui assidebat ad omnia damna, & interesse quæ pateretur ob talem remotionem *Seuerin. in d. l. diem functo col. 2. in quæstion. 23. l. si fundus vers. similiter ff. locati.*

37 Verum † hæc limitatio duas recipit declarationes, Quarum prima est, intelligendum esse non deberi Assessori Salarium pro futuro tempore, Secus vero pro tempore præterito quo benè seruiuit *Castren loco proxime supra citato Ias. vbi supra sub num. 28. Bar. in l. meuia ff. de annuis legat. in l. fundus vers. similiter ff. locati Bal. in l. nesennius in fine in verbo remouendus ff. de excusat. tut. in l. mancipia C. de seru. fugit. Corset. in suis singularibus v. Salarium il primo Curt. Iun. in d. l. diem functo num. 53. Caroc. de*
38 *locat. loco supra relato n. 74.* nam † labor, & tempus diuisionem recipiunt *l. seio in princip ff. de annuis legat. Bar. in l. meuia ff. eodem Abb. in c. cum sit de Iud. & facit tex. in l. 2. ff. de itiner. actuque priuat.* & sicuti illo tempore, quo bene suo officio functus fuit attulit vtilitatem, ita quoque pro illo tem-
39 pore referre debebit Salarium, nam † pœna debet commensurari delicto, nec illud excedere debet *l. rescriptum ff. de ijs quibus vt indign.* Neque obstat *tex. in l. etiamsi partis ff. de legat.* quæ potest contra hanc declarationem adduci, Quia in casu dictæ legis tutor excusabat se à parte respectu rerum vnde nullo modo, nec vllo tempore fecerat id quod debebat, In casu vero nostro

Asses-

Assessor remouetur à parte respectu temporis, & sic in parte temporis fecit totum id, quod facere debebat, ita supradictæ legi respondet *Bar. in d. l. metùs num. 3.* Secunda declaratio est, quòd licet Assessor commiserit aliquod delictum, vt puta barattariam, vel quid simile propter quod mereretur remoueri ab officio, non tamen proptèr hoc priuabitur Salario, nisi remoueatur ab officio, Si enim post culpam tolleratus fuisset, deberetur ipsi Salarium vsque ad diem remotionis *Alexan. l. diem functo n. 34. Cagnol. vbi supra numer. 213.* vbi affert

40 exemplum, banniti, qui non potest impunè occidi quando tolleratur in Ciuitate, quia talis tollerantia præstat ei securitatem, licèt nondum sit de banno cancellatus *Salicet. in l. nullus C. de Iudæ. Ican. de Ana. in c. sicut col. 5. de Iude.* quod † habet locum etiam

41 amsi adsit statutum, quod bannitus possit impunè occidi *Felin. in c. quæ in ecclesiarum numer. 9. vers. Quartus casus de constitution.* ad hoc facit etiam exemplum excommunicati tollerati, de quo per eumdem *Felinum in c. si vero de senten. excommun icat.*

42 Quinto, & vltimo limitatur, non esse soluendum totum Salarium Assessori, qui ante finem temporis, quo debebat assistere sine licentia, & insalutato hospite discessit, sed tantummodo soluendum erit Salarium pro tempore, quo seruiuit *Bald. in l. prima in secunda oppositione, & in l. si ea C. de condit. insert. Alex. in d. l. diem functo sub num. 32. in fine Cardinalis del antic. de tacit. & ambig. conuenct. libr. 5. tit. 6. numer. 2. tom. primo Carot. de locat. & conduct. part. prima tit. de Agrimensoribus quæst. 16. numer. secundo* dummodò non concurreret aliqua iusta causa discessus, vt puta proptèr infirmitatem, vèl quid simile, tali enim casu, non esset priuandus Salario, vt diximus supra *in part. prima quæstion. 20.*

Et hæc sint satis dicta de Salario Assessorum: Alia multa poteris videre apud scribentes omnes *in l. diem functo ff. de offic. Assessor. & Pat. de Syndicat. v. Salarium cap. 2. & Specula: in tit. de Assessoribus §. Salarium.*

43 Et † quando debeatur Salarium Assessoribus S. Officij, vide remissiuè apud *Barbos. in collectanea DD. ad c. vt commissi num. 6. 12. distinct.* vbi, quòd isti Assessores non possint exigere Salarium sed benè spontè oblatum recipere.

Bailis, qui dantur in Regno Neapolis pupillis habentibus bona feudalia, An debeatur Salarium.

QVAESTIO LII.

SVMMARIVM.

1 *Baili dantur in Regno Neapolis pupillis habentibus bona feudalia.*
2 *Baili æquiparantur tutoribus.*
3 *Tutoribus Salarium non debetur*
4 *Bailis Salarium debetur.*
5 *Pater si detur pro Bailo proprio filio Salarium non consequitur, Amplia, vt numer. 6.*
7 *Salarium non debetur filio administranti bona paterna.*
8 *Correlatiua non debent ad imparia iudicari.*
9 *Actio & passio vno tempore in eodem subiecto dari non potest.*

1 IN † Regno Neapolis pupillis habentibus bona feudalia loco tutoris dantur Baili vt habetur ex *Constitutione 27. libr. 3. titul. de Iure Baili,* Et his Bailis Salarium aliquod non deberi prima facie di-
2 cendum videtur, æquiparantur † enim tu-
3 toribus † qui ratione administrationis, & laboris mercedem aliquam petere, seu recipere non valent, cum eorū officium gratuitum esse debeat *l. à tutoribus §. finali vbi glos. in verbo nisi ab eo & Bar. in princip. ff. de Administrat. tutor. l. qui negociationem, vbi glos. in verb. quia lucrum ff. eodem l. si is qui ff. de eo, qui pro tutor l. in eos ff. de Tutel Menoch. cons. 228. num. primo & seqq. libr. 3. Surd. de Aliment. titul. 1. quæstion. 47. nu. 6. & 7. & latius dicemus infra cum agemus de Salario Tutoris.*

4 Hoc † tamen non obstante in Regno huiusmodi Bailis Salarium soluendum est ita disponēte *Constitutione de Minor. vbi Afflict. in primo notab. & in fine rubr Capic. in repetit. c. imperialem §. si quis infeudatus in 5. notab. de prohibit. feud. alienat. Adden. ad Bar. in dicta l. à tutoribus §. quemadmodum ff. de administrat. tutor. Vincent. de Franch. decision. 122. numer. 5.* vbi refert sic vidisse pluries

ries obseruari: Et iure quidèm optimo Bailis huiusmodi Salarium constituitur, cum occasione bonorum feudalium plura, & plura agere debeant, quæ ad Tutoris officium minimè spectant, vt suprà diximus de Aduocato in quæstion. 53. & dicemus infra suo loco, cum de Tutoris Salario agemus.

5 Non † tamen soluendum esset Salarium aliquod, quando pupillo daretur pro Bailo proprius pater, vt puta si pupillo prouenirent feuda ex linea materna, vel ex aliquo fideicommisso, *Flau. Amendol. in addit. ad d. decision. Vinc. de Franch.* 122, *num.* 6. Ricc. *in collectan. decis. par.* 1. *collect.* 179. *vers. Salarium quod debetur bailo Vincent. de Fran-*

6 *ch. decis.* 340. *per tot.* vbi ampliat † procedere etiamsi ex illis bonis feudalibus parum fuisset filio remansurum, quia, prætterquàm hoc non est inspiciendum, sed id quod principalitèr agitur *l. si quis nec causam ff. si cert petat.* non est allegabilis ratio percipiendi Salarium pro administratione, eo quia ex bonis administratis parum filio proueniat, Etenim si solueretur Salarium patri bailo de bonis hæreditatis tanto minus filius consequeretur, vt optimè aduertit *Franc. loc citat.*

Ratio autem, propter quam Pater, sicut cæteri Baili, Salarium pro administratione consequi non debeat, duplex est, quarum

7 vna consistit in eo, quòd sicùti † non debetur Salarium filio administranti bona paterna, *Anton. Cordub. in l. si quis à liberis § sed si filius col. finali in fine ff. de liber. agnos cen: Ias. in l. illud* 2. *col.* 4. *vers. principalitèr numer.* 8. C. de Collation. & latè firmauimus suprà, reprobata sententia Fulgosij in hac *part.* 2. *quæstion.* 50. *num.* 19. Ita quoque, nec soluenda erit merces aliqua patri bona filij ad

8 ministranti, nè † ad imparia iudicentur pater, & filius contra naturam correlatiuorum *l. fin. C. de indict. viduit tollen.* Alia ratio est, quod pater censeatur eadem persona cum filio *l. vltima C. de impuber & alijs substitution. Menoch. de præsumption lib.* 8 *præsump.* 37. *numer.* 13. et si posset mercedem petere à filio ratione administrationis, videretur quasi creditor suis ipsius, quod

9 non est dicendum, cum † actio, & passio vno tempore, & in eodem subiecto stare minimè possit *l. frater à fratre ff. de condit. indebit.*

Bancherij An mercedem consequi debeant pro operibus, quas in gratiam exigentis cambium, impendunt, pecuniam numerando, & quid simile agendo.

QVAESTIO LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Bancherijs debetur merces pro labore, quem in numeranda pecunia impendunt, Contrarium num.* 2. *Intellige vt num.* 6. & 7. & *seqq.*

3 *Numeratio pecuniæ est actus, qui gratis fieri consueuit, Contrarium num.* 4.

5 *Campsores seruientes bancherijs magna Salaria consequuntur.*

8 *Bancherijs Salariatis à publico debetur merces pro numeratione pecuniæ, quam facit ad fauorem priuati.*

1 Bancherijs † pro labore, quem in numeratione pecuniæ, aut quouis alio simili obsequio, quod impendunt in gratiam eius, qui cambium requirit, soluendam esse mercedem firmant de communi Doctorum sententia, *Sot. de Iust & Iure libr.* 6. *quæst.* 11. *art. primo Less. in eod. tractat. libr.* 2. *cap* 23. *dubit* 8. *per tot. Nauar. in manual. cap.* 17. *num.* 288. *Couarru. de vet. collat. numismat cap.* 7. *sub num.* 5. *vers. præsertim Summ. Syluestr. in verb. Vsura* 4. *§.* 7. *Corrad. de Contract. quæst.* 99. *conclusion.* 12. *in* 2. *probat. Medin. in suis tractat. tom.* 2. *tit. de reb. per vsur. acquisit. quæst.* 6. *vers. si dicas Caroc. de Locat. & conduct. par.* 7 *conclus.* 90. *cum alijs, quos longa serie refert. & sequitur Scacc. de camb. §.* 2. *glos.* 3. *num.* 97. & §. 3. *glos.* 3. *num.* 4.

2 Contrarium † tamen voluit *Caietan. in opuscul. de Camb. tom.* 1. *tractat.* 7. *capit. primo, &* 6. plures afferens pro sua opinione

3 rationes, & Primò, quòd † numerare pecuniam sit actus, qui gratis fieri consueuerit, neque sit mercede dignus: Secundò, quòd aliquando contingat plus numerare illum, qui cambium exigit, quàm ipsum bancherium, itaut potius exigenti cambium, quàm

quàm bancherio merces deberetur: Tertio, quod actui numerandi, quem facit Bancherius respondeat numeratio, quæ fit ab illo, qui cambium requirit.

Hæ tamen rationes, quæ per Caietanū afferuntur non videntur concludentes; Prima namque non subsistit in facto. Ete-
4 nim si † verum esset, quòd actus numerationis fieret gratis, sequeretur, quod iuuenes locantes operas suas bancherijs quorum officium consistit in numeratione pecuniæ, vt exempli gratia iuuenum Campsoris, non possent aliquid a Dominis pro suis laboribus exposcere, & tamen vide-
5 mus, quod Campsoribus huiusmodi Salaria notabilis summæ constituantur, *Molin. de Iust. & Iure tract. 2. disp. t. 400. numer. 5. Rot. in Romana Pecuniaria 13. Martij 1638. coram bon. mem. Merlino, quæ est decis. 156 sub num. 3. vers. cum demum par. 5. in recen*

Nec aliquam vim faciunt secunda & tertia ratio, quià; etsi eueniat; Bancherium, & illum, qui cambium requirit, numerare pecunias, non tamen ex hoc sequitur, compensandum esse laborem vnius cum labore alterius, quia quicquid laboris suscipit Bancherius facit in gratiam tertij, ille vero, qui cambium requirit, laborat ad proprium commodum, vt bene, prædictis rationibus respondendo, aduertit *Molin. loc. citat.*

Cessantibus igitur rationibus prædictis sequenda erit prima opinio tamquàm communitèr à Doctoribus amplexa. Intelli-
6 gendo † tamen, illam non procedere in personis priuatis, quæ Bancherij non sunt, sed in alijs se exerceant, quia si contingat, istos commutare pecunias, mercedem aliquam exposcere non debent *Mich. Sal. ad D. Tom. secunda secundæ post. quæst. 78. in discept. de Camb. quæst. 3. art. vnic. vers.*
7 *hac perspicua sub num.* 11. Nisi † ex illa commutatione damnum aliquod, vel interesse illis resultaret, vt puta magna temporis iactura in numerando, vel aliquid huiusmodi, quod non solet gratis concedi, vel si in commutatione daretur pecunia bona pro mala, nam tunc licitè aliquid poterunt recipere arbitrio boni viri *Summ. Sylvestr. in verb. Vsura 4. vers. si vero aliquid patiatur sub num. 4.*
8 Neque † minus locum sibi vindicat prædicta communis opinio quando versarentur in Bancherijs salariatis a Publico *Romaul. de Camb. capit. 4. vers. nota secundo Strac. de Commercio & Camb. §. 2. gl. 3. num. 9.* cum alijs per eum allegatis, apud quem videas hanc quæstionem plenius discussam, cum sit materia spectans ad cambium, de quibus in hoc nostro tractatu non est agendum.

Birroarijs An, & quando sit soluendum Salarium.

QVAESTIO LIX.

SVMMARIVM.

1 *Birroarijs soluitur Salarium iuxta locorum consuetudinem.*

2 *Birroarij stipendiati à publico non possunt quidquam à priuatis extorquere, Declara vt num. 3.*

4 *Birroarij in Vrbe vltra stipendium, quod habent à Publico consequuntur mercedem à priuatis pro executionibus.*

5 *Consuetudo non extenditur de loco ad locum.*

6 *Birroarij salariati à Publico non possunt aliquid a priuatis accipere pro associando Commissario extra prouinciam in accessu ad fabricandos processus.*

7 *Birroarij salariati à publico si quid à priuatis accipiant cogendi veniunt ad restitutionem.*

8 *Birroarij capientes bannitum nullam mercedem consequuntur quamuis edictis publicis fuerit capienti promissum præmium.*

9 *Promissio facta in banno mandante aliquid fieri, non dicitur facta illis, qui ex officio tenentur illud facere, quod in banno continetur.*

10 *Birruariorum officium consistit in purganda ciuitatem à malis hominibus.*

11 *Recognitionem non meretur is, qui aliquid facit ex debito.*

12 *Birroarij, qui non à Publico, sed à priuatis mercedem consequuntur non possunt aliquid exigere vltra taxas, & locorum consuetudines sub pœna quadrupli.*

13 *Taxa Birruariorum Vrbis in causis ciuili-*

Lanfranc. Zacchias de Salario. Cc *bus*

bus pro executionibus factis in Vrbe, & num. 16.

14 *Taxa Birroariorum Vrbis in causis ciuilibus pro executionibus factis extra Vrbem, & num. 17.*

15 *Taxa Birroariorum Vrbis pro executionibus in causis criminalibus.*

18 *Birroarij Vrbis non possunt vltra taxas aliquid accipere nec à sponte dantibus.*

19 *Birroarij, qui executionem mandati fecerunt accepta mercede non possunt aliam mercedem consequi pro reiterata eiusdem mandati executione, Amplia, vt num. 10. Declara vt num. 21.*

22 *Birroarij, vt mercedem consequantur, debent verè, & realitèr executionem facere.*

23 *Birroarij mercedem non consequuntur si executionem non faciant ob impedimentum alicuius inhibitionis seu nongrauetur.*

24 *Birroarij exequutionem facientes non attentis inhibitionibus, itaut pignora restituenda veniant, nullam mercedem consequuntur.*

25 *Birroarij exequentes mandatum nullum, vel iniustum, itaut executio sit reuocanda, mercedem non ammittunt, sed illam consequuntur ab eo, qui mandatum exequi curauit.*

1 BIrroarijs † Salarium soluitur vel à publico, vel à priuatis iuxta locorum consuetudinem *Seaglion. super Ritib. magna Cur. Vicar. rit. 39. num. 11. Caroc. de locat. & conduct. par. 7. conclus. 84.*
2 Et † si à publico sint stipendiati non poterunt quidquam stipendij nomine, seu alio titulo à priuatis extorquere, quotiescumque
3 † tamen in loco non vigeat consuetudo, quòd à priuatis simul, & a publico stipendia consequatur, iuxta quam contrarium dicendum esset cum *Decian. respons. 41. num. 74. & seqq. lib. 2. Menoch. cons. 1047. ex num. primo lib. 11, Florez. variar. libr. 1. quæst. 8. §. 1. numer. 6. & seqq.* Quod practicari videmus in Vrbe
4 † vbi vltra Salarium, quod menstruatim habent, consequuntur etiam mercedem pro executionibus, quas faciunt tàm personales, quàm reales iuxta taxam inferius registrandam: Hac inquam consuetudine
5 remota, quæ † de loco ad locum non extenditur *l. sed licet ff. de offic. præsid. l. 3. §. sequitur hoc interdicto, & ibi Bar. ff. de Itin. actuque priu. Innocen. in c. tua nos de Decim. Dec. consil. 483. numer. 22. Natt. cons. 555. sub num. 5. Cacheran decis. pedemont. 100. sub num. finali vers. minus nocet Guidopap. decis. 23. & decis. 192. numer. 3. Laur. Hircon. commun. opin. centur. 3. conclus. 98. Rot. decis. 5. de Consuetud. in nou. num. 10. & coram Serafin. decis. 1159. numer. 6. & in recen. decis. 94. num. 5. par. 4. tom. 2. & decision. 214. numer. 9. part. 7.* Non licebit Birroarijs à publico Salariatis aliquid à priuatis quocumque prætextu,
6 seu titulo accipere etiamsi † exirent prouinciam, vt puta si assisterent alicui commissario in accessu ad fabricandum processum informatiuum super aliquo delicto patrato, quia cum accipiant menstruum Salarium pro exercitio birroarij, tunc faciunt id, quod eis impositum est, quodque eorum incumbit officio, & propterea, tamquam proprio muneri satisfacientes, aliam mercedem pro associatione præfata prætendere minimè valent *Bar. in l. si quis in graui §. vtrum num. 2. ff. ad Senat. Consult. Syllan. vbi etiam Bal. & idem Bal. in l. 2. C. de oper. libert. & in l. ab hostibus la seconda ff. de captiu. & postlimin. reuers. Dec. in l. si filiusfamilias num. 3. vers. sed tamen aduertendum est ff. si cert. petat. Carauit. super pragmatic. de Exul. num. 124. & seqq.* vbi testatur de communi opinione *Ludouic. Peguer. decis. 67. Farinacc. de Var. & diuers. quæstion quæst. 103. num. 356. vbi plures*
7 *more suo cumulat*, Et † si quid accipiant turpitèr extorquere dicuntur, & ad restitutionem cogendi erunt *l. final. ff. de condit.*
8 *ob turp. caus.* Et † id practicari videmus in Birroarijs apprehendentibus bannitum, quibus nulla merces, seu præmium persoluitur quamuis publicis edictis fuerit præmium promissum capienti bannitum, *Bar. in dict. l. si quis in graui §. vtrum numer. 2. ff. ad Senat. Consult. Syllanian. & ibidem Alban. numer. 2. & 3. Nell. in Tract. de Bannit. in 2. par. 1. temp. quæst. 22. Angel. de Malefic. in verb. quod fama publica sub num. 74. vers. decimotertio quæro & ibid. August. in addit. vers. & in quantum dictum est Parid. de Put. in tract. de Syndic. verb. præmium num. 4. Marsil. cons. 10. num. 44.*

Foller.

Foller. in pragmatic. regn. de Exul. num. 23. *& ibi etiam Carauit. num.* 124. *& seqq. Baiard. ad Clar. in* §. *Homicidium numer.* 212. *Stephan. de feder. in tract. de Interpetrat. Iur. part.* 1. *numer.* 45. *Caball. resolut. Crimin. cent.* 3. *cas.* 279. *à Ponte cons.* 59. *ex nu- mer.* 15. *volum.* 1. *& in tractat. de potestat. proreg. tit.* 5. *ex num.* 24. *Escobar. de Ratiocin. part.* 1. *cap.* 26. *num.* 34. *Carneual. de Iudic. part. prima disputat.* 4. *numer.* 23.

9 Promissio † enim non intelligitur facta illis, qui id, quod edictum fieri mandat, ratione mercedis, quam recipiunt à publi-
10 co pro exercendo eorum officio † consistente in purgando ciuitatem à malis hominibus *l. congruit ff. de offic. præsid. Bar. in dicta l. si quis in graui* §. *vtrum sub d. numer.* 2. tenentur facere ex debito, sicque ipsis aliud præmium non est elargiendum,
11 quod † enim fit ex debito nec recognitionem nec gratias meretur.

12 Si vero † Birroarij à priuatis mercedem consequi debebunt non licebit eis sub pæna quadrupli illam exigere vltra summam a consuetudine loci approbatam *I. s. in* §. *quadrupli num.* 5. *Institution. de Action. Rebuff. in l.* 3. *col.* 2. *vers.* 3. *ff. de verbor. signi-*
13 *ficat.* Vel vltra locorum taxam, quæ † in Vrbe in causis ciuilibus talis est videlicet: Quòd pro quacumque executione reali vel personali vsque ad summam scutorum quinque inclusiue non possint Birruarij exigere vltra carolenos duos Abinde vsque ad decem iulios tres, A decem vsque ad viginti iulios quinque: A viginti vsque ad quadraginta iulios decem, A quadraginta vsque ad septuaginta iulios quindicim, & à septuaginta vsque ad centum iulios viginti; A centum vero vsque ad quingentos scuta tria, A quingentis vsque ad mille scuta quatuor, Abinde supra si fiat executio vsque ad quamcumque summam remittitur quantitas arbitrio Iudicis de cuius mandato fit executio, dummodo non excedat summam scutorum sex: Pro executione mandatorum de immittendo in possessionem bonorum stabilium scutum vnum, & non vltra si non fuerit expressa summa, sed si expressio adest seruatur taxa supra relata: Pro executione mandati suspicionis fugæ seruatur pariter suprascripta taxa, vsque ad summam scutorum quadraginta, à quadraginta vero vsque ad quamcumque summam non nisi scutum vnum exigitur.

14 Pro executione facta extra Vrbem intra terminos trium milliarium seruatur idem quod adhuc dictum est de executione facta in vrbe, Quando tamen executio fit in loco distante ab Vrbe vltra tria milliaria executores Vrbis non nisi duplicatam mercedem capiunt quamuis locus, ab vrbe executionis distet quadraginta, & vltra milliaria, Executores vero alterius loci duplicatam mercedem recipiunt habita ratione taxæ illius loci, in quo fit executio.

15 In † causis autē criminalib⁹ seruatur quòd
16 si † Birruarij capiāt aliquē pro causa capitali, qui pæna mortis fuerit cōdemnatus nō possint mercedē aliquā pro eorū captura prætēdere, & in casu, quo Reus cōmutatio nē pænæ vel plenariā absolutionē obtineat scutum vnum pro mercede consequantur. Si vero delictum non mereretur pænam mortis, sed triremium, exilij, fustigationis vel membri mutiliationis, & condemnatio sequatur nullam pariter mercedem habeant, At si contingat Reum absolui, vel ei pænam commutari, tunc iulios quinque, & non vltra pro captura accipere possint.

Et hæc taxa seruatur in omnibus curijs exceptis Tribunalibus Gubernatoris, Ripæ & Ripettæ, quæ suas particulares, & minores habent taxas in ciuilibus ob paupertatem litigantium, qui in dictis Tribunali-
16 bus concurrere solent. Et † taxa in ciuilibus talis est videlicet si executio fit in Vrbe vigore mandati relaxati seruatis seruandis, pro quacumque executione reali vel personali vsque ad summam scutorum trium inclusiuè bononen. septem cum dimidio, Ab indè vsque ad decem bonon. duo cum dimidio pro quolibet scuto, A decem vsque ad quinquaginta bon. duo pro quolibet scuto dummodo merces non sit minor iulijs tribus, Abinde supra vsque ad centum iulij quindecim diuidendi pro rata cuiuslibet scuti, Abinde supra vsque ad ducenta iulij viginti, & à ducentis vsque ad quingenta iulij vigintiquinque in totum: Et abindè supra vsque ad quamcumque summam soluitur arbitrio Iudicis dummodò non excedat summam scutorum quatu-
17 or in totum. Quando autem † executio fit extrà Vrbem vltra duo milliaria soluitur duplum, & si executio fiat vigore manda-

ti suspicionis fugæ, etiam parte citata accipiunt executores pro eorum mercede bononenos duos cum dimidio pro quolibet scuto si mandatum non excedat scuta decem, Abinde supra vsque ad quinquaginta habent iulios quinque, Et à quinquaginta vsque ad quamcũque summã cõsequuntur scutũ vnũ in totum, & non vltrà, & nõ nisi ab vna tantũ parte ad id obligata

18 Vltra † taxam supra relatam prohibitum est Birroarijs quidquam extorquere pro sua mercede, etiam à sponte dantibus, nec 19 sub quouis prætextu, etiam nouæ executionis, vt puta si pecuniæ retractæ ex pignore capto in executione non sufficerent pro satisfactione creditoris, itaut noua executio esset necessaria, adhuc enim Birroarijs non licebit aliam mercedem recipere sed tenebuntur denuò gratis, & toties idem mandatum exequi donech integrè creditor satisfactus remaneat, *Bal. in l. inuitus ad finem C. de procurat Fælin. in c. innouamus de Tregua, & pace Dec. cons. 23, & cons. 77. vol. 1. Petr. Nunez. de Auendan. in tract. de exequend. mandat. Reg. par. 1 cap. 17. vers. & cum decima sub numer. 10. Sanchez. consil. moral. tom. 1. lib. 3. cap. vnic dubb. 22. num. 9.* & disponitur in *d. Reformat. Pauli Papæ V. tit de Barcncell & exe-* 20 *cutor. § quinnimo* Quod † adeò verum est, quòd si Birruarius ille, qui primo loco executionem fecisset moreretur, vel remoueretur ab officio, Nihilominus Birroarius, qui eius loco subrogaretur mercedem consequi non deberet *Auendan loc. cit. vers. quarto sequitur sub num. 9. Sanchez. consil. moral. tom. 1. libr. 3. cap vnic. dub 22. nu-* 21 *mer. 6.* Sed † tantummodo expensam aliquam ob laborem in perficiendi executione passum, vt per *tex. in l. si operas ff de Vsufruct. & Bal. in l. penultima col penultima ff. de offic. consul.* firmat *Auendan. vbi suprà vers. non negarem sub numer. 10. Sanchez. loc. citat. sub a. num. 6.*

Verùm, siue à publico, siue à priuatis mercẽs persoluenda veniat, plura requiruntur, ad hoc, vt Birroarij illam exigere va 22 leant, videlicèt quòd † executio super re vel persona verè, & cum effectu sequuta fuerit, itaut possit creditor ex prætio extrahendo à pignoribus in executione captis integram sui crediti satisfactionem habere *Nunez. de Auendan. in tractat de exequend. mandat. reg. part prima cap. 17 sub num. 6. Sanchez. consil. moral. libr. 3. cap. vnic. dub. vigesimosecundo*, & expressè cautum habetur in *d. Reformat. san. mem. Paul. V. in dicto §. Quinimò nec debitam mercedem*

23 Nec † quidquam prodert Birroarijs pro consequutione mercedis allegare, quòd ipsi fecerint omnes, & quascumque diligentias pro executione facienda, sed eis fuerit à debitore, seu alio præstitum impedimentum mediante exhibitione alicuius cartæ dotalis, inhibitionis, vel non grauetur, Etenim quando etiam hoc à Birroarijs probaretur, adhuc nullam merce- 24 dem prætendere possent Quinimo, † si executionem fecissent, prædictis inhibitionibus non attentis, & bona executata ob spretum inhibitionum restituenda venirent adhuc gratis nullaque mercede habita, cogerentur ad restitutionem, ita disponente *Reformat. præ d. sub eadem Rub. §. & ostensa*

25 At † si executio facta retractanda veniret ex capite nullitatis, vt puta si non fuissent seruati termini de Iure, vel stilo seruandi, vel ex capite iniustitiæ, vt si mandatum pro indebito fuisset relaxatum non amitteret tali casu Birroarius mercedem sibi pro executione debitam: sed is, qui mandadatum nulliter, vel iniustè relaxatum exequi curauit soluet Birroario debitam mercedem, *Petr. Nunez. de Auendan. in dicto tract. de exequend. mandat. reg. par. 1. capit. 17 sub n. 10. Sanch. consil. moral. tom. 1. lib. 3 capit. vnic dubitat. 22. numer. 7.*

De Salario Carnificis, QVAESTIO LX.

SVMMARIVM.

1 *Carnifici illa debetur merces, quæ fuit constituta à Principe, seu Communitate, quæ illius operas conduxit.*
2 *Merces solita assignari Carnifici consistit in pannicularijs damnatorum.*
3 *Panniculariorum sub nomine quænam comprehendantur.*
4 *Panniculariorum sub nomine non veniunt gemmæ pecuniæ, & alia pratiosa.*
5 *Iudex loci, in quo non adest Carnifex, potest cogere hominẽ vilẽ, vt sit Carnifex.*
6 *Carnifex coactus à Iudice ad exercendum consequetur mercedem aureorũ quinque*

1 CArnifici † seu Maniuolto, vt alij vocant executorem Iustitiæ ea debetur merces, quæ fuerit constituta à Principe seu communitate quæ eius operas

2 ras conduxit, Et merces assignari solita
Carnificibus consueuit consistere in panni-
cularijs damnatorum, vt in *d. l. diuus ff. de
bon. damnator. Boer. decision. 349. sub n. 5.*
3 Sub† nomine autem pannicularioru m com-
præhenduntur vestimenta, Zonæ & annuli,
vt in *d. l. diuus Parid. de Put. de sindicat. verb.
Maniuoltus sub num. 5. circa finem vers. &*
4 *isti debent habere*, Dummodò tamen† eorum
valor non excedat aureos quinque, alioquin
si damnatus in digito habuerit Sardonycha.
aut aliam gemmam magni prætij, vel si ali
quod chiragrafum magnæ pecuniæ in sinu
habuerit nullo iure illud in pannicularia ra-
tione continebitur, vt declarat eadem *l.
diuus ff. de bon. damnator. & Alciat in
parergon. Iuris lib. primo capit. 4. in princip.*
5 At si versemur in loco, in quo non sole-
at Carnifex adesse, quo casu potest Iudex
ob publicam vtilitatem cogere aliquem ho-
minem quamuis liberum, vt sit Carnifex,
etiam, quòd ipse in nihilo deliquerit,
dummodò sit persona vilis, vt mendicus,
& similis *Bart. in l. fin. § titius num. 3. ff. de*
6 *pignorat. act.* tali † casu Carnifici sic coacto
soluenda erit merces aureorum quinque, vt
post *text. in l. fin. ff. eodem de bon damnat in
& in l. 2. C. pro quibus caussis seru. liber. accip.
l. Iulius ff. de euict. & l. venditor. § si constat
ff. commun. præd. firmant. Rip. in tractat. de
pest. tit. de remed. præseruat. con. pest. n. 126
Parid. de Put. in tract de sindic. in v. Mani-
uoltus num. 5. Cartar. de execut. sentent. ca-
pt. band. cap. fin. num. 453. Clar. in praxi cri
minal. quæst. 99. num. 4.*

Clericis inseruientibus Ecclesiæ An liceat stipendia recipere.

QVAESTIO LXI.

SVMMARIVM.

1 *Clerici Ecclesiæ inseruientes stipendia con-
sequi debent.*
2 *Clericis infirmis stipendia debentur.*
3 *Clerici ecclesiæ inseruientes, si infirmentur
dicuntur seruire.*
4 *Clerici Ecclesiæ inseruientes si possideant
bona patrimonialia, stipendia ab Eccle-
sia consequi non debent, Contrarium n. 5*
6 *Clerici inseruientes altari de altari viuere
debent, non autem de proprio patrimonio.*
7 *C. clericos, c. pastor, & c. si quis 1. quæ-
stion. 2. declarantur.*
8 *Redditus ecclesiastici antiquitus possidebantur
in communi, & distribuebantur ministris
Ecclesiæ habita ratione eorũ indigentiæ.*
9 *Stipendia præstantur non propter indigen-
tiam eius qui seruit sed propter seruitium*
10 *Stipendium aliquando accipitur pro reddi-
tu Ecclesiastico*

1 CLericos † omnes, qui Ecclesiæ fide-
liter vigilanterque deseruiunt, sti-
pendia consequi debere reperitur
expressè dispositum in *c. clerici 1. quæst. 2.
ibique Glos. in verb. Clerici*, vbi ampliat,
2 quod † eis persoluenda sint stipendia etiam
pro illo tempore, quo ab aduersa valetu-
dine vexantur, cum qua Glosa concordant
*Couarru. variar. libr. 3. cap. 3. num. 8. Du-
en. reg. 206. limitat. 7. Hoied. de incompati-
bilitat. benefic. par. 1. cap. 17. num. 15. Selu.
de benefic. par. 4. quæst. 6. num. 9. Spin. in
specul. testam. glos. 9. princ. num. 30. Fusch.
de Visit. libr. 1. cap. 20. num. 26. Gutier. Ca-
nonic. libr 1. cap. 1. à num. 138. Azor instit-
ut. moral. 3 part. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 10.
num. 6. cum seqq. Cald. Pereira de Renouat.
emphit. quæst. 5. num. 23. ad finem, & de
potest. nominum. capit. 1. numer 39. Cened.
pract. & canonic. quæst. libr. primo quæst. 1.
n. 7. Borell. in sum dec. tit. 9. n. 19 Leo in the-
saur for. Eccles. par. 3 cap. 2. n. 27 Barbos. de
offic. & potest. Episc. alleg. 53. n. 166. Rot. co-
ram Coccino dec. 108. n. 8.* & ea est ratio, quia
3 † clerici Ecclesiæ inseruientes si infirmentur
adhuc dicuntur seruire *c. 1. de Cleric. ægrot.*
4 Nonnulli † tamen Doctores voluerunt,
prædicta intelligenda esse de illis Clericis,
qui opibus suis, vel parentum substentari
non possunt; Alios vero, qui aliundè ha-
bent necessariam substentationem, non
posse licitè stipendia recipere ab Ecclesia,
vt videre est apud, *Syluestr. in summa v.
simonia quæstion. 9. & Angel. eodem verb. 2.
num. 6. Caietan. quæst. 100. art. 3. dub 2.*
& mouentur auctoritate *tex. in l. c. clericos,
& c pastor. et c. si quis 1. quæst. 2.*
5 Verum † contrarium firmant *Leoncill. de
priuileg. pauper. part. 2. priuil. 40. sub n. 7. &
latè defendit Soar. de Relig. tom. 1. tract. 3. lib 4
de Simonia cap. 46. n. 7.* afferens rationem,
quòd hoc ex natura rei malum non sit, nec
etiam inueniatur prohibitum, immo permis-
sum dum dispositum habemus *in c. cum se-*
6 *cundum de præbend.* quod Clericis † seruien-
tes altari de altari viuere debeant, nec te-
neantur viuere de patrimonio, vt post *Inno-
cent. Abb. Fælin. Dec Barbat. & alijs. Na-
uar. cons. 65. num. 1. & seqq. de præben.*
7 Nec † in contrarium faciunt textus præ-
dicti

dicti in c. clericos & c. pastor & c. si quis quaest. 2. quorum auctoritate mouentur Syluester Angel, & Caietan, loquutur enim de beneficijs ecclesiasticis, & eorum redditib⁹
8 & iuxta morem antiquum quando † ecclesiastici redditus in communi possidebātur & inter ministros Ecclesiæ non tam habita ratione laborū, quàm singulorum indigentiæ distribuebantur, vt aduertunt, *Couarru. in c. 1. sub n. 2. vers. 1. de Testam. Sot. de Iust. lib. 10. q. 4 art. 3. Molin. de Iust. & Iure disput. 142. vers. dixi hodie Barbos. de off. & potest, Episc. par 3. alleg. 114. n. 38. et seq.* Nos vero loquimur de priuatis stipendijs, quæ iuxtà laborem præstantur, & hæc nullo iure cautum reperitur, quòd percipi non possint ab eo, qui habet vnde viuere possit, sed potius contrarium dispositū habemus, vt suprà dicebam, & optima quidèm ratione, quoni-
9 am stipendia † non propter indigentiā eius, qui seruit, sed propter seruitiū prestātur *vt in c. fin. 1. q. 2. Redoan. de spol. q. 9. §. fiet ergo n. 33 in fine* Et quamuis tex. *in d. c. clericos* expresse loquatur de stipēdijs, vt videre est in ijs verbis. Clericos autem illos conuenit Ecclesiæ stipendijs substentari, quibus parentū & propinquorū nulla suffragantur bona, &c. At-
10 tamen ibi verbum stipendiū non accipitur pro mercede laboris, sed pro redditibus ecclesiasticis vt in *c. nemo de consecr. dist. 1. Rot d. 230. n. 2. p. 1. diu. et diximus supra in q. 2. n. 8*

Coadiutoribus quando Merces debeatur.

QVAESTIO LXII.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutor datur aliquando ex causa infirmitatis curabilis.*
2 *Coadiutori loco mercedis assignanda venit certa pars fructuum beneficij quæ pro illius victu sufficiant.*
3 *Coadiutor infirmus, vel aliter iustè impeditus seruire, mercedē consequitur Decl. vt n. 5.*
4 *Infirmi fructus beneficij & quotidianas distributiones recipiūt, licet seruitiū nō præstet*
6 *Coadiutor licèt vacet à seruitio tribus mensibus a S. Concilio concessis, stipendium consequetur, Declara, vt n. 7.*
8 *Coadiutor fructus loco mercedis assignatos non habet si seruitium non præstet.*
9 *Coadiutus non amittit fructus beneficij, nec quotidianas distributiones, si Coadiutor non seruiat, Declara, vt n. 10. & seqq.*
11 *Clausula, Per coadiutorem residere teneatur &c. apponi solet in modernis litteris coadiutoriæ.*
12 *Clausula prædicta operatur, quòd coadiutus fructus, & distributiones ammittat si coadiutor non seruiat*
13 *Coadiutus si fructus amittat ob non residentiam coadiutoris potest contra illum agere pro damnis, & interesse*
14 *Coadiutus, si ob non residentiam coadiutoris amittat fructus, potest instare pro illius remotione, & deputatione alterius.*
15 *Coadiutor inseruiens lucratur stipendia, licèt coadiutus sit excommunicatus.*
16 *Coadiutor datur, vt seruiat Ecclesiæ, & non coadiuto.*
17 *Coadiutus si sit excommunicatus non potest ei ex seruitio præstito per coadiutorem commodum aliquod, seu vtilitas resultare*
18 *Excommunicatus, durante excommunicatione, priuatur fructibus beneficij.*
19 *Coadiutor datur ex causa infirmitatis incurabilis.*
20 *Coadiutor beneficiati morbo incurabili laborantis stipendia consequitur.*
21 *Coadiutori, cui non est facta assignatio aliqua fructuum, gratia futuræ successionis cedit in recompensam laboris*
22 *Coadiutor datur parocho si populi numerus augeatur, assignata ei certa portione fructuum pro mercede.*
23 *Coadiutor ob affluentiam populi quando dandus sit perpetuus vel temporaneus?*
24 *Coadiutor quando dandus sit perpetuò, vel temporaneè remittitur arbitrio Ordinarij*
25 *Coadiutor temporaneus datur imperitis.*

Coadiutores dari possunt Episcopis, vel alijs dignitatibus Ecclesiasticis, aut secularibus perpetuò, vel temporaneè habita ratione qualitatis causarum,
1 quæ plures sunt, Aliquando † enim datur coadiutor Episcopo, seu alteri indignitate ecclesiastica, vel seculari constituto ob causam infirmitatis curabilis *c. de Rectoribus de cleric. AEgrotan. & c. vnico eodem tit. in 6 Rot. dec. 740. n. 3. p. 3. rec.* Et † huic Coadiu-
2 tori loco mercedis assignanda erit certa pars fructuum Episcopatus, seu beneficij, quæ pro victu necessario ipsius coadiutoris sufficiat, ita disponente *S. Concil. Trident. in sess. 21. capit. 6. de Reformat.* & habetur in

c. de

c. de Rectoribus de cleric. Egrotan. ibi: Quod eis dandus est coadiutor, qui curam habeat animarum, & de facultatibus Ecclesiæ ad substentationem suam congruam recipiat portionem &c. *& in c. vnico* §. *presenti quoque eodem tit. in 6.* & firmat *Munnoz. de Escobar de Ratiocin. Administrat. cap. 29. num. 26. Franch. Leon. in praxi for. Eccles. part. 2. capit. 2. num. 71. Valer. Reginald. in praxi for. penit. libr. 30. tractat. 3. num. 172 Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloss. 5 §. 9. num. 29. Garz. de benefic. par. 4. capit. 5 à num. 7. Aloys. Ricc in praxi for. Eccles. resolut. 574. Barbos. de Paroch. capit. 23. num. 1. & in tract. de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 63. num. 6.*

3 Et †hanc portionem fructuum, quæ succedit loco mercedis consequetur Coadiutor, etiam pro illo tempore, quo ob iustum impedimentum inseruire non posset, vt puta si esset ab infirmitate oppressus, vel in carceribus adstrictus, vel alio impedimento detentus, *Viuian. de Iurepatronat. libr. 5. cap. 1. num. 86. Gonzal. ad regul 8. Cancellar. gloss. 5. §. 9 num. 5. Garz. de benefic. part 4. cap. 5. num. 80. Rot. in Salmantina Coadiutoria 20. Iulij 1592. coram R. P. D. Penia, quæ inter eius impress. Lugduni*

4 *est decis. 292. num. 1.* Non † secus ac posset Coadiutus si coadiutorem non haberet, etiam seruitium non præstans ob causam infirmitatis, vel alterius legitimi impedimenti quærere sibi omnia emolumenta sui beneficij iuxtà notata in *c. vnico de cleric. non resid. in 6. Selu. de benefic. par. 4. quæstion. 6. num. 9 Duen. reg. 206 limit. vltim. Couarru. variar. resolut. libr. 3. cap 13. numer. 8. Nauar. in tract. de Hor. Canonic. capit 11. num. 10. Fusc. in tractat. de Visitat. libr. primo capit. 15. numer. 25. vers. & infirmus & capit. 20. num. 26. Thom. Act in tractat. de Infirmitate part. 1. cap. 50. num. 25. Hoied. de Incompatibilit. benefic. part. prima cap. 17 num. 15. Gomez. in reg. de Infirm. resignan. quæst. 3 art. 47 Gutier Canonic. quæstion. libr. 1. cap. 3 num. 14. Spin. in specul. testamen. gloss. 9. princip. num. 3. Leo in thesaur. for. Eccles. part. 3. cap. 2. num. 2. Piasec. in praxi Episcop. par. 2. cap. 3. num. 6. vers. infirmus Card. de Grass. de effect. cleric. eff. 1. num. 1172. Santarell. variar. resolut quæ-*

5 *stion. 8. à princip.* Quotiescumque † tamen ipse Coadiutor esset solitus interesse diuinis quando ab aliquo impedimento non detinebatur, secus vero si, dum ab omni impedimentorum vinculo solutus reperiebatur, inseruire minime solebat, quia tunc infirmitas, seu alia quæcumque causa superueniens non dicitur præstare impedimentum *Io. Andr. Zabbarell. & Abb. in c. ad audientiam de Cleric. non residen. Idem Abb. in c. 1. num. 6. de Cleric. egrotan. Couarru. variar. resolut. libr. 3. cap 13. vers. hoc ipsum sub num. 8. Barbos. de offic. & potest. Episcop. d. allegat. 53. num. 167. Monet de distribut. quæst. 6. num. 21. part. 2. Cened. d. quæst. 1. num. 9. Azor. Instit. moral. par. 2. libr. 7. cap. 7. quæst. 11. Santarell. d. quæstion. 8. num. 8. Henriquez in summa lib. 13 cap 15. §. 4. in fine in comment. littera I. Cald. Pereira de Renouat. Emphit. quæst. 5. num. 23. vers. vnde similiter, & resoluit Rot. coram Coccin. decis. 261. num. 8. & coram Penia decis. 302. num. 5. iuxta impressionem Lugdunen.* Alias posset aperiri via fraudibus in præiudicium seruitij Ecclesiæ, vt aduertit *Garz. de benefic. par. 4. capit. 5. num 81.*

6 Percipiet † etiam stipendia, seu portionem assignatam Coadiutor si vacaret à seruitio tempore permisso, vt puta tribus mensibus absentiæ, qui pro quiete, & recreatione conceduntur à *S. Concilio Tridentino sess. 24. cap. 12. §. præterea de reformat.* vt firmant *Nauarr. in d. cons. 2. num. 6. vers. omnino ex his de Cleric. egrotan. & Gonzalez. loc. citat. Viuian. de Iurepatronat. libr. 15. cap. 2. num. 124.* & resoluit *Rot. in Salamantina Coadiutoria 25. Iulij 1593. coram R. P. D. Penia quæ iuxta impressionem Lugdu-*

7 *nen. est decis. 314. num 13.* Ita † tamen, quod coadiutus non prætendat velle frui vacatione trium mensium a S. Concilio Tridentino concessa, & deinde velit Coadiutor alijs tribus mensibus vacare, quia sic seruitium Ecclesiæ, & cultus diuinus eluderetur, & propterea quando Coadiutus vsus fuerit beneficio dicti temporis non poterit eodem beneficio perfrui Coadiutor vacando per aliud trimestre, sed dies per vnum ipsorum consumpti quoad ambos consumpti remaneant, *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. d. gloss. 5. §. 9. num. 13. & seqq. Garz. de benefic. d. cap. 5. num. 7. 9. Rota coram Penia dicta decision. 314. numer. 13.*

8 Et † si Coadiutor vacare voluerit priuabitur

pro

pro illo tempore, quo non seruiet stipendiis ratione seruitij assignatis, *Viuian. de Iurepatronat. libr. 5. cap. 1. num. 76.*

9 Non† tamen ex hoc resultare poterit aliquod præiudicium coadiuto, ita ut fructus, & quotidianas distributiones consequatur licèt coadiutor à seruitio desistat, quia non debet esse deterioris conditionis ex eo, quòd coadiutorem habeat *Gonzal. vbi supra num. 120. & seqq. Rot. coram Puteo decision. 44. libr. 1.* & sic fuisse declaratum ad instantiam Ecclesiæ Elboren à S. Rituum Congregatione sub die 15. Aprilis 1606.

10 refert *Gonzal. loc. supra citat.* Quod †tamen non procederet quando in litteris coadiutoriæ, quarum tenor attendendus est, *Tondut. Sanleger. Quæst. & resolut. benefic. par. 2. capit. 1. numer. 23.* reperiretur clausula

11 † *Per Coadiutorem residere teneatur, &c.* quæ apponi solet in modernis coadiutoriæ

12 gratijs, Tunc †enim Coadiutus ammitteret distributiones, & fructus, si Coadiu-

13 tor seruitium non præstaret, sed † poterit contra ipsum coadiutorem, vel agere pro refectione omnium damnorum, & interesse, quod expresè in coadiutoriæ litteris exprimitur, vt aduertit *Gonzal. loc. citat. sub num. 122. Tondut. Sanleger. vbi supra numer. 26. Rot. decis. 276. sub num. [illegible] vers. neque obstat. quod in litteris dicatur part. 1.*

14 *in recentior.* Vel † instare quod coadiutor ille remoueatur, & alius eligatur, qui eius nomine debita diuino cultui [illegible] sequia, seruata tamen forma Iuris, de qua in *c. ex iure de cleric. non residen. Tondut. d. §. 13. numer. 26. Rot. in recen. decis. [illegible]76. num. 4. part. 1. & decis. 602. num. [illegible] par. 5. tom. 2.*

15 Consequetur† paritèr Coadiutor stipendia sibi assignata ratione sui [illegible] etiam pro illo tempore, quo Coadiutus reperiretur excommunicationis vinculo a[illegible]

16 ctus, quia coadiutor † datur vt inseruiat Ecclesiæ non autem Coadiuto *Rot. in recen. decis. 570. num. 4. part. 1. & decis. [illegible] num. 1. part. 5. tom. 2. & decis. 2[illegible] num. 1. & decis. 114. num. 13 part. 5.* Ideo que illius excommunicatio non debet nocere coadiutori quominus suorum laborū mercede frui possit dum suas explet partes præstando debitum seruitium Ecclesiæ, per ea quæ notant *Innocen. in c. fin. [illegible] Oldrad. cons. 44. & Compostell. in c. fin. [illegible] num. 17. de Cleric. ægrot.* Veritas tamen est

17 quod † ex illius seruitio nullum commodum, seu vtilitas resultare potest coadiuto excommunicato, quem sua demerita commodi participatione meritò excluserunt *Mones de distrib. quot. par. 2 q. 1. n. 22. 34. & seq. Tondut. Sanleg. quæst. & resol. benefic. par. 2. cap. 1. §. 3. n. 25. Rot. coram Puteo d. decis. [illegible] n. 1. iuxta impressionem Lugdunen. & dec. [illegible]02. n. 18. & 19. iuxta impressio-*

18 *nem venetam*, Et ea est ratio quia † sicuti durante tempore excommunicationis non lucraretur fructus beneficij seruiendo per se, *c. pastoralis vbi glos. in verb. subtrahantur de Appellat. Soccin. sen. in c. sacris num. 109. de senten. excommunicat. Couarru. variar. libr. 3. cap. 13. num. 8. [illegible] de Censur. tab. 2. cap. 12. limitat. 2[illegible]. Sayr. eodem tractat. libr. 2. cap. 5. num. 2[illegible] & 3[illegible]. Alter. eodem tractat. tom. 1. libr. 2. disput. [illegible] cap. 8. Paris. de Resignat. libr. 4. quæstion. 3. num. 52. & lib. 5. quæst. 6. num. 76. Gutierez. canonic. quæstion. libr. primo cap. primo num. 9[illegible] & seqq. Rot. decis. [illegible]. num. 10. de Senten. excommunicat. in antiq. & coram Puteo decis. 280. lib. 1. & [illegible] 2. vel consil. criminal. Farinacc. decis. 275. & decis. 2[illegible]. & in Recentior. decis. 309 num. 4. & seqq. part. [illegible].* Ita nec lucrari potest [illegible] seruiendo per vicarium, vel coadiutorem *Glos. in c. 1. de offic. [illegible] in 6. ibique Monach. numer. 6. Prob. num. 3 & 4. Riccius de Iure personar. lib. 4. cap. 14. num. 12.*

19 Datur etiam Coadiutor Episcopo seu alteri in dignitate Ecclesiastica constituto ob causam infirmitatis incurabilis, vt in *d. c. ex parte de Cleric. ægrotan. & in c. pasto-*

20 *ralis eodem tit. in 6.* Et † in hoc etiam casu, nisi contrarium in litteris coadiutoriæ reperiatur dispositum, recipiet coadiutor stipendium, siue infirmitas talis sit, quæ impediat coadiuto [illegible] administrationem spiritualium, [illegible] ab ea tam spiritualium, quàm temporalium administratio interdicatur [illegible] *de Rationin. administrat. caput. [illegible] num. 28. Tondut. Sanleger. d. cap. 1. §. 14. num. 24.* Et quamuis Doctores velint, quod si sit [illegible] deputatus Coadiutor illi, qui opprimitur à tali morbo incurabili, quod spiritualium, & temporalium exercitium impediat, non solùm per se sed etiam per procuratores, prout exemplificare potest in dementibus, tali casu ipse

Coa-

Coadiutor omnes fructus beneficij percipere debeat, ex quo sequi videtur, quòd mercedem in hoc casu consequi, non dicatur: Attamen adhuc firmum remanet, quòd non nisi mercedem pro labore administrationis Coadiutor consequatur, cum illos fructus, non percipiat iure dominij, sed tamquam administrator, dum illos sibi retinere non valet, sed ex eis portionem, sufficientem pro substentatione beneficiato persoluere, & quod supererit, non nisi congrua portione sibi retenta, pauperibus elargiri teneatur, vt per *Abb. in d. c. de rectoribus de Cleric. ægrotantib. Azor institut. Moral. par. 2. libr. 3. cap. 2. quæstion. 10. Barbos. de potest. Episcop. part. 3. allegat. 63. num. 13. in fine*

Et quia supra diximus, deberi Salarium Coadiutori beneficiati laborantis morbo incurabili, nisi contrarium in litteris dispositum reperiatur, non erit omittendum, quòd ideo conditio illa fuit adiecta, quia
21 quandò † agitur de huiusmodi morbis incurabilibus concedi consueuerunt coadiutoriæ cũ futura successione reseruatis omnibus fructibus Coadiuto, itaut emolumentum aliquod Coadiutor consequi non debeat, quasi gratia futuræ successionis sit in recompensam laboris, & succedat loco mercedis, vt notat, *Lotther de re benefic lib. 2 quæst. 25. num. 15. post. Pat. decis. 225. numer. 22. lib 3.*

22 Item datur † Coadiutor Parocho ob auctum populi numerum, vt disponitur in *c. vt quisque de Vit. & honest. cleric. & per S. Concil Trident. in sess. 21. cap. 4. Gonzal. d. glos. 5. num. 26. Ricc. d resolut. 494. num. 8. Cæs. de Graff decis. vnic de paroch. Rot. decision. 484. numer. 5. part. prima in recen.*

13 Quæ † populi numerositas si duratura sit adiungetur parocho coadiutor perpetuus constituta congrua mercede ex fructibus parochiæ; Si vero numerositas sit temporanea poterit Parochus sibi adiungere alios Sacerdotes, qui ipsum adiuuent donech necessitas duret, soluta eis mercede iuxta seruitij meritum, & consuetudinem regionis, *Abb. in c. vtriusque sexus numer. 14. vers. quod nota de pænit. & remiss. Gemin. in c. perlectis num. 45. dist. 25. Garz. d. cap. 1. num. 4. Rot. in Vallisoletana Seruitij 1. Ianuarij 1619. coram Reu. Patr. Dom. Andrea,*

24 Quando † autem necessitas ad hunc effectum dicatur perpetua, vel temporanea remittitur arbitrio Ordinarij per *S. Concil. Trident. in sess. 7. cap. 7 de Reformat. & aduertit. Rot. in dicta Vallisoletana seruitij coram R. P. D. Andrea.*

25 Demùm † illitteratis, & imperitis datur Coadiutor temporaneus constituta ei competenti mercede ex fructibus beneficii, vt disponit Tex. in *c. quoniam vers. sed si propter vbi Hostien. num. 1. Abb. num. 2. de offic. Ordinar. & S. Concilium Trident. sess. 21 cap. 6.* & notant *Escobar de Ratiocin. d. capit. 29. vers quod si coadiutor sub num. 28. Ricc. d. resolut. 494. num. 1. Leo in Thesaur. for. Eccles. par 2. cap. 2 num. 71. Reginald. in prax. for. pænit. lib. 30. tract. 3. nu. 172. Gonzal. vbi supra numer. 29. Garz. dicto cap 5. à numer. 7. Barbos. d. resolution. 63 num. 6.*

Et hæc, quæ dicimus de Coadiutoribus spiritualibus locum sibi vindicant etiam in temporalibus, vt diximus supra, & admonet, *Ricc. in dicta resolution. 494. numer. 12.*

Depositarijs, quando debeatur Salarium.

QVAESTIO LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Depositum aliud proprium, aliud inproprium.*
2 *Depositum proprium quale sit?*
3 *Depositum inproprium quale dicatur?*
4 *Depositum aliud Iudiciale aliud extraiudiciale.*
5 *Depositum iudiciale quale sit?*
6 *Depositum extraiudiciale quale sit?*
7 *Depositario an de Iure merces debeatur, & num. seq.*
8 *Deposito proprio merces omninò contrariatur.*
9 *Depositum propriè, dici non potest si merces interueniat, sed dicitur locatio, & conductio.*
10 *Depositario merces non debetur quando agitur de Deposito proprio.*
11 *Merces soluta depositario repeti potest vel actione indebiti, vel conditione ob turpem*

pem causam, si agatur de deposito proprio, Amplia, vt num. 12.

13 *Depositario nulla debetur merces quando agitur de deposito improprio extraiudicialiter facto in gratiam ipsius depositarij.*

14 *Mutuans nihil potest à mutuatario exposcere.*

15 *Depositario merces debetur quando agitur de deposito improprio extraiudicialiter facto in gratiam depositoris, Amplia, vt numer. 19. Declara, vt numer. 20. & 21.*

16 *Merces depositarij taxatur Iudicis arbitrio.*

17 *Merces Depositarij quanta esse debeat non fuit a Iure definitum.*

18 *Depositario competit retentio depositi pro mercede.*

21 *Depositatirij in Vrbe non solùm mercedem non exposcunt, sed depositoribus maximas referunt gratias.*

22 *Vsura an, & quando committatur si depositarius redditus annuos pro deposito depositori persoluat.*

Depositum factum de mandato Iudicis proprio nomine sequestrum appellatur.

24 *Depositario Salarium non debetur quando agitur de deposito facto de mandato Iudicis, Declara vt num. seq.*

25 *Depositario Salarium debetur etiamsi agatur de deposito facto de mandato Iudicis quando res depositatæ administrationem requirunt, Declara vt num. 31.*

26 *AEconomus Salarium consequi debet, Contrarium numer. 27. Declara, vt numer. 28.*

29 *Depositarius Salarium consequitur quandò agitur de deposito facto iudicialiter de partium consensu Amplia, vt num seqq. Declara vt num. 31.*

30 *Salarium etiam non conuentum debetur, Depositario quando agitur de deposito iudicialiter facto de partium consensu Declara vt num. seq.*

32 *Depositarij habentes mercedem pro custodia depositi tenentur de leuissima culpa.*

33 *Depositarij non recipientes mercedem pro depositis non tenentur nisi de dolo, & lata culpa.*

1 PRæmittendum est pro huius quæstionis resolutione † duas præcipuas esse diuisiones Depositi, de quibus magis meminerunt Doctores: Et Primo diuiduntur in proprium, & in improprium:
2 Proprium † dicitur illud, cui omnes qualitates veri depositi conueniunt: Impropri-
3 um † vero illud, quod omnia attributa non habet, sed vocatur tale, quia vero depositio simile est *Dec. in l. contractus numer. 8. ff. de regul. Iur. Alex. cons. 80. num 4. vers. & confirmo libr. 3. Riminal cons. 152. num. 44. Menoch. cons. 37. num. 26. Mantic. de Tacit. & ambig. connent. libr. 10. titul. 2. num. 10. Gomez. variar libr. 2. cap. 13 num. 3. Onnat. de Contract, tom. 2. disput. 54 num. 24.*

4 Diuiditur † Secundo in Iudiciale, & ex-
5 traiudiciale, Et † illud Iudiciale appellatur, quod iudicialitèr fit, siue id eueniat de mandato Iudicis, siue ex deponentium voluntate, prout exemplificari potest in depositis factis ad purgandam moram, vel ad liberandum debitorem, vel pignus, & ad alios similes effectus *l. prima §. sed si duo ff. deposit. l. ei apud quem §. in sequestrem & §. si velit sequester ff. eodem, & l. propriè autem, & l licet, & l seruus tuus ff. eodem & l. sequester ff. de verbor. significat. Moron.*
6 *respons. 54. numer. 6.* Extraiudiciale † vero nominatur illud. quod fit in gratiam ipsius deponentis ad effectum, vt res tutius seruetur, Aut in gratiam ipsius depositarij, vt pecunijs depositatis vti possit, & dicitur extraiudiciale, siuè priuatum, quia fit sine actibus iudicij *Bar. in repit. l. quod nerua num. 30. ff. deposit. Moron. d. respons. 54. num. 6. Mantic. de Tacit. loc. supra cit. num. 8.*

7 His ita præmissis, si quæratur, An † Depositario debeatur merces pro deposito, aduertendum erit de quo genere depositi agatur quia, si depositum fuerit proprium,
8 † cui omninò merces contrariatur, adeout
9 † tale non possit proprio vocabulo appellari si pro eo merces constituta reperiatur, sed potius contractus locationis, & conductionis §. 1. *Instit. de Locat. §. fin. Instit. mandat. §. item ij, cui Inst. quibus mod. re contrah. obligat. l. 1. §. si vestimenta ff. deposit. Alciat. in l. 2. num. 16. ff. si cert. petat. Bero cons. 194. numer. 14. & seq. libr. 1. Crauett. cons. 924. num. 15. Caroc. de Deposit. part. 1. caus. 5.*

cauſ. 5. tit. ſi merc. interuen. num. 1. Mantic. vbi ſupra tit. 1. num. 6. Scacc. de Camb. §. 1. quæſt. 7. ampliat. 3. num. 1. Salgad. in Laberynt. Creditor. par. 2. cap. 11. numer. 19.

10 Indubitati † Iuris eſt, quod nulla merces
11 depoſitario perſoluenda veniat, Et † ſi fortaſſe iam fuiſſet ſoluta, repeti poſſet tàm actione depoſiti *l. finali ff. depoſiti*, quàm conditione ob turpem cauſam, *l. fin. vbi Iaſ. ff. de condit. ob turp. cauſ. Caroc. de depoſit. Tit. ſi Depoſitar. non alit. quam num. accept. reſt. numer. 1. fol. mihi 21. Scacc. de de Camb. §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampliat. 1.*
12 *ſub num. 24.* Quod † procedit etiamſi Depoſitarius aliquid pro mercede exigiſſet, non ab ipſo deponente ſed à tertio, etiam ſub titulo remunerationis laboris paſſi in numerando pecunias, vt puta ſi ſoluiſſet creditori depoſitoris exigenti de ipſius depoſitoris mandato, quia Depoſitarius ſoluendo gerit negocium depoſitoris, & ſicut creditor non teneretur mercedem aliquam ſoluere debitori numeranti, ita nec tenètur depoſitario ſoluenti pro debitore *Mich. Sal. ad D. Thom. 2. 2. poſt. q. 4. art. 4. centr. 1. ſub. num. 1. in fine verſ. oppoſitum fol. 633. Nauarr. in manual. cap. 17. ſub numer. 293. & in c. nauiganti ſub n. 37. & 38. de Vſur.*

Si vero agatur de Depoſito improprio videndum erit, An illud Iudiciale, vel Extraiudicialeſit, & ſi agatur de deſpoſito extraiudiciali, An iſtud fuerit factum in gratiam Depoſitarij, vt pecunijs depoſitatis vti poſſet, vel in gratiam Depoſitoris,
13 vt tutiùs pecuniæ ſeruarentur, Nam † in primo caſu nulla merces debetur Depoſitario, eo quia tunc depoſitum habet naturam mutui *l. Lucius Titius la 2. & l. Publia meuia §. Lucius Titius & l. Quintus Cæcilius ff. depoſiti Bar. in l. ſi quis nec cauſam num. 3. & 4. ff. ſi cert. petat. Dec. in l certi conditio §. finali num. 4. ff eodem Nauarr. in manual. cap. 17. de peccat. circà depoſit. verſ. ſexto quod ſub num.* 188. In mutuo autem tantum abeſt, quòd mùtuatario merces ſoluenda veniat, vt ſatis ſit, quòd ab eo nihil
14 mutuãs expoſcat, prout expoſcere non debet, vt habetur *Luc capit. 6.* ibi: Mutuum dare nihil indè ſperantes, &c. Et notant *Leſſ. de Iuſt. & Iure libr. 2. capit. 20. dub. 5. numer. 25. Leotard. de Vſur. quæſtion. 6. num. 14.*

15 In † Secundo autem caſu poterit Depoſitarius expoſcere mercedem *Bal in l. ſi oleum ff. de præſcript. verb. Nauarr in c. nauiganti num. 36. verſ decimooctauo de Vſur. & in manual. d. capit. 17. de Vſur. circa camb. num. 239. Barbat. conſ. 61. col. 1 libr 4. Caroc. de Locat. & Cond. ſt. part 2. tit de ſequeſtr. quæſt. 1. num. 4. Remoal Coll de Camb*
16 *cap. 33. & ſeqq.* Iudicis † arbitrio taxandam, *Nauarr. in d. c. nauiganti numer. 39.*
17 *verſ. quare dicimus*, eo quia non reperitur determinatum à Iure quanta eſſe debeat,
18 *Nauarr. vbi ſupra num. 37.* Et † pro ſui ſatisfactione retinere poterit ſumã pro mercede debitam, *Rot deciſ. 679. n. 1. & ſeqq.*
19 *par. 1. diuerſor.* Quod † procedit, ſiuè depoſitarius ſit publicus, ſiuè priuatus, quia vel à priuatis, vel à publico mercedem conſequi debebit *l. intereſſe ff. de acquiren. poſſeſſ. Scacc. de Camb. § 1. quæſt. 7. part. 2. ampliat. 3. numer. primo & 19. Petr. Nunnez. de exequen. Mandat reg. cap. 17.* Dum-
20 modo † non obſtet loci conſuetudo, in plu-
21 ribus enim locis, & præcipuè in Vrbe † Depoſitarij, non ſolùm mercedem aliquam à depoſitoribus non expoſcunt, ſed ipſis maximas agunt gratias, *Nauarr. in manual. cap. 17. verſ. quamquam v deo ſub num. 293* vbi etiam teſtatur, quòd in aliquibus Galliæ, & Hiſpaniarum partibus ſoleant Depoſitarij non ſolum gratias referre, ſed etiam reſpondere ſingulis annis ſex, vel ſeptem pro centenario, Quamuis
22 † indubitatum ſit, vſuram committi, ſi ex pacto, vel expreſſo, vel tacito prædictæ annuæ reſponſiones ſoluerentur, ſecus vero, ſi ex mera grati animi depoſitarij liberalitate, vt per eundem *Nauarr. & Mich. Sal. in 3. caſu loc. ſupra citat.*

Demùm ſi agatur de Depoſito iudicialiter facto, videndum erit, An Depoſitum factum fuerit ex mera partium voluntate, vel de mandato Iudicis, Si enim verſaremur in depoſito facto de Iudicis mandato,
23 quod † proprio nomine ſequeſtrum nuncupatur *l 1. §. ſed ſi duo & l. ei apud quem § in ſequeſtrem ff. depoſit & l. propriè autem & l. licet, & l. ſeruus tuus ff. eod. & l. ſequeſtr*
24 *ff. de verbor. ſignificat.* nullum † Salarium Depoſitarius ſeu Sequeſter conſequetur *Tiraquell. de Retract conuent. §. 4. gloſ 7 numer. 6. Grauat. ad veſtr. libr. 7. capit ſecundo verſ. ceterum ſub num. 17. Bal. conſ 183.*

incipien. factum proponitur quod quidam nomine Michael. vers. ad id quod dixi col. 2. libr. primo Angel. Rom. & Aret. in l. interesse ff. de
25 *acquiren. possess.* Nisi † tamen depositum esset tale, quod administrationem aliquam requireret, veluti fructus sacerdotij, vel beneficij ecclesiastici, quia tunc certi iuris est, quòd depositario merces debeatur, *clement. 1. de sequestrat. possess. & fruct. l. 2. C. de praben. Salar. libr. 10. & l. mulier. in opus Salinarum ff. de captiu. & postlimin. reuers.* Bar. *in l. tutoribus §. fin ff. de administrat. tutor. Cart. sen. in tractat. de sequestr. quaest. 24. Tiraquell. vbi supra num. 8. Garz de Expens. cap. 20. num. 13. Munnoz. de Ratiocin. administrat. cap. 27. vers. ego autem sub num. 44. Ioseph. Ludouic. decision. lucen. 52. num. 14. Franc. Marc. decis. 444. num. 5. Tiraquell. vbi supra num. 8. Monter. decis. 29. num. 11, Salgad. in Laberint. Credit. par. 3. cap. 11. num. 29.* Et ea est ratio, quia quando res depositata habet annexam administrationem talis depositarius pro priori
26 vocabulo dicitur Economus † qui Salarium consequi debet *c. sicut & ibi Abb. n. 1. de Syndicat.* ibi: Cum Fausto loqui debeas si volueris, constituto Salario, Monasterij generaliter debeas negocia commendare, &c. *Munnoz. de ratiocin. administrat.*
27 *cap. 27. numer. 50. in fine* Et † quamuis, contrariam sententiam substineant *Nicol. de Neapol. in l. in eos ff. de Tutel. & Caroc. de locat. par. 1. de substan. locat. quaestion. 14. num. 1. & Barbat. in addit. ad Bar. in l. à tutoribus §. fin. ff. de administrat tutor. per tex in l. si quis ad declinandam C. de Episcop. & cleric. & per c. charitatem 12. quaest. 2.* vbi prohibetur AEconomo rerum Ecclesiae nè
28 pro labore Salarium recipiat: Attamen † praedicta iura, & Doctores procedunt, quando AEconomus esset salariatus à publico, vt declarat *Glos. in d. c. charitatem 12. quaest. 2.* quam sequitur *Munnoz. vbi supra num. 50.*
29 At † si Depositum fuisset factum iudicialiter ex voluntate partium tunc Depositarius Salarium habebit *Glos. in l. si oleum verb. praescriptis verbis, & ibidem Bal. ff. de dolo malo Rebuff. ad l. sequester 109. ff de verbor. significat. Barbos. in c. dilectis num. 8. de sequestrat. possess. & fruct. Guttier. de Tutel. par. 3. cap. 7. num. 9. cum seqq. Garz. de expens. cap. 20. num. 13. Flores de mena variar. libr. 1. quaest. 7. §. 3. num. 20. Cald. Pereira quaest. Forens. lib. 1. quaest. 21. num. 5. Petr. Nunez. de Auendan. de Exequend. mandat. reg. par 1. cap. 2. vers sic habet. sub numer. 8. Barbat. cons. 71. col 1. lib. 4. Tiraquell. de retract. conuent. §. 4. glos. 7. num. 7. Baez. de decim. Tutor. cap. 16. num. 30. & cap. secun-*
30 *do num. 19.* Etiamsi † de Salarij solutione nulla praecesserit conuentio inter ipsum sequestratarium, & deponentem probat ex *Auendan. & Baeza nec non Rebuff. ad Constitut. reg. Gallic. tit. de sequestr. art. 1. glos. 1 num. 18. & art. 4. glos. vnic. & Anton. Grauat. in Annotat. ad Vestr. in praxi lib. 7. n. 16 Salgad. in laberint. credit. par. 1. cap. 13. numer. 21 Florez. de Mena variar. libr. 1 qu. 8.*
31 *§. 3. num. 20.* Quotiescumque † tamen ipse Depositarius suas expleuerit partes, quae consistunt in custodiendis rebus depositatis ita, vt nullum damnum in illis eueniat, & si eueniat ad illius emendationem depositarius teneatur etiamsi ob eius culpam le-
32 uissimũ damnũ acciderit quia † mercedẽ accipientes pro custodia tenentur etiam de leuissima culpa *Glos in l. qui mercedem ff. locat. Ias. in l. si domus num. 7. ff. de legat. 1 Roderique de Ann. redditib. lib. 3. q. 11. num. 39. Pichard. in §. item is, cui numer. 2. Institut. quib. mod. re contrahit. oblig. Mantic. de Tacit libr. 10. tit. 9. numer. 12. & seqq Caroc. de deposit. 1. par. tit. de Culp. deposit. num. 10. Farinacc. de furt. quaest. 169. à n. 24 Trentacinq. variar. resolut. lib. 3. tit. de Deposit. resolut. 11. numer. 11. Rebell. de obligat. Iust. lib. 16. de Contract. deposit. cap. 11. n 12.*
33 illi † vero qui nullam mercedem recipiunt tenentur tantummodò de dolo, & lata culpa iuxtà notata in *l. si vt certo §. nunc videndum ff. commodat. Cora. cons. 142. in princip. lib 1. & cons. 108. eod. lib. 1. Summ. Syluestr. in verb. custos vers. tertius vero sub num. 1. Ioseph. Ludouic. decis. perus. 10. n. 12. Angel. de Perig. in tractat. de Societat. par. 2. num. 15. Magon. dec. Florent. 111. num. 54. & 55.*

Diui-

Diuinatoribus, quando merces debeatur.

QVAESTIO LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Diuinatio diuiditur in Diuinam, Naturalem, & Demoniacam.*
2 *Diuinatio diuina quænam sit?*
3 *Prophetæ pro diuinatione mercedem aliquam absque Symoniæ labe exposcere non valent.*
4 *Diuinatio naturalis quænam sit?*
5 *Diuinatio naturalis est permissa, Declara, vt num. 6. & seq.*
7 *Diuinatio a signis naturalibus deducta, si versetur circa ea, quæ præternaturalia sunt, damnatur.*
8 *Diuinationes à signis naturalibus deductæ, quæ versantur circa præternaturalia, reputantur vanæ ab ipsis Ethnicis,*
9 *Astrologia naturalis est permissa, Declara, vt num. 10.*
11 *Astrologia iudiciaria damnatur à Iure Diuino, & à Iure Canonico, vt nu. 12. & à Iure Ciuili vt num. 13 & à Patribus, vt num. 14. & a Theologis, vt num. 15. & à Iurisperitis, vt num. 16. & à Philosophis, vt num. 17. & à Medicis vt num. 18. ab Historicis vt n. 19. & à Poetis vt num. 20.*
21 *Phisignomia reprobata qualis sit?*
22 *Phisignomia permissa quænam sit?*
23 *Diuinitionem naturalem exercentibus merces debetur*
23 *Diuinationem naturalem exercentibus debetur merces etiam non conuenta,*
25 *Astrologia connumeratur inter artes liberales.*
26 *Salarium quod soluitur ob probitatem scientiæ & intellectus debetur licet non fuerit conuentum.*
27 *Diuinationem reprobatam exercentibus merces non debetur, Declara, vt numer. seq.*
28 *Diuinatores iudiciarij, non tenentur ad restitutionem mercedis iam acceptæ, Amplia vt num. 31. & 32.*
29 *Possidentis melior est conditio in pari causa turpitudinis.*
30 *Merces recepta licitè retinetur quando in opere interuenit labor, industria, vel periculum.*

1 Diuinatio † diuiditur in Diuinam Naturalem, & Demoniacam, vt per *Francisc. Pic. libr. primo prænot.*
2 Diuinatio † Diuina dicitur prophetia, quę nulla naturæ, aut artis causa comparatur, sed solùm ex diuina inspiratione infundi
3 tur, ideoque, † qui tali dote ab æterna Sapientia fuit decoratus, mercedem aliquã non exposcet, nam aliàs simoniam committeret *c. non solum 1. quæst. 3. Suarez. cap. 18. numer. 2. Onnat. de Contract. tom. 3. tract. 23. disputat. 82. sect. 10. num. 246.*
4 Naturalis † Diuinatio est illa, quæ ex ipsius met naturæ arcanis proficiscitur, & huius diuinationis tot sunt species, quot res, quarum effectibus, vel motu consideratis, futuri euentus coniectura desumitur, & nomen ab ipsis rebus sibi compararunt, Et hæc diuinatio à signis naturalibus deducta est permissa, quia licitum est signa naturalia quęrere, *D. Thom. secunda secundæ quæst. 95. art. 7. Azor. Inst. moral. lib. 9 capit. 15. Leonard. lib. 2. de Instit. cap 43. dubi-*
6 *tat. 7. num* 45. Quatenus † tamen professores inter illius terminos se retineant, prædicendo scilicet è signis naturalibus naturalia, vt puta aeris serenitatem, morbum, abundantiam, caritatem, & similia, non
7 autẽ præternaturalia, Itaut diuinatio, † etiã à signis naturalibus deducta, si versetur circa ea, quæ preternaturalia sunt, non solùm non sit permissa, sed pœnitus damnata, vt exempli gratia, si quis ex auium cantu, vel volatu, ex quibus licitè prædici possunt tempestates, venti, pluuiæ, serenitates, & alia, *Less. de Iust. & Iure libr. 2. cap. 43. dub. 7. num. 45.* quis vellet prædicere dignitates, bella, victorias, & alia huiusmodi,
8 quæ † prædictiones reijciuntur, & damnantur, vt in *c. si quis Kalendas c. non obseruetis, & c. non oportet. 26. quæst. 7.* Et Ethnici ipsi ipsarum vanitatẽ, & ineptiam agnoscentes detestarunt, vt videre est apud *Cic. libr. 2. diuinat. & apud Homer Iliad.* 12. ibi.

Tuis me cupis accedere vanis.
Augurijs, quæ sperno equidem, quia sculta videntur.
Seu dextræ expectentur Aues Phaetontis ad ortum.

Siue

Siue sinistra petant occasum lumini solis.
Nil rationis habent cum sint ratione carentes.

Sic Astrologia, si ex astrorum maximè planetarum, ortu occasu, coniunctione, oppositione, varioque aspectu, tum inter se, tum ad stellas fixas, Item ex colore, scintillatione, seu miratione de futuris elementorum affectionibus conijciat, vt de serenitate, pluuijs, tempestatibus, niuibus grandine, æstu, frigore, & similibus, quę à Cælo pendent, est licita, & permissa, & præcipuè Medicis, Nautis, & Agricolis, *D. Thom. par. prima quæst.* 115. *art.* 4. *ad* 3. *Summ Armill. in v. Astrologia num.* 3. *Soccin. in c. Ecclesia vestra num.* 40. *de Sortileg. Troil. de Maluet. in tractat de Sortileg. par. prima num.* 20. *&* 31. *Sot. de Iust. & Iure libr.* 8. *quæst.* 3. *art.* 2. *in fine Cassan. in Catalog. Glor. Mund. par* 10. *consideration.* 52. *Boss. in praxi tit. de Sortileg. num.* 2. *Magon.*
9 *decis. lucen.* 26. *nu.* 27 Si † vero illius professores velint, aspectu siderum obseruato iudicare de futuris casibus à libero arbitrio aliqua ratione dependentibus, vt de conditione vitæ, de matrimonijs, de liberis, honoribus, opibus, infortunijs, inimicitijs, prælijs, exilio, carcere, morte, alijsque ca-
10 sibus humanis, Astrologia † huiusmodi, quę iudiciaria apellatur non est licita tamquam supponens, actiones humanas pendere à stellis, quòd est grauis error contra fidem, dum inducit fatum, & consequentèr tollit liberum arbitrium, & facit auctorem Deum peccatorum, quæ in dies ab hominibus committuntur, vt ostendit *Origen apud Euseb. de præparat. euangelic libr.* 6. *capit.* 8.
11 *&* 9. vndè † merito ab omni Iure damnata reperitur, & primo loco à Iure diuino in *Leuit. in cap.* 19. *Deuteronom. cap.* 18. *Isaia*
12 *cap.* 47. *Ioph. cap* 23. Item à Iure Canonico in *c. illud, & c. sed & illud* 26, *quæst.* 2. *c. consuluisti & c. sciendum, & c. igitur* 26. *quæstion.* 2. *c. non statim & c. non licet* 26. *quæstion.* 5. *c. ex tuarum de Sortileg & in Concil Toletan. cap. vlt. & in Constitution. San. Me Sixti V. emanat. de anno* 1585. *innouat. à San. Mem. Vrbano VIII sub die primo Aprilis* 1631. Nec non à Iure Ciuili in *l. licet apud laborem* 6. *si quis astrologos ff. de Iniur. l.* 2. *& l. nemo C. de Malefic. & Mathem l. Mathematicus C. de Episcopal. Audien.*
14 Et † vno ore detestatur ab omnibus Scriptoribus, vt ex Patribus *D. Augustin. libr.* 2. *de Genes. ad litt. cap.* 17. *& lib.* 2. *de Doctrin. Christ. cap.* 21. 22. 23. *&* 24. *lib.* 5 *de Ciuit. Dei cap.* 1. *& seqq. D. Ambros. libr.* 4. *Hexa-*
15 *mer. D. Chrisostom. in Matth.* 2. Ex † Theologis *Petr. Lombard. Paludan. Gabr. maior Richar. & alij in sent. D. Thom secunda secundæ quæst.* 95 *art.* 5. *Io. Pic. Mirand aduers. Astrolog. Christ. cap.* 1. *Medin. lib.* 2. *de recta in Deum fide capit.* 2. *Martin. del Rio libr.* 4. *cap.* 3. *Magic quæst.* 1. *& lib* 6. *Anacephalos monit.* 7 *Suarez. lib.* 2. *de Relig. capit.* 11. *Sanchez. in summa tit.* 1. *lib.* 2 *cap.* 38. *sub num.* 33. *Idem in præcept. Decalog. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 38. *n.* 27. *& seq. Less. de Iust & Iure*
16 *lib.* 4. *cap.* 43. *dub.* 6. *à num.* 32. Ex † Iurisperitis *Abb. Anan. Ancharan. & Alij in c. ex tuarum de sortileg Card. Turrecremat. in c. illud* 26. *quæst.* 2. *Alciat. in l. rei appellatio §. operæ num.* 7. *ff. de verbor. significat. Bal. & Salicet. in l.* 2. *&* 3. *de Malefic. Matth. Griland. de sortileg quæst.* 3. *nu* 8. *& quæst.* 11. *numer.* 16. *Clar. receptar. sententia. libr.* 5. *§ hæresis num.* 25. *Menoch. de Arbitrar. libr.* 2. *cas.* 388. *Farinacc. in praxi crimin. quæst.* 20 *l num.* 112. *& in tractat. de Hæresi quæst.* 112
17 *num.* 55. Ex † Philosophis *Plato in Cratyl. Arist. libr.* 2. *Periermen. Cic. libr.* 2. *diuinat Phauorin. apud Aul. Gell. lib.* 14 *Noct. Attic*
18 *car. cap.* 1. Ex † medicis, *Galen. lib.* 1. *de sanit. tuen. Valles. Sacr. Philos. capit.* 31. *Paul Zacch. Patruus meus in suis quæstion. medicolegal. lib.* 4. *tit.* 1. *de Miracul. quæst.* 5. *nu* 12. *Roderic. à Castro in Medicopolit. lib.* 2. *cap.* 2.
19 Ex † Historicis, *Cornel. Tacit. annal. lib.* 2. *& lib.* 17. *Euseb. in in Hist. Eccles. lib.* 6. *cap.* 6
20 *&* 7. Ex † Poetis *Iuuenalis satir. decima, ibi.*

Nemo Mathematicus genium indemnatus habebit.

Et inferius.

Non enim sunt ij aut arte diuini, aut scientia,
Sed superstitiosi Vates impudentesque Arioli,
Aut ineroes, aut insani, aut quibus ægestas imperat,
Qui sui quæstus causa fictas suscitant sententias
Qui sibi semitas non sapiunt alteri monstrat viam,
Quibus diuitias pollicentur ab ijs drachmam petunt

De

De his diuitijs sibi deducant drachmam redda-dant cætera.

Et Mantuanus cecinit

Qui numerant stellas, & se comprehendere fata

Posse putant stulti &c.

Et poeta noster Tassus *can. decimo stan. vigesima.*

Ma che io scopra il futuro, e che io dispieghi,

Dell'occulto destin gli eterni mali.

Troppo è audace il desio troppo alti preghi,

Non è tanto concesso à noi mortali.

21 Phisognomia † quoque illa, quæ singulas hominis partes ad singula astra referens futuros casus prædicit, enumeratur inter species Astrologiæ iudiciariæ, & tamquam talis communitèr damnatur, vt probat *Pic.*
22 *Mirand. lib. 12. aduers. Astrolog* Non † tamen reiecta reperitur, quin potiùs approprobata illa, quæ de temperie valetudine, moribus, & ingenio, iudicat ex corporis temperamento, & ea est ratio, quia hæc secunda Phisignomia desumit argumenta ab effectu naturali, vt probatur auctoritate Sacræ scripturæ in *Isai cap.* 3. ibi, Agnitio vultus eorum respondet eis, &c. & *Prouerbior. cap.* 13. Cor hominis immutat faciem illius &c. & *Eccles. cap.* 19. ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur, sensatus, amictus corporis, & risus dentium ac gressus hominum enunciat de illo &c.

Sed omissa enumeratione specierum Diuinationis, quæ possunt videri apud *Torreblanc. in suo tract. t. de Magia Natural.* Pro resolutione quæstionis nostræ dicen-
23 dum erit, Quod † si mercedem exposcat professor diuinationis naturalis permissæ illam de Iure consequi debeat. *Armill. in summ. verb. Astrologia sub num.* 1. Etiamsi
24 † non fuerit de mercede aliqua facta con-
25 uentio ea ratione, quia Astrologia † connumeratur inter artes liberales, vt ait *glos. in l. 1. §. 1. ff. de var. & extr ordinar. crim. Abb. in c. ex timore de sorti. Armill. vbi supra sub num. primo Magon. decis. Lucen. 26.*
26 *num 28. in fine* Et † propterea Salarium soluitur ipsis ob probitatem scientiæ, & intellectus, quo casu est de Iure debitum, licèt non fuerit in pactum deductum *l. 1, ff. de var. & extraordinar. cognit. DD, in l. 1. C. de suffrag. & in l. Archiatri alias incipien* *Antiochus C. de professor. & medic lib. 10. Gratian. discep tat. Forens. cap. 257. num 4. Adden. ad dec. Bononien. 56 vers. hæc tamen regula inter statutar. Rot. coram Cardinali Seraphin. decis. 849. num. 3.*

27 Si † vero pro mercede instarent professores diuinationis reprobatæ venirent à iudicio repellendi etiamsi agerent pro consequutione mercedis conuentæ, argumento *l. si ob turpem causam ff. de cond. t. ob turp.*
28 *caus. & l. mercalem C. eodem* At † si iam fuissent mercedem consequuti non possent ad restitutionem compelli *Innocen. in c. quia plerique num. 2. vers. si autem, quem ibidem sequuntur Io. Andr. num. 4. Ant. de Butr. numer. 5. versus finem & num. 6. Anchar. in sub num. 12. quæst. 5. vers. si autem ex negotiatione, & Abb. num. 12. & 13. & communiter omnes de Immunit Eccles.* Et ratio est,
29 Tum quia † in pari causa turpitudinis, quæ in casu nostro versatur, tam ex parte dantis, quàm ex parte recipientis, melior est conditio illius, qui possidet *l in pari & l. cum par ff. de regul. iur c. in pari eod. tit. in sexto Cabheran. decis. ped. mont. 108. num. 18. Menoch. cons. 5 num. 41. Ciriac. controuers. 176 num. 7. et contr 177. num 9, et controu. 328.*
30 *num. 22.* Tum † etiam quia quando in opere, in quo merces accipitur interuenit aliqua industria, siue periculum, siue labor, tunc quid quid fuit pro mercede receptum licitè retinetur *Couarru in reg. peccatum par. 2. num 5 et seqq. Azor. institut. moral part. 3. libr. 4. cap. 25. tit. de his, quæ restituen. sunt ob turp. caus. vers. secunda opinio fol. 270.*

31 Et † hæc procedunt etiamsi Diuinatores falsis suasionibus induxerint aliquem ad credendum, & mercedem ipsis persoluendam *Laurent. Vrsell. conclusion. 19, num. 4.*
32 Dummodo † tamen falsæ suasiones non excesserint terminos ordinarios; Certum namque est quòd Diuinatores vtuntur suasionibus, & istæ tollerantur quasi naturalia exercitij, secus si fraudolentæ suasiones excessissent modum quia tunc tenerentur ad restitutionem *Scacc. de commerc. & camb. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampliat. 19. num. 111. vers. restringe tamen.*

Exa-

Exactoribus quando debeatur Salarium.

QVAESTIO LXV.

SVMMARIVM.

1 *Exactores qui exactionis commoda, & incommoda suscipiunt soluendo Dominis certam summam non dicuntur locare operas ad exigendum, sed potius exactiones emere.*

2 *Exactori merces non conuenta non debetur.*

3 *Exactori merces non conuenta debetur si sit solitus operas locare, & Dominus conducere pro mercede.*

4 *Exactor mercedem non conuentam consequitur si extet consuetudo soluendi mercedem simili operario etiam absque precedenti promissione.*

5 *Merces prastari solita dicitur conuenta, & conductor censetur tacitè de mercede conuenisse.*

6 *Exactor, qui commodum ab exactione retulit, mercedem non conuentam petere non potest.*

7 *Exactoribus merces conuenta debetur, Declara vt num. 8.*

9 *Exactores, vt suo muneri satisfacere dicantur debent exigere realiter, & cum effectu.*

10 *Exactor, qui inutilitèr pro Domino in exactione versatus fuit nullam potest mercedem petere.*

11 *Exactores realiter exegisse dicuntur quotiescumque sequatur creditoris satisfactio siue id eueniat per solutionem veram, siue fictam, & num. 13.*

12 *Solutio verà illa dicitur, quæ fit per numerationem pecuniæ.*

14 *Exactori merces debetur si illius operà sequatur satisfactio creditoris per fictas solutiones.*

15 *Cedula banchariaquoad effectum vim solutionis habet.*

16 *Acceptilatio, & nouatio pro vera solutione habentur, & vice solutionis funguntur.*

17 *Datio in solutum vim solutionis habet.*

18 *Cessio, & Delegatio pro solutionibus habentur.*

19 *Contrapositio partitarum solutioni æquiparatur.*

20 *Aliud pro alio solui non potest.*

21 *Adimplere qui deficit promissa non potest iuuari contractu vltrà citroque obligatorio.*

22 *Obligationes eatenùs ligant quatenùs omnes obligationum partes obseruentur.*

23 *Exceptio non implementi locum habet etiamsi non implementum verificetur in minimo.*

24 *Exceptio non implementi potest per Iudicem ex officio suppleri.*

25 *Exigere est verbum generale aptum comprehendere tam exactionem pecuniarum, quàm in speciebus consistentem.*

26 *Exactor, recipiendo a debitore obligationem de soluendo, mercedem non lucratur Amplia, vt numer. 32. Contrarium numer. 27.*

28 *Soluendi promissio numeratur inter fictas solutiones.*

29 *Solutionis promissio pro solutione habetur.*

30 *Exactum non dicitur, quod adhuc debetur.*

31 *Fideiussores dare non est soluere, sed solutionem assecurare.*

33 *Exactor mercedem consequitur, licèt creditoris satisfactio non sequatur, quando per ipsum creditorem stat quominus ei solutio fiat.*

34 *Exactio dicitur sequuta si per creditorem stat, quod non sequatur.*

35 *Exactor mercedem consequitur, licèt non exigat quãdo reperijt creditum iam solutum, vel non reale, vel præscriptum.*

36 *Exactores mercedem non consequuntur si su erint negligentes in exigendo.*

37 *Exactor negligens tenetur de neglectis, & non exactis.*

38 *Exactor tenetur de neglectis, et non exactis per eius substitutum.*

39 *Exactor tenetur de leui culpa.*

40 *Exactor publicus si fuerit negligens in exigendo ammittit Salarium etiã pro tempore, quo diligentèr exegit.*

41 *Exactor priuatus si fuerit negligẽs non ammittit Salarium pro eo tempore, quo diligentèr exegit.*

42 Exa-

42 *Exactor tenetur reddere rationem de exactis, aliàs mercedem petere non potest, Declara vt num.43.*

44 *Exactor tenetur reddere rationem non solùm de ijs, quæ exegit per se ipsum sed etiam de exactis ab eius substituto, Amplia vt num.45.*

46 *Exactor, cui fuerunt commissæ duæ exactiones habentes distincta Salaria, duplex Salarium consequi debet.*

EXactores siue publici, siue priuati sint diuersimodè exactiones suscipere consueuerunt: Alij enim, nulla mercede conuenta munus exactionis subeunt, Alij pro mercede certa in fine exactionis persoluenda. Alij mercede diurna in pactum deducta, Alij pro mercede detrahenda ex ipsa summa exacta, vt puta octo, vel
1 decem pro centenario, Alij † demùm exactiones acceptant assumentes in se omne illarum commodum, & incommodum soluendo Dominis certam summam, Et de his vltimis non erit in præsenti nostra quæstione agendum, quia isti propriè non locant operas suas ad exigendum, sed potius exactiones emere dicuntur *Roman. in l prætor. ait §.1. num,2. ff. de aqu. plu arcen. Mantic. de Tacit. et ambig. conuent libr. 7. tit. 2. num.32. Tondut. Sanleger. quæst. et resolut. ciuil. cap.23. num 4.*
2 De alijs igitur exactoribus loquendo, si † isti absque præcedenti conuentione mercedis in exactione se ingerunt, dicendum est, quòd nullum consequi debeant Salarium, *l. 1. ff. de var. et extraordinar. co-*
3 *gnit. l. Salarium C. mandati*, Nisi † creditores summæ exigendæ fuerint soliti còducere operarios pro mercede, & exactores suas operas locare, *Alex. cons. 109. in princip. libr.6. Castren. cons.346 lib.2. Riminal. sen. cons. 49. num.3 et cons. 358. num. 29. libr. 2 Gratian. disceptat forens. capit. 257. num 1. Ricc. in collectan. decis. coll.656 vers. insertur quarto Put. decis.44. lib. 1. Rot deci-*
4 *sion. 559. par. 1. diuersor.* Vel † nisi adesset regionis consuetudo soluendi similibus o-
5 perarijs mercedem, quo casu quia † merces præstari solita dicitur conuenta & conductor censetur tacitè de mercede conuenisse, *Mauson. de caus. executiu. lib.1. ampliat. 32. num.13. Rot. decis.88. sub num. 9.* *vers. sed de substantia par 1. diuers.* Ideò licèt nulla præcessisset promissio, poterunt exactores illam exposcere *Ricc. in d. collec 656 vers. insertur quinto Cassiador. decision. 120.*
6 *Put. decis.5. lib.3.* Quotiescumque † tamen non agatur de tali exactione, quæ plura commoda exactoribus afferre soleat, quia tunc præsumeretur exactionis onus fuisse susceptum, non ratione mercedis, sed emolumentorum ab illa prouenientium, & propterea Salarium aliquod minimè deberetur, *Rot. in Romana Pecuniaria 4. Decembris 1628. in §. finali coram bon. mem. Coccino.*
7 Alij † vero exactores, qui mercedem stipulati sunt illam consequentur dummo-
8 do † in exactione non deliquerint, & suas
9 expleuerint partes † cōsistentes præcipuè in exigendo realitèr, & cum effectu, quia sufficiens non erit pro consequendo Salario quomodocumque in pactum deducto, mu-
10 nus exactionis suscepisse, nisi † exactor vtilitèr in illo versatus fuerit, itaut Dominus, ipsius opera mediante, sui crediti satisfactionem fuerit consequutus, vt firmauit, *Rot. in d. Romana pecuniaria 4. Decembris 1628. §. finali coram bon. mem. Coccino per tex. in l. Iudices vbi Bar. C. de Anno. & tribut. libr.10. Guidopap decision. 68. nu.7. Surd. de Aliment tit.7. quæst. 41. nu.3. & 4. Gratian. disceptation. forens. cap.55. num.21 & seq.*
11 Ad † hoc autem, vt Exactores dicantur realitèr exigisse satis est, quòd sequatur satisfactio creditoris, siue id eueniat per so-
12 lutionem veram, id est † per numerationem pecuniæ *l. finali C. ad exhibendum l solutam ff. de solut. Natt. cons.54. nu.6. vol. 1. & cons.344. num.1. vol. 2. Rolan. cons. 53. num.44. vol. primo Osasc. decis. pedemont.92. num.28.* per quam omnis sublata remaneat obligatio, vt in *l. solut. ff. de pignorat. act.* Siue per solutionem fictam, quia
13 † quotiescumque creditor satisfactus remaneat; dicitur solutionem fuisse sequutam, & Exactores suo muneri satisfecisse, *l. 4. §. ait. prætor, & § soluisse ff. de re iudic. l. si rem § in omnes, & l. solutum §. solutum ff. de pignorat. act. l. solutionis verbo ff. de verb. significat. Din. Alberic. & Alij in l. solutionis ff. de solut. Soccin sen. cons 65. nu.3. volum. 4. Ias. consil. 9. num. 15. volum. 1. & cons.216. n.4. vol.2. Mars consil.37. n.22.*

14 Ita ut † etiam huiusmodi fictæ solutiones eorum opera sequutæ illis suffragentur pro consequutione mercedis promissæ *l. Iulianus ff. de Condit. & demonstrat. l. 4. §. condemnatum in vers. soluisse ff. de re iudic.*

Fictæ verò solutiones ad hunc effectum illæ dicentur, ex quibus creditor remanet
15 satisfactus; prout † sunt cedulæ bancharię traditio *Bar. in l. si soluturus ff. de solut. Put decis. 165. libr. 1. Rot. post. Cinc. de Censib. decis. 103 num. 7. decis. 104. num. primo decis. 131. num. 2. decis. 132 num. primo decis. 290. num. 2. & decision. 191. num. 2.*
16 Acceptilatio, † & nouatio, quæ pro vera solutione habentur, & vice solutionis funguntur vt de acceptilatione est tex. in *l. quamuis §. interdum ff. ad velleian.* & de nouatione *l. si rem §. si duo ff. de nouat.* & firmauit *Rot. coram Put. decis. 428. num. 4. part. 2. post. Dec. in consil 421. numer. 16.*
17 Datio † in solutum, quæ vim solutionis habet *l. solutionis ff. de solut. Paris. cons. 81. num. 25. vol. 2. Soccin. Iun. cons. 41. num. 14*
18 *& cons. 118. num. 9. vol. 3.* Cessio † & Delegatio, quæ paritèr, solutionibus habētur quoad hūc effectū vt per *l. quamuis § interdum ff. ad Velleian. l. inter causas §. abesse ff. mandati Dec. cons. 99. num. 4. Corn. cons. 169. vol. 2. Rot. Ianuen. decis. 60. n. 11.*
19 *& dec. 153. num. 7.* Et Contrapositio † partitarum, *Imol. in l. 1. & in l. cum ex pluribus ff. de solut. Alex. cons. 85. libr 3. Soccin. sen. cons. 85. num 5. vers. & illud libr. 4. Rot in Romana pecuniaria 13. Martij 1644. coram R. P. D. Bichio, & in Parmen. Pensionis 28. Aprilis 1645. coram eodem, & in Romana Cambij 23. Ianuarij 1645. coram R. P. D. Peutingerio.*

Et quamuis ad suadendum, quòd fictæ huiusmodi solutiones non suffragentur, ad effectum, vt Exactor mercedem conuentam prætendere valeat afferri possit, quòd effectus exactionis fundetur in exactione creditorum in pecunijs, non autem in alia specie consistentium, modo ad consequendam mercedem pro exactione promissam non videtur satisfacere exactor per alium actum, quàm realis exactionis, etiamsi per fictas solutiones creditoris satisfactio sequa-
20 tur, quia est aliud † pro alio soluere, quod fieri nequit *l. 2. §. mutui ff. si cert. petat.*

21 Cum † enim exactor spe lucri susceperit onus exigendi pecunias easque realiter non exegerit, sequitur, quòd non impleuerit implenda pro parte sua, & sic ex obligatione vltro vtroque obligatoria non posset iuuari obstante exceptione non implementi *l. Iulianus §. inferri ff de action. empt.*
22 Eatenus † enim obligationes ligant quatenùs omnes obligationum partes obseruentur, maximè si sint inuicem correspectiuæ *Gratian. disceptat. forens. cap. 759. num. 11. & 12. Rot decis. 428. num. 3. par. 1. recen & in Cracouien. Decimarum 21. Maij 1640.*
23 *coram R. P D. Cerro* Et † est adeo fauorabilis huiusmodi exceptio non implementi, vt locum habeat etiamsi non implementum verificetur in minimo *Dec. in l. cum proponas la 2. num. 5. vers. quarto ampliatur C. de pact. Rolan. cons. 53. nu. 23. lib. 1. Surd. cons. 101. num. 1. & seq. lib. 1. & consil. 400. num. 18 libr. 4. Put. decis. 340 num. 2. lib. 1. & decis. 357. circa finem libr. 3. Caputaquen. decis. 316. num. 2. par. 2. Ricc. in collect. decision. 1245. vers amplia quinto Rot. post. tractat. de obligation. cameral. dec. 145. n. 2.*
24 & † possit ex officio Iudex illam supplere *Roman. cons. 244. col. 2. Crauett. cons. 151. numer. 19. Rot. post. tractat. de obligatione Camerali decis. 77. num. 5. & d. decis. 145. num. 5.*

Hoc tamen obiecto, non obstante firma remanet conclusio, quòd merces debeatur exactori, cuius opera mediante creditor satisfactus remanserit per solutiones fictas, non secus acsi promptis pecunijs exegisset, Satis enim exactor dicitur suam obligationem adimplere dum efficit, quod satisfactio creditoris sequatur, quia ver-
25 bum † exigere est generale aptum compræhendere tam pecuniariam exactionem, quàm in speciebus consistentem, *c. si quis Romipetas 24. quæst. . Luc. de Penn. in l. 1 C. in quib. causib. colo. libr 11. & in l. fiscalibus C. de exactor. tribut. lib. 10. Mandell cons 62. num. 26.* & ita articulo maturè discusso resolutum fuit per Rotam florentinam vt videre est in *decis. Magon. 66.*

Non tamen sufficiens esse crederem exactoribus pro consequutione mercedis, recipere obligationem debitoris de soluendo
27 Quia † et si contrarium voluerit *Magon. in d. decis. 66. num. 13.* vbi firmat, quòd redigensius ad actionem mercedem consequatur

quatur non secus ac si realitèr pecunias e-
28 xegisset ea ratione, quia promissio † soluendi inter fictas solutiones connumeretur, imò solutio, & promissio solutionis paria sint *l. fin. C. ad leg. falcid. l. fin. C. de dot. promiss. Alex. in l. fuit quæstionis in vltim. notab. ff. de acquiren. hæredit. Paris. cons. 33. num. 23. vol. 4. Tiraquell. de Retract. conuent. ad fin.*
29 *tit. num.* 30. & † promissio de soluendo pro solutione habeatur *l. inter causas §. 1. ff. ad Macedonian. Rot. Ianuen. decis. 4. numer.* 13. Veritas tamen est, quòd ex illa non resultat actu satisfactio creditoris, & ideo non poterunt exactores Salarium prætendere,
30 quia exactum † non dicitur, quod adhuc debetur *l. hi §. si rem ff. de legat. 3. Carauit. super ritib. magn. Cur. Vicar. Neap. rit.* 179
32 *num.* 8. Et † ob eãdem rationem minus sufficiens erit datio fideiussoris, nam fideiussores dare non est soluere, sed solutionis securitas, *l. prima ff. qui satisdar. cogan. Maur. de fideiussor. par. 2. sect. 4. capit. 26. num.* 5.

33 Dantur † tamen nonnulli casus, in quibus exactores mercedem consequi poterũt licèt creditoris satisfactio non fuerit sequuta, & Vnus est quando per ipsum creditorem stat quominus ei solutio fiat *l. acceptam C. de Vsur. l. iure ciuili ff de condit. & demonstrat.* & probatur ex *l. hæc venditio in princip. ff. de contrahen. empt. & in l. opus ff. locat.* & facit *glos. in c. statutum §. accessorem in verb. communiter de Rescript. in 6. & notat Ias. in l. si quis Titio ff. de legat. primo* & facit *l. obsignatione C. de solut. et in l. si priusquã C. de distr. pign.* Vt puta si postquam exactor suas fecisset diligentias, creditor prorogaret terminum debitori, vel debitum remitteret, vel mandaret exactori, quòd vlteriùs non progrederetur, Nàm
34 † hoc ipso, quòd impedit creditor, ne sibi solutio fiat habetur ac si exactio verè sequuta fuisset *l. Iulianus ait ff. de condit. & demonstrat l. 4. § proinde ff. de manumission. Auendan. de Exequen. mandat reg. cap. 17. in fine*
35 Alter † casus est quando exactor, factis, diligentijs, reperijt, vel creditum non fuisse reale, vel exactum, vel præscriptum, *Auendan. vbi supra vers. quando vero sub num.* 10.
36 Partes † quoque exactoris erunt diligentèr se gerere in exactione, Aliàs non solum
37 mercedem non lucrabitur, sed † etiam tenebitur de neglectis, & non exactis, & contra cum poterit iurari in litem, *l. finali §. item rescripserunt nominum quæ deteriora ff. de Administrat. rer. ad Ciuit. pertin. l. 1 in fine, & ibi Io. de Plat. ante num. 1. vers. sed totum damnum spectat. C. de pericul. nominat. libr. 11. l. missi opinatores vbi Bar. nu. 3. C. de Exactor. tribut. libr. 10. Curt. Iun. in cons. 9 sub num 6. vers. circa quartum capitulum Menoch. cons. 246. num 66 Bursatt. cons. 08. num. 5. vol. 2 Henriquez singular. 48. in fine suor. consil. Ciriac. controuers. 433 num. 6 Borgnin. decis. 39. num. 2. & seqq.*
38 Et † etiam de neglectis, & non exactis per eius substitutum, vel coadiutorem ab ipso deputatum, *l. vtique §. 1* ibi: Si minus idoneis hominibus eam commisit *ff. de rei vindicat. Caroc. de location. & conduct. par. 4. tit. de Dolo, & culpa quæst. 2. nu. 13. Ciriac. controuers. 166 num. 2. & seqq Bor-*
39 *gnin. d. decis. 39. num. 24.* Et † tenebitur etiam de leui culpa *l. contractus ff. de regul. Iur. Gratian. disceptat. forens. cap. 115 n 3.*
40 *Borgnin. dicta decis. 39. num. 29* Et † si agatur de exactore publico iste negligendo exactionẽ, non solùm nõ lucrabitur mercedẽ pro tẽpore, quo fuit negligẽs, verũ etiã amittet illã, quã habuit pro tẽpore, quo diligentèr exegit, iuxtà textũ expressum in *l. Iudices C. de Anno, & tribut. lib. 10.* ibi: Iudices quos circa profliganda ærarij nostri compendia negligentes, ac desides fuisse constiterit, omnia, quæ in administratione positi perceperunt, emolumenta reddere compellantur.

41 Licèt † contrarium verum sit in alijs exactoribus priuatis, qui mercedem lucrantur pro tempore quo diligenter exegerunt *Bart in l. diem functo ff. de offic. Assessor. Surd. de Aliment. tit. 7. quæst. 41. num. 6. vers sed in contrarium Gratian. discept. forens. capit. 55. nu. 22.* Et ratio specialitatis in exactoribus publicis est, quia ex negligentia huiusmodi exactorum resultare possunt plura incommoda Reipublicæ, dum eius necessitatibus consuli non potest, vt notat *Io. de Plat. in eadem l. Iudices n. 2.*

42 Debebit etiam Exactor rationem reddere de exactis aliàs mercedem non habebit, *Fontanell. de pact. nuptial. claul. 3. glos. 8 par 5 num. 43. Molphes. ad Consuetud. Neapol. par. 6. quæst. 1. sub num. 24. vers. quæro quidem Salarium Menoch. de Arbitr. cas. 512*

finem verſ. dubitari ſepe contingit Crauett conſ. 129. vbi declarat †procedere donec Exactor ſuæ exactionis rationem reddiderit, prout facere tenetur *Rot. Ianuen deciſ.* 54. *num* 2. *deciſ* 80. *num* 3 *deciſ* 81. *n*. 2. *deciſion*. 112. *numer*. 2. *deciſion*. 116. *num*. 1.

44 Et † non ſolùm de his, quæ ipſe met exegit, ſed etiam de exactis ab alio de eius ordine, cum exegiſſe videatur, qui per alium exegit, *l. tres tutores* §. *non ſolum l. ita tamen* §. *geſſiſſe ff. de adminiſtrat. tut. l. ſolutam l. vero procuratori ff. de ſolut. Eſcobar. de ratiocin adminiſtrat. cap* 3 *num.* 10 *Larrea dec. Granaten.* 45 *ſub num.* 19. *Rot. deciſ.* 355. *ſub*

45 *num.* 4. *par.* 1: *rec.* Siue † alium ad exigendum præpoſuerit expreſsè ſiue tacitè, *gloſ. magna in l.* 1. *ff. de exercit. act. & in l quicumque* §. *non tamen verb. dumtaxat. ff. de inſt act. Bart. ibidem in princip. Gratian. diſceptat. forenſ. capit.* 677. *numer*, 23. *& ſeqq Rot. Ianuen deciſi n.* 14. *numer. ſecundo & 3. Rot. in Romana. pecuniaria* 15 *Iunij* 1643 *coram R. P. D Bichio*.

46 Notandum † remanet circà Salarium exactoris, quòd duplex debeatur, illi, cui duæ exactiones fuerunt commiſſæ habentes Salaria diſtincta, ſiue agatur de Exactore priuato, ſiue publico, quoniam ex hac ſolutione non eſt Communitas in damno, cum adhuc mercedem ſoluere debuiſſet alteri, cui exactionem demandaſſet, vt latè comprobat, poſt alios quos allegat *Franciſc. Merlin. controuerſiar. forenſ. par*. 2. *cap*. 7.

Executori Teſtamentario An, & quando ſit ſoluendum Salarium.

QVAESTIO LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, qui debet executioni demandare legata pia, non poteſt aliquo commodo ex illa hæreditate prouenente gaudere, & ſi aliquid acciperet, mortaliter peccaret.*

2 *Officium executoris teſtamentarij dicitur pium & ſalutare eſt animæ illud acceptare præcipue ſi teſtamentum ad pias cauſas.*

3 *Opera charitatis, exerceri debent abſque aliqua remuneratione ſeu mercede terrena.*

4 *Executor teſtamentarius æquiparatur Tutori.*

5 *Tutori non eſt ſoluendum Salarium.*

6 *Recuſante legatario legatum acceptare, cedit commodo executoris teſtamentarij.*

7 *Non poteſt quis cogi, vt ſit executor teſtamentarius.*

8 *Executor teſtamenti tunc cenſetur quando nullum commodum ex bonis ipſius teſtatoris ſentit.*

9 *Executor teſtamentarius dicitur habere mandatum à teſtatore.*

10 *Executor teſtamentarius habetur loco hæredis.*

11 *Executor teſtamenti æquiparatur adminiſtratori.*

12 Executor *teſtamenti tenetur reddere rationem.*

13 *Legatum factum executori teſtamenti à teſtatore, vt ſuam voluntatem executioni mandet, valet.*

14 *Executor teſtamentarius ſi recuſet munus ammittit legatum.*

15 *Executori teſtamentario quando veniat ſoluendum Salarium, & n. ſeq. Vſque ad num.* 20.

16 *Spatium vnius anni datur executori teſtamentario ad implendam voluntatem teſtatoris.*

17 *Executori teſtamentario ſi a teſtatore aliquid pro mercede laborum fuerit relictum, illi ſoluendum eſt, etiam ſi eſſemus in caſu, quo non eſſet ſoluendum.*

18 *Executor teſtamenti, cuius officium poteſt breui tempore expediri, ſi aliquid pro mercede extorſerit poteſt conueniri pro reſtitutione.*

19 *l. ſi quis ad declinandum* C. *de Epiſcop. & cleric. declaratur.*

Adhùc apud DD. indefinita remanet quæſtio An Executori teſtamentario ſit ſoluendum Salarium, nec nè, Et ideo rationes, & argumenta, quæ tam pro affirmatiua, quàm pro negatiua addu-

ci poſſunt noſtræ erunt partes referre, nec
non noſtram opinionem patefacere, relin-
quendo tamen illius definitionem ingenio
perſpicaciori, & magis erudito,

Pro negatiua igitur opinione, quòd nul-
lum debeatur Salarium executori teſtamen
tario facit Textus in *l. ſi quis ad declinan-
dum C.de Epiſc.& cleric.* per quam expreſsè
1 prohibetur, nè † Epiſcopus, vel Econo-
mus, qui debent executioni demandare
diſpoſitiones voluntatum factarum ad fa-
uorem piæ cauſæ, non ſpecificata ſpecie, poſ-
ſint aliquo commodo ex illa hæreditate
prouenientе gaudere, vt videre eſt in verbis
dictæ *l.* ſi quis, ibi: Nullo pænitùs ex hoc
lucro vel Economo vel Epiſcopo vel Sacro-
ſanctæ Eccleſiæ &c. Et in caſu quo aliquid
extorquent, mortalitèr peccant, prout ha-
betur in ſubſequentibus verbis dictæ legis,
ibi: In omnibus autem huiuſmodi caſibus
cæleſtes iracundias ſacroſanctarum rerum
adminiſtratores expectent ſi qualecumque
lucrum ex huiuſmodi gubernationibus ſibi
met acquiſiuerint, vel ſi hoc committi ab
alio conſenſerint &c. & ita fuiſſe deciſum
in Regio Conſilio Neapolitano, teſtatur
*Vincent. de Franchis in deciſ.122. num.6. &
in Regn. Valen. Fran. Hieron. Leo dec. Val.20.
num.52.*

Secundò ad ſuadendam negatiuam, con-
2 currit, quod officium † executoris teſta-
mentarij ſit pium, & dicatur opus charita-
tis, adeò, vt ſalutare animæ ſit illud acce-
ptare, præcipuè ſi teſtamẽtũ ſit ad pias cau-
ſas, vt notat *gloſ. in c. ſicut ij quæſt.1*, & cum
3 operæ † charitatis exerceri debeant abſquè
vlla mercede, ſeu remuneratione terrena,
adeout ſi quis pro exercendo opere charita
tis aliquid accipiat, mortalitèr peccet *D.
Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 10. art. primo
Sot. de Iuſt. & Iure quæſt. 5. art. 2.* & ad re-
ſtitutionem omninò teneatur, & quidquid
datum fuerit repeti poſſit conditione ob tur
pem cauſam *Munnoz de Eſcobar. in Tract.
de Ratiocin. adminiſtration. capit. 27. ſub
numer. 35. verſ. vnde cum operæ Charita-
tis.*

4 Tertio pro negatiua facit, quòd † tales
executores teſtamentarij æquiparẽtur tuto-
ribus, *Bar. in l. ſi emptione § fin. ff. de con-
trahen. empt. Bal. in l. cum ipſe eod tit. Gra-
tian. diſceptat. forenſ. cap.812. nu.30. Pract.
Papien. in forma libelli quo agitur ad redden.
ratio. tutelæ v. Ac executores num. primo gloſ.
in l. antepenult. ff. de tutelis & in l. ſi quis à
filio §. ſi plures ff. de legat primo Iacob. à Can.
in Tract. de execut. vltim. volunt. part. pri-*
5 *ma quæſt 10. num.32* Sed † tutori non de-
betur aliquod Salarium *l. à tutoribus §. fin. ff.
de adminiſtrat. tut. & in l. in eos ff. de tutelis
& nos dicemus infra in hac par. 2. cum age-
mus de Salario Tutoris* Ergò nec erit
ſoluendum executoribus teſtamentarijs,
In eis enim, quæ inter ſe æquiparantur
eadem militat Iuris diſpoſitio.

Facit Quarto pro negatiua, quòd exe-
cutor à Legibus multis commodis & bene-
ficijs fuerit ornatus, & inter alia illud prin-
6 cipale eſt, quod † deficiente legatario ante-
quam legatum habuerit, vel in caſu, quo
ipſe legatarius legatum acceptare recuſaret,
dictum legatum cederet commodo ipſius
executoris *l. ſi quis Titio ff. de legat. 2. argu-
mento l. pecuniæ ff de aliment. & cibar. legat.*
igitur cum executor teſtamentarius habeat
à lege hoc commodum cum alijs quamplu-
ribus, quæ refert *Iacob. à Can. in Tract. de
execut. vltim. volunt. part. 3. quæſt prima
num. primo, & pluribus ſeqq.* videtur, quòd
ea commoda ſuccedere debeant in locum
mercedis, nec àliud Salarium ab ipſo exe-
cutore pro labore impenſo in demandando
executioni Teſtatoris voluntatem prætendi
poſſit.

7 Quinto facit, quòd † cum quis cogi non
poſſit ad ſubeundum onus ſibi iniunctum ab
aliquo teſtatore demandandi executioni diſ
poſitia in eius teſtamento *c. Ioannes vbi
communiter* DD. *de Teſtam.* ſi illud ſuſcipi-
at, videtur tacite aſſerere nullum Salarium
pro illo onere referre velle *l. ſed an vltro ff.
de negoc. geſt. Federic. de Sen. conſ.118 nu.2.
Alex. conſ.108 num. primo & 2. libr. 2. Ca-
ſtren conſil. 246. libr. ſecundo Guidopap.
deciſ 68.*

8 Sexto negatiua ſuadetur ex eo, quòd † tunc
cenſetur quis executor voluntatis teſtato-
ris, quando nullum commodum de bo-
nis ipſius ſentit *gloſ. in l. ſi quis Titio 17 in
v. vt miniſtrum, & ibi Bar. num. primo ff.
de legat. 2. Ioan. Andr. in additien. ad Specul.
libr. 2. part. 2. tit de Inſtrum. edit § 13 nunc
aliqua ſub. num. 17. Rot. coram Gregor. XV.
deciſ 544. num. 2 & in Romana Cenſus Vi-
ginti millium 3. Martij. 1617. coram R. P.
D. Coccino quæ eſt impreſſa penes Gratian di-
ſcept.*

scept. forens. cap. 563 *post num.* 51. *& decision.* 35. *num.* 8. *par.* 6. *in Recent.* Sicque cum de natura executoris testamentarij sit nullum commodum recipere, si aliquid acciperet diceretur facere contra naturam sui officij.

9 Vltimo facit, quòd† executor testamentarius dicitur habere mandatum à testatore *Gratian. discept. forens. cap.* 812. *num.* 8 9. *&* 10. quod mandatum de Iure debet esse gratuitum de sui natura, cum dependeat ab amicitia, cui nihil magis aduersatur, quàm pecunia, vt in *l. prima et tot. tit ff. mandati* Ergo nullam mercedem seu Salarium petere poterit, & hæc sunt, quæ pro parte negatiua allegari possunt.

Non desunt tamen argumenta, & rationes militantes pro affirmatiua, quod talibus executoribus soluendum sit Salarium, Et ad hoc suadendum concurrit primo, Argumentum à simili, videlicèt, quòd sicut hæredi datur quarta trebellianica, vt per
10 *tot. tit ff. ad Trebellian.* & Executor † Testamentarius habetur loco hæredis, vt in *c. cum tibi de Testamen.* Ergo & ipsi executori saltem aliquid pro mercede laborum si non quarta pars soluendum erit. Concur-
11 rit secundo, quod executor †equiparatur Administratori *Gratian. disceptat. forens. cap.* 812. *num.* 3. *et* 7. *c. vltim. de Testamen in* 6. & in effectu sit administrator, sed cum supra dixerimus, administratoribus esse soluendum Salarium, vt in *quæst.* 51. *num.* 1. ita dicendum erit, soluendum esse executori testamentario, nam cum ratio, proptèr quam diximus soluendum Salarium administratoribus sit, quia grauantur in pluribus, & inter alia teneantur suę administrationis rationem reddere, quæ ratio cùm militet etiam in Executore testamen-
12 tario, nàm †vltrà labores in administranda hæreditate tenentur etiam reddere rationem suæ administrationis *Gherardus singular* 48. *l. si hæres vbi notant DD. ff. de cond. ob causam Bar. in l. si quis Titio ff. de legat.* 2 *& in l. alio ff. de aliment. & cibar. legat. Cyn. in l. nulli C. de Episcop. & cleric. & facit tex. in l. prima ff. de ration. distrahend.* Ergo eadem dispositio Iuris in istis militare debebit.

13 Accedit Tertio, quòd †valet legatum factum à testatore executori testamentario, & à Lege præsumitur factum ad effectum, vt ipsius voluntatem executioni mandet, vt videre est in §. *si quis autem authen. de hæred. & falcid. collat. prima* §. *si autem auth. de Eccles. tit. collat.* 9. *l. si quis sepulcrum* §. *funus ff. de reliq. & sumpt. fune. l. fin. ff. de confirmat. tut. c. Ioannes de Testamentis*, vbi apertè dicitur, quód prædictum legatum fieri possit à Testatore ad effectum, vt exe-
14 cutor munus subire velit, adeo vt si munus recusaret priuaretur legato *Adden. ad Cappell. Tholosan. decis.* 294 *sub num.* 3. *Cardinalis in Clement. vnic. quæst.* 4 *de Testamen. Bal. in repetit. l. primæ col.* 6. *ff. de legat.* 2. *Couarru. in d. c. Ioannes num* 3. *de Testam. Molin. de Iust. & Iure tract.* 2. *disputat.* 248 *littera C. vers. executor si munus l. post legatum* §. *manumitterem ff. de ijs quibus vt indign.* Ergo est dicendum, quòd executori testamentario etiam de Iure sit soluenda aliqua merces pro munere, quod exercet.

Stantibus ergo his tàm pro parte affirmatiua, quàm pro negatiua adductis, ad hoc, vt huius quæstionis definitionem inuenire possimus, tali modo distinguendum
15 esse crederem videlicèt Aut† officiū executoris est momentaneum, nempe, quod breui tempore executor à suo officio se se expedire possit, vt puta si debeat tantummodo legatarijs relicta consignare, elemosinas à Testatore legatas distribuere, & alia, quæ breui temporis spatio expediri possunt, & hoc casu nullam soluendam esse mercedem executori cum habeat solummodo nudum facti ministerium *Eminentissimus D. Cardinalis de Lugo de Iust. tom.* 2. *disputat.* 24. *sect.* 16. *numer.* 334. *Antonin. Dian. resolut. moral par.* 8. *sect.* 5. *resolut.* 39. §. *sed hæc opinio* Quod dicas procedere, etiamsi vnius anni tempus requireretur ad
16 adimplenda disposita à testatore, quia †tale tempus dicitur in proposito breue, & datur omnibus executoribus ad executioni demandandam testatorum voluntatem *l. nulli C. de Episc. & cleric. c. nos quidem de Testament. Honofr. Bartolin. cons.* 82. *nu.* 8.
17 *inter cons. vltim. volunt* Nisi†tamen aliquid à Testatore relictū fuisset, quia tūc nulli dubiū est, quòd esset soluēdū, nā si soluēdū venit vni tertio, cui testator nullis præcedētibus, seu subsequentibus laboribus, seu meritis legauit, multo magis erit soluendum executori testamentario, qui se ingerit in de-

demandando executioni ipsius testatoris voluntatem, alias enim eius officium diceretur damnosum, cum ipsum redderet incapacem illo legato, quod habere potuis-
18 set si relictus non fuisset executor, si † vero nihil fuerit isti executori à testatore relictum, & si aliquid extorserit poterit pro restitutione ab hærede conueniri, nam si testator voluisset eum aliquid habere legasset *Adrian. Negusan. in sua Responsorum quæst.351. num.8. Menoch. de præsumption libr.4 præsumpt.125. num.18. vers. hoc casu executores*.

Aut vero officium executoris habet tractum successiuum, vt puta si quolibet anno aliquid adimplere teneatur, vel debeat hæreditatem à litibus defendere, & alia similia facere, & in hoc secundo casu dicimus, soluendam esse mercedem executori testamentario, non obstantibus, rationibus, & argumentis in contrarium supra adductis. Nam ad primum Respon-
19 detur, quòd † in *d. l. si quis ad declinandum* non disponitur executorem testamentarium non posse aliquid accipere pro executione voluntatis testatoris sed prohibetur tantummodo Episcopis, seu alijs, ad quos pertinet legata pia executioni demandare, nè aliquid ex illis bonis distribuendis in operibus pijs iuxtà dispositionem testatoris sibi tribuere, vel applicare possint, vt per *Castren. in d. l. in princip.* Non autem prohibetur aliquid accipere pro labore impenso in demandando executioni dicta legata pia. Et quando etiam hoc prohiberetur, non tamen hæc prohibitio esset extendenda ad alios executores testamentarios, quia legata pia sunt priuilegiata, prout vidimus, quòd ab illis non detrahetur falcidia sicut in alijs legatis, illorum priuilegia cum sint specialia, non sunt ad alia extendenda.

Pariter, nec obstat secundum, Respondetur enim, quòd, licèt sit opus charitatis attamen Salarium quod præstatur non esse in præmium operati, sed operæ, nempe in præmium laboris, quem executor impendit in adimplenda voluntate Testatoris, prout vidimus, quòd quamuis peccatum esset aliquid recipere pro administratione sacramentorum *Card. in can. iudice vers. in eo glos. 1. q. 1. Villalo. in sua recollect. littera I. numer. 62. Iul. Clar. in §. simonia vers. quære nunquid Sot. de Iust. & Iure quæst. 6. art. primo* attamen recipi potest in præmium laboris, qui in illis administrandis impenditur, & est communis opinio, vt testantur *Angel. in v. loc. t.o. num. .. in verbo Simonia 1. num.6. Eman. suarez. in suo Thesaur. littera I. nu.3 summ. Armill in v. locatio n.6. Bursat. cons.204 num 24. art. 2.* Neque ex hoc Sacramenta mercenaria redduntur seu numario pretio estimantur, sed presbiter sui laboris præmium refert, qui in se est quid temporale, & per se prætio æstimabile, neque rei spirituali necessario connexum, adeo vt in Parlamentis Franciæ fuerit iudicatum, solùm Iudicem laicum esse iudicem compentem in administratione Iustitiæ pro solutione Salarij debiti Clerico ratione celebrationis Missarum, vt refert *Ioan. Papon. in collectanea Arrestor. Parlamen. Franciæ lib 1. tit. 1. arrest. 3.*

Neque aduersatur Tertium; in promptu namque responsio est, nempe, quòd etsi executor testamentarius æquiparetur tutori, tamen hoc non verificetur in omnibus, & multæ inter eos intercedant differétiæ, & inter alias illa principalis est quòd Tutela sit munus publicum, & cogatur quis ad acceptandum *l. 1. ff de Iure instit.* sed officium executorum sit voluntarium, itaut non possit quis cogi ad illud acceptandũ vt in *c. 2. §. fin vers. volente de Testamen. in 6.* Sicque cum non æquiparentur in omnibus, non valet argumentum, Salarium non debetur tutori, Ergo nec executori, nam diuersa inter eos in hoc militat ratio, quia officium tutoris non est perpetuum, dum non durat postquam pupillus masculus decimumquartum compleuerit annum, & duodecim fæmina, Officium vero Executoris testamentarij potest esse perpetuum, cum testator disposuerit aliquid fieri in perpetuum *Couarru. in c. 3. num.6. de Testamen. Abb. cons.59. col. final. lib. 1. Ias. in auth. hoc amplius n. 6. C. de fideicom. Rot. coram Cardinali Seraphina decis.1048. num.4.* Præterquam quod potest etiam responderi, quòd etiam tutori aliquibus in casibus debetur Salarium, *Bar. in l. mandatum num 4. ff. mandati*, & sic, etiamsi dicantur inter se æquiparari tutores, & executores testamentarij, non repugnat dicere, quòd etiam istis executori-

toribus aliquando sit soluendum Salarium.

Cessat quoque quartum argumentum per duplicem responsionem. & Prima est, quod etsi istis executoribus fuerint multa priuilegia concessa, tamen non succedunt in locum Salarij, quia videmus à lege permitti quod vltra dicta priuilegia possit illis fieri legatum pro administratione hæreditatis, vt diximus supra numero 13, Sed si priuilegia loco mercedis habenda essent, non permitteretur à Lege aliquid illis legari, Ergo est dicendum, dicta priuilegia non succedere in locum mercedis, Respondetur Secundo, quòd si dicta priuilegia succederent in locum mercedis, sequeretur absurdum, nempè, quod posset euenire casus, vt aliquis executor testamentarius maximos labores in administranda hæreditate pateretur, & deinde dictis priuilegijs non gauderet, quia non venirent casus, in quibus executori priuilegia competunt, & sic labor debito præmio careret, & è contra alter executor, qui nullos labores tulisset occurrere posset, vt priuilegijs frueretur, sicque est dicendum, quòd vltra dicta priuilegia adhoc, vt euitetur possibile absurdum, soluendum esse Salarium executori iuxta labores passos.

Facillimè quoque corruit quintum argumentum fundatum tantummodo in præsumptione, nam illi respondetur per contrariam Iuris præsumptionem, quæ est, quòd nemo præsumatur velle iactare suum & laborare sine præmio *l. cum de indebito ff. de probat. Rot. decis. 131. sub num 1. part. 1. & decis. 253. num. 6. part. 7. Recent.* & sic etiam si officium susceperit illud officium, quod suscipere non tenebatur, non est presumendum voluisse illud acceptare absque aliqua mercede, imo dicendum videtur, quòd sit talibus executoribus constituendum Salarium, adhoc, vt illa mercede allecti se inducerent ad subeunda onera ipsis à Testatore iniuncta.

Nec minus obstat argumentum seu ratio in sexto loco adducta, scilicet, quòd tunc quis merus executor cēseatur quando nullum commodum ex hæreditate percipit, per Iura supra allegata, quoniam respondetur, sensū Iurium allegatorum esse, quòd si executor perceperit commodum nempe legatū in testamēto relictū, tūc nō dicatur merus executor, sed legatarius, non autem esse, quòd quis non dicatur executor ex eo quòd suorum laborum in exequendo testatoris voluntatem passorum mercedem recipiat, prout videre est in dictis Iuribus.

Tandem non contrariatur argumentum vltimo loco adductum Illud enim cessare facit responsio, quòd mandatum tunc debet esse gratuitum quando respicit vtilitatem mandantis, non autem quando respicit commodum vnius tertij, prout in casu nostro, in quo executioni demandare voluntatem testatoris non respicit eius vtilitatem, sed benè heredi, & legatariorū, à quibus, cum executor non dicatur habere mandatum, benè poterit Salarium petere.

Omnibus Ergo deficientibus argumentis in contrarium adductis per allatas responsiones, firma remanere videtur con-
20 clusio, quòd † executori testamentario, qui habet actum successiuum, sit soluendum Salarium. exceptis tamen nonnullis casibus, Et Primo si executor ea prætermiserit, quæ ad eius officium spectabant, vt puta si non confecerit inuentarium, ommittens enim facere ea, quæ ad officium pertinent; non lucratur fructus ex eodem officio prouenientes, sicque cum executoris officium requirat confectionem inuentarij, vt est tex. *in l. nulli & ibi glos C. de episc. & cleric. & ibi Bald. circa medium in vers alterius nota Philippus de franchis cons. 116. num. 23. inter consil vltim. volunt.* & Executor illud non conficiat, non solùm nullam consequetur mercedem, verum etiam posset puniri pœnis de quibus in *in l. 3. §. tutores qui repertorium non confecerunt ff. de suspect. tutor.* Alius casus est, si executor male in executione se gesserit, vt puta si intra debitum tempus & à testatore præscriptū nō soluerit legata, maxime si essent pia relicta a testatore pro anima sua, quæ licèt essent ante omnia adimplenda, attamen tamdiù differtur eorū adimplemētū, vt nisi esset Reuerēda Fabrica Santi Petri, quæ ex facultatibus sibi à summis Pontificibus concessis pias voluntates executioni demandaret, vel in totum eorum executio prætermitteretur, aut saltèm quandiu fieri posset differreretur, Non aduertendo, quòd hoc facere sit graue peccatum, vt dicit *Nauar. in manuali part. 2. cap. 25.*

cap. 25. num. 65. in princip. & in vers. Tertio qui soluit.

Familiaribus quando debeatur Salarium.

QVAESTIO LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Familiari Salarium conuentum debetur.*
2 *Familiari non debetur Salarium non conuentum & num. 5.*
3 *Salarium non conuentum non debetur vilibus personis, quæ sepè pro solis expensis seruiunt.*
4 *Salarium etiam non conuentum debetur ijs, qui vacant honestis muneribus, Declara vt num. seqq.*
6 *Familiarium officium est valde honoratum, & pluribus priuilegijs à Iure decoratum.*
7 *Præmium magnum est seruire magnis viris.*
8 *Familiarium officium à multis desideratur, & absque aliquo Salario exerceri solet.*
9 *Coniecturæ suadentes, familiarem voluisse absque Salario seruire, & num. 10. & 12.*
11 *Conuentio talis præsumitur præcessisse qualis fuit subsecuta solutio.*
13 *Familiaris, qui seruiuit sine Salario sub spe remunerationis, non habebit actionem contra Dominum pro consequutione Salarij si sua spe fuerit deceptus, & num. 16.*
14 *Repetitioni pecuniæ, alicui datæ sub spe futuræ remunerationis, non est locus, licet remuneratio non sequatur.*
15 *Consensus vtriusque contrahentis attenditur in contractibus, non autem cogitatio vnius.*

1 FAmiliares † Salarium à Dominis consequentur si de illo soluendo conuentio præcesserit *l. Salarium ff. mandati l. 1. C. eodem tit. l. iubemus C. de Aduocat. diuers iudic. Natt. cons. 376. nu. 3. vol. 2. Surd. cons. 306. n. 9. vol. 3. Rot. in Toletana mercedis 18. Decembris 159[illegible] coram Iusto & in Valentina mercedis 5. Iunij 1602.*
2 *coram Lancellotto* sed † tali conuentione deficiente Salarium prætendere non poterunt *Seraphin. decis. 6[illegible]. num. 1. Rot. in Toletana, seu. Romana Mercedis 14. May 1569. coram Aldobrandino.*

3 Et † quamuis regula, quòd Salarium non conuentum non debeatur, soleat locum habere tantummodo in vilibus personis, quę sepenumero inseruiunt pro solis expensis *Seraphin. decis. 74. num. 2. & decis. 849.*
4 *numer. 2.* non † autem in ijs, qui vacant honestioribus muneribus *l. 1. ff. de var. & extraord. cognit. DD. in l. 1. C. de suffrag. & in l. Archiatri C. de professor. & medic. libr. 10. Gratian. discept. forens. cap. 257. num. 4. Seraphin. d. decis. 74. sub num. 2 vers. secus ve-*
5 *ro & dicta dec. 849. num. 3.* Hæc † tamen limitatio non procedit in familiaribus, qui licèt vacent honestis muneribus, tamen non possunt petere Salarium non conuentum, prout resoluit *Rot. coram Seraphin dec. 849. & decis. 126. num. 2 par. 4. diuers quam sequitur Gyps. in addit. ad dec. Bonon. statutar. 56. vers. Solet autem dubitari,* Cuius resolutionis
6 ratio fuit, quia familiarium † officium est valdè honoratum, & multis priuilegijs decoratum, vt apparet ex *C. lib. 1 per tot.*
7 Et † magnum præmium est magnis viris seruire *Paul. Citr. in suo tract. apologetic. pro Stat. Roman. Vrb. & Cur. cap. 12. vers. serui*
8 *re viro,* Quamobrem † à multis tale officium desideratur, imò muneribus etiam aucupatur, & suscipitur potius sub spe alicuius liberalis remunerationis, quàm pro aliquo Salario, *Rot. in Romana pecuniaria 26. Maij 1653. coram R P D. Cerro,* quod in Curia Romana est frequentissimum simul & fallacissimum *Gips. loc. supra citat. Seraphin. decis. 65. sub num. 1* Quod eo magis procedit si concurrant præsumptiones, & coniecturæ, quòd familiaris voluerit absque mercede seruire, vt per *Seraphin. loc. citat.*

9 Coniecturæ † autem, quæ ad hunc effectum considerari solent sunt: Si Dominus non sit solitus suis familiaribus soluere Sa-
10 laria, Si † familiares habeant expensas, & habitationem à Domino *Rot. dict. dec. 126. sub num. 3. in fine part. 4. diuers* nam tunc
11 talis † præsumitur fuisse conuentio qualis

fuit subsequuta solutio *Bal. in l. si certis annis nu. 9. C. de pact. Alex. cons. 107. num. 2. libr. 1. Felin. in c. cum Bertoldus num. 41. de re iudic. Natt. cons. 292. num. 2 in fine cum seq. Rot. coram Mantic decis. 266. vers. pri-*
12 *mum quia sub num. 1*: Pro † vrgenti quoque coniectura habetur, quòd familiaris per plures annos sua seruitia præstiterit, nec vnquam Salarium requisiuerit, imò, vt in casu dictæ decisionis Seraphini, professus fuerit, se esse maximis obligationibus suo Domino deuictum ob collatum sibi officium tanti honoris, ex tali enim diuturno silentio præsumitur familiarem absque vllo Salario seruire voluisse, sed expectasse à Domino remunerationem, *Oldrad. cons. 183 num. 10. Paris. cons. 137. n. 12. lib. 4. Afflict. dec. 13. vers. nona coniectura sub n. 21. Crauet. cons. 148. num. 12.*
13 Neque † si sua spe deceptus remanserit familiaris, itaut non habeat à Domino remunerationem illam, quam se consecuturum fore in animo habuit, Salarium petere poterit, quia si falsa opinione fuit deceptus, non propterea ex hoc oritur illi aliqua actio *Mantic. d. dec. 266. num. 6.* prout in simili
14 videmus, quòd † si quis alicui certam pecuniarum summam dederit sub spe magnæ remunerationis, quam deinde non habuit, pecunias repetere non valeat *l. si quis circa finem ff. de condit. ob caus. Rot. in d. Romana pecuniaria 26. Maij 1652. coram* R. P. D.
15 *Cerro* Non † enim sufficit cogitatio vnius in illis, quæ ex duorum consensu agenda sunt, sed vtriusque consensus spectari debet *l. non solum ff. de Act. & oblig. ait. l. si ego & ibi Bar num. 2. ff. si cert petat. idem Bar. in l. cum quid*
16 *num 9. in fine ff. eodem tit* Et † ideò si familiaris cogitabat, quòd Dominus dignitatem aliquam, seu honorem sibi fuisset collaturus, cum non adfuerit consensus, vel promissio Domini, sed tantummodo ipsius familiaris vana cogitatio sibi imputare debet, si propria ipsum opinio fefellit, nec poterit dicere, si non habui dignitatem, vel remunerationem, quam relaturum in mente conceperam, cōsequi volo Salarium, cessante causa propter quam sine Salario seruiebam, *Gips. loc. suprà relat. Seraphin. dicta decis. 849. Mantic: dicta decis. 266. vers. nec obstat. sub num. 6.*

Famulis An, & quando sit soluendum Salarium.

QVAESTIO LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Famulus differt à seruo.*
2 *Seruus est in nostro dominio.*
2 *Seruis non debetur Salarium.*
4 *Seruis alimenta præstari debent.*
5 *Seruos occidere antiquitus erat dominis impunè permissum.*
6 *Famulorum duplex est genus.*
7 *Famuli honestis in muneribus seruientes familiares appellantur.*
8 *Famuli honestis in muneribus seruientes nomen deducunt à fama, qui vero vilibus seruitijs sunt præpositi à fame famuli dicuntur.*
9 *Famulis Salarium conuentum debetur.*
10 *Factis adimplendum venit, quod fuit verbis promissum.*
11 *Hypoteca competit pro Salario famuli.*
12 *Famulus Salarium conuentum consequitur, licèt non seruiuerit quando per ipsum non stetit sed per Dominum qui illum expulit à seruitio. Declara, vt num. 16. & 19.*
13 *Salarium famulo non debetur nisi pro rata temporis, quo seruiuit.*
14 *Salarium non debetur famulo tempore infirmitatis.*
15 *Conditio habetur pro impleta quando non stat per eum, ad quem pertinet quominus conditio adimpleatur.*
16 *Famulus expulsus tenetur requisitus redire ad effectum, vt dicatur, non stetisse per ipsum, quin seruiuerit, Declara, vt numer. 17.*
18 *Famulus expulsus à Domino, an teneatur adhibere diligentiam locandi alteri operas suas, itaut si talem diligentiam non adhibeat possit Salarium petere?*
20 *Famulus consequitur Salarium pro illo tempore, quo bene seruiuit Amplia vt numer. 21. Declara vt num. 22.*
23 *Munnoz. de Ratiocin. cap. 17. num. 19. declaratur.*
24 *Damnum, quem Dominus allegat ei proueni-*

venire ex discessu famuli tenetur probare.

25 *Famulus in Vrbe, qui certo tempore seruire promisit, si ante illud discedat, ammittit tertiam partem mercedis decursæ ex dispositione statuti.*

26 *Salarium non conuentum famulis non debetur.*

27 *Salarium non conuentum debetur famulo si Dominus fuerit solitus operas conducere, & famulus locare pro Salario.*

28 *Salarium non conuentum, vt debeatur famulo non sufficit, quod famulus sit solitus seruire pro mercede, nisi copulatiuè Dominus sit solitus pro mercede operarios conduere Contraria sententia refertur n.29. reprobatur n.30.*

31 *Rebuff. ad Constitut. Reg. Gallic. tom.2. titul. de Salar. famul. gloss. 3. reprobatur.*

32 *Famulo debentur alimenta à Domino etiam si nulla conuentio præcesserit.*

33 *Salarium operarijs soluere est de Iure Diuino.*

34 *Salarium non conuentum debetur famulo si Dominus vno anno soluerit, Declara, vt n 36.*

35 *Solutionem probare tenetur is, qui se fundat in illa.*

36 *Promissio talis præcessisse præsumitur qualis fuit subsequuta solutio.*

37 *Solutio præsumitur facta in eam causam, cui summa soluta correspondet*

38 *Famulus, qui nunquam antea seruiuit nisi ei, à quo mercedem exposcit non debet astringi ad probandum, se esset solitum seruire pro Salario.*

39 *Pauperes velle absque Salario seruire non est præsumendum.*

40 *Consuetudo loci in materia Salarij est attendenda.*

41 *Famulus non præsumitur voluisse absque mercede seruire dum pluries pro Salario requisiuit Dominum, à quo retulit bona verba.*

42 *Famulus seruiens per longum tempus, & Salarium non petens præsumitur voluisse seruire absque Salario.*

43 *Infantibus seruientibus Salarium non soluitur, sed alimenta præstantur.*

44 *Infantes industriosi, & in aliqua arte periti non præsumuntur velle seruire absque Salario.*

45 *Salarium etiã non conuentum debetur famulis quando, in loco in quo seruiuit viget consuetudo soluendi Salaria etiam absque conuentione, Amplia, vt numer 46.*

47 *Consuetudo viget inter Laniones Vrbis non conficiendi scripturam inter ipsos, & eorum famulos, sed illis intra certum tempus Salarium soluunt.*

48 *Famulus creditor sui domini ratione mercedis an dicatur committere furtum, appropriando sibi clam res domini in satisfactionem sui crediti? & numer. seq.*

49 *Ius sibi dicere propria auctoritate non est alicui permissum, Declara, vt numer. 50.*

52 *Mulier potest absque solemnitatibus statutarijs suas operas locare.*

PRiusquam ad propositæ quæstionis definitionem veniamus duo sunt præmittenda, quorum alterum est, quod 1.2 famulus † differt à seruo, nam hic † in dominio nostro est, vt in § *in potestate inst. de iis qui sunt sui vel alieni Iuris* famulus 3 verò non, Ideoque certum erit seruis † nullum soluendum esse Salarium pro seruitijs præstitis, cum sint in potestate nostra, & quidquid acquirunt, nobis acquirant, sed 4 † tantummodò præstanda erunt alimenta, vt in §. *sed & maior. instit de ijs qui sunt sui vel alieni Iuris l. cum plures §. cum tutor. ff. de administrat. tutor. Surd. de aliment tit. 1. quæst. 66. n. 13.* quæ si nec ipsis belluis denegantur, multo minus erunt neganda seruis, qui non in alio à nobis differunt, quàm infortuna, 5 Quamuis † antequitus nulla esset differentia inter seruos, & belluas, & ideo illis vtebantur, sicut belluis, illorumque vitæ necisque potestas apud Dominos reseruata erat, vt in *d. §. in potestate*, Attamen hodie hæc potestas mortis fuit Dominis a Iure Ciuili detracta, ad hoc, vt haberetur ratio humanitatis, & vt commodo Dominorum consuleretur, qui sic permittente Iure Gentium seruos absque aliqua causa occidebant, & commodo, quod ex illorum seruitute ipsis prouenie-bat priuati remanebant.

Venit secundo loco præmittendum, 6.7 famulos † duplicis esse generis, Alij † enim sunt

sunt, qui honestis in muneribus seruiunt, & honestiori vocabulo familiares, & bona fide seruientes dicuntur *Vulpian. in l. AEdiles etiam 25 §. 1. ff. de ædilit. edi. & in l. Prætor*
8 *ait. §. familiæ ff. de vi bonor. raptor.* & † appellantur famuli non à famè, prout dicuntur alij famuli, de quibus infrà, sed à fama iuxtà ætymon excogitatum à Bracheo *in l. pronunciatio §. familiæ ff. de verbor. significat.* & istis famulis, seu familiaribus quando soluendum sit Salarium, satis diximus supra in *quæst.* 67. Alij vero ad sunt, qui humilioris sunt scamni, & vilibus se se exercent in seruitijs, prout sunt famuli à pedibus aurigæ, & his similes, quorum officium non in honore, sed tantummodò in labore cõsistit, & quandò istis soluendũ veniat Salarium, videndum erit in præsenti nostra quæstione, Cuius resolutio residet in videndo: An Salarium, quod petitur à fa-
9 mulo fuerit conuentum, vel non, Et † si fuerit conuentum indubij iuris est, quòd debeatur *l. sed & si quid §. sufficienter ff. de Vsufruct. Federic. de sen. cons. 218. Granut. Theorem 12. num. 12. Gabr. cons. 170. n. 20. vol. 1. Mar. Giurba decis. Siciliæ 13. num. 1. Caroc. de locat. & conduct. titul. de famulis quæst. 10. numer. 3. Menoch de Arbitrar. In-*
10 *dic. casu. 515. num primo*, Id † enim, quod verbis fuit promissum, factis adimplendum venit iuxtà text. *in c. qualitèr de pact.* Et
11 † pro eo competit hypoteca in bonis Domini, ita vt si moriatur veniat ante omnia deducendum, maxime si fuerit in testamento relictum, *Rot. in causa Sancti Seuerini Dotis 4. Maij 1640. coram R. P. D. Dunozetto quæ est decis. 187. inter recollectas per me post tractat. de obligat. Camer. in secunda impressione Pacif. de Saluian. interdict. inspectione 4. num. 683. Tiraquell. de Retract. ligniagier. § 15. gloss. prima sub numer. 7.*

12 Quæ conclusio † locum habet etiamsi pro toto tempore, quo fuit conuentum non seruiuerit, quandò per ipsum famulum non stetit, vt puta, si fuerit à Domino antè tempus expulsus, quia tali casu, si post expulsionem alteri Domino suas operas non locauerit, famulus pro toto tempore Salarium consequetur *l. qui operas, & l. sed addes § vlt. ff. locati & ibi gloss. & in l. diem functo ff. de offic. Assessor. Bar. in l. prima §. dinus num. primo in fine ff. de var. & extraordinar. cognit. Natt. cons. 452. num 2. Dec. cons. 70. num. primo in fine Aldobran. cons. 8. num. 15. libr. 2. Noguerol. allegat. 33. num. 64 & 65. Vrsell. conclus. 60. num. 22. & 23. Capell Tholosan. decis. 79. & decis. 278. Bonacoss. in tractat. de famul quæst. 109. in princip. Rot. coram Buratt. decis. 5. num. 13. & decis. 79. num. 9. & coram Caualer. decis. 520 per tot. & in diuers. dec. 839. p. 4. & in recen. decision. 330. numer. 3. part. prima & decision. 265. numer. 3. part. secunda, & in Vrbinaten. Salarij 26. Iunij 1652. coram R. P. D. Zarate.*

13 Neque obstat, si dicatur, Salarium † famulo non deberi, nisi pro rata temporis, quo seruiuit, vt in *l. sed si vno §. cum quidam ff. locati Bald. cons. 43. col. 7. Franc. Marc. decis. Delph. 798. lib. primo Ferrett. de*
14 *milit. instit. num. 117.* Quod † adeo verum est, vt nec veniat soluendum Salarium famulo pro tempore infirmitatis, imò possit Dominus ab eo exigere expensas, *Summ. Diana v. Salarium num. primo* Et sic cum non seruiuerit toto tempore, quo seruire conuenit, non veniat soluendum totum Salarium, sed tantummodò pro rata seruitij præstiti, Respondetur enim quòd, dum non stat per ipsum famulum, quin seruiat toto tempore, quo se seruiturum promisit, dicitur ex parte sua promissionem adimpleuisse, & sic consequi debet Salarium pro toto tempore, quo seruire conuenit, licèt cum effectu non seruiat, quan-
15 do † enim non stat per eum, ad quem pertinet, quominus conditio adimpleatur haberi debet perindè ac si adimpleta fuisset *c. imputari & c. cum non stat. de Reg. iur. in 6. l. in iure ciuili ff. eod. tit c. si qualiter §. prophetauit 22. quæst. 2. Cuman. cons. 38. circa finem Angel cons. 301 num. 3. Cæphal cons. 8. numer. 6. Put. decision. 19. libr. primo in correct. Rot. decis. 493. num. 3. & 6. part. 1. recen.*

16 Ad † hoc autem, vt dicatur, per famulum non stetisse, quin operas suas præstauerit, tenebitur ipse quandocumquè fuerit à Domino requisitus redire, & illis operas suas prestare, vsquè ad implementum temporis conuenti *d. l. sed addes §. cum quidam & l. qui operas ff. locati Glos. magna in l. vno §. si cum. quidam ver. cum autem ff. eodem tit. Natt. cons. 452. num. 2. lib. 2. Duen. regul. 63. vers. & circà quartum Roman. singul. 66.*

gul.66. num.2. Alberic. in l. statu libero §. si ita ff. de stat. liber. Neuiz. Silu. Nupt. libr.6. sub num.49. Caroc. de locat. tit. de famul. d.
17 *quæst. 10. sub num. 30.* Quod † intelligas procedere quotiescumquè famulus alteri suas operas non locauerit, nam tunc non teneretur redire cum primo Domino, sicut nec Dominus teneretur soluere Salarium, ea ratione, quia non potest quis eodem tempore duobus Dominis seruire, nec eodem tempore à duobus recipere Salarium *d. l. sed addes §. cum quidam & ibi Castren. num.2.*

18 An † autem famulus expulsus à Domino teneatur adhibere diligentiam, vt alteri suas locet operas, & si diligentiam non adhibeat possit petere Salarium? negatiuè respondit *Castren. in d. §. cum quidam numer.3. post glos. in l. qui operas ff. locati*, Si vero, adhibita diligentia, famulus expulsus non posset alteri seruitutem suam locare, tunc certum est, quòd pro toto tempore, quo seruire conuenit, à primo Domino Salarium consequeretur *d. l. qui operas, & ibi communiter DD. ff. locati cum alijs supra allegatis*.

19 Insupèr ad effectum, vt dicatur per famulum non stetisse, quin continuauerit seruire, necesse est, ipsum non dedisse causam Domino expellendi antè finitum tempus, nam si fuerit à Domino expulsus iusta, & legitima præcedente causa, vt puta, si noluerit obedientiam præstare in ijs rebus, in quibus obedire tenetur, vel aliquod damnum Domino fecerit, seu præiudicium factis, vel verbis attulerit, aut quid simile fecerit, quæ res iunctim vel separatim concurrentes erunt legitimæ causæ, propter quas poterit Dominus famulum expellere, & illi denegare Salarium *Bar. in l. Nesennius ff. de excusat. tutor. Bonacoss. de famul. quæst. 129. & quæst. 213. & facit tex. in l. prima C. de statuis & Ima-*
20 *ginib. & ibi Castren.* pro † eo tamen tempore, quod remanet, non autem pro eo, quo iam seruiuit *Rebuff. super constit. Reg. Gallic. tit. de famul. Salar. gloss. 2. in fin.* Et quampis aliqui voluerint, quòd nec teneatur Dominus soluere Salarium pro eo tempore, quo benè seruiuit, erroneam tamen esse eorum opinionem, fuit pluries in præcedentibus quæstionibus demonstratum, ea ratione, quia labor, & tempus diuisionem recipiunt, & ideò si aliquo tempore seruiuit, & Domino fuit obediens, pro illo tempore Salarium consequi debebit. Quod
21 † locum habere dicas etiam si ipse famulus voluerit antequàm tempus conuentum fuerit completum recedere, quia, licèt ammitteret Salarium pro tempore futuro, non tamen pro præterito *Bald. in l. 2. num. 2. vers. sed si quis permutat & in l. eadem num. 8. C. locati DD. in l. penult. ff. solut. matr. man. & in l. diuersitatis C. de postlimin. reuers. Ferret. de Milit. instit. num. 13. Rebuff. de priuileg.*
22 *scholar. priuileg. 161.* Nisi † tamen Dominus pateretur tantum damnum isto discessu, quantum commodum habuit de seruitio, quia tunc non teneretur Dominus famulo soluere Salarium pro tempore præterito propter mutuam compensationem, *Bonacoss. de famul. dicta quæst. 129. vers. quod si tantum Rebel. par. 2. lib. 14. quæst. 13. numer. 18. Io. Valer. in different. vtriusque for. v. locatio differ. 4. Dian. resolut. moral. par. 3.*
23 *tract. 6. resol. 15.* Et † in hoc casu credo, quòd loquatur *Munnoz. de Escobar. in tract. de ratiocin. administrat. cap. 27. num. 1?.* qui asserit, Salarium non deberi famulo discedenti à Domino ante completum tempus conuentionis pro tempore præterito, quo seruiuit, nam aliàs ex supra adductis eius sententia non subsisteret, tanto magis, cum nullum adducat doctorem, seu rationem eius opinionem corroborantem: Sin autem Dominus nullum damnum patiatur, tunc tenebitur soluere pro rata, vt per *Bonacoss. de famul. d. quæst. 129. Caroc. de locat. & conduct. tit. de famulis quæstion. 10 num. 22.*

24 Incumbèret † tamen Domino dicenti damnum sentire ex discessu famuli onus probandi *Bald. in l. prima C. si aduers. vendit. pign.* quod facere posset per Iuramentum *l. si quando C. vnde vi, & ibi Ias. in princ. & num. 27. col. 4. vers. adde multum & finali de met. caus. c. in primis gloriosus 2. quæst. 1. & c. olim. §. quare de Iniur. Mascard. in tract. de probation. conclusion. 471. num. primo.*

25 In † Vrbe vero si famulus, qui promisit certo tempore alicui Domino seruire, nolit conuentum tempus adimplere, dummodò Dominus illi mercedem promissam soluat & non aliter quàm conuentum est ipsius opera vtatur, & condecentia præbeat alimenta

menta compellendus erit per Iudicem Iuris & facti remedijs ad seruiendum vsquè ad complementum temporis conuenti, quod si omninò facere famulus recusauerit, tertiam partem decursæ mercedis amittet vltrà damna, & interesse quæ, vt supra diximus, veniunt compensanda, prout dispositum reperitur *libr 3. statut. cap. 76.*

26 At † si nulla præcesserit conuentio de Salario, indubij quoque iuris est, quòd famulo non debeatur *Ricc. in collect. decis. collect. 656. vers. infertur septimo Ceuall. commun. opin. quæst, 288.. num. 5. Rot. Diuers. decis. 559. part. 1. & in Recent. part. 4. decis. 428. num. 1. & 2. Caroc. locis proxime supra relatis num. 3. Mart. vot. 99. num. 1. Anton. de Marin. quotid. resolut. capit. 73. num. 12. Put. decis 45. libr. 2. Seraphin. decis. 849. num 2. Rot. in Toletana Salarij. 8. Nouembris 1621. coram Vbaldo & in Romana pecuniaris 15. Dec. 1628 coram Coccino Decano* Et ratio est, quia huiusmodi personæ sepe solent pro solo victu seruire *Federic de Sen. cons. 218 Alex. cons. 109. num. 2. vol. 6 Natt. cons. 376 num. 4. libr. 3 Pascal. de Virib patr potest. part. 4. cap. 6. sub num. 39. Mart. vot. 99. nu. 3. Gratian. in addit. ad decis. Marchia 53. num. 7. Seraphin. decis 849.*

27 *num. 2.* Nisi tamen † hæc duo simul iuncta concurrant, scilicèt quòd famulus sit solitus locare operas suas pro Salario, & Dominus conducere *Soccin. cons 190. in fine volum. 2. Alex. cons. 109. num. 2 vol 2. Rot diuers. part. prima d. decis. 559. vers. preterea, & in Romana Mercedis 19. Februarij 1593. coram Cardinali Arigonio, & in alia* Romana *mercedis 14. Decembris 1615. coram R. P. D. Manzanedo*, in qua aliæ concordantes allegantur: Et nota, quòd di-

28 xi simul iuncta, quia non † sufficeret probare, alterum tantùm esse solitum conducere, vel locare operas, sed necessarium est, quòd Dominus sit solitus conducere, & famulus locare operas pro Salario, vt voluit *Rot. in d. decis. 428. num primo part. 4. in Recent. & in Nolana mercedis 12. Iunij 1596. coram Penia, que repetitur impressa panes March san. de Commiss part. prima fol. 1294. num. 3. & inter decis. diuers par. 4. decis. 120. num. 7. & in dicta Romana mercedis 19. Februarij 159c. coram Cardinali Arigonio, quam refert & sequitur Gratian. di-*

29 *sceptat. Forens. cap. 257. num. 2.* Neque † obstat opinio Rotæ Genuen *in decis. 115. nu. 5.* relata à dicto Gratiano, quæ videtur affirmare, non esse necessarium prædicta concurrere copulatiue, sed sufficere, quòd probetur aliquem esse solitum locare, vel

30 conducere. Prædictam † namque decisionem nullo modo subsistere posse apparebit, si illam practicare velimus. Ponamus exemplum, Titium conuenire Sempronium instando pro solutione mercedis suarum operarum, quas per tot annorum spatium ad ipsius Sempronij commodum impendit. Huic petitioni respondet Sempronius, nullam intercessisse inter ipsos conuentionem mercedis, ideoque intrare Regulam, quòd Salarium non conuentum famulo minimè debeatur, replicatur pro parte Titij, se esse solitum locare operas suas pro mercede, & plenè hoc solitum probat. Replicat Sempronius, ex alia parte, quòd si est solitus pro mercede locare, ipse solitus est absque mercede famulos habere, prout etiam plenè hic suum dictum probat, sicque, cum sint duo consuetudines contrariæ, & quælibet earum remaneat sufficienter probata, non potest aliqua afferri ratio, cur magis vna, quàm altera debeat præualere.

Neque saluari potest dictæ decisionis Genuen, opinio, si afferatur distinctio, quód locum sibi vendicet quandò probaretur, Dominum esse solitum famulos pro mercede conducere, quo casu, licèt Salarium non fuisset conuentum, nec famulus esset solitus pro Salario seruire, attamèn, satis esset, fuisse probatum, Dominum esse solitum conducere ad effectum, vt famulus Salarium consequeretur, quia famulus posset dicere, Licèt ipse non eram solitus pro mercede seruire, attamèn sciebam, te esse solitum pro mercede conducere, ideoquè tibi seruiui, cùm aliàs nullo modo meam operam ad tui seruitium impendissem; Corruit namque hæc distinctio, vna cum ratione adducta, & apertè dignoscitur, quòd, dum hoc solitum ab vtraque parte non probetur, nempè, quòd quis sit solitus locare, alter vero conducere, parum refert, quòd probetur Dominum consueuisse conducere famulos pro Salario, Nàm posset respondere Dominus verum est, quòd eram solitus conducere famulos pro Salario, sed optimè noueram

ueram, te fuisse solitum absque Salario seruire, ideoque te admisi ad seruiendum, quia credebam te iuxtà solitum pro expensis tantummodò seruire, &, si prætensionem tuam nouissem, te ad seruiendum nullo modo admisissem.

Et ex his patet, non posse aliquam peculiarem rationem afferri, per quam sustineri valeat opinio asserentium, sufficere, quòd probetur pro parte alicuius solitum locandi, vel conducendi pro mercede ad hoc, vt Salarium non conuentum veniat soluendum.

31 Nec minùs obstat, quod dicit † *Rebuff. ad constitut. Reg. Gallic. tom. 2. tit. de famul. Salar. glos. 3.* nempè, quòd hodie ex bono, & æquo seruetur, taxari Salarium famulis, licèt non fuerit conuentum, nec Dominus fuerit solitus conducere, nec famulus locare operas suas, tale, quod potuisset verisimilitèr lucrari, cum alio Domino, & pro qualitate famuli quandò consuetudo Regionis habet, quòd famulus debeat habere Salarium, Respondetur enim, prædictam Rebuffi opinionem non obstare, quia Rebuffus se fundat in consuetudine & æquitate, Nos autem loquimur de Iure, neque æquitas dum non est scripta venit attendenda, neque potest considerari quotiescumque non constat, quòd famulus sit solitus locare operas suas, neque Dominus conducere, & ita, Rebuff. opinione reiecta, fuit in Rota resolutum, vt videre est in *d. decision. 559. par. prima Diuers. vers. non obstat quod dicit Rebuff. in d. Romana mercedis* 19. *Februarij* 1593. *coram Arigonio.*

Hæc tamen conclusio, quòd Salarium non conuenctum non debeatur famulo, plures recipit declarationes, & Primo,

32 quòd † procedat tantummodo in ipso Salario, non autem in expensis, quia etiam si Dominus de Iure non teneatur soluere Salarium non conuentum famulo, attamen tenetur alimenta præstare vna cum omnibus venientibus appellatione alimentorum *l. sed & si quis vbi gloss. ita exponit ff. de vsufruct. Rebuff. in l. verbo victus colum. prima ff. de verbor. signific. Bonacoss. in tract. de famul. quæst. 79. Caroc. de locat. tit. de famulis quæst. 10. num. 10. Rot. decis. 559. part. prima Diuer. Granut. Theorem. 12. numer. 12. cum seq.* Et ex hac declaratione cessat argumentum, quod afferri posset contra firmatam conclusionem, quòd famulis non veniat soluendum Salarium non

33 conuenctũ, Nã si diceretur, quòd † soluere Salarium operarijs sit de Iure Diuino, vt habetur in Euangelio *Lucæ cap.* 10. ibi: Dignus est enim operarius mercede sua, & *Math. cap.* 20. ibi: voca operarios, & redde illis mercedem incipiens à nouissimis arsque ad primos, &c. et sic, cũ per famulum probetur, operas suas prestasse, non erit quærendum, an fuerit Salarium conuenctum vel non: Cessaret hæc obiectio respondendo, verum esse, quòd de Iure Diuino debeatur operarijs merces, sed tamen per Ius Diuinum non esse dispositum qualis, & quanta debeat esse, sicque, dum famulo subministrantur expensæ, quæ loco mercedis habentur, satisfactum dicitur dispositioni Iuris Diuini.

Declaranda venit secundo dicta conclu-

34 sio, quòd † locum sibi non vendicet quando per Dominum fuerit vno anno certum solutum Salarium, nam tùnc licèt à principio non fuerit conuentum, attamen per illam solutionem Dominus voluisse conducere operas famuli pro illa quantitate Salarij præstiti, sicut & famulus locare voluisse dicerentur, *Rebuff. ad dictas const. tom. 2. titul. de famul. Salar. glos.* 4. Quamobrem si famulus probabit dictam solutionem,

35 prout † ad eum tamquam fundamentum suæ intentionis probare spectat *l. quingenta ff. de solut. glos. in l. 2. verbo repellere circa med. C. de Iur. Emphit. l. non hoc C. vnde legit. c. in præsenti, & ibi DD. de probat. Rot. post Addit. Cinc. ad tract. de Cens. decis. 9. num. 1. & 2.* poterit conuenire Dominum actione locati, non solùm pro Salario, sed etiam pro eadem quantitate, licet excessiua, talis enim præsumitur facta promissio qualis ostenditur facta solutio *Cinc. de Censib. par. 2. capit. 2. quæstion. 4. artic. 4. numer. 33. Rot. post eumdem decision. 221. numer 2. & 3. & decision. 3 1 num. 3. part. prima, & decision. 9. numer 12 part. 6.*

36 *in Recent.* Et † hæc declaratio absque difficultate procedit quotiescumque non appareat, solutionem non fuisse factam ex causa Salarij, sed ex alia causa, vt puta si ex alia occasione Dominus erat debitor famuli, vt causa mutui, in his enim, vel similibus casibus Dominus soluendo aliquid,

quid, talis solutio non reddit illum obligatum soluere Salarium, ad quod de Iure non tenetur, sed ad ipsum Dominum spectabit probare, fuisse factam solutionem ex
37 alia causa, Et in dubijs præsumitur facta in causam duriorem *l. prima cum not. de solut. Seraphin. decis* 1454. *num. primo Paris. consil.* 122. *num.* 9. *libr* 4. *& in Anconitana pecuniaria* 27. *Iunij* 1590. *coram Cardinali Pamphilio* & in eam causam, cui summa soluta correspondet *Aym. cons.* 145. *n.* 5. *Seraphin. dec.* 643. *num.* 5.
38 Tertio † declaranda venit dicta conclusio, quòd procedat in famulo, qui aliàs seruiuerit, ad hoc, vt probare teneatur, se esse solitum locare operas suas pro Salario, nam cogere famulum, qui nunquam anteà seruiuit, ad huiusmodi probationem, esset per indirectum auferre illi omne genus probationis, vt fuit resolutum in causa *Romana Mercedis* 14. *Februarij* 1605. *coram R. P. D. Sacrato* & in hoc casu esset recurrendum ad coniecturas, ex quibus possemus in cognitionem venire, an famulus habuerit intentionem pro suo seruitio Salarium recipere vel nè; Coniecturæ autem, quæ in dicta causa fuerunt in considera-
39 ratione habitę, sunt, Paupertas † famuli, qui non haberet aliunde vnde posset sibi necessaria vltra victum acquirere, quo casu, talis paupertas præsumptionem facit, quòd quis noluerit pro solo victu seruire, maximè per spatium multorum annorum *Bald. cons.* 155. *numer.* 2. *libr.* 5. Secunda
40 † coniectura est consuetudo loci, in quo quis seruiuit, quæ si sit constituendi Salarium famulis, iuxtà illam censeretur suas operas locasse, quæ consuetudo in hac materia maximè est attendenda *Rota in d. Romana mercedis, quæ est impressa penes Marchesan. de commission. part. prima fol.* 1235. *n.* 4. *& in firmana Reductionis Laudi* 12. *Fe-*
41 *bruarij* 1582. *coram Blanchetto.* Fuit † insuper consideratum, quòd ille famulus, qui instabat pro Salario, plùries à Domino petierat, & Dominus, non solum illi non negauerat, immò dederat bona verba, & hæc esset maxima præsumptio ad suadédum Iudici, quem noluisse absque merce-
42 de seruire, sicut è contra, si † quis per plures annos seruiuit, & nunquam mercedem petijt, maxima præsumptio erit, quòd voluerit sine Salario seruire, vt fuit consideratum in *Decis.* 159 *part. prima Diuers. circa med.* Et ex his, & alijs coniecturis ex facti circumstantijs resultantibus poterit Iudex in cognitionem venire, an famulus, qui aliàs numquam seruiuit, & de Salario non conuenit cum Domino, voluerit absque mercede laborare.

43 Non † esset tamen coniectura sufficiens ad faciendam præsumptionem, quòd aliquis voluerit absque mercede seruire, si probaretur seruitium præstasse tempore, quo erat infans pro solis expensis, nam infantibus seruientibus non soluitur Salarium nisi sint artifices, sed alimenta compensantur cum operibus *l. fin.* §. *in eum ff. de liber. caus. Forcatul. dialog.* 53. *cum alijs relatis per Caroc. de locat. & conduct. part.* 2. *tit. quibus locare licet vel non quæst.* 2. *num.* 4. ideoque non poterit fieri argumentum, seruiebat de eo tempore absque Salario, ergo & nunc quoque voluit, absque Salario seruire.

44 Quarto declaratur dicta conclusio, quòd locum non habeat in famulo alicuius industriæ, & peritiæ, qui gratis operari non præsumitur *Petr. de Vbald de duob. Fratribus par.* 6. *in fin. Bonacoss. de famul quæst.* 79. Hæc tamen declaratio mihi non placet, stante ratione, in qua fundata reperitur, nam quis non dicitur gratis operari dum alimenta consequitur, quæ vt supra diximus succedunt loco mercedis.

45 Declaratur † vltimo dicta conclusio, quòd locum sibi non vindicet in Ciuitate, in qua adsit consuetudo soluendi Salarium famulis, etiamsi non fuerit conuentum, tali enim consuetudine extante, cessat rigor Iuris, ipsaque tamquam lex venit attendenda *Ricc. collect. decis.* 656. *vers. infertur quinto Cassador. decis.* 20. *Put. decis.* 5 *lib.* 3. *Alexander. d cons.* 109. *num.* 12. *libr.* 6. *Caroc. vbi supra num.* 8. *cum alijs supra relatis*: ideoque in hoc casu famuli petere, & consequi poterunt Salarium, etiamsi non fuerit conuentum, & si Dominus soluere recusaret, poterunt illum coram Iudice conuenire:
46 Imò tantùm valet in hac materia Salarij consuetudo, vt etiamsi esset solitum in aliqua Ciuitate non soluere Salaria non conuenta, & hoc generalitèr procederet, Tamen, si inter certas personas adesset consuetudo nullam conuentionem faciendi de Salario, sed intra certum tempus certam

47 tam summam soluere, prout talis † consuetudo est inter laniones Vrbis non conficiendi scripturam inter eos, & eorum famulos, sed eis tantùm intra cert im tempus soluunt Salarium, talis consuetudo esset omnino attendenda, & Salarium non conuentum veniret soluendum *Ioseph. Ludouic. conclusion. 38. vers. insertur num 144. Rot. decision. 336. numer. 2. par. 6. in Recentior.*

Verum quia persepè accidit, quòd famulus seruiuerit, & non possit Salarium à suo Domino habere, nec velit illum iudicialitèr conuenire, vel quia Dominus est aliquis Dux, vel Princeps, & sic illius timet potentiam, vel quia non habet vnde soluat expensas, quæ in iudicijs requiruntur. Hinc est, quod dubitari soleat, An
48 famulus † possit subtrahere res sui Domini in compensationem Salarij sibi debiti, Et quòd licita sit talis subtractio in foro conscientiæ, testatur *Molin de Iust. & Iure tom. 3. disputat. 691. in princip.* Et hæc opinio est recepta non solum à Ciuilistis, vt videre est apud *Alex. cons. 135. num. primo & seqq. vol. 1.* qui hanc sententiam confirmat facto illo Hæbreorum à Domino approbato, qui discedentes à Pharaone in recompensationem seruitutis per tot annos illi præstitæ vasa argentea abstulerunt, vt videre est in *E xod. c. p. 12. Oscasc. decis. 68. num. 31. Bonacoss. in tract. de famul. quæstion. 114. Petr. Rebuff in comment. ad Constit. Reg Galliæ tom. 3. in tractat. de famulor. Salarijs in glos. 1. num. 10. Cagnol. in l. 2. num. 206. ff. de orig Iur. & in l. non est singulis, eodem titulo Menoch. d. recuper possess. remed 1. num. 323. Tiraquell. in tractat. de retract. consang in pr s t. numer. 71. Viu. Commun. opinion. libr. 2. conclus. 133. Petr. Duen. in reg. 82. num. 5. Florus in l. si quando num. 874. C. vnde vi, Cassaneus in consuetud. Burgund. tit. des Iustices rubr. prima §. 5. num. 2. cum alijs relatis per Menoch. de arbitrar Iudic. libr. 2. cent 6. cas. 16. num. 2. Marsill. sing. 177. Alciat. cons. 6 libr. 7 col. 2. Gramatic. cons. 50. Plot. in l. si quando numer. 874. C. vnde vi* Verum etiam à Canonistis, & Theologis, vt videre est apud *Felin c. quoniam n. 13. de Simon. Archidiacon. in c. Dominus noster 23. quæst. 2. Innoc. in c. olim il primo nu 8. de restit. spoliat. Rip in c. 1. num 89. vers. tertius casus de Iud. Less. de Iust. & Iure libr. 2. capit 24. dubit. 4. D. Thom secunda secundæ quæst. 66. art. 5. ad 3. Siluestr. in summa verbo furtum quæst. 73. num. 17. Nauarr. in manual c. 17 nu. 112. & seqq. Angelic. in summa verbo furtum numer. 40 Suarez. in eius Thesaur. verb furtum num. 399.*

49 Aduertendum tamen est, non ita simplicitèr per DD. dictam conclusionem firmari, sed multas conditiones esse necessarias ad hoc, vt dici possit non committi furtum. Prima igitur conditio, quæ concurrere debet, ea est, quod debitum sit certum, & dubium non sit, an tale Salarium veniat famulo præstandum, vel non, nã quando esset dubiũ, itavt necessarium foret, quòd per Iudicem definiretur non posset famulus aliquid subripere, & subripiendo committeret furtum, & teneretur ad restitutionem, in dubijs enim melior est conditio possidentis *l. in pari ff. de reg Iur c. in pari eodem it. in 6. Cacheran decis. Pedemont. 108. num. 18 Pifilb. in tractat. Mandati de Manuten. obseruat. prim. num. 23.* Secundò debet concurrere quidam respectus, qui dent iustam causam famulo non exercendi iura sua contra Dominum in Iudicio, vt puta si non habeat probationes ad ostendendum creditum; nec reperiatur, qui velit testificari, vel si probabiliter non sperat Iustiam, vel si creditum consistat in parua summa, & expensæ pro lite necessariæ sint multæ, & his similes, qui respectus si non adsint, non erit licita talis subtractio, quæ etsi non puniretur, vt furtum attamen puniretur pœna ammissionis crediti *Menoch de Arbitrar. Iud. d. casu. 516. num. 7. cum alijs per ipsum relatis* Nemi-
50 ni † enim licet propria auctoritate sibi Ius dicere *tit. C. ne quis in sua causa iudic* nisi
51 † quando alitèr non potest rem suam consequi, *l. ait prætor §. si d. bitorem ff. quæ in fraud. credit.* Requiritur Tertio, quod ex tali subreptione non nascatur scandalum, vt puta si Dominus posset aliquem calumniare, & furem appellare, & contra illum quærelam proponere talis namque casus si probabilitèr poterit euenire debebit famulus abstinere ab huiusmodi occulta compensatione, cum non debeat quis locupletari cum alterius damno, & iactura *l. locupletari de reg. Iur. in 6. l naturaliter in fin. cum l. seq. ff. de condit. indebit,* nec debet

bet quis propter alienum delictum grauari *c. non debet aliquis de reg. Iur. in 6. c. si habes 34. quaest.3.* Quamobrem si famulus, aut alter, qui subripuisset à Domino, fuisset in causa damni alicuius, tàm tẽporalis, quàm spiritualis, teneretur ad dãnorũ refectionẽ *Nauar. in manual. c. 17. n. 113. vers. tertia vt restituat* Requiritur Quarto, quòd res, quam famulus accipere vult in compensatione sui Salarij, sit propria ipsius Domini, & ad ipsum iusto titulo spectet, nam aliàs, si res accepta non esset propria Domini, sed illi fuisset commodata, vel in depositum data, vel ad illum modis illicitis peruenisset, vt puta furtis, vel vsuris, tali casu non posset talem rem retinere, sed teneretur reddere ei, cuius esset, illumque indemnem seruare *Nauarr. d. cap. 17. numer. 113. vers. quarta vt res quàm accipit. Molin. de Iust. & Iure d: disput. 691. sub littera B.* Requiritur quinto, quòd post talem compensationem famulus curet tutum facere Dominum in conscientia, nè ille adhuc existimans, se esse debitorem Salarij perseueret in peccato non tribuendi id, quod de lege Iustitiæ tenetur, Quod facere difficillimum quidèm apparet absque periculo propriæ famæ, cui omninò consulere famulus tenetur, ita vt deberet etiã, à tali compensatione se abstinere, si probabilitèr ad lucem deuenire posset, ipsum fuisse, qui subtraxit, *Summa Siluestr. in v. furtum nu. 17.* Sextum, & vltimum requisitum est, quòd caueat, ne postquam talem fecit compensationem aliquid accipiat à Domino, qui adhuc se credens debitorem vellet Salarium soluere, & famulus, vt notum non esset propria auctoritate sibi satisfecisse, denuò Salarium acciperet, ideoque ad hoc euitandum debebit aliquo modo honesto talem solutionem recusare *Nauarr. locis proxime supra relatis.*

Sed quia proprium commodum facit sepè aliquem non cognoscere veritatem, *Aristotil. Reth. primo*, & difficile st nobis iudicare, id non esse faciendum, in quo nostrum adest commodum, & delectatio *Arist. eth. 2.* Ideo, nè famulus talem subtractionem faciat etiam in casu non licito fingens in mente sua, adesse requisita, quæ supra numerauimus, quamuis in rei veritate non adessent, Optimum quidèm factum esse crederem, si antequam ad talem occultam satisfactionem famulus deueniret Confessarium, seu aliquem sacræ Theologiæ Doctorem adhiret, illumquè interrogaret, An tuta conscientia posset sibi occultè satisfacere de bonis Domini recusantis debitum Salarium soluere, Qui confessarius, habita ratione supradictorum, quæ concurrere debere diximus, & aliorum, quæ casus euentus afferre posset, An talem subtractionem facere, vel ne licitum sit determinabit.

Et hæc, quæ diximus de famulis, procedunt etiam in pedissequis, In specie au-
52 tem de mulieribus erit notandum, †quòd quãuis adesset statutũ disponẽs Mulieres nõ posse aliquem contractũ facere absque certis solemnitatibus, eo tamen non obstante poterit mulier suas operas locare nulla seruata solennitate ex præscriptis à statuto, & talis locatio valebit *Bald. in l. ex diuerso in princip. ff solut. matrim. Ias. in l. prima sub num. 20. C. qui testament. facere possunt* cum alijs, quos refert, & sequitur *Caroc. de locat. & conduct. part. 2. tit. de Mundualdo ad Velleianum quaestion. 3. num. 16.*

Gubernatoribus quando debeatur Salarium.

QVAESTIO LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Gubernatores, qui eliguntur pro administranda iustitia in Ciuitatibus mercedẽ consequi debent, Declara vt num. 2.*
3 *Delictum est omittere ea, quæ fieri debent, & facere ea, quæ fieri prohibentur.*
4 *Gubernatores deserentes officium, vel à laboribus necessarijs desistentes mercedem non consequuntur, Amplia vt n. seqq.*
5 *Gubernatores tenentur personalitèr seruire, nec possunt alterius persona mediante suo muneri satisfacere, Declara vt num. seqq.*
6 *Industria certæ personæ quando fuit electa pro administrando officio non potest*

test alteri illius administratio committi.

7 *Gubernatores possunt per substitutum seruire si illis tributa fuerit facultas in litteris patentibus, Declara, vt numer. 12.*

8 *Gubernator inhabilis si fuerit à principe scienter electus poterit per substitutum officium exercere, Declara, vt numer. 12.*

9 *Gubernator poterit per substitutum seruire si talis consuetudo vigeat in loco, cui fuit præpositus, Declara, vt numer. 12.*

10 *Gubernator infirmus potest per substitutum seruire, Declara vt n. 12.*

11 *Gubernator poterit per substitutum seruire si necesse habeat discedere à loco gubernii ob seruitium principis vel Ciuitatis, Declara vt num. 12.*

13 *Gubernator qui fuit à particularibus impeditus suo muneri satisfacere Salarium à publico non consequitur.*

14 *Gubernator impeditus à particularibus administrare Iustitiam, poterit contra impedientes agere pro damnis, & interesse.*

15 *Gubernator impeditus suum officium exercere ex casu fortuito, consequetur Salarium pro integro tempore, pro quo fuerat officio præpositus, Amplia vt n. 16. Declara vt n. 17.*

18 *Gubernator desistens à laboribus officij ob suspensionem ei factam à Principe Salarium ammittit à die suspensionis si reintegratio non superuenerit, Amplia vt numer. 19. Declara, vt numer. seqq.*

20 *Gubernator Salarium non consequitur pro illo tempore, quo delicta commisit.*

21 *Gubernator Salarium consequitur pro illo tempore, quo benè seruiuit, licèt postea aliquod delictum commiserit, Amplia vt n. seqq.*

22 *Gubernator committens delictum, ex quo Ciuitati damnum aliquod euentat, tenetur ad refectionem damnorum, & interesse.*

23 *Gubernator desistens à laboribus officij ob suspensionem ei factam consequitur Salarium etiam pro tempore suspensionis si eius reintegratio fuerit sequuta, Declara vt n. 24.*

25 *Gubernatoribus, qui totam familiam officio necessariam non retinent diminuendum est Salarium, Declara vt numer. 26.*

27 *Gubernatores non possunt officium deserere absque superiorum licentia. Amplia vt n. seq.*

28 *Gubernatores debent finito tempore officij continuare in illo donec successor aduenerit.*

29 *Gubernatores tenentur continuare in officio donec successor possessionem aprahenderit.*

30 *Gubernator, qui exercet officium pro tempore quo successorem expectat, Salarium consequi debet.*

31 *Gubernator Salarium ammittit si latrones foueat.*

32 *Gubernator ammittit Salarium si concussiones fecerit.*

33 *Gubernator Salarium ammittet si barattariam commiserit.*

1 Gubernatores† qui eliguntur pro administranda iustitia in Ciuitatibus consequi debent mercedem, non quidèm ratione operati, scilicèt Iustitiæ, quia esset barattaria, sed ratione operæ, & laboris, quem in ipsius Iustitiæ administratione impendunt, vt firmant communitèr *Scribentes in l. diem functo ff de offic. Assessor.*
2 Dummodo † in eorum officio non defecerint, quo casu mercedem aliquam consequi non deberent, nè ex proprijs delictis præmia reportarent contrà textum in *l. siue hæreditaria ff. de negoc. gest.*

3 Ad† hoc autem, vt Gubernatores non dicantur defecisse in officio, itaut mercedem consequi valeant, non debent omittere ea, quæ officium requirit, nec ea facere, quæ facienda non sunt, in vtroque enim delictum consistit, *Dec. in l. contractus numer 6. ff. de regul. Iur. Castren. in l. 1. numer. 9. ff. de Legib. Rolan. cons. 64. numer. 4. & seq. libr. 3. Tiraquell. de pæn. tempor. cas. 44.*
4 Dicerentur † delinquere Gubernatores omittendo ea, ad quæ tenentur itaut mercedē consequi nō possent si desisterēt a laboribus pro officij exercitio necessarijs absque legitima causa *Bal. in rub. C de re milit lib. 12. Parid. de Put de Syndic verb. Salarium cap. 6. n. 9. vers. An officialis, & num. 10,*

Mastrill. de Magistrat. libr. 1. cap. 21. numer. 93.

5 Quod † procedit etiamsi per alium officio satisfacerent, quia non possunt alterius persona mediante suas explere partes, sed tenentur ipsi personalitèr seruire, vt in *rubr. Auth. vt null iud. & in l. inter artifices vbi Bart. ff. de solut. & l. nullus C. de Decur. libr. 10. vbi glos. in v. decoratus Abb. in c fin. § is autem de offic. & potest. iudic. delegat. Caphal. cons. 1. num. 13. & cons. 11. num. 13. & 34. Foller in pract. criminal. tit. de offic. eius qui vic. fol. mihi 364. Marant. in pract. par. 4 dist. 5 num. 19. Orosc in rubr. ff. de offic. eius num. 7. Giurb. decis. 9. num primo Pont. de potest. Proreg. rubr. de Diuers. prouis. tit. de Potestat. subst. num. primo* Et ratio est, quia

6 † in officijs, quæ habent annexam administrationem intelligitur electa industria personę, & propterea si alteri administratio committeretur esset contra mentem eligentis, *d. l. inter artifices ff. de solution. c. final. §. is autem de offic. & potestat. iudic. delegat. Capic. decision. 251. numer. 6.*

7 Permittitur† tamen Gubernatoribus seruire per substitutum in nonnullis casibus, quorum primus est quando tributa fuit facultatas à Principe in litteris patentibus *l. nullus C. de decurion. lib. 10. l. 1. C. de præ-*

8 *posit. agen. in reb. lib. 12.* Secundus casus est quando Princeps concedit gubernium scientèr personæ inhabili, tunc enim intelligitur tacitè data potestas illud exercendi per substitutum *Andr. in c. qui collericus Si de feud. defunct. à Ponte de potest proreg. tit. de diuers. prouis. § de potest. substitut. num 3.*

9 *Capic. decis. 31. num. 3.* Tertius † casus est quando in loco, cui fuerunt Gubernatores præpositi, viget consuetudo, quòd possint Gubernatores exercere officium per substitutum *Bar. in l. nemo est qui nesciat ff. de duob. reis & in l. obseruare ibique etiam* Bal *ff. de offic. procons. & legat. Ias. in l. certi condítio § si nummos num. 12. ff. si cert. petat. Alex. cons 8. num. 9 libr. 5. & cons. 233. numer. 13 libr. 6. Cumia de Syndicat. capit. 17. numer 66. Caroc. de location. & conduct. tit. de merced ommis. part. prima quæstion 2. numer. 19. Carauit. super rit. magn. cur. vicar. rit. 3. sub numer. 20, Afflict. decis. 22.*

10 Quartus † est casus quando Gubernatores incidunt in aliquam infirmitatem, vt in *l. 2. C. de Offic. eius qui vic. ger. l. 1. ff. de of-*

11 *fic. ei.* Quintus † & vltimus erit casus quando necesse haberent recedere a loco gubernij pro seruitio principis, vel Ciuitatis; nam durante absentia licitum est alios substituere ad *tex. in l. 2. C. de offic. eius* Dum-

12 modo † tamen substituantur personæ idoneæ, vt dicit *Bar. in l. prima C. de præposit. Agen. in reb. libr. 12. Falin. in c. 1. tom. 4. vers & aduerte de summ. Trinitat.*

13 Nec † causa legitima reputabitur, ad effectum, vt Gubernatores possent Salarium petere pro tempore, quo iustitiam non administrassent, si fuerint impediti à particularibus, quin suo muneri potuerint satisfacere *Bart. in l. si prius num. 30. ff. de noui oper. nunciat. Abb. in c. significauerunt numer. 8. & ibidem Falin. numer 4. vers. nota de Iudic. Cabed. decis portugal len. 84. num. 5*

14 *part. 2.* Sed † tali casu actionem habebunt pro damnis, & interesse contrà illos, qui impedimentum præstiterunt, *Vincent. de Franch. decis 419. num. 3. Fontanell. de pact. nuptial. clausul, 4. glos 10. part. prima numer. 105. Valasc. consultat. 155. num. 14. par. 2.*

15 At † si impedimentum prouenisset ex casu fortuito, vt puta si locus, in quo erat iustitia administranda occuparetur à Gentibus Barbaris consequentur Gubernatores Salarium totius temporis, pro quo officium ipsis fuerit demandatum *Bald. in l. item illa ff. de Constitut. pecun. Bar. in l. ab hostibus §. sed quod simpliciter ff. quib. ex caus. ma. Parid. de Put. de Syndicat. verb. Salarium ca-*

16 *pit. 3. sub n. primo* Quod † verum dicas, siue impedimentum superueniat post incohatum officij exercitium, siue ante, dum-

17 modo † de tempore, quo impedimentum aduenit, præcesserit acceptatio, vt ampliat *Bar. in l. 1. §. diuus num. 15. ff. de var. & extraordinar. cognit.* vbi refert sic vidisse obseruari Bononiæ & Pisis *Salicet. in l. 1. in fine C. de Vsufruct.*

18 Quid † autem dicendum est si Gubernator desistat à laboribus officij ob suspensionem ei factam à Principe, vel alijs superioribus, quibus est subornidatus, An tali casu possit prout intergo tempore, pro quo fuerat ei gubernium commissum exposcere Salarium? Pro resolutione præsentis quæstionis erit animaduertendum, An post suspensionem, vel remotionem sequuta fuerit

rit

rit illius reintegratio ad officium, quia si reintegratio non superuenerit indubitati iuris est, quòd Salarium non debeatur *glos. in l. diem functo in fine ff. de offic. Assess. B l. in l. eadem C locati in l. 1. in fine & l. Diuus C. de suffrag. Aretin in l qui negociationem §. primo & §. penult. ff de administrat. tutor.* pro qua Bar. dicit esse casum notabilem in *l. Iudices C. de Ann. & tribut. libr. 10. Corset. in suis singular. verb. Salarium 1. incipien. Iudici in princip. Caroc. de locat. & conduct tit. de sportul. Iudic. num. 73. Mastrill. de Magistrat part. prima capit. 21. num. 91.*

19 Quinimo † tali casu nonnulli voluerunt, quòd nec ei debeatur Salarium præteriti temporis, vt videre est apud *Bart. in l Nesennius cum l. seqq. ff. de excus. tutor. Curt. in l. diem functo col. 9. ff. de offic. Assessor.* cum alijs relatis per *Cagnol. in l & eiusdem*

20 *l. sub num. 211.* Quorum † Doctorum opinio vera quidem est, quotiescumque Gubernator tempore, quo officium exercuit delicta commiserit, propter quæ fuerit sequuta suspensio *Cagnol. in l. diem functo sub num. 207. vers. quod intellige ff. de offic. Assessor. Corset. in suis singular. verb. Salarium incipien. Iudici delinquenti Gratian. discept.*

21 *forens. cap. 248. num. 17.* Secus † tamen si aliquo tempore Gubernator bene in officio se gesserit quia pro tempore delicti Salarium ammitteret, & pro alio iustè mercedem exposceret *l. sexo in princip. ff. de ann. legat. Bar. in l. meuia in princip. ff de ann. legat Bal. in l. nesennius in fine vers. remouendus ff. de excusat. tutor. Corset in suis singular. verb. Salarium incipien. Iudici delinquenti vers. quod ait. DD. communiter in l. diem functo ff. de offic. Assessor. Parid. de Put. de sindicat. verb. Salarium cap. 3. num. 2 Gratian. disceptat. forens. d. cap. 248. nu. 16.*

22 Non † obstante, quòd delictum esset tale, ex quo infuturum damnum Ciuitati resultaret, nam adhùc Salarium deberetur, sed Gubernator teneretur ad damna, & interesse *Bar. in d. l. 1. §. diuus in fine ff. de var & extraordinar. cognit Cagnol. in d. l. diem functo num. 211. ff. de offic Assessor.*

23 Si † vero reintegratio ad officium sequatur tali casu integrum Salarium totius temporis soluendum erit, licèt non semper officium exercuerit *l. ex causa desertionis ff. de re milit. l. cum allegatis C. de re milit. lib. 12. Salicet. in Auth. idem in fine C. de hæret. Adden. ad Capic. decis. 225. sub num. 2. Parid. de Put. de Syndicat. verb. Salarium capit. 6. num. 3. Francisc. March. decis. 676. num. 5. part. 2. Capiblanc. de Baron. & eor. offic prag-*

24 *matic. 5. num. 89.* Quotiescumquè † tamen pro suspensione nulla adfuerit iusta causa seu suspicio, quia his concurrentibus etsi absolutio, & reintegratio sequatur, adhuc non erit soluendum Salarium pro illo tempore, quo suspensio durauit ad tex. in *d. l. 1. C. de re milit. libr. 12. Bal. in l. mancipia C. de seru. fugitiu. Abb. in c. cum sit de Iude. Corset. singul. 311. Surd. cons. 234. num. 15 vol. 2. Domin. à Ponte decis. 25. Mastrill. de Magist. lib. 1. cap. 23. n. 29. & seqq. Capiblanc loc. citat numer. 92. Vincent de Ann. de Vassal decrepit. ætat. cap. 1. num. 223. & seq.*

25 Deficeret † etiàm dicerentur Gubernatores si totam familiam pro exercendo officio necessariam non retinerent, itaut Salarium pro rata diminuendum veniret *Put. de Syndicat. in verb. Salarium cap. 6. num 9.*

26 Nisi † concurreret dispensatio principis, vt post *Bar. & Bal. in l administrante C. de excusat. tutor. idem Put. in d. tract. verb. Salarium cap. 2. n. 3.*

27 Item † delinquere dicerentur Gubernator si officium desereret, quia hoc sine superiorum licentia nullatenus est ei permissum *Bal. in l. scire oportet qui consequens in fine ff. de excusat. tutor. Mastrill. de Magistrat. libr. primo cap. 23. numer. 77. in fine* etiam-

28 si † fuisset iam finitum tempus gubernij, sed debebit iurisdictionem exercere quousquè venerit successor in officio *l. meminisse ff. de offic. procons. vbi Oros. num. 15. l. eum qui ff. de iurisd. omn. iud. Canonist. ad glos. in c. & si Christus de Iureiuran. Caroc. de Locat & conduct. tit. de Castellan. quæst. 4. num. 3. Bouadill. in polit. libr. primo cap. 1. num. 23. Caldas. cons. 8. num. 7. & seq. Baez. de Decim. tut. præst. cap. 18. num. 10. Cost. de portion. rat quæst. 13. vers. imò prætor. sub num. 4. Auendan. de exequend. mandat. reg. part. 1. cap 3. num. 3. Flor. Diez. variar. resolut. quæst. 8. num. 37. Molin. de primogenit. libr. 1. cap. 25. num. 7. cum seqq.* Quinimò tenetur expectare non solùm, quod successor aduenerit, sed etiam, quòd officij possessionem appræhenderit ad tex. in *l prima §. administrationem C. vt omn. iud. l. meminisse ff. de offic. procons. Guidep. cons. 168*

& de-

decis. 501. Caroc. de locat. & conduct. tit. de Castellan. quæst. 4. num. 3. Marant. in specul. distinct. 5. num 18. Adden. ad Capic. decis. 151. Franch. decis. 395. num. 3. Capiblanc.
30 *de Iure Baron. pragmat. 6. num. 140.* & † isto medio tempore Salarium consequetur *§. finali Auth. de Administrat. l. vnic. ff de offic. præfect. august. dicta l. meminisse ff. de offic. proconf. l. vnica §. administrationem C. vt omn. iud. l. si forte ff. de offic. præsid. Bald. cons. 120. num. 1. lib. 4. Put. de Syndicat. v. Salarium num. 5. Arnon. problem 20. Caroc. de locat. par. 1. tit. de merced. iudic. quæst. 7. num 70. Capiblanc. de Iure Baron. d. pragmatic. 6. sub num. 140 Mastrill. de Magistrat. libr. 1. cap. 21. numer 84 & capit. 23. vers. & debetur Salarium sub num. 77.*

Delinquere etiam possunt Gubernatores faciendo ea, quæ fieri prohibentur, vt puta
31 si † auxiliares manus darent ijs, qui furta, aliaque scelera committerent ob quod delictum Salario priuandos esse concludit, *Luc. de Penn. ad tit. C. de dignit. lib. 12. & post eum Parid. de Put de Sindicat. verb. Iudices*
32 *cap. 1. num. 3.* Vel † si in officio facerent concussiones, videlicet extorquerent à subditis occasione officij pecunias, vel munera per vim, vel metum illatum factis, vel verbis *Cyrill in summa crim. rubr. 33. de pen. iudic. §. finali vers. concussionis vero crimen sub num. 3. Grammatic. cons. 51. n. 13 & seq. Dec. in tractat. criminal. libr. 8. cap. 35 vers propria autem concussio dicitur sub n. 24. Farinacc. in praxi criminal quæst. 11. nu. 43.*
33 Vel † barattariam committerent recipiendo indebitè pecunias pro sententiarum prolatione, tam si pecunias reciperent pro ferenda sententia iniusta, *Bertazol. cons. 91. num. 6. & seqq. & cons. 81. num. 1. in fine Boss. in praxi tit. de offic. corrupt num 1 Ancharan. cons. 271. num. 4.* quàm etiam, si illas reciperent, vt secundum iustitiam pronunciarent *Put. de Syndicat. verb. corruptio cap. 1. n. 10.* vel demùm si in alia huiusmodi crimina inciderent, de quibus latè agit *Parid. d. Put. in d. tract. de Syndicat. verbo Iudex. & verbo Officialis, & per tot. tract.*

Histrionibus An, & quando debeatur Salarium.

QVAESTIO LXX.

SVMMARIVM.

1 *Histriones qui sint.*
2 *Histriones dicuntur præstare operas artificiales.*
3 *Histriones continentur sub nomine operariorum.*
4 *Histriones domestici qui dicantur.*
5 *Roscius fuit histrio, cuius tanta fuit gratia, vt mercedem diurnam de publico mille denariorum sine gregalibus acceperit.*
6 *Histriones dicuntur artifices voluptatum.*
7 *Histriones non possunt mercedem petere & n. 12. Amplia vt n. 14*
8 *Voluptatis nulla datur æstimatio.*
9 *Histriones mercedem conuentam petere possunt.*
10 *Histriones, si verbis, vel factis illicitis non vtantur non dicuntur esse in statu peccati.*
11 *Histrionibus mercedem soluere pro audiendis commendijs an sit peccatum?*
13 *Histriones non possunt aliquid prætendere ab hæredibus Principis, qui eorum facetijs oblectabatur, Amplia vt num. 11.*
15 *Aulici æquiparantur Tantalo.*

1 Histriones † sunt alienos mores, seu dicta referentes derisionis gratia, *Archid. in c. 1. 4 quæst. 1. Maiol. de*
2 *irregularit lib. 2. cap. 5. sub num. 17.* qui † cum operas artificales præstare dicantur *Ias in l. si non sortem 26. §. libertus num. 24. ff. de condition. indebit. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 9. num. 8. Gratian. discept. fo-*
3 *rens. cap. 285. num. 39.* continentur † sub nomine operariorum *l. patronos 25. §. si quis Pantomimum & l. si libertus 27. l. seruos 71. ff. de legat. 3.* Quinimò eorum operas necessarias esse, non minus Publico, quàm priuatis ad conseruationem humanæ vitæ nonnulli affirmarunt. Itaut antiquitùs non

solùm

ſolùm à priuatis perſonis domi fuerunt re-
4 tenti, † qui domiſtici hiſtriones vocaban-
tur *l. quiſquis & l fin. C. Theodoſ. de ſcenic. D. Auguſtin. libr.2. aduerſ. Accademic. cap.2 Lactant. firmian. libr 6. cap.21. Rebuff. forner. libr.5. rer. quotidian. cap. 29.* Verume-
tiam à publico fuerint conducti, & qui-
dem maximis ſtipendijs, prout de quodam
5 Roſcio † qui tantam gratiam ſuis facetijs in-
uenerat, vt mercedem diurnam de publi-
co mille denariorum ſine gregalibus acce-
perit, meminerunt *Macrob. Saturnalior. libr. 3. cap 14. & Cel. R deriq. lection. antiquar. libr 14. cap.17.*

Hæc tamen Ars non fuit ab Antiquitate abolita, ſed hodiernis tẽporibus eſt etiam in vſu, & exercetur à pluribus agnoſcentibus, quòd huiuſmodi ars multum proficiat, itaut iſti voluptatum artifices in aulis plus diteſcant, & æſtimentur quàm vigilantiſſimi Conſiliarij, in quorum opera, & conſilio totius Reipublicæ ſalus conſiſtit, & requieſcit, vt aduertit *Coler. de proceſſ. executiu. part. prima cap 9. ſub num.10.*

Imò exemplo Sarmienti æquitis Romani, de quo meminit *Iuuenal. Satir. 10.* in ijs carminibus.

Si potes illa pati, quæ nec Sarmentus iniquas.

Cæſaris ad menſas, nec vilis Galba tuliſſet.

ſunt nonnulli, qui à nobilibus familijs originem ducentes, talem artem exercere non dedignantur.

Verùm quiqui ſint Nobiles, vel Plebei,
cum eorum operæ non niſi in voluptatibus
6 conſiſtant, † itaut dicantur artifices volu-
ptatum *l vt Iuriſiurandi §. dabitur in fin.*
ibi, vel hiſtrio vel alterius voluptatis arti-
7 fex, &c. *ff de oper. libert.* Ideò † non pote-
runt mercedem petere iuxtà diſpoſitionem
textus in *l. fin.* ibi Item voluptatis vel affe-
ctionis æſtimatio non habeatur, &c. *ff. de oper. ſeruor,* & facit *tex. in l. in voluptarijs ff. de impenſis in rebus dotalibus fact. Zaſ. reſp, ſingul. lib.1. cap.3. n 44. Grat. d. diſcept. 185. ſub n.41. verſ. ex quibus ſequitur & diſcept.615. à n.47. Coler de proceſſ. executiu.*
8 *par.1. cap.9. n.12.* voluptatis † enim nulla da-
tur æſtimatio *l. voluptarie & l. in voluptariis*
9 *ff. de impenſ. in reb. dotal. fact.* Niſi † tamen
fuiſſet merces conuenta, quia tunc benè
poſſent illam petere, & promittentes co-
gerentur ad ſolutionem *Couarr. in reg peccatum part.2. §. 2. ſub nu.9 verſ. hinc etiam inſertur Silueſtr. in ſumma v. [illegible] quæſt. 7. Caroc. de locat. & conduct part. prim tit. de conduct. ob cauſ. ſit de merced. r nuderat. quæſt. 10. num.163. & admittit D. Thomas ſecunda ſecundæ quæſt.160. art. 3. ad 3* afferens rationem, quia ſcilicèt eorum officium Secundùm ſe non eſt illicitum, nec
10 † hiſtriones dicuntur eſſe in ſtatu peccati
dummodò eorum officium exerceant non
vtendo verbis vel factis illicitis *Innocen. in c. cum decorem verſ. infamia ergo de Vita & honeſt. clericor. Anan. in c. lator ſub num 2. verſ. & ſic poteſt de homicid. Raimundus in ſumma v. ludus cap.7. D. Anton. part 3. tit.8 cap.4. §.12. & cap.25. § 14. Angel. in ſum. v. hiſtrio num.1. Viguer. de Virtut. Temperan. part. 2. cap. 7. §. 5. verſ. vnde non peccant Sebaſt medic. in ſumm. peccat. quæſtion.29. Rebuff in rubr. C de ſpectacul. Menoch. de Arbitrar caſ.69. nu.36. & 38 Franciſc. Marcb. deciſ. 23. num.1. part. 2. Ro it in prag 1. ne quid in loc. public ſi [illegible] num. 1*
11 *& 2* Et ex hac ratione colligitur, † non
benè ſentire illos, qui exiſtimarunt pecca-
re mortalitèr omnes, qui pecuniam dant hiſtrionibus pro pratio audiendi commedias, ex ea enim pecunia hiſtriones ali, & in ſtatu peccati conſeruari putant. Verùm, cum hiſtriones poſſint eorum artem exercere abſque incurſu peccati, ceſſat eorum ratio, ideoque opiniorem excluſiuam peccati *Dian reſolut moral part.1, tractat.16 reſolution 35. & iterum in par. 5. tract 13 reſol.81.*

Sed redeundo vndè digreſſi fuimus, ſi
12 † tales operarij mercedem in ſtipulatione
non deduxerint nullam conſequi valebunt,
ſed ſufficiet illis frui proculis, menſa, & ve-
ſtitu dominorum *Coler. de proceſ. exeq. p 1. c.9 num.12 Gratian. d. diſceptat.185. ſub d numer. 41. & ſeq.* vbi proptereà eos monet;
quòd capiant quid poſſunt dum ſunt grati-
oſi Principibus, à quorum gratia ſi eos labi
13 contingat, vel ſi † Principes moriantur ni-
hil ab eorum heredibus prætendere vale-
bunt *Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 9.*
14 *num. 12.* Quod † procedit etiamſi eorum
operas impenderint ſub ſpe futuræ remune-
rationis, quia ſi à propria ſpe fuerint de-
15 cepti (prout † in Aulicis vt plurimùm euenit, itaut eis dici poſſit quod cecinit *Horat ſermon.*

sermon. libr. primo satir. prima in ijs versibus.

Tantalus à labris sitiens fugientia captat flumina. Quid rides? Mutato nomine te Fabula narratur.

Adhùc ab hæredibus aliquid exigere non poterunt, vt post *Coler. loco citato firmat. Gratian, vbi supra num 43.*

Inuentori rerum ammissarum An, & quando sit soluenda merces.

QVAESTIO LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Inuentori rerum nulla venit soluenda merces, & num.6.*

2 *Inuentor de lege iustitiæ restituere tenetur rem inuentam, & si recusat restituere peccat mortaliter.*

3 *Inuentor rei non potest illam sibi retinere etiamsi nesciat Dominum, sed tenetur dare pauperibus pro anima Domini, declara vt n.4.*

5 *Mercedem accipere quis potest pro indicando fure.*

7 *Inuentor licitè mercedem accipit quando Dominus sponte offert.*

8 *Inuentori debetur merces quando fuit à Domino promissa, etiamsi nullum laborem in inueniendo rem passus fuerit, Intellige vt num.9.*

10 *Inuentor rei amissæ licitè accipit, & petit mercedem pro labore impenso in inueniendo re, & repetit expensas si quas fecit.*

11 *Merces Inuentoris à Grecis μηνυτρα appellatur.*

Quotidiè euenit, quòd res ammittantur, ideoque practicabilem apparet esse propositam quæstionem, An rerum ammissarum Inuentori sit soluendum
1 Salarium, Et † pro negatiua facit tex. in *l. falsus §. qui alienum ff de furt.* vbi dicitur, quòd rerum inuentores si aliquid pro rei inuentione petant turpiter id faciat, vt videre est in *d. §.* ibi Nec hic videtur furtum facere, & si non probè petat aliquid &c.

2 Concurrit † secundo pro negatiua, quòd tenetur lege iustitiæ ad restitutionem rei inuentæ, adeò, vt si restituere recusaret ipsi Domino mortalitèr peccaret, non secus, ac si rem illam inuentam subripuisset vt est tex. expressus in *c. si quid inuenisti 14. quæst.5. cuius c.* hæc sunt formalia verba; Si quid inuenisti, & non reddidisti rapuisti quantum potuisti fecisti. Quia plus non inuenisti, ideo plus non rapuisti, qui alienum negat si posset, & tolleret, &c. & in *c. multi 14. quæst 5.* ibi. Multi sine peccato retinere se putant quod inuenerunt dicentes, Deus mihi dedit, Discant hoc peccatum simile esse rapinæ si quis inuenta non reddat &c. *D. Thom. secunda secundæ quæst.66. art.5. ad secundam Couarr. in regula possessor. part 3. §. 1. & 2. Nauar. in manuali cap. 17. numer. 170. cum seqq.*

3 Et † hoc adeò verum est, vt inuentor non possit rem inuentam sibi retinere, etiamsi præuia diligenti inquisitione non reperiret Dominum, ad quem res inuenta spectabat, sed tali casu teneatur illam dare pauperibus pro anima illius, qui rem ammisit ad *tex. in c. neminem & c. non sane 14. quæst 5. DD. in c. cum tu de Vsur. Falin. in c. cum dilect. nu 18. & ibidem Abb. num.12. & Marian. Soccin. num. 14. vers verum autem de accusation. Couarru. in reg. peccatum part.3. §. primo num. primo Nauar. in manuali capit.17. num.30. vers. 3. disput.5. quæst.6. punct.4. Sair. in clau. reg. libr. 10. tractat.5. cap.2. in princip. Rebell. part. prima libr.2. quæst 12 sect prima Regiuald. tom primo libr.10. cap. 10 num. 194. Malder. in secunda secundæ tractat.4. cap.4. dub. 3. Siluestr. in summa v. inuentum num. 2. Molin. de Iust. & Iure tom.3. disputat.746. Fernandez. in suo exam. Theolog. part. prima cap 15 §. 4. num. 9. Peregrin. de Iure fisc. libr.4. titul. 3. num. 29. Ant. scop. de Iure non scripto libr. 5. cap.155. sub nu.8. facit tex. in c. huic frustra de vsur. argument. in auth. omnes*
4 *peregrini C. commun. de success.* Nisi † inuentor esset miserabilis persona, & in necessitate constituta, nam tunc posset illam sibi pro elemosina retinere, *Nauarr. in manual. cap.17. num.93. Azor. institut. moral. part. 3. lib. 4. cap.26. quæst.2. vers. si reges.*

Ergo

Ergo si inuentor tenetur restituere rem inuentam non erit ipsi aliqua soluenda merces, quòd enim fit ex debito, non meretur gratiam.

Pro parte verò affirmatiua, nempè, quòd sit soluenda merces facit tex. *in l. idem, & si §. si tibi inditium ff. de condict. ob turp. caus.* in qua Lege disponitur,
5 † quòd quis possit licitè aliquam mercedem recipere pro indicando fure, Ergo & licitè poterit pro indicatione, & inuentione rei ammissæ. Secundò facit *tex. in l. nauis onustæ §. primo, & l. 2. §. fin. ff. ad leg. Rod. de iact.* vbi datur merces illi, qui inuenit res in mari proiectas, ergò malè dicitur, non esse soluendam mercedem rerum inuentori.

Stantibus his, quæ tàm pro affirmatiua, quam pro negatiua fuerunt adducta, pro huius quæstionis vera definitione subsequenti forma distinguendum esse censeo, videlicèt: Aut inuentor rem deperditam inuenit casu fortuito, aut data opera, Et
6 Primo casu dicendum est, † quod nullam mercedem petere possit inuentor *d. l. falsus §. qui alienum vbi Bart. num. 6. ff. de furt. Fælin. in c. cum dilecti num. 18. de Accusat.*
7 cum alijs infra relatis, Nisi † tamen liberè, & spontè aliquid à Domino fuisset datum, nam tunc licitè, & iustè poterit inuentor recipere, & retinere *Couarru. in reg. peccatum part 2. §. 3. num 3. in fine Carroc. de locat. & conduct. part. 1. tit. de mercede occasionata quæst. 9. sub num. 3 vers. tertia fit Rebell de obligat. iust. part. 1. lib 2. quæst. 20. num. 3 Barbos. in collect. DD, ad c. qui cum fure in fine de furt* multa enim turpitèr petuntur, quæ tamen honestè accipiuntur *l. Præses 9. proinde ff. de var. & extraordinar. cognit. l. campanus ff. de oper. libert. l. obseruandum ff. de Iudic. l. 2. §. pri-*
8 *mus deinde ff. de orig. Iur.* Vel † si aliquid à Domino fuisset promissum, nam tunc quidquid fuit promissum inuentor licitè petere poterit, & Dominus tenebitur in conscientia, & in exteriori foro soluere, non quidem vi restitutionis rerum inuentarum, quam facit inuentor, sed vi promissionis *Molin. de Iust. & Iure tom. primo tractat. 2.*
9 *disput. 83. col. 3. littera C.* Quod † tamen declara non procedere quando aliquid fuisset deperditum, & inuentor restituere recusaret, & tunc Dominus, vt illum ad restituendum induceret, aliquid promisisset, tunc namque non poterit inuentor aliquo modo licitè promissum petere, nec Dominus in conscientia soluere tenebitur *Molin. de Iust. & Iure locis proxime relatis sub littera D.*

10 Secundo † autem casu, nempè quando res fuit inuenta data opera, licitè poterit inuentor petere præmium inuentionis, & expēsas si quas fecit in inueniendo repetere *Bart. in d. l. falsus §. qui alienum numer 6. ff. de furt. Alberic. & Ias. in l. 4. §. si tibi indicium dedere ff. de cond. ob turp. caus. Couarru. in reg. peccatum secunda parte §. 3. num. 3 Fælin in c. cum dilecti num. 18. de Accusat Cassan. in consuetud. Burgund. §. 3. num. primo Carroc. de locat. d. quæst. 9. nu. 3. Leoncil. de priuileg pauper. par. 2 priuil. 193 numer. 9.* Neque in hoc casu obstant in contrarium adducta, & primò *l. falsus §. qui alienam*, vbi dicitur, quod tales rerum inuentores non probè aliquid pro re inuenta petere possint, Quia respondetur *dictum* §. habere locum in primo casu, nempe quando res fuit casu fortuito inuenta, non autem quando data opera, omne enim opus, & labor optat præmium *Barbos in collect. DD ad dicto c. qui cum fure sub numer. 8. de furtis* Paritèr nec obstat secunda obiectio, Quia respondetur mercedem non solui in prætium pro restitutione facienda, ad quam inuentor tenetur de lege Iustitiæ statim ac res deperdita ad suas manus peruenit, sed soluit pro industria & labore in re inueniendæ impensis, quo casu licitè accipere, & petere potest inuentor mercedem,
11 † quæ proprio nomine à Grecis μηνυτρα appellatur, idest præmium inuentoris, vt exponit *Appostilla in dicto §. qui alienum, & Couarr. locis supra relatis.*

Iudicibus quando debeatur Salarium.

QVAESTIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Iudicum genus triplex est.*
2 *Iudices Ordinarij qui sint?*
3 *Iudices delegati qui dicantur?*
4 *Iudices honorarij quinam sint?*
5 *Emolumenta, quæ Iudices ratione officij percipere consueuerunt triplicis sunt generis, & quænam sint.*
6 *Iudices ordinarij consequuntur Salarium à publico, & n.10.*
7 *Iudices ordinarij non possunt a litigantibus sportulas recipere*
8 *Sportulæ succedunt loco Salarij publici.*
9 *Iudices ordinarij habentes Salarium à publico non possunt à litigantibus sportulas spontè oblatas acceptare, & acceptas tenentur restituere.*
11 *Iudices ordinarij debent esse contenti Salario, quod à publico recipiunt.*
12 *Iudices ordinarij non possunt à litigantibus sportulas recipere, licèt Salarium, quod à publico habent sit modicum, Amplia, vt num 12. Declara vt numer.14.*
15 *Iudices ordinarij recipiunt sportulas à litigantibus si eis à publico nullum Salarium constitutum reperitur.*
16 *Iudex ordinarius, cui causa fuit commissa per modum excitandæ iurisdictionis, remanet ordinarius, nec potest sportulas recipere, Amplia vt n.17.*
18 *Iudices ordinarij non habent à litigantibus expensas itineris si accedant ad aliquem locum.*
19 *Iudicibus delegatis debentur sportulæ, seu Salarium à partibus litigantibus.*
20 *Salarium debitum Iudicibus delegatis quomodo sit taxandum?*
21 *Iudici delegato Salaria plura debētur quoties instituta actio contra diuersas personas, & pro diuersis bonis, & causis dirigitur.*
22 *Iudices delegati possunt sententias retinere donec eis Salarium persoluatur.*
23 *Iudicibus debetur Salarium, licet non fuerit lata sententia quando per ipsos non stetit Declara vt num.24.*
25 *Iudices si male in officio segerant, ita vt ab illo remoueantur quando Salarium amittant?*
26 *Iudices negligentes Salarium ammittunt non in totum sed pro qualitate negligentiæ, Amplia vt num.27. Declara, vt nu.28. & 31.*
29 *Iudices hodie sindicantur solùm de furtis, barattaria, & illicitis extorsionibus.*
30 *Negligentia lata æquiparatur dolo.*
32 *Iudex negligens lædit nedum partes, sed Deum, & principem.*
33 *Iudicibus Ecclesiasticis quando Salarium debeatur.*
34 *Iudicibus Salarium non debetur pro causis summarijs, Declara, vt num.35.*
36 *Iudicibus in Vrbe est à statuto prohibita receptio sportularum in causis mercedum.*
37 *Iudices non debent sportulas recipere in causis breuioribus.*
38 *Causæ breuiores quæ dicantur ad effectum, vt Iudices non possint sportulas recipere?*
39 *Iudices sportulas recipere non debent à pauperibus, & miserabilibus personis, Amplia, vt n.40. & 41.*
42 *Arbitris quando debeatur Salarium remissiue.*

1 Triplex † est Iudicum genus: Alij enim,
2 quibus † tributa fuit iurisdictio alicuius Prouinciæ, Districtus, seu Ciuitatis,
3 Ordinarij Iudices appellantur, Alij † vero à Iudicibus ordinarijs, seu alijs auctoritatem habentibus certis causis deputantur,
4 & isti Iudices delegati nuncupantur, Alij † tandèm sunt, qui non deputantur à Superioribus, nec habent tribunal, territorium, seu administrationem, sed honorem, vt inter volentes possint iudicare, vndè iudices honorarij dici consueuerunt, vt in *l.1. ff de Iudic.*

5 Triplex † etiam est genus emolumentorum, quæ Iudices ratione sui officij percipiunt, Nempè Salarium publicum, Secundum genus continet certa pecuniarum commoda, quæ sportulæ nuncupantur. Tertium genus emolumentorum est pars quædam pænarum pecuniariarum, quam ob

ob varia delicta leges Iudicibus assignant, vt ipsi qui fortasse non essent solliciti in perquirendis, & puniendis delictis tali lucro allecti delicta diligentèr exquirant, & debitis pœnis persequantur.

His cognitis facillima erit, quæstionis nostræ resolutio, Etenim quotiescumque
6 versabimur in Iudice ordinario † percipiet
7 hic Salarium à publico, nec † poterit à partibus litigantibus exposcere sportulas,
8 quæ † loco Salarij publici succedunt *. *scriptum exemplar. Auth. vt iudic. sine quo suffrag. facit tex. in c. 1. ne prælat. vic. suas vel Eccles. Innocen. in c. 1. de plus pet. & in c. cum ab omni de vit. & honest. cleric. Ias. in §. tripli num. 46. Instit. de Act. & ibidem Faber. num. 2. & Oinot. sub num. 4. Missinger. singular. obseruat. centur. 2. obseruat. 75. sub num. 6. vers. aut volo* & expressè id cautum habemus in Vrbe per Statut. in *lib. 1. cap. 44 & per Constitutionem fan. mem. Pauli Papæ V. de Reformat. tribunal. Vrb. cap. de spor-*
9 *tul seu propin.* Imò † nec spontè oblatas poterit acceptare *Sylu. nupt. in tit. iud. pro com. num. 97. Adden. ad Vestr. in praxi A. C. lib. 7 cap. 1. sub num. 31. vers. nec excusationem* & si acceptabit omninò ad illarum restitutionem tenebitur *Abb. in c. plerique de Immunit. Eccles. Nauarr. in Manual. capit. 17. num. 33. Medin. de restitut. quæst. 2. art. 2. §. contingit Molin. de Iust. & Iure disputat. 83. in princip. Menoch. de Arbitr. iudic. cas. 514*
10 *num. 7.* quia Iudicis † huiusmodi, dum habent Salaria à publico constituta, *l. fin. C. ad leg. iul. §. oportet igitur te pure Auth. de*
11 *mandat. princip.* illis † debent esse contenti *Ancharan. cons. 218. num. 4.* & hoc omni iuri consentaneum est, non solùm Ciuili, & Canonico, vt in *c. cum ab omni de vit. & honest. cleric. c. non satis 86. dist.* verum etiam Iuri diuino, ex Saluatoris sententia, quæ habetur *Luc cap 4.* ibi Contenti estote stipendijs vestris.

12 Nec poterunt se eximere à restitutione sportularum indebitè perceptarum sub prætextu, quòd Salarium à publico constitutum sit modicum, quia cum officium acceptauerint cum il o Salario dicuntur pro eo se obligasse ad illud exercendum *Castr. in l. si duo ff. de acquir. hæredit. Alex. cons. 13 num 9. & cons. 157. libr. 2. & cons. 158. in princip. libr. 5. Crauett. cons. 186. num. 7. 8. 9. Molin. de Iust. & Iure disput. 83. col. 6.*

13 Quod † procedit etiamsi tempore suscepti officij Salarium esset competens, & deinde ob temporum calamitatem euasisset insufficiens, ahuc enim non poterunt aliquid à litigantibus recipere, sed debebunt adire principem pro Salarij augumento, & ipso recusante, tunc eis licebit recipere aliquid proportionatum labori à partibus litigantibus, vt firmant *Nauarr. in suo opuscul. de Dat & recept. pro inst. in fine nu. 47. & seq. Molin. de Iust. & Iure tom. 1. disput. 8 col. 5. vers. deinde* Licèt contrarium voluerit *Io: Baptista Cauat. in suo Ocul. Reipublic. part. 3. de remed. con. imped. iust. cap. 4. n. 31* afferens rationem, quòd Iudices recipiendo honorarium in executionem conuentionis, quam cum principe, seu Republica iniuerunt, denuò intelliguntur se obligare ad exercendum officium pro eodem Salario, & huic Cauatij sententiæ me subscriberem
14 circumscripta † contraria consuetudine, quę viget pluribus in locis, vt testatur *Mastrill. de Magistrat. libr. 1. cap. 22. num 1 & seqq* illa namque extante benè poterunt Iudices vltra publicum Salarium recipere sportulas à partibus litigantibus *Speculat. in tit. de Salar. §. 1. num. 13. vers. si vero ordinarius Gratian. discept. forens. cap. 55. num 37. in fine* Non obstante contraria opinione, quam sequuntur *Adden ad Vestr. d. libr. 27. cap. 1 num. 31. in fine Syluester in summa verb. Iudex. 1. num. 13. prope finem vbi de communi* facili enim negocio hæ duo contrariæ sententiæ ad concordiam reducuntur, scilicèt animaduertendo, quòd *Syluestr. & alij* qui voluerunt, consuetudinem prædictam non valere loquantur in casu, quo Iudices habent à Principe Salarium competens, *Speculator* autem, & *sequaces* loquantur in casu, quo Iudices non recipiant à Principe, seu publico Salarium competens, vt post *Corset. in suis singular. verb sportula distinguit Fenzon. ad Statut. Vrb. libr. 1. cap. 46 n. 2 & seq*

Et si permissum erit Iudicibus ordinarijs sportulas recipere à partibus litigantibus in casu, quo minus competens à Principe illis persoluatur, indubitati iuris erit, quòd
15 † ipsis licebit illas recipere quando nullum Salarium à Principe, seu à publico constituitur *Ias. in §. tripli num 48 & 49. Inst. de act. Barbos. in collect. DD. ad c. statutum §. assessorem num. 85. de rescript. in 6. Couarru.*

in reg. peccatum par. 2. §. 3. num. 2. vers. sicut & Iudex. de regul. Iur. in 6. Rebuff. ad constitution. reg. Gallic. tom. 3. tit. de Salar. taxat. pro visitat. process. art. primo glos. vnic. num 13. & seqq. summa Angelic. in verb. concussio in fine Honded. cons. 84. num. 64. libr. 2. Decian. cons. 41. num. 74. libr. 2. Gratian disceptat. forens. cap. 55. num. 33. Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 342. numer. 39.

16 At † quando à Principe, seu publico constitutum reperiatur iustum Salarium, non poterit Iudex ordinarius sportulas à partibus litigantibus petere sub quouis prætextu, etiamsi causa illi reperiatur commissa, Nam commissio non efficit, vt Iudex ordinarius dicatur delegatus, itaut sportulas consequi debeat, sed excitat tantummodo iurisdictionem, *Ancharan. cons. 201. num. 2. & seqq. vers. in hoc igitur Galganett. ad Statut. Vrb. libr. primo cap. 44. col. 75. sub num. 10. Adden ad Vestr. in praxi libr. 7. cap. 1. sub num. 31. vers. & adeo Gratian. disceptat. forens. cap. 55. numer. 11.*

17 Quod † procederet etiamsi commissio mãdaret fieri iustitiã sũmariã, quia, si refertur ad ius, non operatur, quòd ordinarius efficiatur delegatus *Ancharan. d. consil. 201 num. 4. vers. non obstat si dicatur* vbi ampliat, etiamsi in commissione fuisset derogatum ferijs, nam adhuc remaneret ordinarius.

18 Ampliatur † conclusio, quòd Iudex ordinarius non solùm non possit petere sportulas, seu Salarium à partibus litigantibus sed nec etiam expensas victus, & vecturas equorum in casu, quo accedat ad locum aliquem suæ iurisdictionis pro seruitio ipsorum litigantium *Abb. in c. cum ab omni sub num. 12. vers primo casu Barbos. in colle. Doctor. in eodem c. num. 3. de vit. & honest. cleric. Surd. de Aliment. tit. 1. quæst. 79. numer. 7. Gratian. discept. forens. cap. 57. n. 10. & seq.*

19 Si † vero Iudex sit delegatus nulli dubium est, quin possit a litigantibus Salarium, seu sportulas percipere, *Alex. Idem in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ieritut in add. ad Bart. in l. 1. §. diuus vers. & idem puto col. 4. ff. de var. & extraord. cognit. Barbos. in collect. DD ad c. Statutum §. Assessorem num. 85. de Rescript. in 6. Roman. cons. 85. per tot. Ancharan. d. cons. 101. in princip. Castren cons. 79. num. 4. libr. 1. Boss. in praxi tit. de official. corrupt. pecun. sub num. 5. vers. in delegatis vero Missinger. singular. obseruat. centur. 2. obseruat. 75. sub nu. 6. vers. An vero sit delegatus Boer. dec. 15. num. 1. Gratian. discept. forens. cap. 55. n. 15. & cap. 561. num. 34. Ben. de priuileg. I. C. part. 3. priuileg. 76. num. 7. Fenzon. ad Statut Vrb. lib. 1. cap. 36. num. 4. Bim. cons. 248.*

20 *num. 29. vol. 3.* Et † istud Salarium taxandum erit secundùm valorem rei petitæ non autem secundùm valorem eius, quod est in sententia, vel quod in effectu debetur, *Bart. in l. cum quædam §. fin. vbi etiam Ias. num. 5. ff de iurisdict. omn. Iudic. Idem Ias. in §. tripli num. 45. Inst. de Action. Matesil. singul. 142. Neuizan. cons. 15. num. 3. Natt. cons. 154. vol. 2. Surd. cons. 86. num. 4. Bouadill. in politic. libr. 3. cap. 8, ex num. 28. Gratian decis. Marchiæ 226. num. 9. Guttier. de Iuramen. confirmat. part 2. cap. 5. num 28. & 31.* quod practicari docet *Ferrer. 3 par. cap. 481. Fontanell. dec. 214. num. primo tom. primo Mastrill de Magistrat. cap. 22. n. 13. & 14. Anton. Faber. in suo Cod. lib. 7. tit. 18. defin. 24.* Et in casu, quo petetur res ratione solius possessionis, tunc haberetur ratio valoris possessionis tantùm, & non proprietatis *Osasc. decis. pedemontan. 4. Mastril. d. cap. 22. num. 14. Cost. de portion. rat. quæst. 86. sub num. 4. Neuizan. d. cons. 15. num. 16. Fachin. cons. 75. sub num. primo, & 4. libr. 2. Bertachin. de Gabell. in 4. membr. 8. par. sub num. 8. Menoch. de retinen remed. 3. sub num. 288. Anguissol. cons. 46. numer. 2. libr. 3.*

21 Et † in tantùm verum est, quòd Iudici delegato Salarium debeatur, vt possit plura Salaria recipere quoties instituta actio contra diuersas personas, & pro diuersis bonis, & causis dirigatur, *Bim. con-*

22 *sil. 248. num. 36. volum. 3.* Et † valeat sententiam retinere donec, & quousque fuerit ei Salarium solutum, seu depositum, *Bald. in c. finali de appellat. Fælin. in c. tua nos de Symon. Mascard. de probat. concl. 164. num. 16 Bouadill. in politic. tom. primo libr. 2. capit. 11 numer. 75. Adden. ad Peguer. in praxi for. Senat. Catalon. rubric. 30. numer. 59.*

23 Quinimò, † etiamsi Iudex suam non proferat sententiam, Salarium consequi debebit quotiescumque per ipsum non steterit, quin

quin illam protulerit, sed per partes litigantes, quæ lite pendente ad concordiam deuenerint *Ias. in d. §. tripli num. 58. Institution. de Action. Dec. in l. Iure ciuili 122. sub num. 1. ff. de regul Iur. Idem cons 70. numer. 2. Bertazol. cons. crimin. 163. num. 14. Riminal Iun. cons. 487. num. 82. Gratian. disceptat. forens. d. cap. 55. num. 16. & capit. 561. num. 34. Ciriac. controuers. 67. numer. 11. Caualcan. de brach. reg. part. 4. num. 224. Ramon. cons. 27. num. 16. Xammar. de offic. & potest Iudic. par. 1. quæst. 19 num. 66. & seqq.* ea ratione quia dum non stat per aliquem quominus aliquid fiat habetur pro facto, vt in *c. quoniam §. porro, vt lit. contestat. l. si vebenda ff. ad leg. Rodiam de iact. l. qui operas ff. locat.* Dummo-
24 dò † tamen Iudex aliquem laborem in causa fuerit passus, nam si nullus eius labor interueniisset, vt puta si aliquis fuisset iudicialitèr monitus ad soluendum debitum, & pendente termino monitorij, seu etiam illo elapso alius actus in causa non interueniisset, sed partes deuenissent ad concordiam, non procederet firmata conclusio, quòd Iudici debeatur Salarium etiam in casu, quo sententiam non proferat, vt latè comprobat, *Ciriac. in d. controuers. 67. per totam.*

Denegatur tamen aliquando Iudicibus Salarij consecutio ob certas causas, quæ procedunt, ex facto, seu qualitate Iudicis, vel ex qualitate causæ, seu personæ litigantis.

25 Dixi ex facto Iudicis, vt puta si † malè in officio se gereret, itaut ab illo remoueretur, tali namque casu Salarium non deberetur, vt per *Glos. in l. diem functo in fine ff. de offic. Assessor. Bal. in l. ædem C. locati in l. 1. in fine C. de suffrag. & in l. 1. §. diuus ff. de var. & extraordinar. cognit. Bar. in l. medio ff. de. ann. legat. & in l. si fundus vers. similiter ff. locat.* vbi, quòd Iudex malè se gerens ammittat Salarium non solùm pro illo tempore, quo errorem commisit, verum etiam pro illo, quo benè exercuit officium suum quando culpa esset talis, quæ respiceret totum tempus, quem sequitur *Bal. in l. Nesennius in fine ff. de excusat. tutor. in l. Mancipia C. de seru. fugitiu. Corset. in suis singular. in verb. Salarium 161. Parid. de Put in tractat. de Syndicat. verb. Salarium vers Rex concessit num. 2.* Si vero culpa respiceret tantummodò temporis partem Iudex pro illo tempore Salarium habebit, quo bene functus fuerit suo officio, & ammitteret pro illo, quo non bene se gessit, & omninò pro tempore futuro.

26 Negligentia † paritèr, licèt cum ea dolus non concurrat, priuat Iudicem Salario, non quidèm in totum, sed illi diminuitur juxtà qualitatem negligentiæ *Bar. in l. Iudices C. de Ann. & tribut. libr. 10. Bal. in l. municipales C. de seru. fugitiu. Dec. in l penultima in 6. notab. num. 15. C. de pact* nam pro rata laboris merces debetur *l. fin. in fine ff. de allu. Surd. de Alimen. tit. 7. quæst 41. num. 5.* & par laboribus debet esse merces æquitate ita dictante *l. quod si minor §. scæuola ff. de Minor. c. reculentes de stat. Monac.*

27 Quinimò † non solùm ammitteret Salarium, sed teneretur parti ad omne incommodum, & interesse *l. si quando in fine & ibi glos. in verb. omnem iacturam C. de*
28 *Test. b.* Quod tamen procederet quando negligentia esset lata, idest dolo proxima, secùs autem quando esset leuissima, seu leuis, tunc namque nec amitteret Salarium neque teneretur parti ad interesse secundùm consuetudinem de qua testatur *Par. de Put: in tract. de Syndic. in v. culpa officialis Clar. in praxi crimin quæst. 73. vers item*
29 *Iudex num. 4.* vbi, quod † hodie Iudices sindicantur duntaxat, de furtis, barattaria, & illicitis extorsionibus, & consequenter
30 de dolo, & negligentia lata, quæ ei æquiparatur *Catald. de Syndic. quæst. 13. & quæst. 165. Boss. in praxi tit. de offi. i d. corrupt. pecu. num. 26. Grammatic. cons. 73. Ioseph. Ludouic. dec Lucan. 3. nu. 39. & 46. & decis. 4 num. 53. & decis. 9. num 27. Raudens. cons. 49. num. 80, 81. & seqq & consil. 50,*
31 *num. 670.* Sed † tali consuetudine circumscripta Iudex tenetur non solùm de negligentia lata, sed etiam de leui, & leuissima, *Parid de put. in d. verbo Culpa officialis Boss. vbi supra sub d. num 26.* Debebit ergo Iudex omnem diligentiam adhibere in administranda iustitia, nam licèt non puniatur in foro fori pro colpa leui, punietur ta-
32 men in foro poli, Iudex † enim, qui negligenter suum exercet, officium, non solùm ledit partem, sed Principem, & ipsum Deum, vt in *Auth. vt differt. iud. & in l. si quando C. de Testibus Parid. de Put. in d. tractat.*

stat. de Syndic. in verb. Lis sua capit. 1. numer. 6.

33 Dixi ex qualitate Iudicis, nam † si Iudex sit persona Ecclesiastica, siue ordinarius sit, siue delegatus omninò debebit se abstinere a perceptione Salarij *c. cum ab omni vbi Abb. num. 9. de vit. & honest Cleric. Innocen. in c. 1. post princip. de plus petit. Fenzon. ad Statut. Vrb. lib. 2. cap. 44. sub num. 8. vers. vnde propter simile rationem* cum alijs, quos refert, & sequitur *Gratian. disceptat. forens. cap. 561. num. 1. & 2. vbi post. Io. Ant. de Nigris in repetit. extrauagant. vnic. num. 121. de vit. & honest. Cleric.* quem allegat, ampliat, hoc procedere, tam si litigantes sint personæ Ecclesiasticæ, quàm seculares, Quamuis contrarium affirmauerint *Syluester in summa in v. Clericus il 1. col. 4. Cardinalis in clement. 1. quæst 17. num. 16. vers. decimum de vit. & honest. Cleric.* vbi, quòd hoc sit speciale priuilegium Clericorum.

Ego autem crederem, hoc non esse priuilegium Clericorum, nam Iudex Ecclesiasticus non tenetur iudicare absque Salario ex eo, quod litigantes sint clerici, sed quia fuerunt illi ad hunc effectum assignata beneficia, vel redditus, itaut, si beneficium seu redditus sibi sufficientes non haberet, posset Salarium petere à Litigantibus tam Laicis, quam Clericis *Abb in d c. cum ab omni num. 11. de vit. & honest Cleric. Cors. in c. in suis singularibus v. sportulæ in princ. vers. ego dicerem Fenzon. vbi supra d. cap. 4. sub nu. 8. Gratian. discept forens. d. cap 561. numer. 8. 9. & 10.* cum alijs per eum relatis.

34 Dixi ex qualitate causæ, nam † si esset causa mercedis, seu alia, quæ summariè esset definienda, nullum posset Iudex petere Salarium, etiamsi non esset à Publico seu Principe stipendiatus *Adden. ad Vestr. in praxi lib. 7. cap. 1. sub num. 3. vers. presertim in causis summarijs Castren. cons. 79. n. 4 vers. nec obstat lib. 1. Add. n. ad Vestr. d lib. 7 cap. 1. sub num. 31. vers. & in causis quoque Caroc. de locat. & conduct. par. 1. tit de sportulis Iudic num 62. Galganet. ad Statut. Vrb. lib. 1. cap. 44. col. 75. sub num. 30. Petr. Girar. sing. 73. Ias. in §. tripli num 55. Instit. de act. Par. de Put. in tract. de Syndic. in verb. expensa col 1. Luc de Penna. in l. in sarris la 3. col. 9. vers. & ibi extraordinariè C. de prox. Sacr. Scrin. lib. 12. Rolan. à Valle consil. 87. num. 21. lib. 2. Bal. in auth. generaliter col 1. vers. adde quod in summarijs C. de Episcop. & Cleric. Asin. in praxi §. 3. cap. 31. num 31. Gratian. disceptat. forens. cap. 55. num. 41.*

35 *Ciriac. controuers. 67. num. 32.* Nisi † contrarium per statuta locorum disponeretur *Natt. cons. 154. Ciriac. vbi supra num. 33.*

36 In † Vrbe tamen habetur statutum expressè disponens, quòd in causis mercedum non possint exigi sportulæ, vt videre est in *lib. 1. cap. 46. § Excipimus tamen.*

37 Idem † quoque venit dicendum de causis breuioribus, in quibus non debet Iudex Salarium percipere *§. ne autem auth. de Iudic. §. sit tibi quoque auth. vt Iudic. sine quo suffrag. Asin in praxi §. 3. cap. 21. num. 31. Caroc. de locat. & conduct. par. 1. tit. de sportulis Iudicum. num. 56.*

38 Breuiores † autem causæ illæ dicuntur, ad hunc effectum, quæ non excedũt aureos centum, vt habetur in dicto §. ne autem ibi. Hoc autem dicimus in litibus transcendentibus quantitatem aureorum centum, si enim vsque ad hoc mensura fuerit litium nihil eos audientiæ causa volumus exigi *Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 72. num. 4.* Et hoc procedit de Iure, nisi particularis aliqua constitutio adsit, per quam contrarium disponatur prout adest in *Vrbe Constitutio Pauli Papæ V. super reformat. Tribunal. Vrbis tit. de sportulis seu propinis §. In commissarijs* in qua causa breuior illa dicitur. quæ summam viginti-quinque scutorum non excedit.

39 Dixi tandèm † ex qualitate personæ litigantis, vt puta, si sint pauperes, & miserabiles personæ, quæ à solutione Salarij Iudices sunt omninò exempti *§. sit tibi quoque studium Auth. de mandat. Princip. l. nulli C. de Episcop. & cleric. & in c. statutum §. insuper in fine de rescript. in 6. ibi.* Si notabilitèr fuerint pauperes litigantes nihil exigant ab eisdem *glos. in §. ne autem in verb. quibusdam in fine Auth. de Iudic. & in c. cum instantia verbo peregrinari de censib. Abb. in c. cum ab omni de vit. & honest. cleric. Asin. in praxi Iud. §. 3. cap. 21 num. 34. Ias. in d. §. tripli sub num. 54. post Bal. in auth. generaliter col. prima C. de Episcop. & cleric. Rebuff in tractat. de priuileg. Schol. priuil. 90 num. 1. & 4. Rolan à Valle d. cons. 87. num. 23. volumine secundo Galganet. vbi supra sub nu. 30 Petr. Georg. singul. 83. num. 8. & 9. Maran de*

de ordin. iudic. par.4. dist.9. num.77. & 80. Tiraquell. de Nobil. cap.29. num. 40. Benincas. de paupertat. quæst.4. num.24. Gratian. discept. forens. cap.55. num.46. Nouar. in praxi priuileg. miserab. priuil. 77. num. 1. Medices de casib fort. par 2. quæst.4. n. 41. Fenzon. ad Statut. Vrb. libr.1. cap.46. nu.5. & expressè disponitur per statutum, ibi: Excipimus tamen à solutione sportularum causas mercedum, & miserabilium personarum, &c.

40 Itaut † Iudices non possint ab illis etiam spontè offerentibus, Salarium, seu sportulas recipere ad *tex. in l. finali §. vt autem C. de re milit. libr.* 12. ibi: vel spontanea voluntate offerentibus, & in *c. Romana §. penult. de censib. in 6.* ibi: qualitercumque offeratur, & in *c. exigit eod. tit.* ibi: etiam à volente recipere, & in *l. 1. C. de Salgam. hospit. non præstan. lib.* 12. ibi, nec volentibus hospitibus, *c. placuit. 1. quæst. 1.* ibi; si vero pro necessitate paupertatis, &c *Bal. in auth hodie C. de Episcop. & cleric. Tiraqu. de Nobilit. cap. 29. num. 40. Caroc. de locat.*

41 *part. 1. quæst. 7. num. 50.* Imò † nec eis permissum sit recipere ab illis expensas pro itinere, si casus eueniat, quòd Iudices pro causæ expeditione necesse habeant accedere ad aliquem locum extrà proprium domicilium existentem, vt per tex. *in c. statutum §. insuper de rescript. in 6. Tiraquell de nobilitat. capit. 29. numer* 40.

Quinam autem ad hunc effectum dicendi sint pauperes, & personæ miserabiles iam diximus supra in *quæstion. 52. numer.* 116.

42 Discutiendum † remaneret quando soluendum sit Salarium Iudicibus honorarijs, seu Arbitris, qui sub tertio Iudicum genere continentur, sed cum de illis particularitèr suprà dixerimus in *quæst.* 54. ad illam me refero, ne iam dicta repetantur.

Lænonibus An debeatur Salarium.

QVAESTIO LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Lænocinium pluribus modis committitur.*

2 *Lænocinium committitur suadendo puellas vt se carnalitèr cognosci patiantur.*

3 *Læno dicitur, qui præstat locum, in quo peccatum patretur*

4 *Læno dicitur qui præstat locum ad tractandum de peccato carnali.*

5 *Læno dicitur is, qui quascumque operas præstat ad finem peccati carnalis.*

6 *Maritus incurrit lænocinij crimen ob solam permissionem quando, ex adulterio vxoris lucrum consequitur.*

7 *Læno propriè quis dicatur,*

8 *Læno non dicitur is, qui gratis suas operas præstat.*

9 *Læno non dicitur qui semel tantùm lænocinium fecit*

10 *Maritus dicitur læno si semel tantùm lænocinium commisit pro lucro.*

11 *Lænonibus an debeatur merces?*

12 *Lænones æquiparantur meretricibus*

13 *AEquiparatorum idem est iudicium.*

14 *Lænonibus merces non debetur, & numer. 17,*

15 *Merces Lænonibus non debetur, licèt fuerit per scripturam promissa, & pro illius solutione fideiussores accesserint.*

16 *Lænones suspendij pœna à lege puniuntur.*

18 *Merces soluta lænonibus non potest repeti.*

1 LAEnocinij † crimen pluribus modis committi potest, *Maiol. de Irregularitat. lib.5. cap 41. vers. sciendum*

2 *autem sub num.1.* Suadendo † scilicèt puellas, vt se carnalitèr cognosci patiantur licet effectus non fuerit secutus *§, non enim*

3 *permittimus Auth. de Lænonib,* Vel † præstando locum aptum ad committendum carnale crimen *l. qui domum § cum seq. ff. ad leg. iul de Adulter. l. auxilium in fine ff. de*

4 *Minor.* seu † etiam ad illud tractandum, licèt non subsequatur criminis consumatio, vt in *l. si amicis vers. & si in domum vbi Bar. in fine, & Alberic. num.3. ff. ad l g. iul. de*

5 *Adulter.* Vel † alias quascumque operas suas etiam remotas præstando, quotiescumque operæ ad talem finem fuerint præstitæ *Bart. in d. l. & si amicis in fine, & ibi Alberic. num.3. Angel. in d. l. qui domum num. 1. in princ. vers. præstant auxilium* Natt. *consf.* 151

6 *per tot.* Quinimò incurritur † Lænocinij crimen

men etiam sola permissione, & patientia quando hæc prouenit à marito, qui ob talem permissionem lucrum percipit *l.2. §.lenocinij, & in l.mariti §. quæstum ff. ad leg. Iul. de adulter.*

7 Propriè † autem ille dicitur Læno, qui animos puellarum læniendo corrumpit causa consueti quæstus *l. palam §. lenocinium ff. de rit. nupt. l. athletas § ait. prætor. ff. de his qui notan. infam. & l. mariti ff. ad leg. iul.*
8 *de adulter.* Qui † quidem quæstus est de essentia, vt quis dicatur Læno, in tantum, vt talem nomen non conueniat illi, qui gratis suas operas præstat, *l. lenones C. de spectat. scen. & lenon. libr. 11. Auth. de Læn.*
9 *per tot. Enriquez. consl. 65. num. 6.* Imò † nec sufficiat, quod semel, vel bis suas operas præstauerit, sed requiratur, quæstum fuisse consuetum, ad quem effectum tèr saltèm receptum fuisse requiritur *Beluis. in pract. libr. 1. cap. 9. in verb. lenonem num. 12. Foller. in pract. crimin. in ver. Item quod fuit læno num. 37. Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 534. num. 49. Petr. Caball. resolut. crim. cas. 171. num. 12. Farinacc. de Delict. carn. quæst. 144 num. 35. Peguer. decision. criminal. 15. numer. 11. Vincent. de franch. decis. 168. per*
10 *tot.* Nisi † fortè versaremur in marito, in quo sufficeret, quòd semel pro vxoris adulterio aliquid lucratus fuisset *l. mariti §. qui quæstum ff. ad leg. Iul de adulter. & ibi glos. in verb siue enim Farinacc. vbi supra numer. 36.*

11 An † autem possint pro operibus, quas præstant Lænones mercedem aliquam prætendere, Quæstio est, pro cuius affirmati-
12 ua resolutione facit, quòd † Lænones, æquiparentur meretricibus *l. palam §. lenocinium ff. de ritu. nupt. Vincent. de Franch. decis. 68. num. 2. Paschal. de patr. potest. part. 2. cap. 16, num. 26.* quæ possunt de Iure mercedem consequi, vt latè videbimus infrà in *quæst 76.* & propterea idem quoque di-
13 cendum videtur de lænonibus, cum † æquiparatorum eadem sit Iuris dispositio *l. 1. vbi communiter DD. ff. de legat. 1. Ias. in §. ex malefic. num. 39. Inst. de Act. Rip. in l. si constante num. 69. ff. solut. matrimon. Roman. consl. 129. in princip. Soccin. consl. 1. num. 22. lib. 1.*

14 Verum † contrarium expressè dispositum reperitur per *Auth de Lænon. collat. 3. post quam notat Rebuff. ad Constitution. Reg. Gallic. tom. 1. tit. de senten. prouis. art. 2. glos. 12.*
15 *in fine,* Etiamsi † merces fuisset conuenta, & conuentio in scriptis redacta, nec non pro illius solutione fideiussores accessissent, scriptura namque, non esset in aliqua consideratione habenda tamquam nulla, & inualida, & fideiussores ad nihil tenerentur, cum eorum obligatio irrita sit, & inanis, vt expressè habetur in *dicta Auth. de Lænon. collat. 3. §. præconizamus*, ibi: Si quis autem conscriptionem de cætero in talibus præsumpserit, aut fideiussionem acceperit. sciat nullam quidèm se vtilitatem huiusmodi fideiussionis, aut conscriptionis habere, Etenim fideiussor quidèm obligatus non erit, conscriptio vero omni-
16 no inualida manebit &c. Et † loco mercedis & Salarij constituunt Leges operarijs huiusmodi suspendium, vt videre est in eodem *§. præconizamus Auth. de Lenon.* & notant *Clar. in §. finali quæst. 68. num. 2. Gomez. ad leg. Taur. 81. num. 73. & seqq. Sola in Constitut. Sabaud. tit. de Lænon. Rebuff. ad Constitut. Reg. Gallic. loc supra citat. Peguera decis. 15. sub num 10. Farinacc. de delict. carn. d. quæst. 144. num 57. Paschal. de patr. potest. par. 2 cap. 10. num. 2. Caball. resolut. criminal. 171. num. 4. Ricciul. de Iure personar.*
17 *lib. 4. cap. 10 nu. 1.* Ex † quo apparet, non esse bonam illationem, quę fit de meretrice ad Lænonem, quia Læno exercendo lænocinium facit actum punitum à Lege, ideoque nullam mercedem consequi debet nè actus punibilis à Lege præmiaretur; Meretrix autem facit quidèm actum illicitum sed non punibilem, cum materia vendibilis sit *D. Thom. secunda secundæ quæst. 62. art. 5. ad 2, Gizzarell. decis. neapolit 54 nu. 4. & 5. Caroc. de Locat. & conduct. part. prima tit. de mercede remunerator. quæst. 10. num. 102.* & latius dicemus infra in *quæst. 76.*

Veritas tamen est, quòd etsi Lænones non possint agere ad consecutionem alicuius mercedis pro operibus pręstitis, Tamen
18 † contra eos non datur repetitio mercedis iam solutæ *l. meretricem C. de condit. ob turp. caus. Caroc. de Locat. & conduct. d. par. 1. tit de Condition. ob caus. seu de merced remunerator. quæst. 10. num. 102.* quia in pari causa turpitudinis, quæ versatur tam ex parte lænonis, quam ex parte eius, qui lænocinium committi requisiuit, melior est conditio illius, qui possidet *l. in pari ff de reg.*

reg. Iur. c. in pari de reg. iur. in 6. Peregrin. de Iure fisci lib. 6. tit. 6. num. 25.

Magistris Scientiarum quando Salarium debeatur.

QVAESTIO LXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Magistri venerabiles esse debent discipulis.*

2 *Magistris Salarium debetur pro laboribus, quos in docendo patiuntur.*

3 *Magister potest desistere à legendo si ipsi non soluatur Salarium, & illud petere etiam pro tempore, quo non legit, Intellige vt num. 4.*

5 *Magistris debetur Salarium etiam non conuentum.*

6 *Magister conductus censetur pro mercede, licèt de ea nulla sit facta mentio.*

7 *Magistro soluendum est Salarium quamuis suo non fungatur officio quando per ipsum non stat, Amplia vt numer. 14. Declara, vt numer. 15. 16. & 17. & seq.*

8 *Magister si recedat antequam munus legendi adimpleuit attamen Salarium totius temporis ad hæredes transmittit.*

9 *Salarium soluendum venit pro rata temporis, & laboris, Declara vt num. 12.*

11 *Magister, qui ante finem lecturæ ob timorem pestis, seu belli recedat, totius temporis Salarium consequitur, dummodo rumoribus cessantibus lecturam complere paratus sit.*

12 *Magister de mandato principis recedens ante finem lecturæ totius temporis Salarium habet.*

13 *Magister desistens a legendo ob insolentiam discipulorum non consequitur Salarium pro eo tempore, quo non legit.*

18 *Actus omnes à consuetudine regulantur.*

19 *Magister, vt consequatur integrum Salarium etiam pro tempore, quo ob iustam causam non legit, opus est, quòd legere inceperit, Intellige, vt num. 20.*

21 *Compensationis exceptio non censetur exclusa à statuto excludente omnes exceptiones.*

22 *Compensationis exceptio potest opponi contra executionem obligationis cameralis.*

23 *Compensatio dicitur vera solutio.*

24 *Magistro soluendum est Salarium etiamsi debitor ex alia causa esset creditor ipsius magistri.*

25 *Salarium magistri habet eadem priuilegia, quæ competunt credito dotali.*

26 *Magister conductus ad legendum potest legere per substitutum, & Salarium petere, Contrarium n. 31. Declara vt n. 36. & seq.*

27 *Facere per se ipsum videtur qui per alium facit.*

28 *Tutor potest per alium tutelam administrare.*

29 *Socius potest in casu absentiæ alium in sui locum substituere.*

30 *Hæres potest grauamen sibi iniunctum à testatore adimplere mediante persona alterius.*

32 *Ædificare domum si quis promiserit non satisfacit promissioni si per alium ædificet.*

33 *Promissionem factam non potest quis mutare inuito eo, cui fuit promissum.*

34 *Episcopus non potest petere emolumenta pro visitatione debita, nisi personaliter visitauerit.*

35 *Pactum personale non extenditur de persona ad personam.*

37 *Salarium debetur ei, qui impeditus iusta causa seruire personaliter, seruit per substitutum.*

38 *Magister potest per substitutum legere stante pacto.*

39 *Magister potest per substitutum legere si talis extet loci consuetudo.*

40 *Actus omnes regulantur à consuetudine.*

41 *Magister potest legere per substitutum in casu infirmitatis.*

42 *Magister Salarium consequitur pro tempore infirmitatis, licèt non legat per alium, Declara, vt num. 43. & 4[4].*

45 *Morbus leuis non est dignus nomine morbi.*

46 *Morbus grauis qualis dicatur ob quem magister à lectura excusetur.*

47 *Magister ætate grauis potest legere per substitutum, Declara vt num. 48.*

49 *Magister, qui per viginti annos legit potest per substitutum suo muneri satisfacere.*

49 *Magister, qui per viginti annos legit potest per substitutum suo muneri satisfacere.*

50 *Magister, qui legit per annos viginti efficitur persona illustris.*

51 *Personæ illustres possunt seruire per substitutum.*

52 *Magistro facilius permittitur, quòd substituat in lectura proprium filium, quàm alium.*

53 *Magister in casibus ei permissis legere per substitutum debet substituere æque idoneum, Declara vt num. 54.*

55 *Magister debet in lectura substituere Doctoratum.*

56 *Scholaris quamuis idoneus non potest à Magistro substitui ad legendum.*

57 *Magistri debent substituere doctos.*

58 *Magistri debent illos substituere, qui sciant doctrinam communicare scholaribus.*

59 *Magistri non debent à pauperibus Salarium exposcere, Declara, vt numer. 60.*

61 *Magistro, qui nesciat benè legere inter scholares non est soluendum Salarium.*

62 *Magister, quando dicatur benè legere.*

63 *Doctrina Magistri debet esse humilis, & non arrogans.*

64 *Magistro, qui tenetur publicè legere, & vult particulares personas edocere non est soluendum Salarium.*

65 *Magistro, qui recusauit recipere Salarium tempore debito non est soluendum quando pro illo instat, Declara vt numer. 66.*

67 *Magister discedens ante completam lecturam Salarium consequi non debet.*

68 *Magistro remoto à lectura an & quando Salarium debeatur.*

69 *Magistri habentes Salarium à publico non possunt aliquid à scholaribus recipere, Declara, vt numer. 70. & 74.*

71 *Magistri necessitas subleuanda est.*

72 *Magistris in ægestate constitutis tenentur scholares alimenta præstare.*

73 *Magister diligendus est à scholaribus vti pater.*

1 MAgistri † scientiarum venerabiles discipulis suis esse debent, vt monet *D. Lanfranc. Archiepisc. Cantuarien. protector. meus in commentar. ad Epist. Diu. Paul. ad Colossens. capit. primo numer. 5.*
2 Et † ab eisdem, vel à publico Salarium consequi pro laboribus, quos in edocendo patiuntur, pluriès legitur in Iure repetitum, prout videre est in *l. cum plures ff. de administrat. tutor.* ibi: Merces præceptoribus tutor constituet non quas minimas possit, sed pro facultate patrimonij, & dignitate natalium; &c. *& in l. 2. C. de Aliment. pupill. præstan. l. 1. ff. de var. & extraordinar. cogn. l. sumptus ff. de pact. l. prima vbi Bal. C. de suffrag. l. Aquilius Regulus in fine ff. de donat. & in c. 1. de Magistr. c. incidenter 1. quæst. 3. c. reuertimini 17. quæst. 1. c. ecce 99. dist. & in S. Concil. Trident sess. 5. de reformat. cap. 1. D. Thom. secunda secundæ quæst. 1. art. 3. circa med. Hypolit. Riminald. In princip. Instit. de Donat. num. 297. Caroc. de Locat. & conduct. part. 3. tit. de Magistr. in princip. fol. mihi 129. Gratian. disceptat. forens. cap. 257. num. 4. in fine Leoncill. de priuileg pauper. par. 2. priuileg. 232. num. 1.*
3 Et † in casu, quo ipsis debitum Salarium, suis temporibus, non persoluatur, prout sepè euenire solet, vt notat *Iuuenal. satir. 7. ibi.*

Nosse velint omnes mercedem soluere nemo.

licitè possunt desistere à docendo absque eo, quòd Salarium ammittant pro tempore, quo non legunt, quia non dicitur stare per ipsos Magistros, sed per illos à quibus Salarium solui debet, & propterea illis præstandum venit, non secus ac si legissent *Fælin. in c. quia nonnullis de Magistr. & in c. peruenit num. 2. de Iureiuran. & ibidem Abb. num. 4. Gonzal. ad glos. 8. Cancellar. glos. 27.*
4 *num. 23.* Quod † tamen procedere intelligas quando dilatio solutionis magnum damnum afferret Magistris, qui absque Salario viuere non possent, & consequentèr nec lecturæ insistere; Secus tamen esset quando dilatio solutionis non esset tan-

ti

ti incommodi, vt puta si Magistri essent diuites, & etiam, circumscripto Salario, haberent vnde viuere possent *Abb. in c. peruenit. il 2. column. 2 de Iureiuran. Gonzalez ad regular. 8. Cancellar. locis supra relatis num. 24.*

5 Ampliatur † conclusio, quòd Magistri scientiarum consequi debeant Salarium, etiamsi nulla de illius solutione conuentio præcesserit *l. prima, & ibi Bart. ff. de var. & extraordinar. cognit. Benius de priuileg. Iurisconsult. part. 3. priuileg. 73. sub num. 2. Federic. de Sen. cons. 218. Alex. cons. 109. nu. 2. Gratian. disceptat. forens. cap. 257. sub nu. 5.*

6 quia dum † Magister conducitur ad legendum intelligitur conductus cum Salario etiamsi de illo in conductione nulla fuerit facta mentio *Dec. in l. semper in stipulationibus num. 9. ff de Regul. Iur. Alex. in l. prima §. 1. num 5. ff. de verbor. obligation. Summ. Angelic. in verb Consuetudo num 14 & in verb. substitutio num. 10. quos refert. & sequitur Caroc. de locat. & conduct. par 1 titul. de merced. ommiss. quæstion. 2. numer. 16.*

7 Ampliatur † Secundò, quòd Salarium soluendum sit Magistris etiamsi suo non fungantur officio in legendo quando per ipsos non stat, sed propter casus contingentes, quorum causa legere impediatur *l. qui operas ff. locati glos. in l. si vno § cum quidam ff. eodem tit. Adrian. Negusan. in sing. responsor. quæst. 419. num. 1. & seq. Rot. in Barchinonen. Portionum 29. Maij 1643. coram Reuerendiss. P. D. Dunozetto Decano, & in eadem sub die 12. Decembris 1643. §. Quia pro toto coram Reuerendiss. P. D. Carillo.*

Casus vero lecturã Magistris impedientes, qui tamen consecutionem mercedis non impediunt, plures esse possunt, vt puta,

8 si † Magister antequam suum legendi munus adimpleuerit fuerit à morte præuentus *l. diem functo ff. de offic. Assessor. Dec. cons. 70. Grat. cons. 129. num. 5. libr. 1 Rip. de priuileg. temp. pest num. 117. & plures adduximus supra in quæstion. 21. numer. 10.*

9 Nec † obstat si dicatur Salarium soluendum esse pro rata temporis, & laboris *l. scio ff. de annu. legat. l. si vno §. item cum quidam ff. locati l. ijs scholaribus in fine & l. penult. C. de erogat. milit. anno lib. 12.* quia respon-

10 detur † supradictam regulam non habere locum in Magistris liberalium artium, quibus à lege hoc fuit per speciale priuilegium concessum ob nobilitatem, & probitatem scientiæ, & intellectus, ideoque benignè agitur, & ampla fit interpetratio, Interest namque Reipublicæ priuilegijs, & honoribus viros doctos ornare, vt alij spe præmiorum allecti vicissim virtutes, & sci-

11 entias consequi studeant. Alius † casus esse posset si ob timorem pestis, vel belli ante finem anni, & completæ lecturæ recedere sit coactus, quia cum per ipsum Magistrum non stet, quin suum adimpleat officium, debebit totius anni Salarium reportare, dummodo tamen belli, seu pestis rumoribus cessantibus paratus, sit munus suum adimplere *Cagnol. in d. l. diem functo num. 186 ff. de offic. Assessor. Innocen. in c. propter sterilitatem de location. Rip. vbi supra n. 114.*

12 Similitèr † totius temporis Salarium consequitur si de mandato principis, vel propter aliquod negocium Reipublicæ, vel propter aliud simile legitimum impedimentum à lectura desisteret, vt diximus supra *p. 1 quæst. 20.*

13 Nota tamen, quòd † si Magister desisteret à legendo propter vociferationem, subsannationem, vel persecutionem discipulorum non diceretur cessare ob legitimum impedimentum, & ideo desistere non debebit à legendo, aliàs non consequetur Salarium *c. sciimus vbi glos. c. recedere 43. distinct. & c. nolite 11. quæst. 3. Bar. in l. vnica §. ita & vnicuique vbi etiam Adden littera A vers. quid de doctore C. de stud. Vrb. lib. 11.* & licèt discipuli non proficiant, debet tamen Magister ex parte sua facere, quod suum est *c. quod ad nos 47. dist. c. sicut non est ead. distinct.*

14 Extenditur † supra allata secunda ampliatio, vt locum habeat etiamsi Salarium non solueretur quolibet anno, & sic vna tantum esset solutio, sed esset soluendum singulis mensibus *Bar. in l. prima §. diuus num. 17. ff. de var. & extraordinar. cognit.* quem sequuntur communitèr *DD. in d. l. diem functo.* Neque obstat contraria sententia *Butrij*, & *Saliceti*, qui volunt, non esse soluendum integrum Salarium totius anni Magistro, qui à lectura ob aliquem casum cessat, quando non vnica, sed pluribus paghis erat exigendum, sed tantummodò illius mensis solutionem, seu aliùs tem-

temporis, quo Magister à lectura desistat, Quia respondetur, quòd cum vna sit conductio, & vna tantùm obligatio, licèt conditiones, & præstationes per menses, vel alia tempora diuisæ sint, tamen Salarium debetur pro vna obligatione, & pro toto tempore conductionis, ideò debetur totum, *Cagnol. in d. l. diem functo sub numer.* 177. *vers. Contrariam opinionem.*

Declaratur tamen hæc tertia Ampliatio cum supra relata extensione, vt non pro-
15 cedat † si Doctor fuisset conductus ad plures annos, non enim Salarium habebit totius temporis, pro quo fuit conductus, sed tantummodò illius anni, quo legere impediretur *l. post duos C. de Aduocat. diuer. Iudic.* Et ratio est, quia, licèt de iure esset soluendum totum Salarium per rationem suprà relatam in responsione ad opinionem *Butrij*, & *Saliceti*, tamen, quia nimis Respublica grauaretur, si pro toto tempore Salarium soluere deberet, ideò dispositum fuit, fieri transmissionem Salarij illius tantùm anni, quo Magister suo officio fungi impeditur *l. post duos*, & *l. 3 in fine C. de Agen. in rebus* & *in l. fin. C. de demonstrat. & protect. libr.* 12. *Cagnol. in d. l. diem functo num* 179. Declaratur secundo,
16 vt † locum non habeat quando fuisset promissum Salarium Magistro sub conditione, si operæ præstentur, nam tunc in casu, quo non possit Magister legere, dummodò non eueniat propter causam ipsius conductoris, non habebit Salarium; nisi pro rata temporis, quo legit *l. legatum C. de condit. Insert.* contractus enim ex partium conuentione legem accipiunt *l. prima §. si conueniant ff. depositi l. non aliter ff. de legat. secundo Castren in l. si vno §. item cum quidam ff. locati Cagnol. in d. l diem functo sub num.* 179
17 *vers. Tertio limita* Declaratur † Tertio quod non militet in casu, quo consuetudo loci aliter disponeret *Cagnol. locis proxime supra*
18 *relatis num.* 180. ab † ipsa enim consuetudine omnes actus regulantur *l. semper in stipulationibus ff. de regul. Iur. Innocen. in c. olim de verb. signification. Roman. consil.* 49. *col. final. Tiraquell. de retractu ligniager. §. primo glos.* 18. *num.* 73. *Ruin. consil* 74. *col.*
19 *prima libr. primo* Declaratur † quarto, vt locum habeat si Magister legere incepisset, aliàs secus *l. post duos* ibi. Ex quo officium peragere ceperint &c. *C. de agent. in rebus* & *l. prima C. de primipilo libr.* 12. *facit l. prima § diuus in illis verbis*: Salarium residui temporis &c. *ff de var. & extraordinar. cognit. vbi Bar. num.* 7. *vers. secundo casu l. diem functo vbi Dec num.* 18. & *Cagnol. num.* 187. Veritas tamen est, quòd, ad hoc, vt Magister dicatur incepisse legere, sufficit, ipsum vna tantùm die legisse, potissima namque cuiuscumque rei pars dicitur principium *l prima ff. de orig. Iur. l. in singulos ff. de annuis legat.* & *notat Ca-*
20 *gnol. locis supra relatis sub num.* 187. Si † vero Magister distulisset legere de mandato superiorum, & eueniat casus, vt amplius legere non possit, consequetur tamen integrum Salarium, etiamsi legere non inceperit, dum enim quis suas operas præstare debet, & facto illius, cui præstare tenetur impediatur, integrum ei debetur Salarium, non secùs ac si operas præstasset *glos. in d. §. diuus vbi Bar. col.* 2. *Dec. con* 78 qui latè consuluit pro Doctoribus Pisis legentibus, qui ob aduentum Regis francorum ex mandato superiorum legere distulerunt, & toto anno à legendo abstinuerunt.

Quarta ampliatio est, quòd, licèt per exceptionem compensationis retardetur so-
21 lutio cuiuscumque debiti, & † sit exceptio, quæ non censetur exclusa à statuto reijciente omnes exceptiones *Guidopap. decis.* 171. *Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsumption.* 48. *num.* 34. *Surd. decis* 191. *nu.* 10. & *cons.* 268 *num.* 27. *libr.* 2. *Burjat. cons.* 305. *numer.* 7. *libr.* 3. *Barbos. in l. diuortio §. ob donationes num.* 32. *ff. solut. matrimon.* & *alij quamplurimi, quos longa serie refert* & *sequitur Carol. de Grassis de except. exception.* 16. *nu. primo*
22 & 2. vbi, quòd ista † exceptio possit opponi etiam contra executionem Instrumenti obligatione camerali vallati *Gratian. disceptat forens cap.* 129. *num.* 19. *Marchesan de commission. appell à cameral. oblig. cap.* 16 *num.* 167. *in secunda æditione Mancin. de Iuramento par.* 4. *effectu* 30. *num.* 3. ea rati-
23 one quia compensare † idem est, quod soluere, & dicitur vera solutio *Mar. Ant. Bellon. decis.* 214. *num.* 5. & *decis.* 16. *numer.* 31. *cum seqq.* & *decis.* 104. *num.* 3. *Rot. post secundum vol. consil. criminal. Farinacc. decision.* 858 *num.* 4 *Surd. cons.* 112. *num.* 52. *libr. primo*, & *cons.* 146. *num.* 12. *libr.* 2. & *in tractat. de aliment titul.* 6. *quæstion.* 4. nu-

numer. 4. Menoch. de præsumpt. libr. 2. præ-
sumpt. 48. num. 35. Mascard. de probat. con-
24 clus. 334. num. 2. His † tamen non obstan-
tibus soluendum erit Salarium Magistro ab
eo, qui ex alia causa esset ipsius creditor,
nec poterit compensationis exceptio opponi
Alberic. in l. 3. C. de compensation. Salarium
25 † enim Magistri gaudet ijsdem priuilegijs,
quæ habet creditum dotale, vt dicunt
communiter Scribentes in l. 1. ff. solut. ma-
trimon. & præcipue Rip. num. 142. l. 1. §. ta-
ceat C. de rei vxor. act. Iodoc. in suo Enchi-
ridion. par. aut. simil. Iur. in verb. studio-
rum sumptus Ben. de Priui. I.C. par. 1 priuil. 4.

Quinto demùm ampliatur secundùm a-
26 liquos, quòd † possint Magistri conducti
ad legendum exercere munus suum per sub
stitutum, & Salarium petere non secus ac
si ipsi met legissent, vt post Cinum, & Al-
beric. & alios quos allegant in l. prima
§. ne autem C. de cond. ict. tollen. dixerunt
Bar. Bal. Imo, Aret. Cuma & alij scribentes
in l. nemo est ff. de duob. reis Abb. in c. primo
num. 2. vbi etiam Fælin. num. 10. de summ.
Trinit. & fide Cattolica Et hoc esse speciale
priuilegium Doctorum, vt in l. sciendum §.
legati ff. de legat. alijsque non concessum c.
fin. §. is autem de offic. deleg. l. inter. artifi-
ces ff. de solution. & per scribentes in ru-
bric. de offic. eius cui mandata est iurisdi-
ctio.

Et pro relatorum DD. opinione nonnul-
la adduci possunt argumenta, Et † Primo
27 facit regula, quòd, qui per alium facit
per se ipsum facere videatur l. prima §. si ius-
serim ff. de acquir. possess. l. prima post prin-
cip. ff. de eo per quem fac. erit l. prima ante
finem ibi; Nec interest per se mandauit
accusat. an per alium ff. ad turpil. l. quod iussu
ff. de Reg. Iur. c. qui facit per alium & c. po-
test. quis per alium de Reg Iur in sexto: facit
28 secundo, quòd sicuti, si † fuerit datus cer-
tus tutor, licèt tutelam non per se, sed
per alium administret, non imputatur ei,
cum ipsemet administrare videatur l. ita a-
utem §. gessisse ff. de administrat. tutor. c. cum
parati in fine de Appellat. l. tres tutores ff. de
administrat. tutor. Salicet. in l. 2. col 2. C. de
diuidit tutel. l. ita autem §. gessisse ff. de ad-
ministrat. tuto. Gasp. Baet. in tractat. de De-
cim. Tutor. Hyspanico Iure præstan. capit. 11.
num. 33. ita, à simili non imputandum erit
29 Doctori, qui per alium legit. Tertio
facit, quòd si ego contraxi societatem cum
aliquo, & eueniat casus, quòd abesse debeã à
loco initæ societatis, possim alium æquè
idoneum substituere l. idemque erit circa me-
dium ff. pro socio Quinto, & vltimo facit,
30 quòd † si grauamen aliquod hæredi, vel
legatario à testatore fuerit iniunctum, ni-
hil intererit, siue per se, siue per alium
adimpleatur; dummodo tamen possit per
alium adimpleri l. vnica §. ne autem. in fine
C. de caducitate tollen. l. veteris C. contrahen
stipulat. l. fin. ff. de condi. insti. Ita nec inte-
rerit, si doctor grauamen legendi sibi in-
iunctum propter commodum Salarij adim-
pleat per substitutum æquè idoneum, quia,
qui facit per alium perinde est ac si per se
ipsum faceret c. qui facit de reg. iur. in 6. & c.
potest eod. tit. l. quod iussu alterius ff. eodem
tit.

31 Verùm non † desunt contrariæ aliorum
DD. opiniones, qui volunt, Magistrum
non posse per substitutum legere, & si ita
legat Salarium non consequatur, & ita vo-
luit Parid. de Put. post. Bal. quem allegat. de
Syndicat. v. substitutus cap 2. num. 3. Roman.
in repetit. l si vero §. de viro fallent. 24. ff so-
lut. matrimon. Baet. in tractat de Decim.
Tutor. hispan. iure præstan. capit. 11. num. 3.
& ad ipsorum sententiæ corroborationem
plura etiam concurrunt argumenta, Et pri-
32 mo, quòd sicuti, † si quis promisit se ali-
quam domum ædificaturum, vel aliquam
nauim fabrefacturum, licèt fideiussor ve-
lit hoc adimplere, non consentiente illo, ad
cuius fauorem fuit facta promissio, non libe-
ratur promissor personalitèr non adimplens,
vt in l. inter artifices ff. de solution. facit tex.
in l. fideicomisso §. fin. ff. de legat. 3. l. Stichum
§. fin. ff. de stat. liberor. ita à simili nec Ma-
gister, poterit officium suum per alium
adimplere, Nec dicatur, quod d. l. inter
artifices loquatur in artificibus, & manua-
les artes exercentibus, prout sunt fabri na-
uium, & fossores de quibus in d. l. fit men-
tio, non autem in Doctoribus, & libera-
les artes exercentibus, Quia replicatur, ra-
tionem propter quam in d. l. disponitur,
quòd vnus artifex non possit per substitu-
tum opus, quod facere promisit, adim-
plere, nullam aliam esse, nisi, quia inter
artifices longa differentia est, & ingenij,
& naturæ, & doctrinæ, & institutionis,
quæ differentiæ, cum possint considerari
etiam

etiam inter Magistros, militabit eadem dispositio legis in ipsis, quæ in artificibus, vbi enim est eadem ratio ibi, & eadem iuris dispositio *Rot. decis.* 49. *num* 17. *par.* 7. *in Recen.* Secundum argumentum esse po-
33 test, quòd † si Magister propria persona docere promisit, ergo suam promissionem, inuito Domino, cui promisit mutare non poterit, *l. nemo potest. ff. de reg. Iur c. mutare eod. tit.* Tertio adducitur pro argumen-
34 to, quòd Episcopus † tenetur personaliter visitare, & nisi personalitèr visitet non potest procurationem pætere *vt in c. relatum* 10. *quæst. prima & in c. procuratorem de Censibus*, ita à simili, nec Magister si personalitèr non seruiat poterit petere Salarium, cum videatur esse inter contrahentes actum, saltem tacitè, vt ille tantùm Magister personaliter doceret, Quarto, &
35 vltimo facit, quòd cum † pactum Magistri fuerit, quòd ipse legere deberet non est ad alias personas extendendum *c. venien. de transact c. nisi circa finem de preben. l. quod in duobus §. personale pactum ff. de pact.*

In hac vero diuersitate sententiarum, cum tam affirmatiua, quàm negatiua argumentis
36 sint munitæ, dicendum censeo, non † posse Magistrum regulariter per alium docere, & Salarium p etere *argumen l. vnica §. si vero talis C. de caduc. tollen.* Nonnullis tamen in
37 casibus, id esse permissum, nam † potest quis in casu iusti impedimenti per substitutum seruire, & Salarium pætere *l. in filijs, & l. neminem C. de Decurion. libr* 10. *l. de pollicitationibus ff. de pollicitat. Fælin. in c. primo in* 2. *not. de summ. Trin. & fid. catholic*

Casus autem, qui in proposito nostro iustum impedimentum præbere dicerentur ad Quinque reduci possunt, Quorum Pri-
38 mus est, si † specialitèr inter conductorem, & Magistrum fuerit conuentum, quòd doctor etiam per substitutum legere posset *argumen. l. nemo est ff de duob. reis l. prima*
39 *§. si conueniat ff. deposi.* i, Secundus † casus est si Magister solitus sit legere per substitutum, vel in illo gymnasio ab alijs Magistris fieri solitum erat, tali namque casu tacitè videtur inter cōtrahentes actū, quòd Magister teneatur inseruire iuxta loci consuetudinem *l. quod si nolit §. quia assidua ff. de ædilit. edict Abb. in c. cum M. sub num.* 5. *de constitution Cagnol. in l. si quis maior num.* 72. *C. de transaction. Roman. cons.* 94 *nu.* 8. *Dec. cons.* 70. *col. prima vers. & est regula Affl ict. dec.* 126
40 *num.* 2. cum † omnes actus regulentur à consuetudine *Cagnol. in l. diem functo n.* 180 *ff. de offic. Assess. Abb. in c. firmiter sub n.* 2. *v Idem fi erat de summ. Trinit. & fid. cathol.*
41 Tertius casus est, si Magister aliquo morbo laboraret, propter quem legere impediretur *Dec. in l. diem functo num.* 19. *& ibidem Cagnol. numer.* 195. *ff. de offic. Asses-*
42 *sor.* hoc † enim in casu Magister non solùm consequeretur Salarium si legeret per substitutum, verum etiam, si non legeret, vt notant communitèr *Scribentes in d. l. diem functo l. cum hæres §. Stichus*: ibi. Cupientes nobis seruire aduersa valetudine impediuntur &c. *ff. de stat. liber glos. & Bart. in l. prima §. diuus ff. de var. & extraordinar. cognit. Cagnol. in d. l. diem functo num.* 186.
43 Quod tamen procedere intelligas dummodo verè, & realiter morbo aliquo laboraret, nam aliàs si ob fugiendum laborem, seu aliam ob causam à Doctore morbus aliquis simularetur, non solùm non consequeretur Salarium, verum etiam puniendus veniret tamquam falsarius *Rip. in tractat. de peste par.* 5. *num.* 173. *quem refert. & sequitur Zacch. Quæstion. Medico legal. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst. prima num* 3. *& latius diximus*
44 *supra in quæst.* 18 Intelligas † insuper, quòd licitum sit Doctori propter infirmitatem legere per substitutum, seu etiam à lectura abstinere, & Salarium petere quando infirmitas, qua laboraret esset grauis, nam si esset leuis, quamuis perpetua, non solùm non excusaretur Magister à lectura, verum etiam, nec per substitutum suas partes explere posset, ad hoc, vt consequeretur Salarium *l. quæsitum ff. de re iudicata*, cum
45 † leuis morbus non sit dignus nomine morbi argumento *l. prima §. sed sciendum ff. de*
46 *ædilit. edict.* Diceretur † ergo in nostro casu grauis morbus si esset talis, vt corpus ita aggrauaret, vt non posset officium suum exercere argumento *c. vnici de cler. ægr. in* 6.
47 Quartus † casus est, si Magister sit iam ętate confectus, & propter senectutem legere nequeat *Bar. in l. metallum ff. de pænis*, tunc enim poterit per substitutum legere,
48 & Salarium petere, dummodo † tale impedimentum superuenerit post inchoatam lecturam, non autem si aderat tempore, quo legere conuenit, ita declarat *Rosbeg. in l. nemo est num.* 32. *ff. de duob. reis.*

49 Quin-

49 Quintus, † & vltimus casus est, quando Magister legerit per spatiū viginti annorum
50 tunc † enim cum efficiatur persona illustris *l. prima cum glos. C. de professor. qui in vrb. constitut. libr. 12. Bart. & Bald. in proem. ff. in princip. Bart. in l. ex eo ff. de te-*
51 *stamen. milit.* & † illustres personæ possiut seruire per substitutum *l. quisquis vbi Bald. C. de Episcop. & cleric. l nullus qui nexu C. de Decurion. libr. 10.* ita, & licitum erit ipsi Magistro legere per substitutum, & Salarium petere, quia, qui per alium facit per se ipsum facere videtur *Adden. ad Abb. in c. firmiter §. primo sub nu. 2. littera C. de summa Trinitat. & fid. cattolic* Quod
52 † maximè procederet si substitueret proprium filium, quem facilius, quam alium substitui permittitur *l. sciendum § item legat. ff de leg. 1.* quod obseruasse Bal. Papiæ refert *Bolog in aut. habita n. 265. C. ne fil. pro patre.*
53 Nota tamen, quod Magister in prædictis, & similibus casibus, in quibus ipsi licitum erit per substitutum legere, teneatur substituere virum æque idoneum *Alciat. de verb. signific. t. libr. primo col. mihi 24. vers. Hinc, vt quorum industria, &c.* nisi
54 † à principio conuentionis expressa fuerit persona, quæ aliquo eueniente impedimento Magistri loco profiteri deberet; nam tunc licet substitutus esset vir minus peritus tamen, quia ita sint conuenti [illegible] censere, tur idoneus, vt per *Abb in c. fin. de offic. de legat. Roncheg. in d. l nem est num. 25. de duob. reis Ioan. Moron de fide treuga, & pace part. prima quæst. 64.* Ad hoc autem vt substitutus diceretur persona idonea tria
55 concurrere deberent, & Primo, quod † esset doctorali laurea insignitus, vt per eumdem *Alciat. in d. libr. primo de verb signification. col mihi 25. in princip. vers Cu-*
56 *ius rei argumento* Quamobrem † non diceretur persona idonea scholaris, quamuis esset doctus, quia dum doctoratus lauream non reportauit ipsi non fuit tradita potestas glosandi, & interpetrandi leges, quod spectat ad Doctorem, ideoque substitui non poterit *Dec. in c. proposuisti iuxta finem de probation. Ludouic. Gomez. in §. fuerat num. 12. & seq. Instit. de Action. Bal. in l. parabolani C. de Epis. & cleric. Adden ad Abb. in c. firmiter. num. 2. sub littera B. vers. No-*
57 *tabis tamen* Secundo, † quòd esset non solùm doctor, sed etiam doctus, nam aliàs substitui non posset, quia indoctus alios docere non potest, nemo enim dare potest,
58 quod non habet, Tertio † & vltimo, quòd sciret communicare doctrinam scholaribus multi enim reperiuntur doctissimi non habentes modum communicandi alijs doctrinam, *Abb. in l. c. firmiter sub n. 2. vers nam et si vnus habe it de summ trin & fide cattol.*

Dantur autem nonnulli casus, in quibus Magistris scientiarum Salarium de Iure non debetur, ideoque supra firmatæ conclusioni assignare debemus nonnullas limitatio-
59 nes, quarum Prima est, quòd † Magistri non debeant Salarium exposcere à pauperibus, & miserabilibus personis, quæ non habent vnde præstent, sed illos gratis docere tenentur ad *tex. in c. 1 & 4. vbi DD de Magistr. c licet de censib. [illegible] in c. de quibusdam 37. dist. & in c statutum 11. §. insuper de Rescript in 6. summ Siluestr. in ver. Doctor. num. 11. vers. si vero non sunt Salariati Ant. flor. in par. 1. tertiæ part. principal. suæ summæ tit. 5. cap. [illegible] art. 6. Lut. d. priuileg. 84.* & sancitum reperitur per sacrum Concilium Tridentinum *sess. 5. cap. 1. de reformatione & sess 23. cap 18. de reformation. Tiraquell. in tract. de nobilit. cap. 29. n. 42. & seqq. Rolan. à Valle cons. 87. nu 41. lib. 2. Barbos in collect DD. ad c. quoniam num. 3. de Magistris* prædictis enim pauperibus potius est subueniendum, quàm auferendum
60 *l. prima C. no uect.* Quod † verum dicas quando ipse Magister habeat, & pauper non sit, aliàs si pauper est potest etiam à pauperibus mercedem exigere *Nauarr. in Manual. capit. 25. numer. 58. Leoncill. de priuil. paupert. par. 2. priuileg. 232. n. 16.*
61 Limitatur Secundo, non esse soluendum Salarium Magistro, qui nesciat bene legere inter scholares *Petr. Lenaud. in tract. de Doctoribus & eorum priuilegijs p. 4. q. 34. v. & etiam tenet post Bar. in l. annonas in princ. C. de Anno. ciuil. lib. 11.* Salaria enim non dantur pro titulo dignitatis, vt quia est Doctor, sed pro meritis, scilicèt quia bene legit, & benè satisfacit officio suo, ad quē fuit electus.
62 Ad hoc autem, vt † Magister dicatur benè legere, debebit se ipsum, & verba sua audientium ingenio, & capacitati adaptare *c. oportet. 8. q. 1 [illegible]* nam, qui docet ea, quæ ab auditoribus intelligi non possunt, non auditorum ad vtilitatem, sed ad sui ostentationem, & pompam legere dicitur

citur *c. vltimo 43. distinct.* quod facere non
63 decet, debet† enim Magistri scientia esse humilis, & non arrogans *c. vltimo de maiorit. & obbedien.* quia proprium est doctrinæ arrogantium, vt humilitèr nesciant proferre, quæ docent, & scientiam, quam possident, rectè, communicare nequeant *c. 1 46. distinct.*

64 Limitatur Tertio, quòd † non sit soluendum Salarium illi Magistro, qui tenetur publicè legere, & velit particulares personas edocere, vt disponitur in *l. vniuersos vbi Bar. num. 2. C. de stud. liberal. Vrb. libr.* 11. Licitum tamen id erit alijs Magistris, qui non tenentur publicè legere, vt expressè habetur in *d. l. vniuersos* ibi: Illos vero, qui inter plurimorum domos eadem exercere priuata studia consueuerunt, si ipsis tantummodo discipulis vacare maluerint, quos inter parietes domesticos docent, nulla huiusmodi interminatione prohibemus, sin autem ex eorum numero fuerint, qui videntur intra Capitolij auditorium constituti, hi omnibus modis priuatarum ædium studia sibi interdicta esse cognoscant, scituri, quòd si aduersus cælestia statuta facientes depræhensi fuerint nil pœnitùs ex illis priuilegijs consequentur, quæ his, qui in capitolio tantummodò docere præcepti sunt meritò deferuntur.

65 Quarto limitatur, quòd † non sit soluendum Salarium Magistro, qui illud recusauit quando tempore debito Respublica, seu Princeps illi soluere volebat *Bar. in l. fortissimi C. de erogat. milit. anno libr. 12. Bald. in l. acceptam C. de Vsur, Petr. Lenauder. in d. tractat. de Doctor. & eorum priuileg. part. 4. tit. de onerib. & Salario Doct. quæst. quinta.*

66 Hanc tamen † limitationem dicas tantummodo locum sibi vindicare quando Salarium soluendum esset ab aliqua Republica, seu principe, non autem quando soluendum esset à persona priuata, vt declarat idem *Bar. in d. l. fortissimi vers. & est speciale.*

67 Limitatur Quinto † non esse soluendum Salarium Magistro, qui antequam compleuerit lecturam, ad quam fuit conductus, vellet discedere, Imò ammitteret etiam Salarium pro tempore, quo legit, cum stet per eum quin adimpleat, quòd promisit, & potest repelli exceptione implementi facti non sequuti *l. Iulianus §. offerri de act. empti Bald. in l. ædem col. secunda C. locati*
68 Licèt† secus esset quando remoueretur à lectura, tali namque casu totum consequeretur Salarium, si fuisset remotus absque culpa ipsius Magistri, & si culpa præcessisset, esset illi Salarium soluendum pro rata temporis, quo seruiuit, & ratio huiusmodi differenriæ est, quia in primo casu stat per ipsum Magistrum, qui non vult prosequi lecturam vsque ad finem, in secundo vero casu non dicitur stare per ipsum Magistrum, sed per conductorem, etiam si Magistri culpa interueniat, ideoque magis succurrendum est illi, nè totum Salarium, etiam præteriti temporis ammittat *Cagnol. post Bal. Dec. & alios quos allegat in l. dem functo num. 212. ff. de offic. Assess. vbi testatur de communi & reprobat. Bart. opinionem, qui contrarium firmare videtur in l. prima §. Diuus num. 19. ff de var. & extraordinar. cognit.*

69 Sexto, & vltimo limitatur † non posse Magistrum aliquid pro Salario à scholaribus exigere, etiàm prætextu cuiuscumque consuetudinis quando illi assignàtum est Salarium de publico, & si aliquid extorserit, tenetur àd restitutionem, pro qua poterit conueniri ab ipsis scholaribus actione ob turpem causam *summa Syluestrina in v. Doctor num 11. Summ. Angelic in verb. Magister num. 12. Petr. Lenauder. de Doct. & eorum priuileg. par. 4. tit. de oner. & Salarijs Doctorum quæstion. 57. c. primo de Magistris*

70 Quod† tamen declarandum venit, locum habere quando Salarium, quod ipsi Magistro pro legendo fuit assignatum sit competens, habita ratione qualitatis personæ, & laboris, si vero Salarium dici non possit competens, vtique poterit Magister suis à scholaribus petere aliquid vltra Salarium à publico assignatũ, maxime si illud Salariũ esset tale, quod non sufficeret ad ipsius Magistri substentationem *Petr. Lenauder. vbi supra Summa Syluestr. vbi supra vers. secus si*
71 *sit pauper* Magistri † enim necessitas suble-
72 uanda est *c. quia nonnullis de Magistris* & † scholares tenentur suo Magistro in ægestate constituto alimenta præstare *Innocen. & Ana. in c. primo in fine de Magistr. & ibidem Hostien. in §. vtrum vero Alberic. in l. prima §. ius naturale ff. de Iust. & Iure Cagnol. in l. 2. num. 191. ff. de orig. Iur. Roman. singul. 139.*

gul. 139. *Clementin. de Patr. poteſt. effect.* 3. *num.* 12. *Rolan. conſ.* 5. *num.* 10. *volum.* 3. *Surd. de Aliment tit.* 1. *quæſt.* 43. *num.* 1.
73 *&* 4. quia † Magiſter diligendus eſt, vt pater naturalis *l. liberto, & ibi gl ſ ff. de obſeq. à lib. patr. & patro. præſt.* præceptor enim pater ſcholarium dicitur, & ſcholaris filius *l.* 1 *C. de exe. artifi. libr.* 10. Imò magis quàm pater, Vnde Alexander cognomento Magnus profitebatur ſe magis teneri Ariſtoteli Magiſtro quàm Philippo patri, quia ab hoc eſſe ab illo bene eſſe recepiſſet, ab hoc viuere, ab illo verò bene viuere.

74 Secundo † declarandum venit, ſupradictam concluſionem non procedere quando ſcholares vltra Salarium publicum ſponte aliquid ipſi Doctori offerrent; tunc enim non eſſet prohibitum quidquid oblatum eſſet vltra Salarium publicum accipere *c. dilectus il* 2. *in fine de Symon.* & *c. priſcis* 10 *quæſt.* 3. quædam enim licet inhoneſte petantur, honeſtè tamen accipiuntur *l.* 1. *§. eſt quidem ff. de var. & extraordinar. cognition.*

Medicis quando debeatur Salarium.

QVAESTIO LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Infirmis ſubuenire humanum eſt.*
2 *Medicis ſuorum laborum merces debetur.*
3 *Chirurgo merces debetur*
4 *Medicis debetur Salarium etiamſi non fuerit conuentum.*
5 *Medico non debetur Salarium non conuentum quando loco illius aliquid receperit, vt puta expenſas, vel ſimilia, Amplia vt num.* 7.
6 *Conuentio talis præſumitur præceſſiſſe qualis fuit ſubſecuta ſolutio.*
8 *Medicus petere poteſt Salarium, & expenſas de proprio factas ſi curauerit infirmum inuitum.*
9 *Infirmus recuſans auxilium medici præſumitur furioſus.*
10 *Tutor poteſt pupillo contradicente, facere actum ipſi pupillo vtilem.*
11 *Beneficium non confertur in inuitum.*
12 *Beneficia conferuntur in inuitos quando eorum conſulitur vtilitati non voluntati.*
13 *Debitor prohibens aliquid fieri ad ſui ſauorem ſi quis aliquid faciat non habet actionem negociorum geſtorum.*
14 *Dominus prohibens ſuo negociorum geſtori nè diutius in negocijs ſe ingerat non tenetur poſt prohibitionem ei mercedem ſoluere.*
15 *Expendens pro redemptione alicuius captiui repetit expenſas etiamſi captiuus redimi prohibuerit.*
16 *Expendens pro funere alicuius repetit expenſas factas etiam contradicente hærede.*
17 *Reipublicæ intereſt cadauera ſepeliri.*
18 *Mutuans filio familias ſtudenti, licet pater prohibuerit mutuanti aliquid dare, adhuc tamen repetit quidquid mutuo dederit.*
19 *Medicus, qui ſuſcepit curam morborum deſperatorum, & incurabilium conſequi debet Salarium, Declara, vt num.* 27.
20 *Mercedem laboris, quem incaſſum operarius aſſumere ſciebat, percipere non debet.*
21 *Infirmis eſt ſubueniendum vſque ad extremum vitæ ſpiritum.*
22 *Medicum vocare recuſans in morbis grauitèr peccat, etiamſi morbi ſint incurabilia.*
23 *Medicorum auxilio ſanantur ij, qui aliàs perituri erant.*
24 *Deus vult dare nobis ſanitatem medijs naturalibus, ac remedijs à ſe creatis.*
25 *Aduocato non licet cauſam iniuſtam, & deſperatam defendere.*
26 *Iuſtitia eſt conſtans voluntas tribuendi ius ſuum vnicuique.*
27 *Medicus ſuſcipiens curam morborum incurabilium nullum afficit iniuria.*
29 *Medico debetur Salarium licet infirmus ſanitatem non conſequatur.*
30 *Negocium ſufficit vtilitèr eſſe geſtum, vt geſtori competat actio pro mercede, licèt vtilem non habuerit effectum.*
31 *Medicus non valet ſemper infirmos ſanare, ideoque mortis euentus illi non eſt imputandus.*

non debetur imo debent puniri.

80 *Medici à publico conducti si excommunicentur, Salarium non habent excommunicatione durante.*

81 *Medici à publico conducti pro mercede, non debent à priuatis Salaria recipere, Amplia vt num.82. Declara vt num.83 84. 85. & 86.*

1 LIcèt † humanum sit infirmis subuenire, & ad quemlibet spectet curam infirmorum suscipere *Bal. in l. si cui ff. ex quib. caus. maior.* Tamen gratis id facere liberalitatis potius, quàm humanitatis proprium est *gloss. in l. & si quis §. sed interdum ff. de relig. & sumpt. funer.*

2 Ideo † clari Iuris est, quòd valeant medici Salarium recipere, vt expresse habetur in *l. medicos* ibi: Mercedes etiam eis, & Salarium reddi iubemus *C. de professor. & medic. & in c. non sine 14. quæst. 5. c. qui studet 11. dist. argumento l. . ff. de var. & extraordin. cognit. & l. 1. ff de decret. ab ordin. facien. vbi Bar n. 1 Grauet thecrem. 12 nu. 5. Seccin. sen. cons. 196. libr. 2. Magon.*

3 *decis florentin 11. sub num 3. in fine* † vbi de Chirurgo *Afflict. decis. 123. per totam*, qui paritèr loquitur in terminis chirurghi, & de vera, & communi opinione testatur *Caroc. de locat. & conduct part. . titul. de Medic. quæst. 1. num 6* Non quidèm in præmium restitutæ sanitatis, quæ non est prætio æstimabilis, sed in remunerationem laborum, quos in curandis infirmis impendunt, vt etiam euenit in Magistris scientiarum, qui mercedem recipiunt pro remuneratione laborum, quos erogant in alijs edocendis, non autem pro scientia, quam communicant, quia esset peccatum simoniæ, cum Dei munera, inter quæ scientia connumeratur, non possint absque simoniæ labe in contractum deduci *c. qui studet 1. quæst. 1.*

4 Ampliatur Primo, quòd † Medicus consequatur Salarium etiamsi de illius solutione nulla conuentio præcesserit *l. 1. §. 1. ff. de var. & extraordinar. cognit. l. iubemus C. de professor. libr. 10. Bellon in §. nunc transeamus num. 5. instit. de oblig. Bal. in l. 1. num. 3. C. mandati Riu. in tract. de peste tit de remed. ad curan. pest. §. medicorum numer. 124. Gratian. discept. Forens cap. 257* *sub num. 4. in fine Ricc in collectan. decis. collect. 656. vers. limita secunda Rot. in Romana Mercedis 18. Ianuarij 1604. coram Lancellotto in princip & in Romana prætensæ mercedis 5. Nouembris 1579. coram Aldobrandino, quæ est impress. penes Marchesan. de Commission part. 1 tit. de commiss. appellat in caus mercd. fol 1198.*

5 Quotiescumque † tamen medicus non receperit aliquid à suo domino, quod loco Salarij succedere dici possit, vt puta expensas pro victu, seu cibaria, vinum, habitationem, & similia ad victum necessaria, quia tali casu non consequetur aliud Salarium nisi fuisset conuentum, cum talis portio victus succedat loco mercedis, sicut è contra *Angel. in l. si non autem § libert. col. penult. vers. si autem quis tenetur ff. de condict indebit Rot. in Nolana Mercedis 12. Iunij 1596. coram Penia, & coram Cardinali Mantica dec. 2. & in d. Romana mercedis coram Lancellotto* Et in hac materia ta-

6 lis † præsumitur præcessisse conuentio, qualis fuit subsequta solutio *Felin. in c. cum Bertoldus num. 28. vers. & si est facta locatio de re Iudic. Bal. in l. si certis annis num 9. C de pact. Alex. cons. 107. num. 3. libr. 1. Natta cons. 292. num 7. in fine cum seqq Rota in Romana mercedis 4 Maij 1607 coram Pamphilio quæ est impressa apud Marchesan. de Commiss loco supra proxime citato fol. 197 & in d. Romana Mercedis coram Lancellotto Mantic d decis. 6. sub num 1. vers. pri-*

7 *mum quia*, Quod † tanto magis procedit quando Dominus, cui Medicus seruiuit, non esset solitus dare aliquam prouisionem, sed tantummodo alimenta, vel quando medicus non seruiuisset animo cōsequendi Salarium, sed tantummodo ob aliquam maiorem remunerationem *Mantic. vbi supra num.6. Rota in d. Romana Salarij coram Lancellotto circa medium*

8 Ampliatur Secūdo, quòd † possit Medicus petere Salarium, & expensas, si quas fecerit, etiamsi curauerit infirmum inuitum, & curari nolentem *Alex. in l fin. limitat. 3 sub nu.7. C de neg. c. gest. Bar in l. Stichus ff de pecul. legat. Cagnol. in l. inuito num.6. & seq. ff. de regul. Iur. glos. in c. 1. verb inferas 83. dist. & ibidem Barbos. nu.2. Alb cons. 91. num 4. par. 1 Afflict. dec. 123. & ibi Vrsil. num.2 Magon. decis. florent. 11. num. 11. Roman. singul. 124 Scaccia de ap-*

pellat. quæst. 17. *limitat.* 45 . *num.* 3. *Tiraquell.* dicens hoc esse singulare *in tractat. de retract conuent.* §. 7. *glos. prima nu.* 10.

9 Et ratio huius ampliationis est quia † infirmus recusans auxilium medici præsumitur furiosus *c. fin. de success. ab in test l. quidam in suo ff. de condict. instit. Alciat. in l. sanum mente num.7. de transact. glos. in c.* 1. 83. *distinct. Tiraquell. in tractat. de Nobilitate cap.* 31. *num.*529. *Carrar. de Medic. par.*4. *n.* 157. *Zacch. Quæstion. medicolegal. libr.* 6. *tit.* 3. *q.*4.*n* 12.& ideo non debet impedimẽtum præstare infirmi contradictio dum eius consulitur vtilitati, prout simile videmus in

10 minore, † qui etsi contradicat, aliquem actum fieri ipsi vtilem, non obstante ipsius contradictione poterit ille actus fieri à tutore, seu Consanguinis, qui præsumuntur mouere se bono zelo, & pro vtilitate pupilli *glos. in d. cap primo* 83. *distinct. Abb. in d cons* 91. *sub num* 3. *vers. Praterea part. prima*. Neque obstat dicere, quòd non

11 † conferatur beneficium in inuitum *l. inuito ff. de reg. Iur c. vbi & c. consuluit* 74. *distinct. l. si pro te ff. mandati l. fin. C. de negoc. gest.* quia hæc regula non procedit in casu nostro, cum, vt diximus supra, talis infirmus reputetur furiosus, furenti autem medicus, & pater filio indisciplinato tenentur medendo, ligando, cedendo, succurrere, & si hoc facere negligant reputantur crudeles *c. ipsa pie as* 23. *quæst* 4. beneficia

12 † enim præstantur etiam inuitis quando eorum consulitur vtilitati, non voluntati *c. & qui emendat* 45. *distinct. l. non vos ff. de negoc. gest. c non soluendo* 45. *distinct. c. qui emendat & c. expresse* 5. *quæst.* 5 *Barbos. in collect. DD ad. dictum c. primum d. num.*2. *in fine* 83. *distinct. Tiraquell in d. tractat. de nobilit. cap* 6. *num.* 38. *Cott. in memor. v. beneficium Speculat. in tit. de Salar.* §. *fin. num.*4. *vers. sed quid si infirmus prohibet Rip. in d. tractat. de peste cap penul. de remed. ad conseruan. vbert. num.*103. *Fælin. in c. contingit de senten excommunicat. & in c. inter catera num.* 12. *de rescriptis. Barbat. cons.*54 *col. fin. lib.*2. *Pont. de alimen. cap.*16. *num.*9.

13 Minus obstat si dicatur, quòd si quis† debitor prohibeat aliquid fieri ad sui fauorem si fiat nulla competat actio, nec vtilis, neque directa negociorum gestorum *l. fin. C. de negoc. gest. l. negocium C. eod. tit. l. sed an vltro* §. *primo ff. eod.* cum nemo cogi possit ad recipiendum aliquem in creditorem, Huic namque obiectioni respondetur, argumentum non se extendere ad casum nostrum, in quo agitur de propria vita, & in quo prohibitio non attenditur, prohibens enim curari, vt diximus suprà pro mẽtecapto habetur, cui non est neque velle neque nolle: Demũ nõ obstat, si in contrarium afferatur tex. in *l si pro te ff. mandati* (per

14 † quam legem habetur, quòd stante protestatione, prohibitione, vel denunciatione facta per Dominum, quòd nihil à suo negociorum gestore fiat, si negociorum gestor aliquid agat, non attenta dicta prohibitione, nihil possit à Domino pro suo labore prætendere, imò nec repetere expensas, si quas fecerit) Quia corruit eadem responsione, quam attulimus supra secundæ obiectioni, Sicque his non obstantibus firma remanet nostra ampliatio, quam communem dixit *Roman. d. singul.* 124: *glos. ab omnibus recepta in c prouidendum* 83. *distinct. Caroc. de locat. & conduct part.* 2, *tit. de Medico quæst.* 2. *numer.* 7. qui affert tria argumenta pro fundamento istius ampliationis, quarum Prima est, quòd

15 sicuti † expendens pro redemptione personæ alicuius etiam contra prohibitionem repetit *l. cum ratio ff. de bon. dam. Ioannes Andre. in c. cum laicus de foro competen.* Ergo tanto magis expendens, & laborans pro vita alicuius debebit repetere expensas, & referre præmium suorum laborum. Secunda ratio est, quòd sicuti is, qui expendit

16 † pro funere alicuius debebit repetere expensas, licèt fecerit hærede contradicente, *l. sed et si quis* §. *idem labeo ff. de relig. & sumpt*

17 *funer*, quia Reipublicæ † interest cadauera sepeliri, ergo, si interest corpora mortua sepulturæ tradi, tanto magis intererit corpora viua, sed ægrota sanari, & sic medico dabitur actio ad consequendam mercedem sui laboris, quem in curando infirmo, etiam inuito, & curari nolente impendit, Tertia, & vltima Ratio est, quòd sicuti mutuans

18 † filiofamilias studenti, licèt pater mutuanti expressè prohibuerit aliquid dare adhuc tamen repetit mutuatum, ex eo, quòd vtiliter gestum esse dicitur *glos. in l. sed et Iulianus* §. *sed quod dicitur ff. ad Macedonian. Alex. in l. quamuis num.*14. *ff. solut. matrimon. Soccin. cons.*286. *num.*4. *Fælin. in c.* 1. *de Magistris Bal. Nouel. in tractat. de dote*

*par.*6.

*part.6. priuileg.*46. Ergo tanto magis repetet præmium suorum laborum medicus, qui suas operas egroto curari prohibeati mutuauit, *Caroc. de locat. & conduct. dicta part. 2. titul. de Medic. quæstion. 2. num. 4.*

19 Ampliatur Tertio † soluendam esse mercedem medico etiamsi susceperit curam morborum incurabilium, & desperatorum *D. Thom. secunda secunda quæst. 71. art.3. Felin. in c. pastoralei sub num 15. de Iudic. Boer. decis. 323. num. 25. Zacch. Quæstion. Medicolegal. lib. 6. tit. primo quæst. 8. num. 20. Carrar de Medico par. 3. num. 205* Neque obstant argumenta, quæ in contrarium adducuntur, & Primo. quòd sicuti

20 nemo † debet recipere mercedem laboris, quem incassum se assumere sciebat, Sed sic est, quòd medicus in morbis desperatis, & incurabilibus sciat, ac euidentèr cognoscat, se frustra laborare in illis curandis, ergo non debet ex illo labore vllam mercedem recipere; Nam respondetur, non tenere consequens, quia maior præmissa nõ procedit in casu nostro,

21 quoniam infirmis † quantumcumque in periculo constitutis ex ordine Charitatis est subueniendum vsque ad extremum vitæ spiritum *Gaspar. Tristan de Cleric. medic. §. 32. fol. mihi 148. vers. Quam etiam opinionem* Et ideò non placet declaratio, quæ à nonnullis DD. huic nostræ ampliationi affertur, scilicèt, quòd in tali casu debeatur Medico Salarium dummodo medicus morbum incurabilem esse pronunciauerit, aliàs vero non deberi, Quia si infirmitas sit curabilis, vel non, tamen in vtroque casu

22 vocari debet medicus, aliàs, si quis † renueret, medicum vocare, etiam in morbis incurabilibus, in quibus sanitas potius ab ipso Deo, quàm à medicorum opera, & medicinarum virtute dependere videretur, grauitèr peccaret, nam hoc nihil aliud esset, quàm velle probare, seu potius tentare ipsum Deum, sicut fecerunt illi, de quibus sacer Euangelista, *Matth. cap. 16.* Scribit dicens. Et accesserunt ad eum Pharisæi, & Sadducei tentantes eum, & rogauerunt eum, vt signum de cælo ostenderet eis, quibus Dominus quasi ira concitatus ait; Generatio mala, & adultera signum querit, & signũ non dabitur ei, &c. Istis Phariseis similes videntur illi qui in suis infirmitatibus medicis, & medicinis vti minimè volunt expectantes signa, & miracula de Cælo *Nauarr. in Summa cap. 21. num. 40 Suarez. tract. de relig. libr. primo cap. 3. cap. primo Less. de Iust. & Iure libr. 2. dubitat primo num 4. Sanchez. in decal. cap. 3 4. libr. 2.* Et ideo docet nos *Eccles. cap. 38.* quod in infirmitatibus conuocemus medicos ibi Da locum Medico; etenim illum Dominus creauit, & non discedat à te quia opera eius sunt ne-

23 cessaria &c. Vnde videmus † naturalitèr euenire, medicorum auxilio sanari illos, qui aliàs perituri erant *c. fin. de Pœniten Rip. in tractat. de peste part. vltima partic 2. num. 1. Zacch. Quæstion Medicolegal. d. lib. 6. tit. 3.*

24 *quæst. 4. num. 9.* Nam Deus † vult nobis dare sanitatem medijs naturalibus, ac remedijs à se creatis, quæ remedia, & media sunt medicinæ, de quibus tractat, & agit artifex, scilicet medicus *Tristan. in d. tractat. de cleric. Medico §. 31. vers Nam Deus fol. mihi 137.* Et licèt veritas sit quòd in infirmitatibus sit à Deo auxilium implorandum, & in eo tota fiducia sit collocanda, tamen facienda sunt ea, quæ fieri decet in præsidium salutis, Quamuis enim Dei auxilio potissimùm nos confidere, ac niti conueniat, tamen omnem industriam ex parte nostra adhibere debemus ad euitanda mala: Secundò adducitur argumentum, quod cum æquiparentur inter se me-

25 dicus, & Aduocatus, & Aduocato † non liceat causam desperatam, & iniustam defendere *D. Thom. secunda secundæ quæstion 71. art. 4. per totum Sot. de Iust. & Iure libr. 5. art. 3. Siluestrin. in v. Aduocatus num. 5. Angelic. in d. v. Aduocatus num. 13. Less. de Iust. & Iure libr. 2. cap 31. dubitat. 8. num. 48.* Ergo nec licebit medico in morbis desperatis, & incurabilibus mercedem recipere, Et huiusmodi argumento respondet *D. Thom loco supra proxime citato*, hoc in casu non æquiparari, quoniam Aduocatus defendens causam iniustam iniustè lædit eum, contra quem patrocinium præstat, & illum iniustè damnificat, propterea ex hac volontate est iniquus non reddendo alteri, sed potius auferendo id, quod suum est, & sic contraponi-

26 tur ipsi iustitiæ, quæ † dicitur constans, & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuendi *§. primo Institution. de*

27 *de Iust. & Iure* Medicus vero † curando infirmitates, quæ videntur insanabiles, neminem iniuria, seu incommoditate afficit, vtpote facit Aduocatus *D. Thom. secunda secundæ quest. 71. art. 3. ad primum Carrar. de Medic. par. 3. num. 205. Thom. Act de Infirmitate par. 2 verbo sanitas num. primo Zacch. d. titul. primo quæstion. 7. num. 28.*

28 Intellige † tamen, supradictam ampliationē non habere locum quando morbus esset desperatus, & perpetuus, vt puta si aliquis sit Surdus, mutus cecus aut alio simili morbo laborans, in his enim casibus medico nullū erit soluendū Salarium, nā hic intrat suprà allata regula, quòd nemo debeat recipere mercedem laboris, quem in cassum se assumere sciebat, prout in casu nostro dum medicus iuuare non potest vbi morbus est perpetuus, *arg. c. ex litteris de frigid. & malefic. Cammil. de Medic. cons. 30 num. 3.*

Ampliatur Quarto, vt non minus de-
29 beatur † medico Salarium si infirmus pristinam redeat in sanitatem, quàm si decedat *Franc. March. decis. delph. n. 646. part. prima glos. in c. primo 83. dist. nct Tiraquel. de nobilit. cap. 9. n. 55. Ben. de privileg. I.C. privileg. 76 sub num. 8. Caroc. de locat. & conduct. part 2. tit. de Medico quæst. 5. numer. 6. & quæst. prima num. 4. & diximus supra in v. Aduocatus quæst 52. numer. 62.* Et hæc ampliatio fundatur in eo, Quòd suf-
30 ficit † negocium esse vtilitèr gestum, ad hoc, vt gestori contra Dominum competat actio negociorum gestorum, licèt vtilis effectus non fuerit sortitus, vt expresè habetur per tex *in l. sed an vltra § is autem ff. de negoc. gest.* qui textus loquitur etiam in terminis medici, vt videre est in illis verbis; Et ideo si insulam fulsit, Vel seruum ægrum curauit etiamsi insula excusa est, vel seruus obijt aget negociorum gestorum &c. Concurrit insupèr ad comprobandam hanc am-
31 pliationem, quòd sicuti semper † non est in potestate Medici infirmum releuare iuxta illud *Ouid. 1. de Ponto ad Rufum.*

Non est in medico semper sanetur, vt æger.
Interdum docta plus valet arte malum.
Adferat ipse licet, sacras Epidaurius herbas
Sanabit nulla vulnera cordis ope.
Soluere nodosam nescit medicina podagram
Nec formidatis auxiliatur aquis.

Et habetur in *l. illicitas § si cui ff. de offic. præsidis c. quoniam non congrui in fine 86. distinct.* ita non est ei imputandus euentus mortalitatis, non enim potest medicus suscitare mortuum; vt dicit *Psalmist. psal. 87.* Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt &c. *Speculat. in titul. de Salar. § postremo sub nu. 2. vers nam euentus glos. in c. prouidendum sub v. inferas 83. distinct.*

Quamobrem ex hac postrema ratione
32 iniusta, † & vituperabilis apparet illa Gotorum antiqua lex, seu consuetudo, qua cautum erat, vt cum infirmaretur aliquis, vocato medico, antequam ipse medicus infirmi curationem susciperet, conueniretur inter ipsos, quòd si æger assequeretur sanitatem medicus mercedem habere deberet, si vero æger decessisset tunc non solùm mercedem medicus non posset consequi, verum etiam reficere teneretur omnes impensas in medicinis ab ægro factis, quia dum medicus adhibet omnem diligentiam, ac sollicitudinem circa ægri infirmitatem sua mercede, & honore non est defraudandus.

Neque obstant argumenta, quæ contra hanc ampliationem opponi possent, Et Primo per *tex. in l. archiatri C. de professor. & medic. lib. 10. vbi Bart. num. primo* ait
33 quòd medicus † non debeat habere Salarium ab infirmo nisi cum sanus fuerit, & hoc etiam dixerunt *Ias. in §. tripli num. 56. instit. de action. & idem Bar. in l prima §. diuus num. 16. ff. de var. & extraordinar. cognit.* quos refert, & sequitur *Duen. regul. 63. ampliat prima* Ergo si moriatur nullum erit soluendum Salarium. Huic namque primę obiectioni Respondeo, prædictos
34 DD. † velle declarare tempus, quo est soluendum Salarium medicis, id est post finitam curam, non autem inferre velle, quòd si infirmus non conualuerit non sit soluendum Salarium medico, vt patet, dum eorum opinionem fundant in *dicta l. archiatri*, quæ lex ait, quòd medicus Salariatus a publico, qui regularitèr non potest aliud ab infirmis recipere possit tamen recipere à sanis spontè offerentibus pro obsequijs, vt expresse videre est *in d. l.* ibi Quos etiam ea patimur accipere, quæ sani offerunt pro obsequijs non ea, quæ pericli-

tan-

tantes pro salute promittunt &c. Et iuxta illius legis dispositionem eorum opinio intelligenda venit *Rot. dec.81. n.4.par.7. Recen.* Secundum argumentum, quod affertur contra hanc ampliationem, deducitur ex verbis *Exod. cap. 21.* ibi: Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide, vel pugno, si ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lecto, si surrexerit, & ambulauerit foris super baculum suum innocens erit, qui percussit, itaut operas eius, & impensas Medico restituat, &c. Per quæ verba videtur Sacra pagina dispon ere, quòd tunc sint reficiendæ impensæ medico, quando percussus in sanitatem redierit, sed si ob percussionem moriatur non sit soluendum Medico Salarium, idque suadetur ex illis verbis: Si mortuus
35 non fuerit † quæ conditionem important, *l. 1. vbi DD. ff. de condition. & demonstrat. l. quibus diebus § quidam Titio ff. eodem tit. l. 1. §. si quis ff. de verb. obligat.* itaut, illa non purificata, non militet dispositio S. Textus, quòd Medico sit soluendum Salarium: Hæc quoque obiectio cessat animaduertendo, quòd illa dictio, Si, non referatur ad solutionem Mercedis Medici, sed ad pœnam, qua puniendus est percussor, & ideo Sacer Textus distinguit, quod si percussus non moriatur, tunc percutiens innocens sit mortis, & teneatur tantummodo reficere damna, & expensas pro Salario Medicorum, & pro medelis factas, si vero percussus moriatur, tunc is, qui percusserit, non solum reus sit mortis, sed etiam teneatur reficere impensas pro Medico, & medelis, Itaut, tam si percussus moriatur, quàm si conualescat vtroque casu reficiendæ sint Medicorum impensæ.

36 Ampliatur † Quinto in Medico à publico conducto, quòd illi soluendum sit Salarium etiamsi nolit præstare suas operas in morbis pestilentibus, & in casibus insolitis *Corn. cons. 347. volum. primo Carrar. de Medic. part. 3. num. 60. Zacch. d. lib. 6. tit. 1*
37 *quæst. 6. num. 6.* Quia † tales casus nec compræhenduntur in generali renunciatione, sed imò propter illos conductori sit remissio *l. fistulas §. frumenta ff. de contrahen. empt. Bart. in l. seio §. Medico num. 4. ff. de ann. legat. Bal. cons. 119 libr. 1. & cons. 145. num. primo vers. tertio quia libr. 2. Crauett. cons. 95. num. 2. & cons. 294. post princip. vers. in quibus locis Surd. cons. 326. num 52. Gratian. discept. at. forens. c. p. 195. num. 8. & 9. Mantic. de Tacit. & ambig. conuent libr. 5 tit. 8. num. 3. & 4 Rot. coram Burat. decis. 210. num. 9. & coram Cardinali Mellino decis. 139. num. 5.* Itaut suscipiens in se casum fortuitum non censeatur suscepisse casum insolitum *Alex. cons. 84 volum. 6. Corn. cons. 12. vol 4. Soccin cons. 44. vol. 1. & cons. 123. vol. 4.*

Neque obstant argumenta, quæ possunt in contrarium afferri, & Primo, quòd
39 Medicus non debeat recedere à loco infecto, & populus eum retinere valeat *Thom. Act. de Infirmitat part. 1. capt. 41. num. 15. Benz. in tract. de fuga propter pest. libr. primo quæst. 1. conclus. 7* Ergo si potest retineri, dicendum videtur, Medicum obligatum esse in similibus casibus suas
40 operas præstare. Secundo, quod † Medicus requisitus ad medendum non debeat alicui negare operas suas, siue requirens sit christianus, siue extra fidem positus, Ergo cominus debebit denegare tempore pestis quando maius viget periculum. Ter-
41 tio, & vltimo obijci potest, quòd † non aliam ob causam fuerint medici ab Imperatoribus multis honoribus, & priuilegijs decorati, nisi, vt publicæ Saluti omni studio, & diligentia curam gererent, vt in *§. item Romæ Inst. de excusat. tutor l. inter eos §. vltimo ff. ex quibus caus. maior. l. sed et probari ff de excusat. tutor. l. finali §. vltimo ff. de Muner & honor. l. 1. C. de Decurion. libr. 10. l. Medicos C. de professor. & Medic eodem libr. 10. l. 1. §. medicorum ff. de var. & extraordinar. cognition. Guid pap. decis. 394. num. 1.* Ergo videntur tunc magis teneri publicæ vtilitati subuenire quando maior vrget necessitas, prout euenit tempore pestis. Singulis namque huiusmodi argumentis facillimè respondetur,
42 Nam primum † procedit in medico conducto à publico ad curandos omnes morbos, & specificè pestilentes, non autem in Medico generalitèr à publico conducto ad medendum, quia, vt supra diximus, non censetur obligatus in morbis insolitis, prout est iste pestis, & in omnem casum, si Communitas vellet, quod suas operas præstaret, non nisi aucto Salario ad id compellere posset, exemplo Aduocati à publico conducti pro certo Salario, qui non tenetur

tenetur patrocinium præstare pro eodem Salario in causis insolitis, sed illi augendum venit Salarium habita ratione qualitatis causæ, & laboris, cui æqualis merces esse debet, *Fælin. in c. cum olim in princip. ff. de re iudic. Bar. in l. Seio ff. de ann. legat. Gratian. disceptat. Forens. cap. 56. num. 4. vers. ad exemplum Gutierez. de Iuramen. confirmator. part. prima cap. 53. num. 3. Sarmient. libr. 1. selectar. cap. 11. num. 9. Segur Daualos in suo director. Iudic. Ecclesiastic. cap. 13. in 1. par n. 6. & seq. Cæual. in Specul commun. opinion. con. commun. quæst. 288. num. 9 Put in tractat. de Syndicat. verb potestas num.* 3. Corruit secundum argumen-
43 tum animaduertendo, quòd † tunc non potest medicus renuere opem ferre ægrotis quando non adest periculum ipsius Medici, prout adest in morbis pestilentibus, cum non debeamus obuiam ire morti, sed illam effugere quantùm fieri potest, Et per hanc responsionem cessat etiam tertium argumentum, quia Medicus nolet alios
44 curare, & ipse vitam ammittere, & † nemo cum propriæ vitæ discrimine alijs subuenire tenetur, cum prima charitas incipiat à se ipso *l. præses C. de seruit & acq. Soccin. cons. 11. num. 7 volum. primo Surd. de Aliment. tit. 1. quæst. 78. num. 34. & quæstion. 18. num. 66. & tit. 4. quæst. 18. nu 66 & tit. 7. quæst. 8. num.* 2. Et facit illud euangelicum Ne forte deficiat, & vobis, &
45 nobis, & † nemo tenetur alienam propriæ Saluti præferre *Gl. fin c. primo §. fin. in verb. potuerit de alienat. feud. pat Gl. f. prima in c. 1. quib. mod. feud. amitt.* & quilibet magis sibi, quàm alijs subuenire debet *l. Iulia ff. si quis omiss. caus. testamen. Bal. in l. 1. col. 5. C. de inoffic. donat Bar. in Auth. res quæ. numer. 4. C. commun. de legat. Surd. loc. proxime supracitato numer. 3. & sequen.*

46 Sextò, & vltimo ampliatur, † quòd debeatur Salarium conuentum Medico licèt suas operas non præstauerit in casu, quo Princeps, vel Communitas illum conduxerit ad tempus pro certo Salario, & intra tempus in contractū deductum, nec Princeps nec aliquis illius Communitatis inciderit in morbum *l. qui operas ff locati*, Et
47 quamuis regulariter † Medico soluendum sit Salarium habita ratione laboris *Glos. in c. qui studet in verb. sanitatis 1. quæstion. 1. Bar. in l. Seio ff. de ann. legat Thom. Act. de infirmitat. part. prima cap. 49. num. primo Rot. in d. Romana Mercedis coram Lancellotto, & in alia Romana Mercedis 4. Maij 1607. coram san. mem. Innocentio Decimo impress. penès Marchesan. de commission. part. prima fol. 1197. num.* 2. Attamen hoc non procedit in Medicis Principis, & Communitatis anuuatim salariatis, quoniam sufficit, ipsos esse paratos ad medendum quotiescumquè euenerit casus infirmitatis ad effectum, vt Salarium consequantur argumento *l. sed, & addes §. cum quidem ff. locat. l. qui operas ff eodem Glos. in l. si vno §. cum quidem versic. cum autem ff. eodem tit*

48 Limita † primo Principalem conclusionem, non habere locum in pauperibus, & miserabilibus personis, quæ non habent vndè soluere possint, Ab istis enim Medici non solùm Salaria exposcere non debebunt *c. non satis in fine 86. distinct. c. 1. 83. dist.* & habetur *Eccles. cap.* 29. ibi: propter inopiam pauperis nè dimittas eum vacuum &c. & notant *Abb. in c. ad aures in fine de ætat. & qualitat. Fælin in c. primo de offic. iudic. Angelic. in verb Medicus num. 5 Rip. de pest. remed penul. ad curan. pest. num. 96. & 101. Benincas. de paupert. quæst. 7. spec. 1. in iudic. num. 18. Act. de infirmit. part. prima cap. 25. num. 6. Carrar. de Medic part. 2. num. 67. Carer. de Locat. & conduct. tit. de Medic. part. 2. quæst 3. num. 5. Tiraquell. de Nobilit. cap. 29. num. 44. & 45. Roland. cons. 87. num. 38. libr. primo Azor. institut. mral. part. 2. libr. 12. cap. 8. quæstion. 5. vers. ex his perspicitur Nauarr. in com-*
49 *mentar. de eleemosin. numer.* 26. Sed † etiam illis de proprio elargiri pro comparandis medicinis, *Nauarr. in manuali cap. 25. num. 64. Armill. in verb. medicus num. primo in fine Act. de infirmitat. part. 1. cap 47. num. 45. Zacch. vbi supra num.* 12.
50 Quamobrem si † aliquis medicus recusaret curare infirmum, qui mercedem soluere non posset, non solùm grauitèr peccaret in foro conscientiæ, verum etiam posset inuitus compelli per Iudicem ad curandum gratis, *Fælin. in rubr. de offic. Iudic. num. 3. vers. An autem pauperi competat actio & in c. si pro debilitate de offic. delegat.*

glos.

gloſ. in c. ſicut in verb. eſurientium 47. diſt.
51 *Tiraquell. vbi ſupra num.* 46. Cum † Medicus ad hoc ſe adſtringat quando doctoratus lauream conſequitur *Alciat. in parergon Iur. libr. 2. cap. 39. Idem in l. ſanum mente verſ. putarim autem C. de tranſact. Tiraquell. cap.29.num.*45. & habetur in ſtatutis collegij Medicorum Vrbis ſub *rubric. de Mercede Medic. cap.*61. *verſ. in primis autem,& in rubric. de Iureiuran. poſt collat. inſign. cap.*39.

52 Verùm † non omnibus pauperibus tenentur Medici ſuas operas gratis præſtare, ſed ijs tantùm, qui non habent vnde viuere poſſint, licèt ſua arte, & induſtria dietim ſibi victum quærant, quia, cum per infirmitatem impediantur laborare, ceſſat lucrum, quo ſe alebant, ſicque pauperes dicendi erunt, & à medicis gratis curandi, *Felin. in d. c.* 1. *de offic. Iudic. Tiraquell. d cap.* 29. *num.*46. *Nauarr. in Manual. d. cap.*25.*num.* 64.

53 Limitatur † ſecundo, quòd non ſit ſoluendum Salarium Medico ſi ante finitum tempus conductionis, recedat à loco *Carrar. de Medic. part.* 3. *num.* 48. Prout idem
54 † eſſet dicendum de Medico conducto à priuato, ſi ante finitam curam ægrotum relinqueret, Imò Salarium amitteret etiam pro tempore, quo ſeruiuit, & habitum teneretur reſtituere, & culpa non vacaret, itaut poſſet puniri, ſi infirmus ob cauſam ſuæ deſertionis moreretur, vel conſtitueretur in magno vitæ periculo, aut morbus prolongaretur *Bal. in l. ædem C. locati Carrar. de Medic. part.* 3. *numer.* 39. *&* 48. *Zacch. quæſtion. Medicolegal. libr.* 6. *tit. primo quæſt.* 6. *num. primo Caroc. de lo-*
55 *cat, part.* 2. *quæſtion.* 16. Neque † excuſaretur medicus ſi allegaret ſe dereliquiſſe infirmum eo, quia ægrotus noluiſſet debitam mercedem ſoluere, vel quia morbus eſſet deſperatus, nam prima cauſa vti non legitima non excuſaret illum à pena, Cum enim Medicus poſt conualeſcentiam, imò etiam poſt mortem infirmi potuiſſet mercedem petere & obtinere ſi ex ac curæ deſertione infirmus moriatur mors imputanda veniret ipſi medico, qui non ſolùm ammitteret Salarium, ſed etiam poſſet puniri tamquam homicida, & efficeretur irregularis *D. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt.*64 *Silueſtr. in v. Homicidium* 2. *in princip. Ar-*

*mill. in d. v. Medicus n.*2. *Maiol de Irregularitat. libr.* 2. *cap.* 12. *tit. de Medic. irregularitat. num.* 4. *&* 5. Nec minus excuſaretur ob allegationem deſperati morbi, nam
56 † infirmis quantumque de ſalute deſperatis eſt ſubueniendum vſque ad vltimum interitum, vel perfectam morbi abolitionem, ſolent enim infirmi in quocumque ſtatu exiſtant à medicorum viſitationibus ſolamen, & iucunditatem recipere, & quando aliud non faceret medicus viſitando ægrotum moribundum, ſufficeret quòd ſaltèm per illum recta viuendi ratio aſſignaretur, vt ſe abſtineret ab ijs, quæ mortem accellerare poſſent, vt quamdiu fieri poſſet in vita perſiſteret, quæ nulli dubium eſt, quòd per errores abbreuiari poteſt, & quàm malè faciant ij, qui infirmis deploratis ea permittunt, quæ poſſunt illi eſſe noxia videri poterit apud *Codronch. in tract at. de Chriſtian. ac tuta medend ratio lib.*1.*cap.*8.

Vna tantùm poteſt dari legitima cauſa, propter quam liceat medico infirmos
57 deſerere, nempe † ſi infirmus nollet ſua peccata confiteri, tali namque caſu non ſolùm poteſt, ſed debet infirmum relinquere *c. cum infirmitas de pæn. & remiſſ.* cum ad hoc medicus reperiatur obligatus per iuramentum ab ipſo præſtitum poſt collata ſibi inſignia Doctoratus, vt videre eſt in dictis ſtatutis Collegij Vrbis medicorum *cap.*30. ibi: Omnes, qui ad manus ſuas deuenerint, vt primùm ad pænitentiæ ſacramentum ſuſcipiendum hortaturum. & aliàs iuxta Conſtitutionem Fel. rec. Pij V. Pont. Max. per DD. Medicos obſeruandam, ad eos poſt tertiam diem niſi confeſſi fuerint non rediturum &c. Quamobrem ex his apertè patet, quòd ſi medicus hoc non obſeruet peccet mortaliter, nec poſſit excuſari ratione contrariæ conſuetudinis, quia conſuetudo non eſt attendenda, tanquam odioſa, & contra ſalutem animarum, nec minus poteſt excuſari ob le-
58 uitatem morbi, quia † conſtitutio Pij V. loquitur indiſtinctè in principio cuiuſcumque morbi, ſiue grauis, ſiue leuis, & in quacumque infirmitate *Summa Sylueſtr. in v. Medicus* §.3. & hæc eſt magis communis,
59 & receptiſſima opinio, quamuis † non deſint DD. qui affirmauerint, prædictam Conſtitutionem locum ſibi vindicare tan-

tummodo in morbis grauibus, & periculosis non autem in leuibus. & hanc sententiam amplexi fuerunt *Tabien. in v. Medicina* §. 12. *num.* 13. *Nauarr. in manuali cap.* 25. *sub num.* 61. Verùm prædictorum DD. & sequacium opinio non venit attendenda, tum quia contraria est opinioni communi, tum etiam quia aliàs daretur occasio medicis eludendi dictam Constitutionem, cum morbi vt plurimum in principio sint leues iuxta *Aphorism. Hipoc.* 30. *libr.* 2. quamobrem facillimè euenire potest casus, vt indies vsu venit, quòd morbus in principio leuis existimatus breui tempore crescat, & infirmum, vel in totum vita priuet, vel in tali reducat statu, vt non possit sua confiteri peccata, & sic vno, eodemque tempore non solùm vitæ, sed quod peius est ipsius animæ miserrimè iacturam faciat. Debebit igitur Medicus primæ opinioni adherere, nempe, quòd in quocumque morbo suadeat infirmo salutem animæ, dum hæc maximè confert ad salutem corporis, non enim potest curari corpus nisi purgato animo iuxta præceptum *Platonis in secundo Dialogo de Zoroastro*. Nec timeat, quòd ista adhortatio confessionis in omnibus infirmitatibus tam leuibus, quam grauioribus causet ludibrium, vt dicunt Nonnulli DD. quia potius ex hoc oriretur laudabilis consuetudo, quòd infirmus prius animæ, quàm corporis saluti consuleret, nec ita à tali actu abhorreret infirmus si in principio morbi confessio ipsi suaderetur, prout abhorret quando illi suadetur postquam morbus diu molestauit, credēs se esse in periculo mortis constitutum.

59 Limitatur † Tertio in casu, quo medici culpa, & negligentia infirmus decesserit, Tunc enim Medicus non solùm non haberet Salarium, & iam acceptum restituere teneretur illius heredibus, & ad omnes operas, etiam quousque interfectus viuere potuisset *Rofred. Beneuent in tract. libr. de ciuil. act. par.* 4 *tit. de act. direct. leg. aquil Marsil. cons.* 131. *num.* 44. *Thom Act. de Infirmitat. par.* 3. *nu.* 177 Verumetiam grauibus penis puniendus esset arbitrio Iudicis *Gaspar. Tristan. in d. tract. de Cleric. Medic.* §. 28. *fol. mihi* 129. *in princip*

60 Ad † hoc autem, vt Medicus non dicatur in culpa mortis infirmi non debebit excedere limites suæ professionis, vt puta si Phisicus vellet se ingerere in ijs, quæ

61 spectant ad chirurgos, culpa † enim est immiscere se in rebus ad se non pertinentibus, *Zacch. d. libr.* 6. *tit. primo quæstion.* 8. *sub num.* 20. *vers. sed quanam requirantur tex. in l. culpa est ff. de reg. Iur. vbi Caguol. num primo c. non est sine culpa de reg. iur. in* 6 *& in c. tua il primo de homicid.* nam falcem in messem alienam ponere non licet *Bald. cons* 396. *incipien. Quod autem num.* 2. *lib.* 4 *Card. Tusch. tom* 3. *littera F. conclus.* 35. & facit vulgatum illud dictum: Tractent fabrilia fabri, & quam quisque norit artem in illa sese exerceat *Strac. de mercatur. part.* 3. *tit. de Naut. num.* 33. *Cardinal Tusch tom.* 3. *littera F conclus* 2. Item, quòd morbi cognitionem habuerit antequam ad illius curationem deuenerit, *Nauarr in Manual. cap* 25. *num* 60. *Caiet. in summa v. Medicus*, nam aliàs si præberet alicui infirmo medicinam, non aptam ad curandam illam infirmitatem, posset esse in causa

62 mortis ægroti, & hinc est, quòd non† liceat medico præbere ægroto medicinam dubiam, sed potius debeat ægrotum dimittere in manibus Domini, quàm periculo mortis experimento exponere *c. petitio de homicid. l. quòd si nolit* §. *culpam ff de AEdilit. edicto*, ne quid intentet, quod ignorat, & si præberet peccaret *Nauarr. loco proxime supra relato num.* 60. *Carrar. de Medico part.* 4 *num.* 55. *Thom. Act. de infirmitate part.* 2, *in proem. num.* 10. *quos refert Zacch. d. libr.* 6. *tit, primo quæst.* 7. *num.* 7. cum alijs relatis a *P. Theophilo Raynaudo in Tractat. de ortu infantium contra naturam cap.* 8. *num.* 2. quamuis ipse contrarium teneat in *num.* 3. cum alijs, quos allegat,

64 Quæ† sententia magis probabilior apparet, quia vsurpatio remedij dubij honestatur per aliquam probabilitatem boni euentus, semper enim, qui præbet medicamentum dubium habet aliquod motiuum, à quo illud præbere moueatur. nam aliàs si porsus spes acquirendæ sanitatis desperaretur nullo modo præstandum esset.

Et in arte medica canonizatum illud est, Anceps remedium satius est experiri, quàm nullum *Zacchias d. quæst.* 7. *num.* 8. Quod

65 autem dicitur, non licere Medico vti remedijs nouis, & in expertis. locum habet

quan-

quando ad sunt medicamenta experta, & communi vsu recepta. *Innocen. in c. tua numer. 3. de homicidial. Zacch. quæ-*
66 *stion. 7. numer. 7.* Item, quòd † sit diligens circa curam infirmi, *Tristan. in d. tractat. de Cleric. Medic. §. 28. fol. 125. vers. ex quibus omnibus*, quia aliàs si ægrotis aliquid damni euenit præsumitur euenisse culpa, & negligentia ipsius Medici, quæ negligentia in pluribus potest consistere, sed præcipue in uisitatione ægrotantium, vt E, G. si seriùs visitet infirmos, quàm oporteat, & elapsum fuerit tempus opportunum applicandi remedia, quæ si debito tempore non præstentur potius nocent, quàm prosint, *Ouid. lib. 1. de remed. Amor.*

Temporibus medicina valet data tempore prosunt.

Et data non apto tempore vina nocent.

Ideoque medicamenta, nulla interposita mora, adaptanda sunt, vt dicit idem Ouidius *libr. primo de remed. amoris in ijs versibus*,

Principijs obsta, serò Medicina paratur
Cum mala per longas conualuere moras
Sed propera, nec te venturas differ. in horas.
Qui non est hodie cras minus aptus erit.

Item si non docuerit infirmũ de ijs, quæ contraria erant ægritudini suæ *l. si merces §. qui columnam ff. locati*, vbi dicitur, culpam abesse si omnia facta sunt, quæ diligentissimus quisque obseruaturus fuisset *Zacch. locis proxime supra citatis Gail. pratic. obseruation. libr. 2. obseruation. 111. num. 25.* His ergo concurrentibus, & alijs, quæ adducemus infra in limitationibus, medicus dicitur in culpa mortis defuncti, & ideo non consequitur Salarium, sed imò grauiter venit puniendus tamquàm homicidij patrator.

67 Limitatur † Quarto, quòd non debeatur medico illud Salarium, de quo, durante morbo, cum infirmo conuenit, quia interdictum est medicis pendente infirmitate inire pactum cum ægrotis super mercede *l. Medicus ff. de var. & extraordinar. cognit. vbi notant Bar & Alberic. l. Archiatri* ibi; non ea, quæ periclitantes pro salute promittunt &c. *C de professor. & medic. lib 10. Alciat. in l. sanum num. 4. & seq. C. de Transact. & in parergon Iur. lib. 2. cap 39 Cagnol. in l. 1. num. 191. C. de rescind. vendit. Ant. Burgen. in c. cum causa num. 52. de empt. & vendit. Abb. in c. quia plerique num. 34. de Immunit. Eccles. Pinell. ad. l. 1. C. de rescind. vendit. par. 2. cap. 2. num. 33. Bursatt. cons. 72. sub num. 11. in fine lib. 1. Magon. decis. Florent. 11. num 10. Ant. Tass. de Error. notar. cap. 59. num. 3.* Et admittunt Medici, vt videre est apud *Roderic. à Castr. de Medic. politic. lib. 3. cap. 21. Septal. lib. 1. caut. num. 21. Zacut. in Praxi histor in introit. præcept. 5.* Et quamuis habeant in præceptis ab Hypocrate, quod incipere debeant à mercede, *vt in lib. 3. præception. num. 3.* Tamen illius præceptum intelli-
68 gunt, † locum habere quando Medicus conducitur ab aliqua Communitate, cum qua de annua mercede pacisci non est vetitum, *Zacut. in citat. prax. dicto præcept. 5. Zacch. dicta quæst. 8. num. 7. in fine.* Ratio autem, propter quam est interdictum Medidicis pacisci de mercede tempore infirmi-
69 tatis ea est, † quia, vrgente morbo, infirmi pro sanitate habenda bona omnia promitterent iuxta illud dictum

Medicis in morbis totus promittitur orbis.

Verùm infirmitate cessante, nec minimum quid vellent Medicis elargiri.

Mox fugit à mente Medicus morbo recedente.

70 Vnde circumfertur prouerbium, quòd † Medicus triplicem habeat faciem; hominis scilicèt cum inter sanos versatur, Angeli si infirmum adit, & Demonis demum quando ægrotum iam restitutum visitat, *Caroc. de locat. & conduct. par. 2. tit. de Medic. quæst. 4. sub. num. 5. in fine Vrsill. ad Afflict. decis. 123. Thom. Act. de infirmitat par. 1. cap. 49. num 12.*

71 Limitatur. Quinto, non † deberi Salarium Medico, qui personalitèr non seruiat. Etenim non est ei permissum seruire per substitutum, cum in eius conductione dicatur electa industria certæ personæ, *Butrigar. quæst. 5. num. 14. Speculat. in tit. de Iudic. delegat. §. excipi potest n. 16. Carrar. in d. tract. par. 3.*
72 *n. 21.* Et † in casu, quo ipsi à conductoribus, vel loci consuetudine permitteretur quòd suo muneri per substitutũ satis faceret, necesse haberet pro cõsecutione mercedis substituere æquè idoneum, vt prosequitur, *Carrar. n. 31. & seq.* & latè in terminis Magistri diximus supra in *qu. præcedenti n. 26. & seq.*

73 Limitatur † Sexto, quòd Medici non possint mercedem aliquam prætendere pro curando infirmo, qui iam mercedem soluit, & deindè reincidit in idem morbum, quia non dicitur sanatus is, qui incontinenti à morbo reaggreditur, *Bar. in l. maritus ff. locat. Speculat. in tit. de Salar. §. fin. Castren. in l. quitertiana ff. de edilit. edict. Fælin. in c. præsbiterum de homicid. Brixien. quæst 73. num. 4. Pil. Medicen. quæst. 12. in fine Marf. conf. 7. col. 2. vers. cum ergo in casu lib. 1. Tiraquell. in l. si numquam verb. susceperit liberos num. 180. C. de reuocan. donat. Petr. Roiz, decis. Lusitan. 3. num. 85.*

74 Quando † autem dicatur infirmitas superuenire incontinenti, vel in ex interuallo remittitur arbitrio Iudicis, qui adhibere debebit peritorum relationes, *l. 1. ff de Iure deliberan. l. si ita quis §. seia ff. de verb. obligat. Borgnin. decisio. 18. num. 4. par. 2.* Etiu

75 † dubio iudicandum esset, morbum non habere originem à prima causa, itaut Medicis Salarium esset persoluendum, *Alex. cons. 127. vol. 4. Codronch. vbi supra cap. 31.*

76 Limitatur † Septimo, non posse Medicos stipendia accipere, vltra summam à consuetudine, vel locorum statutis taxatam, *Archidiac. in c. non est 1. quæst 1. Nauarr. in manual. cap. 25. num 64. Hostien. in summa tit. de pæn §. quamuis Caroc. loc. citat quæst. 11. num. 4. Carrar. de medic. par. 3. num. 202. in fine Act. de Infirmit. par. 1. cap. 49. num. 25. Zacch. vbi supra num 7.*

77 Et † iam accepta retinere nō posse tuta cōscientia, sed omnino ad restitutionem obligatos esse. *Codronch. vbi supra cap. 28. Vr-*

78 *sill. ad Afflict. decis. 223.* Taxa † autem in Vrbe talis est, vt ęgri minus diuites non nisi ternos denarios in singulos dies soluere cogi possint, mediocritèr autem diuites non vltrà sex denarios in dies singulos; Ditiores vero non nisi numum aureum, vt cautum, habetur, *in Statut. Medicor. cap. 61.*

79 Limitatur † Octauo, non deberi Salarium Medico, qui quæstus gratia, aut aliā ab causam morbum protrhait, ac eius curam moratur, vel opportuna, ac necessaria auxilia prætermittit, aut ipsum morbum auget, seu efficit, vt qui iam conualescebat denuò in eamdem infirmitatem relabatur, *Nauarr. in Manual. d. cap. 25. num. 91. Archiepiscop. Florent. par. 3. tit. 7. de furt. Francisc. Marc. decis. 646. Carrar. de medic. par. 2. num. 69.*

80 Limitatur † Nono, non esse soluendum Salarium Medicis à Publico conductis si eueniat, quòd excommunicentur, Imò, excommunicatione durante si aliquid acceperint erunt cogendi, ad restitutionem, *Glos. in c. cum hic de Iudic. Franch. in c. decernimus de senten. excommunicat. in 6. Carrar. de medic. par. 3. num. 106. & seq.*

81 Tandèm † limitatur, quòd Infirmi non teneantur soluere Salarium Medicis, qui fuerunt à Publico conducti pro certa mercede, *Rip. in tract. de peste par. vlt. partic. 2 à num. 112. & seqq. Nauarr. in Manual cap. 25. num. 64. Missinger. singular. obseruat. 75. Carrar d. tractat. part. 2. numer. 114.* Nam cum Ciues contribuant collectis pro Salario ipsorum Medicorum persoluendo impositis, bis soluerent semel debitum, quod Lex non permittit, *l. bona fides ff. de regul. Iur. c. bona fides eodem tit. in 6.* Quod

82 adeo verum est, vt † nec etiam à sponte dantibus possint recipere, *Felin. in c. tua nos circa finem de homicid. Lap. allegat. 36. num. 2. Act. de Infirmit. par. 1. cap. 49. num. 19. Carrar. in d. tract num. 93. par. 2.* Dum-

83 modo † is, qui spontè dare vellet, esset infirmus, nam à sanis benè possent oblata recipere. *vt in sepe alleg. l. Archiatr. Hostien Card. & Alb. in c. 1; de postulat. prælat. Angel Ioan. Plat. & Luc. de Penn. in d. l. Archiatri Io. de Anan. in c. tua nos de homicid. Rip. in tract. de peste par. vlt. num. 192.* Si-

84 cuti † etiam possent recipere ab Aduenis, *Carrar. in sepe allegat. tractat. de medic. par.*

85 *2. sub num. 142.* Et à Prælatis, & clericis, vt prosequitur Idem, *Carrar. in eodem tra-*

86 *ctat. par. 3. num. 223. & seq.* Nec non etiā ab omnibus indistinctè quotiescumque ageretur de morbis insolitis, vt puta peste, vel alio simili morbo, vt diximus supra num. 361. quia medici à publico conducti non tenentur ad pestilentes, & ad alios casus insolitos vt firmat idem, *Carrar. par. 3. num. 61. & seqq.*

Mere-

Meretricibus An, & quandò sit soluendum Salarium.

QVAESTIO LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Meretricibus soluenda est merces, eisque datur actio pro ea consequenda.*
2 *Fornicatio est probibita de Iure Diuino.*
3 *Meretrix est Domina sui corporis, & illud vendere potest.*
4 *Membrorum suorum nemo est dominus, Declara vt num. 5.*
6 *Corporis proprij vsus quilibet est dominus, & potest illud pro mercede locare.*
7 *Locatio ad actum illicitum est nulla, & licet vtrique contrahenti à contractu recedere, non tamen operatur, quòd non sit soluenda merces conuenta locatori, qui iam suas operas præstauit.*
8 *Meretrices possunt petere, & consequi mercedem promissam post commissum peccatum, non autem ante.*
9 *Glosa in l.2.C. de condit. ob turp. caus. declaratur.*
10 *Restituere tenetur is, qui accepit aliquid pro faciendo id, quod tenebatur facere de præcepto, & iustitia.*
11 *L. vnic. S. fin. ff. de Action & obligat. declaratur.*
12 *Honestè quædam accipiuntur, quæ tamen inhonestè petuntur.*
13 *Simoniacè acceptum retineri non potest sed omnino venit restituendum.*
14 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
15 *Meretricibus soluenda venit merces etiamsi non fuerit promissa.*
16 *Meretrix dicitur à merendo.*
17 *Meretrix non præsumitur velle gratis sui corporis vsum præstare.*
18 *Meretrix, quæ occultè sui corporis copiam facit mercedem habere debet, & num. 20.*
19 *Cin. in l.2. C. de condit. ob turp. caus. reprobatur.*
21 *Merces promissa virgini, seu coniugatæ, vt copiam sui corporis faciat, soluenda venit.*
22 *L. Lucius ff. de Iure fisci disponens, ea quæ ex scelere acquiruntur esse fisco applicanda quando procedat.*
23 *Meretrices in Vrbe permittuntur ad euitanda peiora mala.*
24 *Solon primus fuit, qui meretrices instituit in Ciuitatibus.*
25 *Meretrices consequi non debent id, quod fraudibus sibi promitti fecerunt, & si iam extorserint tenentur ad restitutionem.*
26 *Mulier afferendo se esse virginem, vel non fuisse cognitam nisi a principibus, vt maiorem mercedem consequatur, si quæ asserit vera non sunt tenetur restituere ea, quæ contemplatione huiusmodi assertionum soluta fuere, non tamen ea, quæ ratione mercedis soluenda erant.*
27 *Meretrix non tenetur restituere ea, quæ blanditijs extorsit.*
28 *Meretrix recipiens prætium excessiuum, & vltrà competentem mercedem tenetur ad restitutionem, Declara, vt num. 30.*
29 *Merces competens, & debita meretrici quænam dicatur.*
31 *Error potius, & fatuitas censenda est, quàm donatio.*
32 *Meretrix non potest recipere mercedem ab ijs, qui alienandi potestatem non habent, & si quid recipiat tenetur ad restitutionem.*
33 *Filijfamilias non possunt aliquid meretricibus dare, Amplia vt num. 36.*
34 *Minores non tenentur Meretricibus mercedem soluere, Amplia vt num. 36.*
35 *Pecunia venit appellatione rerum, quæ vsu consumuntur.*
37 *Concessio generalis non comprehendit ea quæ in specie quis non fuisset concessurus.*
38 *Religiosi non possunt aliquid meritricibus dare, & si dederint poterit repeti per Monasterium, Amplia, vt num. 39.*
40 *Monacus acquirit omnia Monasterio.*
41 *Prælatus non potest concedere licentiam Monacho, quòd possit expendere in vsus inhonestos.*
42 *Religiosus licèt prælatus habens facultatem disponendi de bonis Monasterij, non potest aliquid meretricibus dare.*
43 *Clericus non potest aliquid meretricibus dare.*

44 *Dona-*

44 *Donatio facta à clerico meritrici, seu concubina non valet, Amplia vt num. 45.*
46 *Clericus non dicitur solutus, & accedens ad meretricem dicitur committere adulterium spirituale, & sacrilegium.*
47 *Clericus ob fornicationem ammittit beneficium.*
48 *Donatio facta à Clerico meretrici contemplatione seruitiorum non turpiter præstitorum valet.*
49 *Merita regulariter probari solent per assertionem donantis, Declara, vt num. 50.*
51 *Donatio vt dicatur remuneratoria debent probari merita in specie.*
52 *Donatio vt remuneratoria dicatur non debet excedere merita.*
53 *Milites non debent aliquid meritricibus dare, & si quid dederint repeti poterit, Declara vt num. 57.*
54 *Meretricium fraudes referuntur.*
55 *Milites, qui assumpserunt militiam solùm propter dignitatem, & vacant otio, non prohibentur donare meritricibus, Declara vt num. 56.*
58 *Donatio facta à Doctoribus meritrici non valet, Declara vt num. 59.*
60 *Fornicarius An in conscientia teneatur soluere mercedem meritricibus?*

Theologi, Canonistæ, & Ciuilistæ, apud quos valde est controuersa hæc quæstio vno ore, firmant soluen-
1 dam † esse mercedem Meretricibus, illisque dari actionem pro ea consequenda, vt ex Theologis voluerunt, *Caietan. secunda secundæ quæst. 32. art. 7 post D. Thom. ibi & relatos per Couarru. in relect. c. peccatum §. 2. per tot. de regul. in 6. Nauarr. in Manual. cap. 17. num. 30. & seqq. Molin. de Iust. & Iure tractat. 1. quæst. 4 per tot.* Et ex Canonistis *Abb. in c. quia plerique, num. 14 de Immunit. Eccles. Ioann. Lup. in repetit. c. per vestras de donat. inter vir. & vxor. §. 40.* Et ex Ciuilistis firmarunt *Bart. & Alexandr. in l. 2. §. sed quod Meretrici ff. de condict. ob turp. caus. Dyn. & Salicet. in l. 2. C. eodem tit. Rip. in l. si plagij col. penult. num. 22. ff. de verbor. obligat. Caual. commun. opin. quæst. 587. num. 5.* & hanc esse veram, & communem opinionem, testatur *Caroc. in tract. de locat. & conduct. part. prima tit. de condict. ob causam siue de Donat. remunerat. quæstion. 10. num. 94.* Itaut possint de ipsa mercede, licèt turpiter acquisita ad sui libitum in vita disponere, ac etiã in morte, soluta tamẽ elemosina decimæ partis illius substantiæ, & in Vrbe, soluta quinta parte Conuertitis iuxtà bullas summorum Pontificum Leonis X. & Clementis Septimi, de quibus *Rot. in Rom. seu florentina Hæreditatis prima Iulij 1592. coram Cardinali Blanchetto & coram Seraphino decis. 999.*

Et ratio, in qua citati DD. suam fundant opinionem consistit in eo, quòd, et-
2 si † fornicatio sit Iure diuino prohibita *c.*
3 *Meretrices 32. quæst. 4.* ipsa † tamen Meretrix Domina est sui corporis, & materia vendibilis est, nec ipsa venditio actus venerei ex se ipsa illicita censetur, quia licèt actus fornicationis in se illicitus sit, non tamen eius venditio est prohibita, nec illicita ratione materiæ, Etenim dare Mulieri aliquam pecuniam pro actu venereo postquàm ille fuit secutus malum non est, sed actus Iustitiæ à nullo vitio imperatus, quia dantur pecuniæ, non quidèm proptèr rei deformitatem, & offensionem Dei, sed proptèr delectationem, quàm habet adiunctam, ita à *Couarru* non tàm doctrina, quàm verbis mutuatis explicat, *Nicol. Ant. Gizzarel. in decis. Neapolit 54. num. 4. & 5. & dicit D. Thom. secunda secundæ quæst. 62. art. 5. ad secundum Rot. Bononien decis. 41. num. 6. inter recollect per Fundat. & Cips.*

Neque obstat, quòd contra hanc ra-
4 tionem obijci potest, scilicèt, quòd nemo sit Dominus mẽbrorum suorum, præsertim ad vsum illicitum *c. contingit de sent. excommun. cat. l. liber homo ff. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus ff. eod. Fa. in c. ex rescripto num. 7. de Iureiuran. Fr. Michael Salon. in Comm. ad D. Thom secunda secundæ quæstion. 2. art. 2 conclus. 2.* cum igitur Meretrix Domina non sit suorum membrorum, dicendum videtur, non posse illa vendere
5 ad vsum illicitum. Nam respondetur † neminem esse dominum membrorum suorum quoad se mutilandum, vel occidendum, vt in *l. 1 ff. de ijs, qui sibi mortem inferunt,*
6 est tamen † quis dominus vsus proprij corporis, & potest suas operas pro mercede locare *l. 4 §. sed & quod Meretrici ff. de condit. ob caus.* Verum si dicantur, tunc

esse

esse licitam locationem operarum, quando locatio est ad actum licitum, secus vero, quando est ad actum illicitum, prout in casu nostro, In promptu est replicatio, Sci-
7 licèt † quòd actus illicitus non alium operetur effectum, nisi, quòd illa locatio sit nulla, & non possit cogi locator conuentioni stare, & liceat conductori à pacto, & à promissione recedere *l. generaliter & l. si stipul. ff. de verbor. oblig. §. quod turpiter instit. de inutil. stipulat. c. vltim de pactis reg. in malis de reg. Iur. in 6 c. in malis 32. q 4.* Non autē operatur, nō esse soluendā mercedem conuentam locatori, qui iam
8 suas operas præstauit, prout † sic procedit in Meretrice, quæ poterit petere mercedem promissam post commissumpeccatum, non autem ante, licèt antiquitus soluerent Iuuenes mercedem in ipso ingressu domus meretricis, vt colligitur ex Petron. ibi: *Pro cella Meretrix axem exegerat* & ex *Iuuenal. sat. 6.*

Excepit blanda intrantes, atque æra poposcit.

Ratio autem, propter quam soluendum sit Salarium Meretrici pro turpitudine iam commissa, ipsique ad illud consequendum detur actio, vt in *l. 4. § sed quod Meretrici ff. de condit. ob turp. caus.* non autem illi concedatur ad hoc, vt possit cogere aliquem, qui cum illa pactum iniuisset pro turpitudine patranda, vt pactum adimpleat, ea est, quia in primo casu cogitur fornicarius ad rem iustam, & licitam, prout est soluere prætium debitum ex turpitudine cum meretrice peracta, in secundo vero casu cogeretur peccare, quod nullum ius, nullaque æquitas patitur, *Molin. de Iust & Iure tom. primo tractat 2. disputat 94.*
9 *col. 345. sub littera C.* Et † cum hac distinctione saluari potest opinio *glos. in l. 2. C. de condit. ob turp. caus. & in l. 3. & 4. §. sed, & quod meretrici ff. de cond. ob turp caus.* vbi dicit, non dari actionem ad petendum, sed tantummodo exceptionem ad retinendum, & defendendum, quod datum est nè possit repeti, Cuius *gloss.* opinio multos habet sequaces, & præsertim *Bald. Angel. Ias. in d. §. sed & quod Meretrici For'un. Garz. in repetit. l. Iurisgentium §. si ob maleficium ff. de pact. cum alijs relatis per Gizzarel. d. decis. 54. in princip.*

Et quamuis contra allatam distinctionem videatur facere doctrina *Nauarri,* qui in suo Manuali *cap. 17. num. 41.* asserit, mortalitèr illos peccare, qui post delictum patratum mercedem promissam petunt, quia per talem petitionem videntur approbare peccatum, quòd antè fecerunt, Attamen satisdoctè, optimisque rationibus, & argumentis reprobatur hæc opinio Nauarri per *Molin. in d. tractat. de Iust. & Iure d. disputat. 94. colum. 344. sub littera C. & D.* Quis enim non videt, ait ipse *Molin.* necessarium non esse complacere in opere præterito, ex eo, quòd quis petat, & accipiat prætium sibi promissum, ac debitum? Poterit namquè dolere tàm de opere præterito, quàm quòd prætio fuerit adductus ad id patrandum, Deumque offendendum, firmitèrque statuere, se nolle infuturum talia, quæ ad Dei offensam tendunt committere, & tamen poterit accipere mercedem sibi promissam absque eo, quòd per talem acceptionem ratificet, & approbet actum, pro quo mercedem accipit *Lessius de Iust. & iur lib. 2. cap 14. dubitat. 8. vers. respondeo accipere prætium.*

10 Secundò nec obstat si dicatur, quòd accipiens aliquid pro faciendo eo, quod facere debebat de præcepto, & Iustitia, teneatur ad restitutionem, Ergo multo magis accipiens aliquid pro faciendo eo, quod Diuina præcepta fieri negant, Parata enim adest responsio, nam licèt concedatur, quèm non posse retinere acceptum pro faciendo id, quod facere tenebatur de Iustitia, sed teneri ad restitutionem; Non tamen valet consequentia exindè sumpta, quia in casu, quo quis mercedem accipit pro faciendo id, quod facere non tenebatur potest aliquid considerari, pro quo prætium possit esse debitum, & licèt non sit debitum ratione peccati, potest tamen esse debitum ratione materiæ, vt iam supra diximus, in casu vero, in quo quis mercedem recipit pro id faciendo, quod facere tenebatur nihil est, pro quo prætium possit esse debitum, & propterea ad restitutionem tenetur, *Molin. d. disputat. 94. col 349. littera B. ad primum.*

Tertio, nec obstat si afferatur in contra-
11 rium † *l. fin. §. vltimo ff de action. & oblig.* quia dicta lex loquitur quando mulier promittit viro, quæ quidem ex sua promissione non potest conueniri, quia ex parte recipien-

cipientis seu stipulantis versatur turpitudo *Bart. in l. affectionis post princip. vers. non obstat. ff. de donat. ita Abb. in c. quia plerique num. 14. de Immunitat. Eccles.* & dicitur magis turpis promissio quando mulier promittit viro ex causa libidinis, quàm si vir promittat mulieri, maior enim honestas in muliere quàm in viro requiritur.

12 Nec obstat Quarto si dicatur, quòd † quædam honestè accipiantur, quæ tamen honestè non petuntur, vt per *gloss. in l. 2. §. proinde ff. de var & extraordinar. cognit.* Sicque, licèt Meretrix honestè accipiat si quid fuerit datum, non tamen honestè petat, prout suadere videtur *dicta l. 4. §. sed, & quod Meretrici,* dum in ea tantummodo dicitur, Meretricem non turpitèr accipere, non autem non turpitèr petere. Hæc enim ratio non concludit in nostro casu, nam ex allata conclusione non sequitur, hunc esse casum, in quo honestè peti non possit, & quamuis in *d. l. 4.* dicatur tantummodo, quòd non turpitèr accipiat per hoc non excluditur, quòd non possit licite petere, ita *Cyn. in d. l. 2. num. 5. & ibidem Salycet. nu. 4 ff. de var. & extraordin. cognit.*

13 Quinto non obstat si dicatur, † non posse retineri id, quod simoniacè fuit acceptum sed statim esse restituendum, *c. de hoc de Simon. Barth. Medin. l. 2. summæ cap. 14. §. 21. Ioan. Medin. quæst. 4. de vsur. restitut. §. ideo videtur Less. de Iust. & Iur. lib. 2. cap. 35. dubitat. 28. vers. Altera Sententia est,* Ergo pari ratione, quod in turpem causam fuerit promissum, vel datum non poterit, nec accipi, nec peti, & iam acceptum erit restituendum. Concesso namque antecedenti, quòd res spiritualis pro quà simoniacè aliquid accipitur non sit vendibilis, quæ enim gratis accepimus, gratis reddere debemus, Negatur tamen consequens, quia res turpes, pro quibus prætium iustè accipitur, sunt ex se vendibiles.

Tandèm non obstat obiectum. Aliquæ personæ ex promissione facta Meretrici non obligantur soluere, vt videre est in *l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. & not. in d. l. affectionis ff. de donat.* Ergo non sustinetur promissio facta Meretrici, facile enim

14 obiectum cessat, quia, si † tantummodo in aliquibus specialibus personis verificatur dispositio legis, quæ vult, dictas personas non obligari ex promissione facta Meretrici, ergo aliud à Iure communi in alijs personis dispositum intelligitur *l. prima in fin. ff ad municip. & l. prima in fin. ff. de constit. Princip.* & vulgatum est axioma; quòd exceptio firmet regulam in non exceptis, *l. nam quod liquide §. fin. ff. de pen. leg.*

Omnibus ergo cessantibus obiectis firma remanet opinio, Meretricibus non dari tantummodo exceptionem ad retinendum, & defendendum, quòd datum est ne possit repeti, verum etiam dari actionem ad consequendum in Iudicio id, quod fuerit promissum, quā opinionē vltrà suprà relatos sequuntur *Lessius de Iust. & Iure libr. 2. cap 14. dubit. 8. sub num. 5. Ricc. in praxi for Ecclesiast resolut 139. num. 5.* & ita fuisse iudicatum in Sacr. Reg. consilio Neapolitano in quadam causa Hippolitæ de Leo, quæ conuenerat in Magna Curia vicariæ quosdam Nobiles, & vnum ex eis ex sedili ipsius Ciuitatis Primarium ad soluendam pensionem domus per ipsos solui promissam testatur *Gizzarell. in d. decis. 54 num. 2.*

15 Imò † etiam si Meretrix, nulla promissa mercede, per fornicatorem sui corporis copiam fecerit, attamen cogeretur fornicarius mercedem Meretricibus dari solitam soluere, & ratio est, quia, cum solitum sit dari talibus mulieribus merces, vt habetur *Ezechiel. cap. 16.* ibi: omnibus meretricibus dantur mercedes, &c. Et inferius factumque est in te contra consuetudinem mulierum in formicationibus tuis, & post te non erit fornicatio in eo enim, quod dedisti mercedes non accepisti factum est in te contrarium, &c. & nomen ipsum indi-

16 cat, dicitur † enim meretrix à merendo, quod est stipendia facere, idest pro mercede militare *Archidiac in c. viduæ 34. distinct. Rip. in c primo num 96. de Iud. Petr. Gregor. in sintag. Iuris libr. 10 cap. 2. numer. primo Farinac. de delict carn. quæst. 136. cap. 3. num. 80. Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 539. num. 5. Barbos in collect. DD. ad c. inter opera num. 8. de sponsalib & matrimon.*

17 præsumendum † non est, illam gratis, sed pro consueta mercede sui corporis vsum præstasse *Couarru. locis supra relatis sub n. 4. vers. Quamobrem existimo, Molin. paritèr*

locis

locis supra citatis §. *Tertia conclusio vers. imò si nullo constituto prætio Gratian. discept. fo-*
18 *rens. cap.* 2 18. *num.*6. vbi: quòd † hoc procedat non solùm in Meretrice publica, verum etiam in ea, quæ occultè sui corporis copiam facit *Couarru. in regul. peccatum part.* 2. §. 2. *num.*3. *vers. ex his plane deducitur Molin. de Iust. & Iure d. disputat.* 94.
19 *col.* 347. *sub littera* B. Et † licèt *Cyn. in l.* 2, *C. de condit. ob turp. caus.* faciat differentiam inter Meretricem, quæ publicè suum corpus cuique petenti exhibet, & illam, quæ occultè plures ad suos amplexus admittit, & Primæ, scilicèt Meretrici publicæ vult dari actionem ad petendam mercedem debitam, vt videre est *num.*5. Secundæ verò, scilicet Meretrici priuatæ, non solùm denegat actionem ad petendum, verum etiam exceptionem ad retinendum quid quid datum fuerit, vt videre est *num.* 3. quam opinionem sequuntur etiam *Angel. in l* 2. *C de condit. ob turp. causam Lupus in rubric. de donat. inter virum, & vxor.* §. 41. *Abb. in d. c. quia plerique de Immunit Ecclesiar.* Hęc tamen distinctio communitèr reprobatur à DD. supra relatis, & precipuè à *Couarru. sub d. num.* 3. cum sit improba-
20 bilis, nam † illa, quæ occultè peccat, & copiam sui facit magis iustè quam publica potest recipere, pluris enim æstimanda venit propter maiorem honestatem *Sot. de Iust. & Iur. lib.* 4. *quæst* 7. *art. primo Molin. eodem tractat. locis supra relatis*, & quia nulla lex positiua ipsam incapacem reddit, quin possit mercedem recipere, ideo standum est Iuri naturali, quo iure actio, & locatio operarum consistit in prætio estimabili, itaut, qui promittit fęminæ, ratione huius turpitudinis teneatur in foro conscientiæ adimplere, cum parum referat, an vendatur publicè, vel secretè dum non ob publicum officium permittatur venditio, sed ratione materiæ, vnde tam in publica, quàm in priuata muliere fornicante, idem disponendum venit *Caroc. de locat. & conduct. part. prima tit. de conduct. ob causam*
21 *num.* 98. & † Amplia, quòd idem quoque dicendum sit de prætio promisso virgini, seu coniugatæ, vt copiam sui corporis faciat *Couarru. vbi supra num* 3. *in fin. Addit. ad summ. Siluestri in v. Meretrix. Nauarr. in manual. cap.* 17. *sub num* 4 *vers.*
22 *quarto infertur*, Neque † obstat *tex. in l. Lucius ff. de Iur. fisci* in qua videtur fundata *Cyni*, & sequacium opinio, vbi disponitur, ea, quæ scelestè acquisita sunt fisco esse applicanda, siue apud possidentem reperiantur, siue apud quemcumque alium, vt notatur ibi *per Bartol.* Predicta namque legis dispositio locum sibi vindicat quando scelus erat à lege punibile, prout tale non est illud meretricis, cum imò à lege permittatur, neque mercedem accipere pro tali scelere prohibeatur, sed imò concedatur, prout videre est in *d. l.*4. § *sed, & quod Meretrici ff. de condict. ob turp. caus. l. si cum dies* §. *sed & si ff. de recept. arbitr. gloss. in l. Ancillarum ff. de pætition. heredit.* imò Ius Pontificium inhonesta hæc permittere affirmant *Præpos. in c. priuilegia* §. *officium distinct.* 3. *Chassan. in Catalog. glor. mundi part. vult. consider.* 77. & colligitur ex *c. inter*
23 *corporalia de sponsal.* Ratio autem quia † Meretrices in Vrbe, cæterisque in locis permittantur, est proptèr euitanda peiora mala, nempè nefandum sodomiæ peccatum, & Adulteria Quare D. *August. in libr.* 13 *de Ciuitat. Dei* sic ait: hoc fecit Meretrix in mundo, quod sentina in mari, vel cloaca in palatio tolle cloacam, & replebis fætore palatium, similitèr de sentina, tolle Meretricem de Mundo, & replebis eum sodomia, & in *libr. de ordine cap.*4. *ita scribit* Aufer meretrices à rebus humanis auferas, & turbaueris omnia libidinibus, & *D. Thom. in secunda secundæ quæst.* 96. *& in* 4. *Sentent. distinct.* 33. *quæst. prima art.* 3,
24 Vndè mirari non debemus si. Solon † vnus ex septem sapientibus, Meretrices, quæ alioquin non tam respectu rei, & personæ, sed etiam respectu animæ maximè damna in vrbe afferunt, Diaboli enim officio funguntur, & continuò artibus, & fraudibus sollicitant viros, adeo vt in peccatum miserrimè laberè faciant, attamen primus fuit, qui illas in vrbibus publicè instituit, cum ex duobus malis minus veniat eligendum *c. duo & c. nerui decima tertia distinct.* Existimauit enim adolescentes Meretricibus adeo contentos fore, vt se à pudicis & honestis mulieribus sollicitandis abstinerent, ita refert *Philemon. in Delphis* sequentibus carminibus,

Solon in omnes reperisti tu viros
Nam te ferunt vidisse primum hoc commodũ

O Iuppiter rem qua salus est maxima
Mihi quod est dixisse certè aptum Se n.
Vrbem Iunioribus videnti plenam, vbi.
Necesse Natura peragi sit munera.
Peccare rebus in quibus non conuenit
Tu Faminas emptas locis in pluribus.
Viris locauisti paratas omnibus
Stetere nudæ, ne capiare vide omnia.
Nos estui compos bene, Iamque habens habes
Aperta qui sit ianua
Vnus obulus iamque insilias vllus nec est.
Accisinus, aut nugæ, vel ipsa subtrahit.
Se sed statim quouis, & ipsa vult modo.
Mox exeunti aliena luctibus refert?

quæ carmina refert *Atheneus in cen. sapien. lib. 13. cap. 9.*

Supra firmata conclusio, quòd meretrici debeatur de Iure Salarium plures recipit declarationes, & limitationes: Erit igitur

25 Primo loco limitanda, quòd non procedat quando meretrix. aliquid sibi promitti, vel dari fecerit fraudibus, & falsis assertionibus, tali namque casu, non solùm non daretur actio ad consequendum id, quod fuerit promissum, imò denegaretur exceptio si iam promissum fuisset solutum, & Meretrix omninò ad restitutionem teneretur *Molin d. disput. 94 col 347. sub litt D. v. si fornicariæ fraude Couarr. vbi supra sub num. 2. Caroc. locis supra relatis num. 95. in fin. d. cap. 17. num. 11. vers. septimo insertur*

26 vbi ponit exemplum, si mulier ob maiorem pecuniarum summam extorquendam asseruisset, se esse virginem, aut non fuisse cognitam, nisi à tali, & tali Principibus, quæ assertiones si non essent veræ; fornicarius non teneretur soluere id, quod prædictis causis impulsus soluere promisit, & si iam soluisset posset ab ipsa Meretrice repetere, quæ Meretrix tanquam alii fraudatores ad restitutionem eius cogeretur, quòd superfluè per falsas assertiones, & fraudes à fornicario extorsisset, non tamen teneretur restituere id, quod ratione mercedis

27 soluendum fuisset, & † id, quod blanditijs, & lænocinijs extorsisset, cum spontè, & voluntariè dicatur collatum, & in consequentiam restitutioni non obnoxium vt in c. ostensum est 12. quæst 6.

28 Limitatur † secundò dicta conclusio quando prætium datum vel receptum esset excessiuum, nam tunc quidquid vltra debitam, & competentem mercedem Meretrix accepisset, teneretur ad restitutionem *Caroc. de locat. & conduct. d. tit. de condict. ob caus. siue de mercede remunerat. num. 100. Henric. in c. peruenit de adulterijs Couarr. vbi supra num. 2. in fin vers. assertio autem, Gizzarel dicta decision. 54. numer. 17.* debi-

29 ta † autem, & competens merces, diceretur illa, quæ arbitrio Iudicis fuisset determinata, nisi statutum, vel vsus loci talibus mulieribus aliquam certam summam pro eorum mercede taxauisset, *Menoch. de arbitrar. Iud. casu 223. in fin. Capic. decis. 27. num 10. Rebuff. de priuileg. Scholar. priu. 12 num. 11. Rot. decis. 3 4 n. 2. par. 1 in Recent* & nos latius diximus supra in *quæstione nona.*

30 Intelligas † tamen hanc limitationem non procedere, quando constaret, fornicarium dedisse illam summam excessiuam, non, vt solueret Meretrici mercedem debitam, sed, vt illi donaret, *Gizzarel. vbi supra sub d. num. 17. vers. nisi constet* Quod au-

31 tem † donare voluerit nunquam præsumeretur, sed potius, quod dedisset errore, & fatuitate ductus *Rot. decis 69. num 4. par. 7 in Rec.* maxime quando fuisset datum turpi personæ, qualis est Meretrix, *Riminal. Iun. cons. 274. num 55. Becc. cons. 90. n. 18. Oldouin cons. 53. Cardinal Mantic. de Tacit & ambig. conuent. lib. 13. tit. 5. num. 8. in princip.* ideoque si Meretrix diceret, dantem voluisse donare, non autem prætium soluere, teneretur concludentissimè probare.

Tertio Limitanda erit conclusio, quòd

32 † non procedat quando fornicarius non haberet potestatem dandi, quia tunc, non solùm, non possent meretrices pætere id, quod à tali persona fuisset promissum, verũ etiam tenerentur ad restitutionem illius, quod fuisset datum, *Caroc. d. n. 100. Cou. sub d. num. 2. vers. nisi constet Molin. d. disp. 94. col. 347. sub littera C vers. si fornicarij, summa Siluestrin. Angelic. & Armilla in verbo Meretrix.*

Inter personas autem, quæ dandi facultatem non habent, sunt, primo loco connumerandi, filij familias *l. filius familias ff. de donat Caroc.* post alios per eum allegatos *d. numer. 100. Syluestr. in v. Donatio,*

33 ideoque † filijfamilias non tenentur soluere mercedem meretrici, & ratio est euidens, nam si illis prohibitum est aliquid pro quacumque causa donare, seu quoquomodo alie-

alienare tanto magis illis debebit esse prohibitum pro causa illicita, nempe pro Meretricio *Syluestr. in v. Donatio 1. sub nu. 10.*
34 *vers. secundo non potest*, Minores quoque erunt à solutione mercedis Meretrici debitæ immunes, prout vltra DD. omnes supra relatos affirmant *Vesq. illustr. controuers. lib. 1 cap 48. num. 12. & 13. Aaden. ad decis. Bononiæ 41. in princip. inter recollect. per Fundat. & Gips.* vtpote personæ, quæ alienandi facultatem non habent *l. 2, ff. de ijs qui ven. ætat. impetr. l. lex quæ tutores C. de administrat. tut.* & quamuis *d.d. ll.* disponant, Minores non posse alienare immobilia, quæ seruando seruari possunt, non autem prohibeant, minores posse alienare pecuniam,
35 quæ licèt seruari possit, attamen † venit inter res, quæ vsu consumuntur *l. 3. §. quæsitum & ibi gloss. ff. ad Trebellian. §. constituitur Instit. de Vsufruct. Bald. in l. si curatorem num. 5. ff. de in integ. restit. minor*: Hoc tamen non facit, quòd minor dicatur non habere facultatem alienandi, ad hoc, vt teneatur Meretricibus mercedem
36 soluere, Imò † etiamsi, tam Minores, quàm filijfamilias haberent facultatem alienandi, nempè primi à Iudice, secundi vero à parentibus, & quamuis facultas esset generalis, attamen in hoc casu non dicerentur habere facultatem, quia facultas non intelligeretur data ad eum finem, tanquàm iniquum, nam certum est quòd si talis casus alienationis fuisset specialitèr propositus, nequaquam fuisset in illo casu data fa-
37 cultas alienandi, in † generali enim concessione non veniunt ea, quæ quis non esset in specie verisimilitèr concessurus *reg. in generali de reg. Iur. in 6 l. qui peculij ff. de pecul.*

Et hæc, quæ dicimus de minore, & filio-
38 familias † locum sibi vindicant etiam in Religioso, qui æquiparatur filiofamilias, ideoque non potest aliquid Meretrici dare, & si datum fuerit, erit omninò restituendum Monasterio, nisi tamen ipsum Monasterium id ex rationabili causa condonaret, vt puta, nè Religiosum infamaret, seu ad
39 euitandum scandalum, Idque procedit etiamsi id, quod Religiosus dedit Meretrici fuisset pèr ipsum Religiosum acquisitum, quià attamèn de illo non potest disponere
40 maximè ad vsus inhonestos, quidquid † enim acquirit Monachus, acquirit Monasterio *c. exit. §. porro de verbor. significat.* & etiamsi haberet à suo superiore facultatem alienandi aliqua, prout diximus supra, dicta facultas non extenderetur ad vsus illicitos, & quamuis etiam specialitèr in facultate fuisset expressum, vt Religiosus posset expendere pecunias in ludis, luxibus, & similibus, attamèn in his casibus Religiosus non diceretur habere facultatem, nam
41 † Prælatus non potest concedere licentiam Monacho, vt possit expendere pecunias in vsus inhonestos, & si concedat talem licentiam, peccat mortalitèr non tam ipse Prælatus, sed ipse Monachus qui dicta licentia vtitur, *Emanuel Roderic. Quæst. canonic. & regular. tom. 3. quæstion. 29. art. 2.* Idem
42 † quoque erit dicendum si superior ipse Religiosus aliquid Meretrici ob fornicationem persoluat, nam licèt habeat facultatem disponendi de bonis religionis, cui præest, attamèn nullam dicitur habere facultatem ob turpem finem, ideoque si aliquid dederit poterit à Religione repeti, non secus ac si quilibet alius priuatus Religiosus qui nullam facultatem haberet, dedisset, *Molin. de Iust. & Iure tom. 1. tract. 2. disput. 94. col. 347. sub littera D. vers. Quoniam neque de bonis.*

Venit Quarto loco limitanda conclusio.
43 quòd † locum non habeat in Clerico, qui non potest aliquid Meretricibus dare *c. donare 86. distinct. Roder. in praxi crimin reg. tit. 4. de visitat. num. 54.* & si aliquid ab eo
44 datum fuerit repeti poterit, donatio † enim facta à Clerico meretrici, seu concubinæ non valet *l. 2. C. de donat. inter vir. & uxor l. affectionis ff. de donat. Ceuall. commun. opinion. quæst. 388. num. 7. Mozz. de contract. tit. de donation. in rubric. de person. inter quos cadere potest donatio numer. 23.* etiam-
45 si † fieret alicui coniunctæ personæ ipsius Meretricis, vt puta parentibus filijs, fratribus sororibus, & similibus, nam censeretur donatum contemplatione ipsius Meretricis & ad fraudandam legem, *Bald. in l. cum oportet num. 4. C. de bon. quæ liber. Menoch. cons. 161. n. 33. & de præs. lib. 3. præs. 28. num. primo & 9. cum sequen. Alexandr. consil. 8. num. 10. libr. 7. Rimin. Iun. cons. 31. nu 100 Imol. in l. si filiusfamilias la 2. num. 2. ff de donat. caus. mort.* Ratio autem, propter quam prohibentur Clerici donare Meretricibus,
45 est, quia † talis coitus est omni Iure prohi-

 bitus,

bitus, neque permittitur Clerico, sine pœna, prout alijs permitti suprà diximus, Clericus enim non est solutus sed ligatus Ecclesiæ *c. inter corporalia de translat. Prælat.* Ideoque accedens ad mulierem dicitur committere adulterium spirituale, & sacrilegium, & sicut mulier ob adulterium
46 amittit dotem, ita & † clericus amittit beneficium *gloss. in c. virginibus 27. quæst. prima Abb. in c. vt clericorum in fin. de vit. & honest. Cleric. gloss. in l. 2. v. filii C. de Episcop. & Cler. c. sicut. & c. si autem de cohabit Cleric. & mulier.*

Et hoc procedit absque difficultate, nisi
47 † tamen donatio facta fuerit contemplatione seruitiorum per Meretricem ipsi clerico non turpitèr præstitorum, vt puta, si concubina extrà concubinatum domestica negotia ipsius clerici gesserit, tunc namque donatio omninò valebit, nec poterit reuocari *Ricc. decis. Neapolit. libr. 4. decision. 73. num. 10. Afflict. decis. 102. Dec. consil. 132. Tiraquell. in l. si vnquam v. donatione largitus C. de reuocan. donat. Gamma decis. Lusitan. 106. & 126. Thesaur. decis. 111* Ad hoc autem, vt donatio dicatur facta ob benemerita, debent merita probari,
49 Ad † quorum probationem licèt soleat sufficere assertio donantis *Clar. libr. 4. §. Donatio quæst. 3. Dec. in l. si donatione numer. 24. C. de donat. caus. mort. Francisc. Ben. cons. 20. num. 20. Mascard. de probat.*
50 *conclus. 149. num. 3.* Attamèn † hæc sola assertio donantis non valet, cum simus in casu, in quo regularitèr inter ipsum clericum, & concubinam est de Iure prohibita donatio, ideoque si merita non probentur donatio dicitur nulla. In prohibitis enim non creditur assertioni etiam speciali donantis *Menoch. de arbitrar. libr. 2. cent. 2. cas. 134. num. primo Dec. cons. 366. num. 12. Paris. cons. 73. num. 63. cum seq. volum. 1. Mascard. de probat. d. conclus. 149. num. 4. Tiraquell. in d l. si vnquam. v. donatione largitus num. 89. C de reuocan. donat.* Et eo ipso, quòd merita, quorum contemplatione asseritur fieri donationem non appareāt, remanet donatio pura, quæ, vt diximus, est à
51 Iure prohibita: Requiritur † insupèr ad hoc, vt talis donatio dicatur remuneratoria, merita fuisse probata in specie, non autem in genere, & duplex assignari potest ratio, ob quā non diceretur remuneratoria donatio nisi probarentur merita in specie, & Prima est, quia generalis probatio esset dubia, & obscura *l. prætor edixit in princip ff. de minor. l. ita fidei ff. de iure fisci* Dubia autem, & obscura probatio nihil releuat *l. vbi autem §. qui illud ff. de verbor. obligat. l. cum incertis ff. de legat. primo, & l. vltima C. de annal. except.* Secunda ratio
52 esse potest, quia, cum † donatio non debeat excedere merita, ad hoc, vt dicatur remuneratoria, & si merita excedat ille excessus, substineatur tamquam donatio pura, *Mantic. de tacit. & ambiguis conuent. lib. 3. tit. 15. num. 28. Rot. decis. 200. num. 12. part. 5. in Recent. & coram Cardinali Seraphino decis. 416. num. 20. & 28.* Si merita non probarentur in specie sed in genere, sequeretur, quòd cognosci non posset, an illa donatio excederet merita, vel non, cum illa generalitas posset verificari in quolibet vel minimo beneficio.

Recipit quintam limitationem prædicta
53 conclusio in militibus, † qui non tenentur aliquid meretricibus dare. Ne ij forte libidini dediti viribus eneruentur, *Tiraquell. de Nobilit cap. 23. n. 21. & de leg. connub. l. 15. num. 17.* & si aliquid dederint poterit repeti *Anchar. cons. 248. Vrsil. ad Afflict. decis. 102. num. 5. gloss. & DD. in l. Miles ita heredem §. Mulier. ff. de test. milit. Syluester in v. Donatio 2. num. 10.* & habetur in *l. 2. C. de Donat. inter vir & vxor.* vbi ab Imperatore affertur ratio, propter quam non vult aliquid a militibus meretricibus donari posse in ijs verbis: Nam milites meos à focarijs suis fictis adulationibus spoliari
54 nolo, &c. Meretrices † namquè nihil aliud agunt, aut curant, quàm ab amante omnia, quæ possunt auferre, & tandiu amare simulant quandiu, quod rapiant vident, & vbi defuerint munera, & meretricius amor deficiet, iuxta illud.

Thaida si quis amat sua non se credat amari,

Thais amore carens munus amantis amat

Quantæ autem, & quales sint meretricium fictæ adulationes liceat hic mihi breuiter demonstrare verbis Salomonis Prouerb cap. 7. ibi: Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio præparata ad capiendas animas garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc

iuxtà

iuxtà angulos insidiens, apprehensumque deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur dicens, victimas pro salute voui hodie reddidi vota mea, idcirco egressa sum in occursum tuum desiderans te videre, & reperi, Intexui funibus lectulum meum stratui tapetibus pictis ex Egipto aspersi cubile meum mirra, & aloe, & cinamomo, veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus donec illucescat dies, non est enim vir in domo sua abijt via longissima sacculum pecuniæ secū tulit, in die plenæ lunæ reuersurus est in domum suam. Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditijs labiorum protraxit illum, statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam & quasi agnus lasciuiéns, & ignorans, quòd advincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius &c.

His ōnibus fraudibus, alijsque Imperator,
55 prædicta lege, occurrere voluit. Cuius † tamen dispositio sciendum, quòd procedat in ijs tantummodo militibus, qui sunt stipendiati, & continuò parati sunt ad bellum, non in illis, qui militiam tanquam dignitatem semel assumpserunt vacantes otio, & non negocijs militaribus secundùm *Dec. in rubr. C. de testam. milit. post Bald. cons. 457. lib. 5. Alexand. in l. centurio num. 20. ff. de vulgar. & pupill. subst. in col. 14. vers. secundo iuxta expositionem limita prædictam*
56 nisi † aliqui essent milites, qui quanquam non vacent armis, nec in Castris existant, parati tamen sunt ad defensionem Reipublicæ, & sui Regis.
57 Similitèr † non haberet locum prædictæ *l. 2.* dispositio quando miles donasset meretrici pro seruitijs sibi ab ea impensis, tunc namque, concurrentibus requisitis, quæ esse necessaria ad effectum, vt donatio dicatur remuneratoria, diximus supra in limitatione præcedenti, donatio valeret, nec posset reuocari *Pala. in repetit rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 39. n. 13. Ricciut in coll. decis. part. 4. collect. 791.*
58 Extenditur † quoque dispositio *d. l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor.* ad Doctores, ne in vilipendium dignitatis Doctoratus ad inopiam inducantur *Ias. in l. miles num. 15. ff. de re iudic. Alexand. in l. centurio num. 6. in fin. ff. vulg. & pupillar. Alciat. de præsumpt regul. 3. præsumpt. 26. num. 3. Rolan. a valle cons. 11. num. 20. libr. 2. cum alijs relatis per Benium de priuil. I. C. part. 3. priuil. 94.*
59 *num. 2.* cum † declaratione tamen supra adducta, nempe, quòd non habeat locum dispositio *d. l.* in donatione remuneratoria, vt per *Ancharan. Tiraq. Rolan* & alios, quos longa serie refert, *Ben. in d. priuileg. 94. sub d. numer. 2. vers. quod tamen non admittunt.*
60 Tandèm † notare non omittam, quòd non desint Doctores docentes, quòd habens rem cum meretrice non teneatur ei in conscientia soluere solitam mercedem, siue eam promiserit, siue non, vt videre est apud *Durand. in 3. distinct. 34. quest. 4. Medin. Cod. de restitut. quest. 20. Paul Comitul. in respons. moral. lib. 3. quest. 3. & Valer. in different. vtriusque for. v promissio differt. 8. cum alijs relatis per R. P. Anton. n Dian. resolut. moral. part. 2. tractat. 16. resolut. 40.* vbi firmat, quòd tam affirmatiua, quàm negatiua sententia sit probabilis, & propterea, quòd non sit neganda per confessarium absolutio ei, qui rem habuerit cum Meretrice, & recuset soluere mercedem consuetam, & promissam.

Et hæc satis sint dicta de Meretricium Salarijs.

Militibus quandò debeantur stipendia.

QVAESTIO LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Militibus stipendia debentur.*
2 *Militare suis stipendijs nemo tenetur.*
3 *Milites possunt in bello iustè deprædari quando ipsis debita stipendia non soluuntur.*
4 *Furtum commissum ob famis necessitatem excusatur etiam in foro poli.*
6 *Milites debent esse contenti suis stipendijs.*
6 *Milites deputati ad custodiam alicuius possunt vltra stipendia recipere alimenta à custodito.*
7 *Milites non stipendiati non gaudent militum priuilegijs nec militis nomen merentur,* Contrarium *num. 14.*
8 *Milites Auuenturerij non gaudent priuilegijs militum,* Contrarium *num. 14.*
6 *Miles verbum originem traxit à militia*

id

id est duritia, quam pro nobis milites sustinent.

10 *Miles dicitur à numero mille, quia de mille vnus strenuus eligebatur.*

11 *Stipendia militi dantur ne dum sumptus quærit prædo grassetur.*

12 *Vita est inæstimabilis.*

13 *Stipendia militi non dantur in remunerationem, sed loco alimentorum.*

15 *Milites Auuenturerij, reputantur optimi Commilitones.*

16 *Militibus stipendia debentur non solùm pro tempore, quo militant in castris, sed etiam pro illo, quo sunt in expeditione, & itinere.*

17 *Militibus stipendia debentur tempore infirmitatis.*

18 *Militi absenti cum licentia superioris stipendia debentur.*

19 *Miles absens cum licentia non habet stipendia si tempore præfixo non redeat, Declara vt num. 20.*

21 *Impedimenta iusta non tollunt actionem Salarij.*

22 *Miles, qui gratis à principio militiæ nomen dedit, non potest stipendia prætendere.*

23 *Miles non potest stipendia petere si à principio pro stipendio elegit prædas per ipsum in statu inimico faciendas.*

24 *Milites stipendia non recipiunt à Republica in maxima necessitate constituta, Declara vt num. 25.*

26 *Patriæ viuere debemus.*

27 *Vitam propriam pro patria erogare debemus.*

28 *Patriã præferre debemus proprijs parẽtibus*

29 *Charitatis ordo est primo erga Deum secundo erga patriam, & tertio erga parentes.*

30 *Patriam deserens impius dicitur, Declara vt num. 31.*

32 *Miles damnatus ad catenam non habet stipendia pro tempore, quo in catena detinetur.*

33 *Crispol. cas. militar. 28. reprobatur.*

34 *Miles vt stipendia consequatur debet militare nec sufficit quod adsit in castris, Declara, vt num. 35.*

36 *Miles deserens castra grauissimis pænis punitur.*

37 *Miles deserens castra priuatur stipendijs, Declara vt num. 38.*

39 *Miles non potest castra deserere licèt princeps debitis temporibus stipendia non soluat, Amplia vt num. 40.*

41 *Milites stipendijs priuantur si alieno principi obsequia præstet absque proprij principis licentia.*

42 *Furtum est crimen famosum.*

43 *Miles damnatus de furto efficitur infamis.*

44 *Miles damnatus de furto ammittit ipso iure officia, & honores.*

45 *Miles damnatus de furto priuatur stipendijs.*

46 *Miles damnatus de furto si gratiam obtineat stipendia non recuperat quia gratia restringitur ad remissionem pænæ. Declara, vt num. 47.*

48 *Miles captus ab hostibus stipendia non consequitur pro tempore captiuitatis, Contrarium num. 49. sed verior. prima opinio vt num. seqq.*

50 *l. desertorem §. sed si ex improuiso, & l. omnes ff. de re milit declarantur.*

51 *Emeritum est præmium, quod datur militibus post expletum tempus militiæ.*

52 *Miles captus ab hostibus ex improuiso lucratur stipendia pro tempore captiuitatis, Contrarium num. seqq.*

53 *Lex. vbi non distinguit neque nos distinguere debemus.*

54 *Militibus captis ab hostibus non soluuntur stipendia pro tempore captiuitatis de consuetudine.*

55 *Stipendia militibus ab hoste captis si deberentur durante tempore captiuitatis nimis grauaretur Respublica.*

1 DEbentur † Militibus stipendia *l. 1. C. de erogat. milit. ann. libr. 10. l. 1. C. de classib. libr. 11. Ias. in l. diuortio §. vltimo ff. solut. matrimon. Munnoz. de Ratiocin. cap. 25. vers. contraria tamen sub*
2 *num.* 5. cum nemo † suis expensis militare teneatur *c. cum ex officijs de præscription. c. præcariè il primo* 10. *quæst.* 2. *c. charitate* 12. *quæst.* 2. *Cacheran. decis.* 45. *sub num.* 7
3 In † tantum, quòd si eis debita stipendia non soluantur licitum sit in bello iusto pro necessario victu deprędari, *Fælin. in c. querelam de Iureiuran. Angel. in l. 2. ff. ad leg. Rod. de iact. Ferrett. in tractat. de Milit. Instit. num.* 158. *Surd. de aliment. tit. 1.*

tit. primo quæst. 76. num. 11 Sebast. Sap ad Abb in c. cum omnes de Decim. nu. 5. in verb. communia littera F. Leoncill. de priuileg. pauper. part. 2. priuileg. 170. num 21. & pri-
4 *uileg. 255. num. 1.* Ob † famis namque necessitatem excusatur quis à furto etiam in foro poli *c. fraternitas 12. quæst. 2 c. discipulos de consecra. dist 5. c. fin. 25. quæst. 1. c. si quis propter necessitatem de furt. Archidiacon. in c. pænale 14. quæst 5. D. Thom. secunda secundæ quæst. 66. art. 7. Nauarr. in manual. cap. 17. num. 118. Surd de Aliment.*
5 *tit 1. quæst 76. num. 11.* At † si iusta stipendia à Dominis milites receperint non poterunt aliquid vltra accipere, sed illis debebunt contenti remanere *c. militare 23. quæst. 1. & habetur Luc. capit 3.* Excepto
6 † casu, quòd deputarentur ad custodiam alicuius, quia tunc, vltra stipendia consequi poterunt alimenta à custodito *l. finali vbi Ioan de Plat C. de erogat. milit. anno. Bar. in l. sanctum ff. de rer. diuis. Surd. de alim. tit. 1 quæst. 76. num. 9.*

7 Verum † stipendia non sunt adeo de essentia, vt militis nomen non mereantur, nec priuilegijs militibus concessis gaudeant illi, qui non sunt stipendiati, & in matricula descripti non reperiuntur, vt voluerunt, *Rip. in l. centurio num 11. vers. quarto dubitatur ff. de vulgar. & pupill. Ant. Merend. controuers. r. Iur. libr. 6. cap 8. nu. 10.*
6 vbi, quòd † Milites Auuenturerij dicti non sint participes immunitatum, & priuilegiorum militibus concessorum quia sub militis, appellatione illi tantùm compræhendantur, qui pro stipendio militant, cum à merendo miles dicatur &c. Non enim à
9 merẽdo verbũ † miles originẽ traxit, sed à malo quod arcent, vel pro nobis substinent, vt in *l. 1. § finali ff. de milit. test. gloss. in l. ab hostibus, & ibi DD. C. de postlim. reuers. Siluester in summa verb miles n. 1. Amad de Syndic. num. 37. Onnat. de Contract. tractat. 15. disputat. 45. num. 121. Ferrett. de disciplin. milit. titul. de armat. secul. milit num 22.*
10 Aut † à numero mille hominum *l. 1. §. vltimo ff. de testam. milit.* quia de mille vnus strenuus eligebatur vt per *Gloss. fin. & DD. in eadem l. 1.* & tradit *Amad. Iustin. in tractat. de Syndicat. in verb. magnificum & generosum militem num. 37. vers. miles dicitur Connan com. Iur. ciuil libr. 9. num. 1. Maiorag. libr. Miscell. 4. cap. 1. Manson. de*
11 *caus. executiu. limitat. 8. num. 1.* Et † dantur stipendia militi nè dum sumptus quærit prædo grassetur *c. militare 23. quæst. 1. Panuin. de Vist. part. 1. quæst 9. num. 36. Franc. Sorius de bell & eius Instit. num. 63. Tull. Crispol. cas. militar. 1. num. 12. Surd. de Aliment. tit. primo quæst. 76 numer. 2.*
12 Non † autem dantur ob remunerationem, nam cum in tali munere propria vita euidenti mortis periculo exponatur quis nam esset ille, qui miserabili pecuniarum summa vellet quasi vendere propriam vitam inestimabilem *l. ex hac ff. si quadrup. pau-*
13 *per. fecisse dicatur* Dicendum † est igitur, stipendia, quæ militibus dantur non in remunerationem, sed loco alimentorum succedere *Cryspold d cas. primo num. 13.* Ne-
14 que † esse de essentia ita, vt miles non stipendiatus, prout Auuenturerius gaudere non debeat priuilegijs militaribus; sed imo maioribus gratijs, & priuilegijs dignum esse illum, qui proprijs militat expensis sine incommodo, & sumptibus Principis quàm illum, qui stipendium quærit, non solùm habita ratione interesse, verum etiam qualitatis seruitij, quod Princeps recipit à mili-
15 tibus Auuenturerijs cum isti reputentur optimi fidelesque commilitones, vt in *l. 1. in princip. ff de milit. testam. Cryspolt cas. milit. 45. num. 18.* & cecinit noster *Tass. in lib. 3. stan. 37.*

Quel di Dudone Auuenturier drappello.
Fior degl' Heroi nerbo, e vigor del Campo.

Verum satis hæc dicta sint de militibus Auuenturerijs, qui cum nolint pro mercede sed proprijs expensis militare, importunè de illis agitur in hoc tractatu de mercede: Alijs ergo militibus, vt diximus omninò
16 solui debent stipendia †, & non solùm pro tempore, quo militant in Castris sed etiam pro tempore, quo sunt in expeditione, & in itinere, *gloss. in l exactorem §. diem ff. de re milit. & l. hac lege C. de proxim. sacr. scrin. libr. 12. per Bal. in l. si ea conditione C. de condit insert. Iul. Ferrett. in tractat. de disciplin. milit. tit. de militar. iust. num 114. Surd. de Aliment. tit. 1. quæst. 76. numer. 7.*
17 Nec † non tempore infirmitatis quia etiàm tunc dicuntur seruire *Abb. in c. 1. de cleric. ægrotan. & DD. in l. si hæres §. si iebus ff. de stat. liber. Bar. in l. si vno §. cum quidam ff. loc & in l. operæ ff. de vsufruct. Bal. in l. cum quidam C. de condit. insert. Ferrett. vbi supra*

*suprà num.*118. *Surd.loc. citat. num.*7. & 4.
18 Ac † etiam tempore absentiæ, si licentiam à superioribus obtinuerint *l. in sacris C. de proxim. sacr. scrin. libr.* 12. *Ferret. vbi supra num.* 114 & *Surd. num.* 6, *Ricc. in collectan. decis.* 179. *vers, & milites Gratian. decis Marchiæ* 200. *numer. primo*, & *seqq.*
19 dummodo † tempore statuto redeant ad castra, quia aliàs Salario priuarentur *l. hac lege C. de proxim. sacr. scrin. libr.* 12. *l. desertorem §. diem ff. de re milit. Io. Franc à Ponte in tractat. de potest. proreg. tit.* 10. §. 3. *numer.* 10. *Surd. cons* 42. *Marc. Anton. de Amat. decis.* 52. qui enim commeatus spatium excessit emansoris, vel desertoris loco habendus est *l. qui commeatus ff. de re militar.*
20 nisi † tamen aduenisset aliquis casus, qui reditui impedimentum præstitisset, vt puta infirmitatis, vel similis, ob quem Salarium non ammitterent, vt in *d. l. qui commeatus* & notant *Borgnin. decis.* 25. *part.* 2.
21 *Cap. dec* 125. nam † in similibus casibus impedimentum non tollit actionem Salarij *l. quicumque C. de diuers. offic. libr.* 12. *Cagnol. in l. diem functo num.* 9. *ff. de offic. Assessor. Surd. d, cons.* 42. *Valenz. cons.* 4.

Dantur tamen nonnulli casus, in quibus militibus stipendia soluenda non erunt, &
22 Primus est † quando milites à principio militiæ nomen dederunt promittendo principi. vel Reipublicæ suas operas gratuitas
23 vel † si conuenerunt cum Principe, quòd ipsis licitum sit sibi appropriare quid quid in statu inimico fuerint depredati, prout de tali conuentione meminit, *Nicol. Villan. in sua Floren. desens. can.* 2. *stan.* 87. *ibi.*

Seguita Radagaso al gran conquisto,
Ne vuol ch'altro stipendio esso li dia.
Se non quel che da lui rapito sia,

quo casu certum est, quod nullum Salarium esset persoluendum etiamsi nihil, fuissent deprædati, *Onnat. de contract. tom.* 2. *disp.* 46 *num* 133.
24 Secundus † casus, in quo militibus stipendia non debentur, est quando Respublica, seu Princeps reperiretur in maxima necessitate *Onnat. de Contract d. disput.* 46. *num.* 133. *Ferrett de Disciplin militar. tit. de Armat. secular. milit. num.* 35. Quotiescum-
25 que † tamen milites essent subditi, & ci-
26 ues, secus si non essent tales, quia Ad † solos ciues, & subditos spectat viuere patriæ ac propter patriam, vt ait *D. August de Ci-*
27 *uitat. Dei lib.* 18. & † pro ea non solùm bona sed propriam vitam erogare *Cic. li.* 2. *de*
28 *legib.* illamque † proprijs parentibus esse præferendam suadet, *Glos. in l. prima §. & generaliter ff. de ventr. in possess. mitten.* & *in l.* 1. §. *quamuis ff. de ventr. inspic. Ferrett. de Disciplin. militar. tit. de armat. secular. milit. num* 35. Vnde merito inquit *Cic. in* 1. *offic.* chari sunt amici chari sunt parentes, sed omnium charitatem vna patria amplexa
29 est, & † ordo charitatis est primo erga Deum secundo erga patriam, Tertiò erga parentes, vt notat *Luc. de Penna in l. in filijs in princip. C. de Decurion. libr.* 10. Et
30 † impius præsumitur is, qui patriam deserit *l.* 1. *C. si curial. relict. ciuitat. libr.* 10. *vbi Luc. de Penna* multa aduersus patriam deserentes scripsit, & *Idem in l* 3. *col,* 8. *vers.* 110 *præsumptio C de Apoch publ. libr.* 10. Quod
31 † tamen verum dicas quotiescumque legitima causa non vrgeat, Nam tunc is non modo non est damnãdus sed potius est laude dignissimus, vt egregiè scriptum reliquit *Plutarch. in libell. de exil.* Quocirca (ait ille) e sapientissimis, & prudentissimis viris paucissimos in sua ipsorum patria funeratos inuenies. Et tunc quoque, ut vbi idem subiungit, optimus quisque, & probatissimus peregrè viuit, non pulsus, sed spontè aliò transgressus, nec fugatus, sed fugiens ipse molestias, occupationes negocia, quæ patria adferre solet, olimque antiquis illis, vt videre est lucubrationes, quę pulcherrimæ extant, maximèque probantur, adiuuante exilio à musis peractæ, absolutæque sunt &c.
32 Tertius casus est quando † miles committit delictum, propter quod fuerit aliqua pęna damnatus, vt puta ad cateneam, si postea pęna fuerit condonata non erit soluendum illi Salarium pro eo tempore, quo fuit in catena *l. cum alegatis C, de re militar. lib.* 12. *Castren in l. ex causa n.* 15 *ff. eod. tit.*
33 Et † quamuis contrarium voluerit, *Tull. crispol. cas militar.* 18 *per tot* ea ratione, quia per talem penam miles non deleatur, è numero militum, & sit præsens in Castris, Non tamen indè sequitur, quòd debeat
33 consequi stipendia, quoniam † pro consequendis stipendijs non sufficit, quòd miles adsit in castris, sed debet militare *Adden. ad decis.* 576. *num* 114. *part.* 4 *tom.* 3 *recen.*
35 dummodo † non sit impeditus à causa iusta,

sta, qualis dici non potest retentio in catenis ob delictum patratum,& propterea nullatenus stipendia erunt persoluenda;ne premium à suo delicto consequatur, vt in *d. l. cum allegatis C. de re militar. lib 12. & l. milites agrum §. is etiam ibique glosa in v. quod ff. de re milit.* dicens, quòd non debeat esse premium vbi est pena per *l. siue hæreditaria ff. de negoc. gest.*

36 Quartus casus est quando † Miles absque licentia castra deseruit ob desertionem namque vltra alias plures pænas, quibus puniendus erit de,quibus *in l. fin C. de Desertor. lib. 11* vbi de pena capitis, & de aliis penis latè *Ferrett in d. tract. tit de militar. iust. & de pæn. desert. per tot* priuabi-
37 tur † etiam stipendijs, vt habetur in *l. desertorem* ibi: qui militiæ tempus in desertione impleuit emerito priuatur &c. *ff. de re milit. & in l. finali ff. eod. & l. cum allegatis C. eod. tit lib 12. Ferrett vbi supra num.* 121
38 Nisi † specialiter ei principis liberalitas illa indulserit, vt in *l. qui excubias ff. de re milit.* ibi, sed ex causa desertionis restitutus in militiam non alitèr medij temporis stipendia, & donaria accipit, nisi hoc ei specialitèr liberalitas Principis indulserit.

Et ad euadendam stipendiorum ammis-
39 sionem † non poterit pro legitima causa desertionis miles adducere, quòd ei suis temporibus stipendia non persoluerentur, vt reiectis ijs, quæ possent in contrarium adduci latè firmat, *Crispol. cas. milit. 1. per tot. post Tholos. in sintag. Iur vniu. de Repet.*
40 *lib. 11 cap. 4. num.* 8. Quod † verum est, etiamsi miles ob stipendia non soluta reperiretur in extrema necessitate, quia tali casu potius quàm castra deserere licitum erit necessaria accipere à subditis etiam inuitis, quæ tamen Princeps semper teneretur restituere,aut de redditibus publicis, aut de stipendijs,aut liberando in posterum subditos ab aliquo tributo *Dried. de libert. christian. libr. 2. cap. 6. Molin. de Contract disput* 116 *tract. 2 ver. miles relinquere Rouit super pragmat. 3. sub tit. de milit. num. 4. & seq. Ioan. de Grand. de bell. exul. in prædicamen. habit in vers. secundo quæro fol.* 113. *numer.* 3. *Surd. de Aliment. tit* 1. *quæst* 76. *num.* 11.

41 Quintus casus,in quo milites † stipendijs priuantur,est quando alieno Principi obsequia sine proprij principis licentia præstare audent, vt per *tex. in l. nemo miles C. de Re milit. lib 12. notat Capibl inc. singul.* 108. *post tract. de Iure Baron.*

Sextus casus est quando miles de furto damnatur, & ex gratia pæna deportationis fuit condonata, is namque cum per cri-
42 men famosum † quale est furtum *Giurb.*
43 *cons.* 44. *num.* 27. efficiatur † infamis *l. infa-*
44 *mis ff. de public. Iudic.* ammittit † ipso Iure officia & honores *l. 2 §. miles ff. de his, qui notan. infam Giurb. d. cons.* 44. *num.* 2. & 28. *Caball. resolut. criminal. cas.* 29 *nu.* 153
45 *cent.* 3. Ac † etiam stipendijs priuatur *l cum allegatis C. de re milit. libr.* 12. *& in l. penul. ff eod. Giurb. d. cons.* 44. *nu.* 33. *in fine Cri-*
46 *spol. cas. milit.* 21. *num.* 6. Nec † pro ipsorum stipendiorum consecutione suffragatur gratia obtenta,cum hæc restringatur ad remissionem penæ *Giurb d. cons.* 44. *num.* 57.
47 nisi † specialitèr per eam ad honores, & stipendiorum cosecutionem restituatur *d. l. qui excubias ff de re militar. Bardellon. consil.* 156. *num.* 57. *Crispol. d cas.* 21 *num* 11. *& seq.*

48 Vltimus casus erit quando † miles fuerit captus ab hostibus,non enim pro tempore, quo apud hostes captius permansit stipendia reuersus consequetur, *Ferret. de disciplin. milit. tit. de milit. iust. & de pæn. desert. numer.* 121. *Pascal. de patr. potest part.* 3. *cap.* 3. *num* 24 & cautum habetur in *l 1. C. de re milit libr.* 12. cuius legis verba cum nimis clarè loquantur dum dicit. Stipendia, & donatiua temporis, quo apud hostes fuisse tu dicis restitui tibi postliminio reuerso non iure desideras &c. Miror propterea, quòd
49 † contrarium ausi fuerint firmare, *Surd. de Aliment tit.* 1. *quæst.* 76. *num.* 5. *Capiblanc. in suis singular. post tractat. de Iure Baron. singul.* 106. *num.* 166. *Rebuff. in tract. de milit. priuileg. num.* 4. Et quamuis pro illorum
50 opinione facere videantur textus † in *l. desertorem §. sed si ex improuiso, & in l. omnes ff. de re militar.* per quas cauetur, militem veteranum reuersum ab hostibus consequi debere emeritum, Attamen prædictæ Leges non disponunt, quod consequi debeat stipendia,est enim quid diuersum stipendium ab emerito,quia stipendium ob annuam menstruam, vel diurnam mercedem
51 soluitur emeritum † vero datur post tempus militiæ expletum, vt colligitur ex verbis *d. l. desertorem ff. de re milit.* ibi. Et si ex-

pleto tempore militiæ redeat vt veteranus restituetur, & emerita accipiet &c. & notant *Spiegel. in lexicon. Iur. verb. emerita Adden. ad decis. 376. n. 117. par. 4. tom. 3. in recentior.*

52 Neque† saluari potest opinio Doctorum, qui contra prædictam Legem primam sententiam habent, dicendo quod *d. l. 1.* procedat in milite sua leuitate, aut culpa capto, cui postea reuerso denegatur stipendium pro tempore captiuitatis, secus quando absque culpa captus fuisset, vt distinguit *Glos. in ead. l. 1. approbata per Ioan. de Plat. ibidem & Seuerin. in l. diem functo in 34. quæst. & ibidem Cagnol. sub n. 170. ff. de offic.*

53 *Assessor.* Nam † distinctionem huiusmodi non facit *d. lex prima*, & propterea neque nos facere debemus *l. de pratio ff. de public.* Surd. *cons. 426. numer. 24. & seqq. libr. 3.* Rot. *decis. 572. num. 14. par. 4. tom. 3. recen.*

54 Et † certum est, quòd dispositio dictæ legis indistinctè à consuetudine seruatur, vt aduertit *Cagnol. in d. l. diem functo sub n. 170. vers. bene verum est ff. de offic. Assessor.* Et

55 optima quidèm ratione, quia † nimium grauaretur Respublica, vel Princeps propter multitudinem militum, vt optime aduertunt, *Ias. in eadem l. diem functo col. antepenult. & Curt. col. 8. & Cagnol. dicto num. 170.*

Notarijs An, & quando sit soluendum Salarium:

QVAESTIO LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Notarijs de Iure debetur Salarium.*

2 *Notarijs debetur Salarium tam in causis profanis, quàm ecclesiasticis.*

3 *Notarij, quibus a publico fuit Salarium constitutum, non possunt aliquid à litigantibus etiam sponte offerentibus accipere, Declara vt ibidem.*

4 *Notarij à publico non salariati recipiunt mercedem à litigantibus etiam non conuentam.*

5 *Notarijs debetur merces tam si causa fuerit per sententiam definita, quàm si per concordiam terminata:*

6 *Notario suspecto allegato debetur merces, deducta mercede pro labore alterius notarij eius loco deputati.*

7 *Notarius cõficiens exẽplũ instrumẽti rogati, vel regestrum actorum absque mandato partium non potest mercedem petere pro d. exemplatione, seu regestro, & num. 13.*

8 *Laborare quis non debet pro illo, qui eius laborem recusat.*

9 *Operæ non prius cedere incipiunt, quàm fuerint indictæ.*

10 *Notario duplex debetur merces, vna silicèt pro rogitu, altera pro exemplatione scripturæ, Declara vt num. 11.*

12 *Notarius potest cogere partes ad soluendũ ei mercedẽ pro rogitu instrumẽti intentando actionem locati, vel Iudicis officium implorando.*

14 *Notarij non debent mercedem recipere à miserabilibus personis, sed tenentur pro eis gratis laborare, Amplia vt num. seqq. Declara, vt num. 18.*

15 *Notarij non debent mercedem recipere à furiosis, & mentecaptis.*

16 *Notarij compelli possunt à Iudice ad præstandas gratis suas operas miserabilibus personis etiam sub pœna priuationis officij.*

17 *Notarij tenentur gratis laborare pro pauperibus etiamsi habeant officium titulo oneroso.*

19 *Notarij non possunt aliquam mercedem accipere pro scripturis, quas faciunt in collatione ordinum, Amplia procedere siue habeant Salarium à publico, siue non, vt num. 21. Contrarium de veriori nu. 22.*

20 *Gratuitum quando est principale omnia accessoria debent esse talia.*

23 *Notarij accipientes aliquid vltra id, quod eis accipi permittitur à S. Concilio pro litteris dimissorijs, committunt simoniam, nec excusantur propter contrarias taxas, vel consuetudines, Declara, vt num. 24.*

25 *Notarij non debent mercedem accipere pro confectione inuentarij bonorum Ecclesiæ, Declara vt num. 26.*

27 *Notarijs non debetur merces pro eorum actis à locis Pijs agentibus pro consequutione legatorum piorum, Declara, vt num. 26.*

28 *Notarij non debent aliquid vltra taxas à liti-*

litigantibus extorquere, Amplia vt n.29 & 30.

31 *Notarij non possunt mercedem taxatam pro instrumento publico accipere pro simplici copia.*

32 *Salarij quantitas Notarijs debita si non reperiatur taxata remittitur arbitrio Iudicis, Declara, vt num.33.*

34 *Notarii non possunt prætendere mercedem actorum, & expeditionum factarum à procuratoribus nisi ex propria promissione, & num.40. 41. & 47.*

35 *Libri detenti ex necessitate officij à personis auctoritate publica deputatis fidem merentur.*

36 *Libri expeditionum Notariorum A.C. probant solùm, quòd expeditiones fuerint factæ, & expeditæ, non autem, quòd fuerint per aliquem, ad quem non spectant petitæ, seu de eius ordine confectæ*

37 *Liber priuatus, & familiaris non probat pro scribente.*

38 *Notario asserenti se rogatum de commissione ad eius vtilitatem faciente non creditur.*

39 *Expeditiones præsumuntur factæ ad instantiam eius, ad quem negocium spectat, non autem procuratoris.*

42 *Notario pro consecutione suæ merendis competit officium Iudicis.*

43 *Officium Iudicis datur loco deficientis actionis & illius uim habet.*

44 *Officium Iudicis non conceditur notario pro mercede, nisi contra eos, ad quos pertinent expeditiones, & scripturæ.*

45 *Officium Iudicis, quod competit notario pro mercedis consecutione, est nobile, & nascitur ex quadam æquitate.*

46 *Consuetudo non probata non releuat.*

48 *Procurator præsumitur procuratorio nomine contraxisse super rebus ad Dominum pertinentibus.*

49 *Procurator non obligatur, sed solus Dominus quando ille, cum quo contraxit, sciebat mandatum extare.*

50 *Soluens partem debiti non proprij sibi non præiudicat, ita ut dicatur agnouisse debitum tamquam proprium:*

1 SAlarium † Notarijs est de Iure debitum, vt firmant *gloss. in l. argentarijs in princip. & ibidem Bar. ff. de eden. Dec. in l. prima nu.23. ff. eodem Idem Dec. in* Lanfranc. Zacchias de Salario.

2 *c. primo de probat.* tam † in causis prophanis quàm Ecclesiasticis, vt probatur ex communi vsu, & constare videtur ex Concilio Tridentino *sess.21. cap.1. de Reformat. vt notat. Onnat. de Contract. tract.23. de Simon disput.80. sect.3. num.134.* Eisque persol-

3 uitur vel à publico, vel à priuatis, &c. † si à publico fuerit constitutum, interdictum illis erit aliquid à litigantibus extorquere, etiam sponte offerentibus, *Felin. in c. tua nos circa med. de homicid. Ancharan. cons. 2. Tassaro. de error. notar cap. 8. Caroc. de locat. & conduct. part. prima tit. de fruct & lit. expens. quæst. 8 num. 4.* Nisi fortè emolumenta aliqua, quæ simul publica auctoritate expressa, vel tacita quasi in adiumentum, & complementum stipendij sint eis concessa, vt pro subscriptione, sigillo, aut re simili, *Moln. de Iust. & Iure tractat.2. disputat 83.* §. *quod autem*

4 Quando † vero à publico non reperitur constitutum poterunt Notarij petere à litigantibus, siue fuerit conuentum, siue non *Bal. in l. prima C. mandati Soccin. cons. 196. col. 2. libr. 2. Baet. de decim. tutor. cap. 2.*

5 *sub num.26.* Et tam si causa fuerit per sententiam definita, quàm si per concordiam terminata, præcipuè in locis in quibus Notarij habent officia titulo oneroso, prout in Vrbe, *Bal. in l. prima in quinta quæst. C. de suffrag. & in l. fin. C. de condit. ob caus. Ias. in* §. *tripli num.58 Inst. de Action. cum allijs, quos refert. & sequitur Carac.*

6 *d. quæst. 8. num. 14.* Ac † etiam in casu, quo ante finem causæ Notarius ab vna ex partibus litigantibus allegaretur suspectus, quia ob talem suspicionem mercedem ammittere non debebit, sed deducta quantitate debita pro laboribus Notarij electi in locum eius, qui fuit suspectus allegatus reliquum emolumenti notario suspecto erit persoluendum *Gonzal. ad regul 8. Cancell. glos. 9. in annotat.* §. *1. num.10. Gratian. disceptat. forens. cap.200. nu.59. Scannarol. de Visitat. Carcerat. lib.2. §. 9. in princip numer.9.* & id ipsum videtur disponere *Constitut. san. mem. Pauli V. super reformat. tribunal. Vrb.* §.19. dum dicit: Quando aliquis Notarius allegatur suspectus, & alius deputatur vna tantum merces consignanda alteri ex dictis Notarijs, cui de Iure persoluatur &c.

Dantur tamen nonnulli casus, in quibus

 non

non est licitum notarijs Salarium petere, &
7 Primus est † quando Notarius faceret ea, quæ à partibus non fuissent demandata, vt puta si conficeret regestrum actorum, vel leuaret instrumentum, de quo fuit rogatus à partibus minimè requisitus, merces ei persoluenda non esset, *Vestr. in praxi libr. 7 cap. primo num. 2. Ioan. de Platea in l. fin. sub num 4. vers. hanc tamen C. de princip. agen. in reb. libr. 12. Becc. cons. 27. num. 4. libr. primo Scannarol. de Visitat. carcerat. libr. 2. §. 2. cap. 17. numer. 13.* vbi quòd sic semper vidit obseruari in Vrbe, Et ita resoluit *Rot. in Romana Domuncularum siue Mercedis regestri 16. Nouembris 1622. coram*
8 *Vbaldo*, ea ratione quia † nemo debet pro alio laborare eo inuito, & nemo cogitur inuitus ratas habere operas argumento *l. inuito ff. de reg. iur. l. si Iudex C. de præd. Minor.* & facit optimè *tex. in l. si quis §. iudicium ff. de oper. libertor.* vbi habetur, quòd
9 † operæ non incipiant cedere nisi postquam fuerint indictæ.

Nec obstat *glos. in d. l. finali v. exemplaria C. de princip. agen. in reb. lib. 12.* conclu-
10 dens, quòd † Notario duplex debeatur merces, vna scilicèt pro prima scriptura instrumenti, altera pro illius exemplo, quam glosam sequuti fuerunt *Roman. in singular. 581. n. 2. Bar, Angel. Ias. & alij in d. l. argentarius ff. de eden. Cagnol. in l. si librarius numer. 11. ff. de regul. iur. Dec. in c. 1. de probat. & cons. 654. in princip. Duen. reg. 5. num. 3. Roman. cons 25. vers. vbi trabellio & sing. 575. vers. An tabellioni Becc. cons. 27. num. primo Surd cons. 66. numer. 1. Thesaur. quæst. 17. lib 2. Scannarol. de Visitat carcerat. libr. 2. §. 1. cap. 17. num 21.* Quia
11 opinio † glosæ, & aliorum Doctorum benè locum habet quotiescumque partes mandauerint Notario rogato, quòd instrumentum exemplaret, quo casu non est dubium, quin pro illo exemplo Salarium debeatur, etiamsi iam fuerit soluta merces pro rogitu instrumenti, Et ratio est euidens, quia Notarius duplicem laborem assumit; vnum nempè in rogitu, & alterum in exemplatione, ideoque duplex ei debetur Salarium ex regula textus *in §. illud vbi glos. in v. duplex. Auth. Vt Iudic. sine quo suffrag. & alijs relatis per Surd. cons. 66. in princip. libr. primo* At si pars rogauerit Notarium, vt instrumentum conficiat, non tamèn, quòd leuet illius exemplum, poterit qui-
12 dèm Notarius † cogere rogantem ad soluendam sibi mercedem pro rogitu ipsius instrumenti intentando actionem locati, vel Iudicis officium implorando, *Bar. in l. prima §. 1. ff. de var. & extraordinar. cognot. Speculat. in tit. de Salar. §. nunc de procuratorum Molphes. in commentar. ad consuetud. Neapolit. tom. 2. part. 10. quæst. 15. num. 3. Surd. d. cons. 66. num. 3. Rot. coram Buratt.*
13 *dec. 174, num. 8.* Non † tamen pro exemplo, nisi quandò fuerit à partibus petitum, vt bene respondet *Becc. d. cons. 27. & seqq. approbatus à Rota in d. Romana Domuncularum, siuè mercedis regestri*, Et ex hac quidèm distinctione cessat ratio fundamentalis Doctorum, qui voluerunt, posse Notarios compellere contrahentes ad leuandum instrumentum, de quo fuit rogatus, nè suus labor sit frustatorius, vt dicit, *Surd. d. cons. 66. sub num. 4. post Aret. in §. cum autem num. 5. Instit. de Adoption.* Non enim potest dici frustatorius labor dum pro rogitu mercedem accipere non est interdictum,
14 Secundus casus, in quo non † licet Notarijs mercedem petere, est quando suas operas impenderunt ad commodum miserabilium personarum, pro quibus tenentur gratis actitare, & scripturas conficere ad *tex. in l. prouidendum §. primo C. de postulan. & in l. tam dementis in fine iuncta glos. C. de Episcopal. audien. Roman. in repetit. l. si vero §. de viro limit. 25. ff. solut. matrim. Ias. in § tripli Instit. de Action. Falin. in c. si qui testium n. 10. de Test. Rip, in l. centurio num. 35. ff. de vulg. Foller. in praxi criminal. in secunda secundæ partis vers. recipiantur defensiones reorum num. 27. Benincas. de paupert. quæst. 7. spec. primo in Iudic. numer. 14. Gerard. singul. 73. Gigas de pension. quæst. 80. num. 4. Neuizan. cons. 44. num. 13. & in Silu. nupt. lib. 6. num. 31. Couarru. practicar. quæst. cap. 6. num. 4. Tiraquell. de Nobilitat. cap. 29. num. 41. Rolan. cons. 87. num. 31. & seq libr. 2. Rimin. Iun. cons. 329. num. 17. libr. 3. Caroc. de locat. part. prima quæst. 8. num. 12. Nauarr. in Manual. cap. 15. nu. 53 Scacc. de appellat. quæst. 15. num. 51. in fine Fr. Michael. Sal. ad D. Thom. secunda secundæ quæ 17. art. primo in fine conclus. vltim. Rot. decis. 2. de constitution. in antiq. & disponitur in Reformat Tribunal. Vrb. sanctæ mem Pauli Quinti tit. de Notar. Tribunal.*

Vrb.

Vrb.§.pauperibus: Quod procedit tã in notario publico instrumentante, quàm actitante *Neuizan. conf. 44. num. 13. Rolan: conf. 87. num. 35. libr. 2. Scannarol. de Visitat. Carcerator lib. 2. §. 2. cap. 11. num. 13.* Et sub nomine miserabilium personarum ad istum effectum comprahenduntur etiam furiosi,
15 & mentecapti à † quibus nec poterunt notarij aliquid pro mercede petere iuxta tex. in *l. tam dementis & ib' glos. in verb. prægrauetur in fine* ibi: Nihil dabit Tabellioni *C. de*
16 *Episcopal. audien.* Si † vero notarij pro huiusmodi personis recusarent suas operas præstare absque mercede possent ad id per Iudicem compelli, etiàm sub pena priuationis officij, *Annot. ad Stat. Parm. tit. de ration. summar redden. miserab. person. Nouar. in praxi priu. miserab. person. priuileg. 77. num. 4. Grauat. ad Vestr. in pract. libr. 4. cap. 4. de dol. & contumac. num. 35. Marchesan. de Commission. part. 2. tit. de Comm. auocat. causar. §. 2. num. 20. Neuizan. d.*
17 *conf. 44. num. 13.* Nec † eis suffragatur pro consequutione mercedis allegare quod habeant officium titulo oneroso, nam adhuc tenentur gratis pro pauperibus laborare, & scripturas conficere, vt post. *Fr. Mic. Sal. d. quæst. 17. art. primo in fine conclus. finali fol. 502. Scacc. in d. tractat. de appellat. d. quæst. 15. sub num. 51. vers. nec excusamini* Nec aliquid etiam à sponte dantibus poterunt recipere *Bar. post glos. in l. inuitus §. quod cuiquam ff. de re iudic. Ias. in l. 1. nu. 8. C. de legat. Caroc. d. quæst. 8. num. 26.* Dum
18 modo † tamen pauperes sint tales, vt non habeant vnde soluant præter id, quod pro substentatione exposcit natura, cui prius venit satisfaciendum *Feln. in c. primo de offic. Iudic. Tiraquell. de Nobilitat. cap. 49. num. 26. in fine Gig. ad Dec. in c. 1. num. 54. de probat Riminald. Iun. conf. 329. num. 23. libr. 3.*
19 Tertius † casus habetur in *c. primo de Simon. & in c. sicut. prima quæstion. 2.* vbi prohibitum reperitur Notarijs aliquid accipere pro scripturis, quas faciunt in collatione ordinum, ea ratione quia, sicut non decet Episcopum manum, quàm imponit vendere, ita minister, vel notarius non debet in ordinatione eius vocem suam, vel calamum venundare *Onnat de Contract. tract. 23. de Simon. disput. 81. sect. 3. numer. 132. part. 3.*
20 vbi enim † principale debet esse gratuitum omnia accessoria, & circumferentia debent esse talia, *Abb. in d. c primo de Simon.* Ex cuius textus dispositione
21 *glos.* ibi firmat omninò † interdictum esse Notarijs aliquid accipere pro litteris testimonialibus ordinum, siue ipsis soluatur Salarium à publico, vel Episcopo, siue non, Cuius glosæ opinionem sequuti fuerunt *Sot. de Iust. & Iure lib. 9. quæst 6. art. primo paulo ante solutionem ad primum, & Nauar. libr. 5. consil. tit. . de Simon. conf. 7. & 13. num 3.*
22 Verior † tamen, & magis communis opinio est, quòd liceat Notario mercedem recipere quandò nec à publico, neque ab Episcopo consequitur, vt voluerunt *Feln. in d. c primo de Simon. num. primo & ibidem Abb. num 3. Ant. num. 7. Hostien. & Innocen summ. Silaestr. v. simonia quæstion. 8. dist. 5. Tabien. quæst. 34. num. 35. Armill. num 31. Rosel in v. simonia 1. n. 24. Angel. v. Simonia 3. n 22. Soarez. de Relig. libr. 4. de Simon cap. 53. num. 6. & seq. Vgolin. de Simon. lib. 1. cap. 41. §. 4 Valer. Reginald. in praxi fori pænit. libr. 23. num 200 Prax. episcop. v. Dimissoriæ §. 7. fol. 112. Less. de Iust. & Iure libr . cap. 35. dub. 10.* Et hanc sententiam approbauit S. Concilium Tridentinum in *sess. 2 . cap primo de reformat.* dum disponit, quòd possint Notarij pro singulis dimissorijs, & testimonialibus litteris accipere decimam partem auri, & non amplius, dummodo Episcopo nullum indè emolumentum obueniat, & nullum Salarium fuerit eis pro officio exercendo constitutum, Quod si eis sit constitutum, aliquid accipiendo simoniam committunt, & in hoc casu locum sibi vindicat dispositio textus in *d. c. primo de Simon. & in c. sicut 1. quæst. 1. Onnat. de Contract. loc.*
23 *citat. num. 133.* Sicut paritèr simoniam committerent si plus acciperent, quàm per ipsum S. Concilium taxatur, Nec potest eis suffragari contraria taxa, vel consuetudo etiam immemorabilis, quia potius abusus, & corruptelas simoniaci prauitati fauentes nuncupandas esse statuit idem Concilium;
24 Benè † verum est, quòd non esset prohibitum Notarijs ea, quæ sponte ipsis offeruntur accipere postquam absolutum fuit ordinis ministerium & datæ fuerunt ordinato litteræ testimoniales, quià tali casu cessat

omnis

omnis indebitæ exactionis suspicio, cum nulla extet necessitas dandi; Ideoque talis receptio prohita non reperitur, immò expressè permittitur in *d. c. sicut episcopum prima quæst.* 2. & tenent *Turrecr. & Vgo & Archidiacon. & Barbos. num* 5. *Altamiran. in tractat. de Visitat, in v. Concil. Qualtercumque num*, 26. *Manuel.* 2. *tom.* 2. *summ. cap.* 58. *num.* 10 *Nauarr. summa cap* 23. *num.* 102. *vers.* 11. *Capua lib.* 1. *decis. cap* 95 *numer.* 59. *Matienz. in dialog. relatorum part.* 3. *capit.* 25. *numer.* 5. *Barbos. de officior. & potestat. Episcop. allegation* . 7. *num.* 26.

25 Dispositum † pariter est in *c. charitatem* 12. *quæst.* 2. quòd quotiescumque faciendum est inuentarium de bonis Ecclesiæ non liceat Notarijs aliquid percipere pro huiusmodi confectione, vt videre est in ijs verbis, Nec (sicut antea fieri dicebatur) species quædam, aut aliud quodlibet de rebus Ecclesiæ quasi pro faciendi inuentarij

26 labore tollatur &c. Cuius tamen † textus dispositio locum sibi vindicat quando Notarius habet Salarium à Publico, secùs vero si non habet, vt declarat ibi *Glos. in verb. faciendi per tex. in c. militare in fine* 23. *quæst.* 1.

27 Et cum eadem declaratione intelligenda erit conclusio, quòd non sit soluendum Salarium aliquod Notarijs pro eorum actis à Locis Pijs agentibus pro consequutione legatorum piorum, quam firmant *Rouit. ad pragmatic. Regni pragmatic* 4 *numer. primo & Io. Baptista Thoro in summa priuilegior. piar. causar. priuileg.* 595. *per tex. in Auth. hoc ius porrectum, & ibi glos. in v. estis C. de Sacrosanct. Eccles*

28 Denique abstinebunt † le Notarij ab extorsione maioris summæ, quàm fuerit in ta-

29 xis præscripta, nam † adeò est ipsis prohibitum, vt nec à sponte offerentibus aliquid vltra taxam percipere valeant, Nec

30 † eis suffragetur consuetudo, quòd vltra taxationem Legis quidquam percipere possint *l. prima* §. *ergo iubemus C. de offic. præfect. prætor. l. in sacris scrinijs C. de proxim. Sacr. scrinior. libr.* 12. *Bal. in auth. sed hodie C. de Episc. & cleric. Molin. de Iust. & Iure disp.* 83. & in Vrbe habemus statutum mandans, quòd Notarij sit contenti mercede eis assignata, nec quidquam vltrà quouis prætextu, ratione, vel causa petere, exigere, aut etiam à sponte dantibus recipere possint, & si aliquid receperint, teneantur soluere quadruplum parti, & aureos decem Cameræ Vrbis, vt legitur in *cap.* 112. *lib* 3. Et insuper adest Constitutio *san. mem. Pauli V. super reform. Tribunalium Vrb. tit. de Notar. tribunal. Vrb. in princip.*

31 Prohibitum † quoque erit Notarijs mercedem taxatam pro instrumento publico accipere pro copia simplici, *Rota in vna Perusina Mercedis* 19. *Nouembris* 1618. & 13. *Maij* 1622. *coràm Cardinali Caualerio* quæ sunt inter eius impressas *dec:* 480. &

32 593. Sed † tali casu, si taxa non loqueretur de copiis simplicibus remitteretur arbitrio Iudicis quantitas mercedis *Caualer d. decis.* 593. *num.* 1. Sicut paritèr Iudicis arbitrio relicta erit taxatio Salarij in ijs locis, in quibus certa quantitas non reperitur per statuta, Constitutiones, vel consuetudines præscripta *Spec. in tit. de Salar* §. *nunc de procuratoribus n.* 5. *glos. in c. statutum* §. *notarium de rescript. in* 6. *Bal. in l. argentarius in secunda lect. num.* 1. *vbi etiam Ias. numer.* 2. *Becc cons.* 27 *num.* 2. *Surd. cons.* 66. *num.* 2. *Molin. de Iust. & Iure d. disputat.* 83. §. *asserimus item, in fine,* & ita disponit constitutio *San. mem. Pauli V. super reformat. Tribunal. Vrb tit. de Notar. tribunal Vrb.* §. *et ta*

33 *inter notarios*, Dummodo † tamen Iudex non participet de Salario ipsius Notarij, vt expressè prohibetur in *d. c. statutum* §. *notarium de rescript. in* 6. *Beer. decis.* 258. *nu.* 11. *& seqq.*

Demum est notandum in materia Sala-

34 rij Notariorum, quòd † ipsi non possint agere contra causarum procuratores pro cõsecutione mercedis actorum, & expeditionum factarum ab ipsis procuratoribus pro suis clientibus, nisi interuenerit eorumdem procuratorum promissio, vt articulo mature discusso, resoluit *Rot. in Romana expeditionum, seu mercedis* 4. *Maij* 1616. *coram bon. mem. Buratto*, qui decisionem extendit, vt infrà: Dixerunt Domini D. Torquatum non teneri ad soluendam summam à Fabio petitam pro mercede expeditionum, & scripturarum in eius officio, dum erat notarius A. C. pro diuersis personis confectarum, de qua fuit eidem datum debitum in libris officij; Quamuis enim notissimum sit, dictos libros, videlicèt expeditionum in curia, & extra confici ad hoc præsertim, vt in fine cuiuslibet mensis videan-

videantur emolumenta officiorum, de quibus participes sunt Illustr. D. Cardinalis Camerarius, A.C. Montiltæ, & massa communis Collegij notariorum, ideoque Do-
35 mini firmauerint, eos † vti detentos ex necessitate officij, & à personis authoritate publica deputatis fidem mereri iuxtà *l. argentarios l quædam § nummularij s vbi Bar. in fine ff. de eden. Alex. num. 2. Iacobin. numer. 5. Ias. num. 8. Rip. in l. admonendi numer. 130. vers. primo casu ff. iure iuran. cum allegatis per Surd. cons. 429. num. 38. Card.*
36 *Seraphin. decis. 431. num. 5.* eam † tamen mereri dixerunt in eo solùm, vt probent, quòd dictæ scripturæ, & expeditiones fuerint confectæ & datæ extrà : quod saltèm negari non potest, vt per *Doct in l. 2. C. de eden. Card. Seraphin. d. decis. 431. num. 6.* secus vero in eo, quòd fuerint per aliquem, ad quem non spectant petitæ, seu de eius
37 ordine, & mandato confectæ, sunt † enim in hoc priuati, & familiares ideoque ad fauorem scribentis nihil probant vulgata, *l. exemplo & ibi Scriben, C. de probat.* Bar. *in l. admonendi num. 26. vers si vero ff. de Iur. iuran. cum quo transeunt Doct. ibidem vt Alex. num. 34. in repetit. num. 111. Rip. 121. Curt. Iun. num. 38. Pupur. nu. 190. Rot. decis. 164. num. 3. & decis. vltima. n. 1. part. 1. diu. & in Tudertina Dotium 6. Iunij 1605. coram R. P. D. meo Manzanedo.* prout in
38 fortioribus non † creditur Notario asserenti, se rogatum de commissione sibi facta, quia agitur de eius vtilitate *Dec. de communi cons. 158. casus num. 8. & in c. quoniam contra num. 45. de probat. Menoch. libr. 2. præsumpt. 79. num. 18.* & sic in eis non potuit dari debitum D. Torquato de mercede prout datum fuit per hæc verba *Torquatus Florauantes debet,* quod tanto minus fieri potuit in liberculo (vt vocant creditorum) qui extrahitur ex dictis libris expeditionum
39 & huiusmodi scripturæ; & † expeditiones non ad Torquatum nisi fortè respectu sollicitudinis, & curæ, sed ad alias personas pertinentes præsumuntur ad illarum instantiam confectæ *c. constitutionibus vbi, Abb. de Testib. Menocch. præs. 33. num. 7. lib. 2.*
40 Nec † ipse tenetur, nisi vel ex propria promissione, *Bar. in l. 1. §. ludi in fine ff. de var. & extraordinar. cognit. Becc cons. 27. num. 9* vel vtili actione ex locato, *idem Bar. in d. §. ludi & in d. l. argentarius n. 2. ff. de eden & ibi Angel. eod. numer. 1. & 2 Cagnol. in l. si librarius nu. 49. ff de regul. iur. Becc. d.*
41 *cons. 27. num. 4. & 9.* quæ † tamen promissio, vel locatio ex dictis libris non probantur, & consequentèr Fabius non est audiendus *Becc. ibidem num. 9. & 10.* Nec eti-
42 am Torquatus tenetur officio Iudicis † quod competere notario pro mercede in *d. l. argentarius* voluerunt, *Alberic. num. 1 in fine Ias. num. 1. & 2.* quamuis contrarium teneant *Bar. in d. §. ludi num. 1. Cagnol in d. l. si librarius num. 49. ff. de Regul. Iur. Becc. d.*
43 *cons. 27. num. 4. & 9.* Quia cum † detur loco deficientis actionis, & illius vim habeat quando suggerit æquitas, *DD. in l. 1. ff. de Iurisdict. omn. Iudic. & ibi Odofred. num. 4. in princip. Gloss. in §. præterea in verb. satisfieri Instit. de Action. Alberic. in rubr. ff. de var. & extraordinar. cognit. num. 1. vers. & vbicumque Bar. in l. 4. num. 2. vers. 1. C. Depo-*
44 *sit.* non † potest concedi nisi contra eos, ad quos pertinent expeditiones, & scripturæ, vt colligitur ex verbis *d. l. in verb. dicere,*
45 & nascitur ex quadam æquitate, quæ non solùm hic deficit sed resultaret iniquitas, quia vnus pro alio sine proprio consensu teneretur ad *tot. tit. C. ne vxor pro marit. &* C. *ne fil. pro patr.*
46 Prætensa † consuetudo fidei dicti libri non probata non releuat, *Salicet in dicta lege exemplo numero primo circa finem, vers. oportuit Bertachin. in tractat de Gabel, part. 4. n. 4. Dec. in c. primo num. 113. de probat. Purpurat. in l. admonendi num. 200.* sed tamen. In omni euentu dicti libri non
47 probant † Torquatum fidem propriam adstrinxisse, prout requiritur ad hoc, vt procurator teneatur iuxtà *tex. in l procurator, qui euictione, & ibi gloss. & DD. ff. de procurator l. 2. §. in eum ff. de administrat. rer.*
48 *ad ciuitat. pertinen.* in † dubio autem præsumitur procuratorio nomine contraxisse supèr rebus ad Dominos pertinentibus *Bar. in l. si pupilli §. 1. n. 4. vers. si vero non dicit & ibi Bal. num. 8. vers. ego dico ff. de negoc. gest. latè Decian. cons. 85. num. 18. vol. 5. Surd. cons. 19. numer. 33. Lardech. cons. 36. nu-*
49 *mer. 10.* Præsertim † quia Fabius, cum quo contraxit, sciebat mandatum extare, quo casu sine difficultate solus dominus obligatur. *Bar. in d. l. si pupilli §. 1. num. 1. vers. sed si non haberet mandatum & in l. quia in aliena §. si is qui putabat. ff. de acquiren hæredit.*

redit. Surd. d cons. 19. *num.*34. *& num.*40. *Menoch. libr* 3. *praes.*29. *num.*17. Tanto magis concurrentibus coniecturis, quòd Torquatus non adstrinxerit fidem propriam, sed Fabius sequutus fuerit fidem eorum, ad quos negocia pertinebant, prout in casu nostro concurrunt, quia in partitis descriptis ad creditum monasterij S. Pauli videtur dicto Monasterio credidisse ibi: pro eo, quod mihi debet Monasterium de anno præterito, & ad computum currentis anni, & idem in alia pro partitis spectantibus ad
50 Congregationem Cassinen, Non † obstant duo ordines per Torquatum directi Campsori de soluẽdo cum solutionibus subsecutis, tum quia non probatur illius scientia de partitis ad eius debitum descriptis, & quòd ad illorum computum soluerit, Tum etiam quia, non ob id sibi præiudicauit in parte non soluta, nec illam videtur tamquam debitam agnouisse, *l. fin. vbi glos. & Bal. C. ne vxor. pro marit. glos. in l. non dubium in verb. agnouerit vbi Bar. & Alij C. de Testam. Surd. cons.* 2 12. *num.* 25. *& cons.* 522. *num.*16. Ex quibus itam decisum &c.

Nuncijs, seu Cursoribus quando debeatur Salarium.

QVAESTIO LXXVIIII.

SVMMARIVM

1 *Nuncij id est ij, qui citationes executur varijs nominibus in iure appellari consueuerunt.*
2 *Nuncij in Vrbe appellantur Cursores, & Mandatarij.*
3 *Nuncijs Salarium debetur pro executione citationum.*
4 *Cursoris officium non potest illi demandari, qui sexagesimum annum excedat, vel laboret morbo, quod proprijs pedibus ambulare impediat.*
5 *Nuncis soluendum est Salarium iuxta taxas, & locorum consuetudines.*
6 *Nuncijs olim soluebatur Salarium ad rationem summæ in libello petitæ.*
7 *Taxa mercedis Cursorum in Vrbe pro executione citationum.*
8 *Taxa Mercedis mandatariorum in Vrbe pro executione citationum.*
9 *Nuncij non possunt vltra locorum taxas aliquid petere. Declara vt num.* 11:
10 *Nuncij extorquentes aliquid vltra summam in taxa contentam cogendi veniunt à Iudice ad restitutionem executiuè, & manu regia.*
12 *Nuncio exequenti citationem extra Ciuitatem recipiet mercedem taxandam arbitrio boni viri*
13 *Nuncio cui taxata esset pro Salario certa summa pro quolibet milliario, consequetur tantum, quantum pro via breuiori fuisset debitum, licèt per longiorem iuerit, Intellige, vt num.*14.
15 *Nuncius consequitur Salarium ab ijs, ad quorum instantiam citationes exequitur.*
16 *Nuncius, qui exequitur citationem pluribus communem à quolibet mercedis partem consequitur, nec potest ab vno integram prætendere.*
17 *Nuncio Salarium non debetur si propter eius culpam citatio non fuerit validè executa.*
18 *Nuncio Salarium non debetur si propter eius negligentiam citatio executa non potest inseruire.*
19 *Nuncius, qui asserit, aliquem citasse, quem realiter non citauit, Salarium non consequitur, sed imò grauissimis pænis puniri debet.*
28 *Nuncio asserenti, quòd aliquem citauerit creditur.*
21 *Præsumptio militat pro veritate relationis nuncij.*
22 *Præsumptio militans pro veritate relationis nuncij admittit probationem in contrarium.*
23 *Neganti cum iuramento, se non fuisse citatum, magis creditur, quàm nuncio si negans sit vir probatæ vitæ.*
24 *Præcipuè si fuerit vir in dignitate constitutus.*
25 *Cursores non possunt Salarium aliquod prætendere pro intimandis Consistorijs, alijsque pontificijs solemnitatibus.*

VBique locorum in more positum est deputare certos Nuncios ad citandum, & secundùm locorum varietatem varia sortiuntur nomina, sicut etiam variè
1 fuerunt in Iure appellati, videlicèt † Nuntij in *c. cum parati de appell. & in c. prudentiam de offic. delegat.* Missi in *c.* 1. *de Immunitate Eccles.*

Eccles. & in l missi C. de exact. tribut. libr. 10. Officiales in *c aliquando 4 quæst. 4* l Apparitores in *c. tua propè finem de homicid.* Executores in *l. 2. C. de Sport.* Viatores in § *tripli Instit. de Act. & in l. magis puto §. ne tamen ff. de reb. eorum* Quinimo in eodem met loco diuersi modè appellari consueue-
2 runt, prout videmus in † Vrbe, vbi illi, qui seruiunt Curiæ Vicarij Gubernatoris, & Capitolij dicuntur Mandatarij, illi vero, qui Curiæ Romanæ inseruiunt Cursores Papæ appellantur, & de his loquitur textus in *c cum dilecti de dolo, & contumac.*
3 Isti † Nuncij pro citationum executione, mercedem consequi debebunt *Gloss in §. Tripli ibique Ias. num. 6. Instit. de Action. Vbert. de Citation. cap. 12. num. 372.* & expressè cautum habetur in *Constitut. san. mem Pauli. V. super reformat. Tribunal. Vrb, tit. de Cursor. & Mandatar.* Magnus enim est labor, quem subeunt, vt nomen Cursoris
4 indicat, itaut nullus † possit ad officium Cursoratus admitti, qui aliquo morbo laboret, & proprijs pedibus ambulare non valeat seu sexagesimum annum excedat, vt disponitur in eadem Constitutione *Pauli V. sub eadem rubr. §. ad dicta officia.*
5 Et † istud Salarium soluendum erit iuxta statuta, & locorum consuetudines, *Vbert. de Citation. cap. 12. num. 372.* non enim in Iure reperitur taxata quantitas certa, quia
6 olim † soluebatur Salarium istis nuncijs habita ratione summæ in libello per Actorem requisitæ, vt dicit *Gloss. principalis in d. §. tripli, & ibidem Ias. nu. 4. Instit. de Action.* hodie vero vtplurimum adsunt in locis consuetudines, vel taxæ ad certam summam huiusmodi mercedem limitantes, prout ha-
7 betur in Vrbe, & est talis videlicet, Si † is qui citationes exequitur sit Cursor pro qualibet citatione, inhibitione, vel quauis alia intimatione cuiuslibet actus iudiciarij non exigat vltrà bononenos duos, nisi forsan executio citationis, vel alterius actus iudiciarij huiusmodi facienda esset in loco satis distanti à Tribunalibus Vrbis, quo casu exigere posset bononenos quatuor, & si extra mœnia, in illius tamen suburbijs, non vltra Carolenum vnum: Pro citatione vero inhibitione, vel intimatione simili facienda contrà Episcopos, & prælatos, ac alias personas qualificatas, & procuratores fisci
8 non vlta bononenos quinque: Si † vero executores citationis fuerint Mādatarij cuiuscumque curiæ non exigent vltra bononenum vnum pro citatione, nisi facienda esset in longinquis locis ab eorum curijs, quo casu exigent duos, & non vltrà. Itemque exigent bononenos duos pro intimatione cuiuslibet sequestri, Monitorij inhibitionis decreti, cuiuscumque actus Iudiciarij exceptis citationibus faciendis contra Fiscum, pro quibus exigere possūt bononenos tres, vt in dicta Constitutione *Pauli V. sub tit. de Cursor. & mandatar §. cursores, & §. cæterum.*
9 Vltra † talem taxam aliquid petere penitùs est ipsis interdictum, & si aliquid plus peteretur nullo modo esset soluendum etiamsi Nuncij aliàs suum officium impartiri differrent, vel recusarent, prout expressè disponitur in eadem *Constitut. sub d. rubr. de Cursor & mandatar.* ibi: Minus officium ipsorum cuiquam impartiri dolosè recusent, vel differant etiam sub prætextu modicæ mercedis, vel quòd maiorem habere ve-
10 lint &c. Et si † aliquid vltra summam taxatam fuisset solutum ad restitutionem tenerunt obligati, cogique poterunt per Iudicem executiuè, ac manu regia, prout sancitum reperitur in *d. Constitut. sub tit. de pen. Constitut. in princip. vers. cæteri vero omnes*
11 Quod † tamen intellige verum quotiescumque agatur de citationibus exequendis in eodem loco, in quo vigeat taxa: At si extrà faciēda esset executio, non solùm poterunt Nuncij petere Salarium vltrà summam taxatam, verum etiam expensas pro itinere, quia nemo suis expensis militare tenetur, & cum maior requiratur labor in exequendis citationibus extra locum, & debeat Salarium laboribus correspondere, ideo taxa mercedis pro executionibus, quæ fiunt in Ciuitate non debet se extendere ad
12 illas faciendas extrà, sed † tali casu taxatio mercedis remittenda erit arbitrio boni viri, qui debebit rationem habere laboris, itineris longitudinis, & incommodi *Ias. in d. § tripli num 40 post Ioan. de Plat & Angel. quos allegat. Instit de action. Bellamer. de-*
13 *cis.* 486. quam taxam deindè debebit Nuncius seruare, nec poterit elongare viam pro consequendo maius stipendium, si taxa facta fuisset ad rationem certæ summæ pro quolibet milliari, sed debebit ire per viam rectam, aliàs non consequetur

pro Salario nisi quantum pro breui via
consecuturus fuisset, *l. veteres vbi Bar.*
num. 1. ff. de itiner. actuque priuat. quoties-
14 cumque † uia breuis sit tuta, aliàs benè
poterit ire per longiorem, & Salarium pe-
tere ad rationem tot milliarium quot in ip-
sa fecit, vt declarat idem *Bart. sub dicto*
num. primo.
15 Hoc † autem Salarium Nuncius conse-
qui debebit non ab ijs, contra quos, sed ab
eis, ad quorũ instantiam citationes fuerit
16 executus in tantum quòd si † citatio facta
fuerit ad instantiam plurium personarum
non possit ab vno petere integrum Salari-
um, sed contra quemlibet agere pro rata
ipsos tangente, *Vbert. de Citation. cap. 12.*
num 372. in fine post Bellamer. decis. 48.
in qua Cursor petebat Salarium à Ioanne,
qui fatebatur Cursorem portasse commu-
nem remissionem inter ipsum, & Petrum,
& non nisi ad solutionem medietatis Sala-
rij fuit Ioannes condemnatus.

Verùm ad hoc, vt Nuncij mercedem
consequantur non minus diligentèr quàm
fideliter debent suo muneri satisfacere,
17 Itaut Salarium illis non esset debitum,
quando propter eius culpam, vel imperi-
tiam executio citationis non fuisset validè
facta, paria enim sũt non citare, vel nõ rectè
citare vt est tex. in *c finali de ferijs & in l. 1. ff*
eod tit. Andr. Gall. singul. obser. lib. 1. obser. 54.
sub num. 6, Imò suis sumptibus cursor, seu
nuncius ex integro citationem facere debe-
bit *Gail. d. obseruat. 54. num.* 8: qui testatur
ita fuisse resolutum in senatu Germaniæ, et
post eum dixit, *Ricc. in collect. dec. par. 4. col-*
lect. 1169. in fine.
18 Neque † Salarium erit debitum nunciis
ob quorũ negligẽtia citatio executa ad nihil
inseruiret, Imò deberet ab offi-
cio remoueri, vt per tex. *in l. 2 C de*
sportul. & notat. Vbert, de Citat. cap. 7, n. 85.
19 Neque † minus Salarium consequeren-
tur, imò grauissimis pęnis essent puniendi
nuncij, qui affirmarent, aliquem citasse,
& citationem subscriberent, vel in actis
referrent iuxta locorum consuetudines,
quamuis in rei veritate citationem non fu-
issent executi, & si aliquod munus pro tali
causa accepissent tenerentur lege cornelia
de falsis Si vero non pecunia, vel muneri-
bus corruptus, sed sua sponte id fecissent
tenerentur actione in factum ad interesse,
l. qui nomine prætoris ff. ad leg. cornel. de fals.
Speculat. in tit. de execut. num. 4. Bar. in rubr.
Auth. de Quæstore num. 4. Soc. de Citat. art. 14
num. 1. Vbert. eod. tractat. cap. 7. num. 89,
20 Animaduertendo, quòd credatur † nun-
cijs, referentibus aliquem citasse, *glos. in*
c. cum parati v. suus nuncius de appell & in c.
prudentiam verb. per certum nuncium de offic.
& potest. Iudic, de legat. Speculat. libr. tit. de
citat. §. sequitur num. 6. & 10. Marant.
in specul. par. 6. vers rectè concipiatur ci-
tatio num 4. Mand. cons 96. num. 10. Rot.
coram sanct. mem. Gregorio XV. decis. 426.
num. 6 & coram Buratt. decis. 146. num, 4.
& in Asculana dotis 24. Ianuarij 1648. co-
21 *ram R. P. D Celso*. Et † pro veritate ipsius
relationis militet præsumptio, *Alciat. de*
præsumpt. reg 3. præs 14. num. 4. Menoch. de
Arbitrar. Iudic. cas. 13. per tot, Martin. An-
22 *dr. dec. 1. num 9.* Admittit † tamen talis
præsumptio probationem in contrarium,
Hostien. in summa tit. de contum. § 2. vers.
quid si absens Soc. de Citat. art. 12. num. 7.
Vbert. eodem tract. cap. 7. num. 83. Ideo-
23 què si quis cum iuramento negaret, se fuis-
se citatum, & negans esset vir probatæ vi-
tæ magis esset credendum neganti, quàm
Nuncio asserenti *Speculat. de citat. § sequi-*
tur sub num. 6. in fine Aret. in §. actionum
num. 22 Instit. de Action. & ibidem Ias.
num. 28. & Oinot. num. 31. Alciat. de præ-
sumpt. d reg 3. præsumpt. 14. num 10. Ma-
24 ximè † si ageretur de viro laudabilis vitæ,
& in dignitate constituto *Abb. in c. cum pa-*
rati num 12. vers. primo casu de Appellat.
Vbert. vbi supra num. 83.
25 Demùm non † poterunt Nuncij Merce-
dem aliquã exposcere pro ijs actibus exer-
cendis quos ex dispositione Statuti, Con-
stitutionis, vel consuetudinis gratis facere
tenentur, prout in Vrbe habemus dictam
Constitutionem sanct. mem. Pauli V. per
quam demandatur Cursoribus, quòd debi-
tis temporibus consistoria intiment Emi-
nentissimis Cardinalibus, alijsque, qui de-
bent interuenire absque aliqua mercede, vt
videre est sub *rubr. de Cursor. & mandatar.*
§. 3. ibi: Consistoria publica, & priuata,
nec non alias solemnitates, & diuina offi-
cia intimari solita fideliter tempore inti-
ment Cardinalibus, & alijs, quibus tenen-
tur absque præmio, & mercedis alicuius
expectatione &c.

Nutri-

Nutricibus quando debeatur Salarium.

QVAESTIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Nutrices dicuntur mulieres, quæ infantes vberibus nutriunt.*
2 *Nutricibus merces debetur.*
3 *Faraonis filia pro Moysis nutrimento promisit mercedem eius matri incognitæ.*
4 *Labores non debent esse sine præmio.*
5 *Nutrimentum, quod Nutrices infantibus præstant est mensurabile pecunia sicut & cætera venalia.*
6 *Mater nutricis nomine appellatur.*
7 *Mater præbens lac filio non potest à patre mercedem petere*
8 *Mater tenetur lactare filium per triennium.*
9 *Mater tenetur lactare per triennium filium etiam illegitimum*
10 *Mater præbens lac filio exposito mercedem non consequitur, Declara, vt num. 12.*
11 *S. Spiritus Ordo mercedem soluit Nutricibus, quæ præbent lac infantibus expositis.*
13 *Nomen infantibus expositis fratres S Spiritus mutant ex permissione summorum Pontificum nè matres filios exponant ob spem illos habendi lactandos certa mercede accepta.*
14 *Nutricibus expositorum non est soluendum Salarium à publico, Declara, vt numer. 17.*
15 *Communitates non tenentur concurrere ad expensas faciendas pro infantibus expositis.*
16 *Nutricibus infantium expositorum soluenda est merces de eleemosinis diuitum particularium, ad quas poterunt diuites per Iudicem compelli.*

1 MVlieres, † quæ infantes vberibus nutriunt Nutrices appellantur l. 1. §. penul. ff. de var. & extraordinar.
2 cognit. & pro tali alimonia mercedem consequi debent non solùm ex dispositione Iuris Ciuilis, vt in *l. 1. §. ad nutricia ff. de var. & extraordinar. cognit. Alciat. in l.* *inter donum 194. num. 8. ff. de verbor significat. Mauson de caus execut. amplıat. 32, num 3.* Verum etiam de Iure Gentium: In-
3 dè † filia Faraonis, reperto Moyse puero in flumine ad eius matrem incognitam sic fuit allocuta: Accipe puerum istum & nutri mihi, ego dabo tibi mercedem tuam, vt legitur in *Exod. cap. 2.* Et quidèm optima
4 ratione: Nutrices † enim, vltrà multos labores, quos impendunt remuneratione, & præmio dignos *c. b abbundanti 7. quæst. 1. c. charitatem 12. quest 2.* præbent insupèr
5 infantibus nutrimentum †, quod est mensurabile pecunia sicut, & cætera venalia, *l. 1. ff de contr. empt. l. 1. ff de rer. permutat. l. si ita fide-iussor ff. de fideiussor. Ioan. de Lignan. in tr. ctat. de Amicit. tit. de retri-*
6 *but. fil. erg. patr. num.* Nisi tamen versaremur in propria matre, quæ paritèr nutrix appellatur, *§. consequens Institution. de suspect. tutor. l scire oportet ff. de excus t. tutor. & post Non. Marcell & Alciat not it. Tiraquell. in repetit. l. si vnquam ver. susceperit liberos n 50 C. de reuoc n donat.* Hæc
7 † enim non posset quidquam pro mercede
8 exposcere à patre infantis, quia † id facere per triennium ex propria obligatione tenetur *l. penult ibique Glos. in verb 1. C de patr. potest Glos. in l. alimenta in verb materna C. de negoc. gest. & in §. illos verb. filios Auth vt lic. matr. & au Glos fin. l in c. cum haberet de eo qui dux in ... quam poll. per adulter Bart. in tract de Aliment. num. 13. & in l. si quis à liberis §. si . ter ff. de liber. agnoscen.* Bal, in d l aliment. num. 2. Papien. *in formul. libell. pr. leg. rei sig. in princ. num. 83. Neuizan in silu. nuptial. lib. 3. num 36. Benincas de Paupert. quæst 7. principal. in 2. spec. ind. num 3. Paleott. de Noth. & Spur cap 48 in princip. Clement. de patr. potest. cap. 4. num 2 Molin. de primogen. lib 2. cap. 1 . num. 3. Valasc. consult 92.*
9 *num. 1 tom. 1.* Quod † procedit etiamsi filius esset illegitimus, *Surd de Alim tit 1. quæst. 14. numer. 4. Paleott. vbi suprà cap. 48. per tot.* quia hodie filij illegitimi quoad alimenta redacti sunt ad instar filiorum legitimorom ex dispositione Iuris Canonici, *Paleot. in eodem tract. cap. 48. num 5. Surd. loc.*
10 *citat. num. 5.* Ac † etiamsi ageretur de in-
11 fantibus expositis, his † enim licèt ex pio, ac nunquam satis laudato instituto pluribus in locis, & pręcipuè Romæ soleat Sac.

Ordo S. Spiritus prouidere de Nutricibus soluta certa mercede, vt notum est & notat *Petr. Saunier. de Capit. Sacr. Ordin. S.Spiritus cap.11. argument. 10. sub num.1. vers. eis autem fol 183* Attamen, si detegeretur, quòd Matres expositæ recuperatæque proli suæ lac proprium venderent S. Spiritus domo Salarium persoluente, non esset Sa-
12 larium persoluendum, nisi † mater esset adeo pauper, vt cogeretur ex proprijs laboribus sibi victum quærere, *Surd in dict. quæst.13. num. . Pascal. de patr. potest.par.2 cap.3.num.51.* Si enim talis abusus inualescerct nimiùm grauaretur Sac.Ordo impen-
13 sis, & propterea † ad tollendos tales abusus ex gratia à summis Pontificibus impetrata, solet talibus expositis nomen mutari, vt testatur, *Idem Saunier loc. citat.* In
14 † ijs autem locis, in quibus S Spiritus ordo non adest debebit expositis prouideri de Nutricibus, illisque Salarium erit persoluendum, sed non expensis publicis, *Auendan.de exequend. Mandat. reg cap. 10. nu.21. Sanchez. consilior. moral. lib. . cap.6.*
15 *dub.8. num.14.* Itaut † cum olim Reuerendissimus Episcopus Nucerinus prætendisset cogere CommunitatemGaifanam insua diocesi existentem ad concurrendum expensisnecessarijs pro transportatione infantium ad hospitalia destinata pro eorum nutritio, per S, Congregationem Boni Regiminis,quæ negocijs Communitatum status Ecclesiastici præest, transmissæ fuerunt ipsi Episcopo litterę tenoris sequentis videlicèt, *Non essendo stata solita per l'addietro la Communità di Gaisana concorrere alle spese della trasportatione degl'esposti N. S. non vole ne anche si grauati per l'auuenire: Però dissimulandosi per hora l'essecutione, che V. S. li ha fatta fare per questa volta, non li darrà da qui auanti altra molestia, e Dio la contenti &c.* & ea est ratio, quia hoc non tendit in commodum vniuersale totius Communitatis, sed certarum personarum, &
16 propterea † debebit Iudex compellere particulares diuites ad præstandam eleemosinam pro soluenda mercede nutricibus,quæ nutrient infantes expositos, nè fame pereant, *Glos. in c.sicut. 11 47. distinct. Abb. in c.si quis propter necessitatem de furt.Sanchez loc.citat.sub numer. 14. Auendan. vbi supra*
17 *num* 19. subdens †, quòd interim dum perquiruntur Eleemosinę faciendum sit mutuum de bonis communibus quando est periculum mortis in mora.

Obstetricibus quando debeatur Salarium.

QVAESTIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Obstetrices, & Medici eodem Iure iudicantur.*

2 *Mulieres antiquitus medicinam exercebant, & ægrotantibus mulieribus medicamenta subministrabant, nam tunc non admittebantur homines ad curam mulierum.*

3 *Obstetrices possunt consequi Salarium non conuentum implorando officium Iudicis.*

1 Obstetrices, veniunt appellatione medicorum,ideoque † idem in Iure dispositum reperitur de ipsarum Salario, quod de Salario Medicorum, vt videre est in *l. finali C. commun. de legat.* vbi dicitur medicos non esse maioris valoris, quàm obstetrices, & facit *l.prima vers. sed & obstetrices ff. de var. & extraordinar. cognit. c. non sane vers nec medio 14. quæst.5 Speculat.tit. de Salar. §.fin. in princip. Carauit. super Rit. Magnæ Vicariæ Rit. 267. num 11. & 12. Caroc. de locat. & conduct. part. prima tit. de Obstetricib. quæst. 12.* Et
2 nil mirum, quia † antiquitus mulieres medicinam exercebant, & omnibus in infirmitatibus mulieribus ægrotantibus medicamenta subministrabant, non secus ac hodie medici faciunt, quoniam tunc non admittebantur homines ad curam mulierum, & hoc quidèm erat valde laudabile, indecorum namque est, homines ad mulierum curam maximè Religiosarum admitti, ex quo multoties eueniunt absurda, (loquor in materia sanitatis,) nam cum mulieres nonnunquam laborent aliquo morbo,quod medico patefacere pudet, potius cum vitæ periculo morbum patiuntur, quàm velint illud reuelare, sed hæc absurda ipsarum facto eueniunt, nam hodie in totum lussibus sunt deditæ, virtutesque contemnunt, non quidèm, quia eorum ingenium

non

non sit aptum ad aprehendẽdum scientias quamuis difficilissimas, sed quia magis illas ociosa vita delectat, quod antiquitus non eueniebat, cum scientijs, cæterisque virtutibus, quæ illustrem animum reddunt operam darent, itaut adeo in scientijs profecerint, vt ad excellentiam vsque illarum peruenerint, vt multarum meminit, *Textor. in sua officin. verb. Mulieres doctæ* & *Ouid. libr.2. Metamorfos.* mentionem facit de Ociroe filia Chironis, qui fuit excellentissimus medicus, & primus herbarum naturas cognouisse dicitur, vt videre est in ijs carminibus.

Ocyroen non hæc artes contenta paternas,
Edidicisse fuit, fatorum arcana canebat.

Et Homer. in Odissea 4. mentionem facit de Polidamna vxoris Thonis Aegyptiæ, prout apparet ex carminibus sequenti tenore latinè interpetratis ab Andrea Diuo Iustinopolitano, videlicèt.

Talia Iouis filia habebat medicamenta prudentiæ.
Bona, quæ ei Polidamna præbuit Thonis vxor.
Aegyptiæ vbi plurima producit fertile aurum.
Medicamenta multa quidem bona mixta, multa autem mala.
Medicus est autem vnusquisque sciens supra omnes.
Homines: certe enim Pæenonis sunt ex sobole.

Et de alijs mulieribus, quæ multa cum laude medicinam exercuerunt *Laert. in vita Socratis* vbi celebrat Fanerotem ipsius socratis matrem, *Et glos. in d. l. prima ff. de var. & extraordinar. cognition.* meminit Salarij debiti istis mulieribus medicinam exercentibus; vbi, quòd Præses Prouinciarum Vrbis solitus esset tum in causis mercedumistarum mulierum iustitiam facere cum etiam in ipsarum delictis procedere, vt videre est in *l. item si obstetrix ff. ad leg. Aquil.*

3 Quod † Salarium potest ab obstetricibus peti implorando officium Iudicis, etiamsi non fuerit promissum *glos. in d. l. prima ff. de var. & extraord. cognit. vers. item cognoscere debet Afflict. in vsib. feud. tit. ex quibus causis feud. ammittatur numer. 233. Bou. de statutar. vrb. præscript. glos. 19. sub num. 47. Bellon. in §. nunc. transeamus num. 5. Instit. de obligat.* & quantitas Salarij præstanda remissa est arbitrio Iudicis, qui debebit tantùm constituere Salarium quantum solitum erit de consuetudine talibus mulieribus præstari, *Bou. vbi supra Caroc. de locat. par. 1. tit. de obstetricib. quæst. 12.*

Prædicatoribus An sit soluendum Salarium.

QVAESTIO LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Prædicationis munus spectat ad Episcopum*
2 *Episcopus quomodo teneatur prædicare?*
3 *Episcopus non potest mercedem aliquam pro munere prædicandi exposcere.*
4 *Episcopum prædicare in sua diocesi ob lucrum temporale turpissimum est.*
5 *Parochi ex dispositione S. Concilij debent in proprijs parrochijs prædicare.*
6 *Parochi legitimè impediti debent per alios plebi sibi commissæ prædicare.*
7 *Parochi prædicationis muneri non satisfacientes possunt cogi per censuras ab Episcopis, licèt ab eorum iurisdictione sint exempti.*
8 *Parochi si prædicare recusent poterit Episcopus de fructibus parrochiarum alijs, qui tale munus subeant mercedem constituere.*
9 *Parochus prædicans non potest exposcere mercedem aliquam, seu eleemosinam nec prætextu paupertatis.*
10 *Prædicatoribus subministranda veniunt necessaria pro victu*
11 *Prædicatoribus non est soluenda merces aliqua vltra alimenta, etiam concurrente pacto, vel loci consuetudine, Declara vt num. 14.*
12 *Prædicatio est de diuinis.*
13 *Consuetudo simeniaca non est seruanda.*
15 *Prædicatores absque simoniæ nota possunt quærere suggestum maioris emolumenti.*

1 PRædicationis † munus spectat ad Episcopum, *Abb. in c. inter cæteran. 1. de offic. ordin. Fælin. in c. excommunicamus num. 3. de hæretic. Sbroz. de offic. Vicar. libr. 2. cap. 21. nu. 1. Campanil. in diuersor. Iur. Canonic. rubr. 12. cap. 13. num. 13. Barbos. de offic. & potest Episcop. part. 3. allegat. 76.*

gat. 76. num. 1. & habetur in *S. Concil. Tri-*
2 *dent. sess. 5. cap. 2. de Reformation.* qui,† vt in eius consecratione dicitur, prædicare debet non verbis, quæ humanam sapientiam persuadeant, sed ostensione spiritus virtutis in tantùm, vt opprobium sit, Episcopum prædicare conceptus inutiles, vt videatur hominibus sapiens, & viam salutis non docere nec, vitia redarguere, *c. multa 88. distinct. & in Manual. pastor. cap. 32.*
3 *num. 3.* Et † pro tali munere non poterit ipse Episcopus mercedem aliquam exposcere, quia cum hoc sit munus annexum Episcopatui, cuius redditus percipit, vt ipsius Episcopatus onera subeat, vt diximus suprà in *quæst. 4. num. 4.* dicitur id facere ex debito, ideque remunerationéaliquã exposcere non potest, *clem. dudum circa med. vbi notat Cardinalis de sepul ur. Abb. in c. inter cætera num 1. de offic. ordinar. Leoncill. de priuileg. pauper. part. 2. priuileg. 324. numer. 4.* & habetur *in d. manuali pastor. cap. 32. n. 5.*
4 vbi, quòd † turpissimum videretur si Episcopus in sua dioceli propter temporale interesse prædicaret.

Verùm quia non in omnibus locis suæ diocesis potest eodem tempore Episcopus
5 prædicare, erit † tale munus explendum à parochis ex dispositione S. Concilij Tridentini, iniungentis Parochis, additis pœnis, quòd in suis Ecclesijs singulis diebus, & temporibus ieiuniorum Quadragesimæ, & aduentus Domini si non quotidiè, saltèm tribus diebus cuiuscumque hebdomadæ conciones faciant, docendo in illis, iuxta propriam, & auditorum capacitatem, necessaria ad salutem consequendam, vt videre est in *sess. 5. de reformat. cap. 2.* ibi: Archipræsbiteri quoque, Plebani, & quicumque parrochiales, vel aliàs curam animarum habentes Ecclesias quocumque modo
6 obtinent per se, vel † alios idoneos, si legitimè impediti fuerint, diebus saltèm dominicis, & festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua, & earum capacitate pascant salutaribus verbis docendo quæ scire omnibus necessarium est ad salutem annunciando cum breuitate, & facilitate sermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, vt pœnam æternam euadere, & celestem gloriam consequi va-
7 leant: Id † vero si quis eorum præstare negligat, etiamsi ab Episcopi iurisdictione quauis ratione exemptum se esse prætenderet, etiamsi Ecclesiæ quouis modo exemptæ dicerentur, aut alicui monasterio etiam extrà diocesim existenti forsan annexæ vel vnitæ, modo re ipsa in diocesi sint prouida pastoralis Episcoporum sollicitudo non desit, ne illud impleatur. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Itaque vbi ab Episcopo moniti trium mensium spatio muneri suo defuerint per censuras ecclesiasticas, seu aliàs ad ipsius Episcopi
8 arbitrium cogantur, itaut, † etiam si ei expedire visum fuerit ex beneficiorum fructibus alteri, qui id præstet, honesta aliqua merces persoluatur donec principalis ipse resipiscens officium suum impleat &c. & id ipsum replicat in *sess. 22. de sacrific. miss. cap. 8. & in sess. 24. de reformat cap. 7.* Nec
9 † poterunt parochi, sicuti de Episcopis diximus mercedem aliquam pro concionibus faciendis accipere, etiam sub prætextu cuiuscumque paupertatis, vt resoluit *S. Congregatio Concilij in vna Vestan. 20. Martij 1621. quam refert. Barbos. in tract. de offic. & potest. Paroch. cap. 14 num. 7.*

Vbi autem nec Episcopus, neque Parochus conciones facere valeant erunt ip-
10 sorum loco deputandi alij, † quibus necessaria pro victu subministranda esse firmant communitèr DD. omnes, vt videre est apud *Speculat. in tit. qui fil. sint. legitim. §. finali num. 25 Alfons. de Castr. libr. 9. de hæretic. fol 16. Cordub. in l. si quis à liberis §. & si impubes num. 9. ff. de liber. agnoscen. Surd. de Aliment. tit. 1. quæst. 59. num. 1. Leoncill. de priuil. pauper. d. priuil. 324. n. 7.* & habetur ex *c. Apostolicis 16. quæst. 1.* ibi; Apostolicis viris euangelizatoribus Christi in necessarijs vsibus nolle tribuere se ipsum condemnare est, vbi *gloss. in v. necessarijs* exponit, idest in victu, & vestitu, & ex *§. 1. 23. quæst. prima.*

11 Sed † an, vltra alimenta, Salarium illis præstandum sit non videntur in hoc Doctores conuenire existimantes aliqui, quòd nihil vltra alimenta exigi possit, etiamsi consuetudo vigeat in loco, vt quid vltra alimenta prædicatori detur, vt per *per Innocen. in c. cum voluntate de Senten. excommunicat. Rip. cons. 1. num. 44 de Consuet. Surd. consil. 62. num. 17. volum. 1.* Ea ratione
12 moti, quia † prædicatio est de diuinis, & emere, vel vendere diuina simonia est, ideoque

13 oque talis † consuetudo tamquam continens simoniam diceretur nutritiua peccati, & propterea nullatenus seruanda veniret, c. abolenda de Sepultur. Rip. loc. citat.

14 Alij † verò affirmatiuam tuentur sententiam, respondendo, contrarium procedere vbi pactio, vel consuetudo aliquid dandi versantur circa ipsas actiones spirituales, pront spirituales sunt, & sic pro concione, tunc enim verè committeretur simonia si aliquid, etiam minimum, perciperetur, quia licèt predicatio composita sit ex spirituali, & temporali simul, nempè ex verbo Dei, & labore intrinseco, principalitèr tamen est spiritualis, & in hoc locum habet tex. in c. *si quis Episcopus* 1. *quaest.* 2. ibi: Si quis horum alterum vendiderit, sine quo nec alterum prouenit, neutrum inuenditum derelinquit &c. & c. 1. *de Simon. D. Thom. in* 4. *d.* 25. *quaest.* 3. *art.* 2. *Caietan secunda secundae quaest.* 100. *art.* 3. *& in summa libr. primo cap.* 89 *vers. dico tertio Siluest verb. simonia quaest.* 9. *Valent. tom.* 3. *disp.* 6. *quaest.* 16. *punct.* 2. *vers. primo nihilominus Bonacin in tractat. de Simon. quaest.* 6. *punct.* 3. *Suarez libr.* 10. *cap.* 21. *num.* 7. *&* 11. At vbi versantur circa labores extrinsecos, seu per accidens adiunctos ipsi concioni, vt est se conferre de loco ad locum, & locare libertatem suam obligando se ad prædicandum in certo loco, & pro toto anno, vel pro toto tempore quadragesimali, vel pro tota hebdomada aut singulis diebus festis, hæc enim sunt quid temporale, & prætio æstimabile, & per accidens concomitantur ipsam actionem sacram, ac proindè pactio, & consuetudo de certa mercede valet, & absque simoniæ labe fieri potest, vt probat, *tex. iuncta glos. in fin. in c. significatum de praeben. Tolet. in summa libr.* 5. *cap* 88 *sub num.* 2. *vers. dico tertio Vgolin. de Symon. tab.* 1. *cap.* 9. §. 1 *num.* 6. *&* §. 2. *num.* 8. *& cap.* 44. §. 2. *num.* 19. *in fine Campanil. in diuersor. Iur. Canonic. rubr.* 12. *cap.* 13. *n.* 15. *Gutierez. canonicar. quaestion. libr. primo capit.* 29. *num.* 25. *Less. de Iust. & Iure libr.* 2. *cap.* 35. *dub.* 8. *num.* 45. *Bonacc. de Simon. quaest.* 7. *punct.* 3. *num.* 8. *&* 9. *& punct.* 4. *num.* 1. *Barbos. de offic. & potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 75. *num.* 10. *Onnat. de Contract. disputat.* 84. *num.* 278. In tantùm, vt

15 † absque eo, quòd simoniæ labem incurrat, possit prædicator quærere suggestum, in quo pinguiores fiunt eleemosinæ; vt per *Campanil. loc. citat. & per Tolet. in summa libr.* 5. *cap.* 9. *sub num.* 3. vbi tamen licet prædicatorem excuset à simonia, non tamen illum ab auaritia spirituali immoxium arbitratur, quia concionator potius quærere debeat loca ad fructificandum aptiora.

Ad quem autem spectet soluere Salaria huiusmodi prædicatoribus iam satis diximus supra in *part. prima quaest.* 4. *num.* 4 ad quam me refero, nè iam dicta repetantur.

Procuratoribus quando debeatur Salarium.

QVAESTIO LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Procuratores ad lites regulariter non possunt exposcere mercedem non conuentam.*

2 *Procuratores ad lites, qui solent operas locare pro mercede, possunt illam etiam non conuentam exposcere.*

3 *Procuratores ad lites, qui operas praestant in loco, in quo viget consuetudo soluendi mercedem etiam non conuentam, poterunt petere mercedem etiam nulla conuentione praecedente.*

4 *Consuetudo aequiparatur Iuri Naturali.*

5 *Procuratoribus Romanae Curiae de consuetudine soluitur Salarium non conuentum.*

6 *Constitutio san. mem. Pauli V. super reformat. Tribunal. Vrb. tit. de Aduocat. & procurat.* §. 13. *declaratur.*

7 *Officium Iudicis nobile nunquam censetur sublatum etiamsi fuerit sublata actio.*

8 *Procurator praestans patrocinium pro consanguineo mercedem non conuentam consequi non debet, Declara id procedere alijs concurrentibus adminiculis vt numer.* 9. *& quaenam sint adminicula, quae ad hunc effectum debent concurrere num.* 10.

11 *Procurator patrocinium praestans pro eo, à quo recepit beneficia, mercedem non conuentam consequi non debet, Amplia, vt num.* 13.

12 *Merita praecedentia ex parte eius, ad cuius fauorem quis operatur inducit praesumptio-*

ptionem donationis operarum, Amplia, vt num. seq.

14 *In remunerationibus imitari debemus agros fertiles, qui plus reddunt, quàm acceperint.*

15 *Procurator gratis præsumitur defendere causam Amici, Amplia vt num. seq. Declara vt num.* 18.

16 *Amicitiæ merces aduersatur.*

17 *Procurator, qui filium Amici defendit, mercedem non consequitur, Declara, vt num.* 18.

19 *Procurator gratis pro pauperibus patrocinari tenetur.*

20 *Procurator recusans patrocinari gratis pro pauperibus poterit ad id per Iudicem compelli.*

21 *Procuratores Romanæ Curiæ parùm, aut nihil differunt ab Aduocatis, cum vt plurimum sint Doctores vtriusque Iuris.*

22 *Procuratores Romanæ Curiæ præcedunt Aduocatis extra Curiam.*

23 *Procuratores non admittuntur ad defendendas causas in* S. *Rotæ Auditorio nisi sint viri graues, toga, ac laurea decorati.*

24 *Procurtoari omninò soluendum venit Salarium conuentum, Declara vt num.* 25.

26 *Conuentio Salarij facta per procuratorem cum litigante quando licita dicatur?*

27 *Procurator quænam facere debeat, vt dicatur suo muneri satisfacere?*

28 *Procurator malè defendens causam, & mandati fines excedens Salarium non consequitur.*

29 *Procurator malè defendens causam ammittit Salarium etiam illius temporis, quo benè causam defendit, Contrarium n.*30

31 *Procurator, cui fuit promissum annuum Salarium, illud consequitur etiam pro eo tempore, quo nihil fuit gestum in causa.*

32 *Salarium commensurandum est pro modo laborum,* Declara *vt num.* 33.

34 *Salarium conuentum debetur procuratori etiamsi causa fuerit per concordiam terminata.*

35 *Procuratori debetur Salarium conuentum etiamsi causa ammittatur.*

36 *Procuratori debetur Salarium conuentum etiam post reuocationem mandati lite iam contestata si reuocatio facta fuerit absque legitima causa.*

37 *Procurator post litis contestationem dicitur Dominus litis effectus, neque potest absque legitima causa reuocari.*

38 *Causa iusta, vel iniusta quænam dicatur ad hoc, vt procurator post litis contestationem reuocari possit relinquitur Iudicis arbitrio.*

39 Procurator, *qui mouit litem contra Dominum pro Salario, petendo vltra summam debitam, poterit à Domino reuocari etiam post litis contestationem.*

40 P*rocuratori Salarium debetur etiamsi causam defendat absque mandato, Amplia, vt num.*41.

42 *Salarium petere potest is, qui exequitur actum alteri demandatum.*

43 *Culpa est immiscere se in rebus ad se non pertinentibus.*

44 *Delinquere dicitur is, qui alienum officium exercet.*

45 *Officialis vnus non debet in alterius officio se intromittere.*

46 *Procuratori falso Salarium debetur.*

47 *Procuratori substituto debetur Salarium.*

48 *Procurator substitutus habere dicitur mandatum à Domino, qui principalem procuratorem constituit.*

49 *Subrogatus assumit naturam eius, in cuius locum subrogatur, & fruitur omnibus iuribus tam actiuis, quàm passiuis.*

50 *Mandatum expirat per mortem mandantis.*

51 *Procuratori substituto soluendum est Salarium etiam pro operibus præstitis post mortem constituentis.*

52 *Mandatum per mortem Domini non finitur re non integra, Declara, vt nu.* 53.

54 *Nemo potest transferre in alium plus, Iuris, quàm ipse habeat.*

55 *Procurator substitutus per litis contestationem efficitur procurator principalis, ita ut possit etiam alios substituere.*

PRocuratorum duo sunt genera, Alij enim ad negocia, Alij vero ad lites constitui consueuerunt; De Salario debito procuratoribus ad negocia diximus suprà in *quæst.* 51. In præsenti autem quæstione agendum erit de Salario Procuratorum ad
1 lites, qui † regularitèr non possunt mercedem aliquam exposcere, nisi de illius solutione conuentionem præcessisse probent, *l. qui mutuam §. Salarium ff. mandati l. Salarium*

rium C. eodem, Glos. in l. 1. §. aduocatos ibique Bar. num. 2. ff. de var. & extraordinar. cognit. Bal. & Fulgos. in d. l. Salarium C. mandati Alex. cons. 109. num. 5. libr. 6. Menoch. cons. 228 num. 6. vol. 3. Guidopap. decis. 68. num 5. Gabr. de procurator. conclus. 1. num. 1. Golin. de Procurator. part. 4. cap. 5. num. 15. Rot. diuersor. decis. 556. num. 1. part. prima & decis. 124. par. 4. & coram Coccin. dec. 256 num. 2. & coram Caualer. decis. 400. num. 1. Et in Vrbe habemus Constitutionem san. mem. Pauli V. supèr reformatione Tribunal. Vrb. qua expressè cauetur, quòd Salarium per procuratorem peti non possit nisi conuentio præcesserit, vt videre est in *tit. de Aduocat. & procurator, §. 13.*

2 Receditur † tamen à prædicta regula quando procurator esset solitus locare operas suas pro mercede, tunc enim, licèt aliqua conuentio de illius solutione non præcesserit, attamen poterit procurator illam petere, *Iacob. de Arena, Cin. Bal. Salicet. & Alij Scribentes in l. 1. C. mandati Gabr. de procurat. conclus. 5. num. 2, Federic. de Sen. cons. 218. Natt. cons. 376. nu. 3. Alex. dicto cons. 109. in princ. vol. 6. Menoch. cons. 228. num. 21. libr. 3. Golin. vbi supra num. 26.* & ea est ratio quia tali casu procurator dicitur locasse operas iuxtà suam consuetudinem, *Rot. in recentior. decis. 238. num. 2. part. 1. & in Toletana mercedis 13. Maij 1568. coram Cardinali Aldobrandino, & in Romana mercedis 10. Martij 1599. coram Cardinali Lancellotto, & in Romana Pecuniaria 4. Decembris 1628. coram R. P. D. Coccino.*

3 Sicut † etiam à prædicta regula recedendum venit quando in loco, in quo Procurator suas operas præstauit viget consuetudo soluendi Salarium procuratoribus etiam non conuentum; Tali enim consuetudine extante Salarium omnino soluendum est, quid quid aliàs esset de Iure dicendum, *Soccin. cons. 156. in fine vers. & hoc iudicio meo libr. 2. Hypolit. Riminal. in addit. ad cons. Iacob. Rimin. 349. libr. 2. Surd. de Aliment. tit. 1. quæst. 61. Gratian. disceptat. forens. cap. 257. numer. 35. & seqq. Rot. Ianuen. decis. 115. num. 4. Gaill. singular. obseruation. libr. primo obseruat. 44. nu. 3. & 4.* vbi testatur de Consuetudine illius Cameræ Imperialis, *Milanen. decis. 5. num. 26. libr. primo* vbi affirmat, extare talem consuetudinem in magna Curia Regni Siciliæ, & sequitur *Muta, decis. Sicin 66. num. 11.* consuetudo namque attendenda venit tamquam maxima pars Iuris, quo vtimur,
4 † cũ æquiparetur Iuri naturali *Bal cons. 318. col. fin. libr. 2.*

5 Et hinc est, quòd † in Curia Romana, in qua viget consuetudo præfata, soluitur Salarium procuratoribus etiamsi non fuerit conuentum, & quamuis non probetur ipsos fuisse solitos locare operas suas pro mercede, sed sufficit tantummodò constare de seruitio præstito, *Rot. in recentior. dec. 238 num. primo & decis. 291. num. primo & coram Puteo decis. 44. num. 2. libr. 2. coram Caualer. decis. 416. in princip. & num. primo & decis. 400. num. 2. coram Coccin. dec 256. num. 2. & in Romana Salarij 23. Ianuarij 1626. coram Remboldo* & fuit millies in Ro-
6 ta resolutum non † obstante dicta reformatione sanct. mem. Pauli V. *d. § 13.* quia illa constitutiò prohibet tantummodo petere Salarium non conuentum actione locati, & conducti iuxtà *Glos. in l. Salarium ver. si extra ordinem ff mandati Alex. cons. 109 sub n. 1. lib. 6.* Non autẽ prohibet Procurator-
7 bus implorare officium Iudicis nobile, † quod nunquam censetur sublatum etiamsi fuerit sublata actio, *Ias. in l. si vbi pactum num. 13. & seq. C. de Transaction. Angel. in l. finita §. eleganter ff. de damn. infect. Castren. cons. 19. num. 71. & seq lib. 3 Adden. ad Buratt. decis. 144. num. 18* Et sic Constitutionem prædictam declarauit S. Rota in *d. Romana Salarij 23. Ianuarij 1626. coram R. P. D. Remboldo.*

Veritas tamen est, quòd, etiamsi Procurator sit solitus locare operas suas pro mercede, & vigeat loci consuetudo soluendi procuratoribus Salarium non conuentum, Tamen in certis casibus Salarium petere non possit, nisi conuentio præcesserit, & Primus
8 casus est quando † inter procuratorem, & litigantem intercedit sanguinis coniunctio, hæc enim, circumscripta conuentione, inducit præsumptionem, quòd procurator, non ob spem Salarij, & remunerationis, sed propter sanguinis coniunctionem seruire voluerit, suasque operas donare, *Abb. in c. non nesub num. 1. de præsumpt. Lup. in c. per vestras §. 45. de donation. Roman. consil. 207. & 235. & singular. 632. Soccin. cons. 5. col. octaua vers. octauo magis in ter-*

minis lib.4. Angel. cons. 85. num. 7. Purpur. cons. 387. num. 9. & 10. lib. 1. Dec. cons. 267 num. 2. in fine Alex. cons. 166. col. 3. vers. non obstat dum quinto opponitur lib. 7. Adrian. Negusan. quaest. 419. n. 8. Rot. in rec. d. 305. numer. 5. part. 2. & decision. 322. num. 11. part. 4.

9 Cum † hac tamen sanguinis coniunctione aliorum adminiculorum concursus erit necessarius, nam aliàs sola sanguinis coniunctio non sufficiet de per se pro inducenda concludenti præsumptione, quòd procurator voluerit absque Salario suas operas præstare, *Surd. cons. 290. num. 60. Menoch. cons. 91. num. 53. Rot. coram Cardinali Seraphino decis. 1322. num. 1.*

10 Adminicula † vero, quæ debent concurrere sunt calculatio rationum sepius facta, & temporis diuturnitas, *Glos. in l. libertis §. manumissis verb. si conditio ff. de aliment. legat. Bar. in l. procula ff. de probat.* dicens, quòd si aliquod eorum deficiat animus donandi non præsumatur, *Roman. cons. 517. num. 15. vers. tertio quando concurrunt tria Alex. cons. 56. num. 14. vers. nec obstat. libr. 4. Corn. cons. 265. num. 20. libr. primo Cephal. cons. 48. num. 36. Soccin. cons. 25. num. 10. libr. 4. Natt. cons. 100. num. 9. Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 88. num. 16. Mantic. de Tacit. libr. 13. titul. 19. num. 9. vers. et in hoc casu & tit. 22. num. 7. vers. & si res* Quinimò diuturnitas non suffragatur nisi sit tanti temporis, quod sufficiat ad inducendam præscriptionem, *Seraphin. decis. 1322. nu. 4. Caualer. d. dec. 400. num. 4.* Neque calculatio attendenda venit nisi fuerint secutæ solidatio, & quietantiæ finales, vt in eadem, *decis. Caualer. 400. num. 6.*

11 Secundus † casus est quando versaremur in procuratore, qui à litigante plura recepisset beneficia, tunc enim præsumitur, quòd procurator illorum contemplatione, & ratione remunerationis gratis voluerit in causa suum patrocinium præstare *l. si vero non remunerandi §. idem Papinianus ff. mandati glos. in l. quæ dotis ff. solut. matrimon. Bal. in c. si cautionum num. 4. vers. porro de fide Instrumentor. & in l. 2. num. 2. C. de Iure dot. Ias. in l. ex hoc iure num. 57. ff. de Iust. & Iure Curt. iun. cons. 34. num. primo, & 5. Bellon. cons. 70. num. 10. Castren in l. traditionibus C. de pact. Bal. nouell. in l. 1. num. 410. ff. solut. matrimon.* Merita

12 † namque præcedentia non tantùm præsumptionem inducunt, quòd quis suorum laborum mercedem donare voluerit, sed etiam efficiunt, vt quicumque actus gestus aliàs dubius præsumatur donatio, *B l. in cons. 298. incipien hæc materia in fine lib. 1. & cons. 65. incipien. in causa excellentissimi num. 17. libr. 1. Corn. cons. 1. col. 2. vers & licet alias libr. primo & cons. 219. col. finali lib. 1. & cons. 194. col. prima libr. 3. Grat. cons. 94. num. 17. vol. primo* cum alijs longa serie relatis per *Tiraquell. in l. si vnquam v. donatione largitus num. 50. C. de revocan. do-*

13 *nat.* Et † hæc præsumptio locum habet etiamsi merces, quæ præstanda veniret pro laboribus impensis excederet summam beneficiorum *Purpurat. in l. cum quid nu. 130.*

14 *ff. si cert. petat.* In † remunerationibus enim debemus agros fertiles imitari, qui multo plus reddunt, quàm acceperint, vt dicit *Cic. officior. libr. 1.*

15 Tertius † casus est quando inter procuratorem, & litigantem magna intercederet Amicitia, ob quam intrat præsumptio, quòd voluerit procurator absque mercede patrocinium prçstare, *Abb. in c. requisitus numer. 23. cum seqq. & ibidem Couarru. num. 7. de Testament. Alex. in l. exigendi num. 16. & Ias. num. 4. & 5. C. de Procurator. idem Ias. in l. quæ dotis numer. 74. & seqq. ff. solut. matrimon. Bart. in l. 2. num. 4. ff. de negoc. gest. Caroc. de Locat. & conduct. par. 1. tit. de fruct. & lit. ex-*

16 *pens. quaest. 8. num. 42.* Nihil † enim magis amicitiæ aduersatur, quàm Merces *l. 1. ff.*

17 *mandati* Quod † procedit etiam quando procurator laboraret pro persona ipsi amico valde coniuncta, vt puta si adiuuaret filium sui amici, quia præsumeretur adiuuasse ratione amicitiæ, quàm cum eius patre habebat, non autem pro mercede, *Bal. in l. 2. num. 2. C. de Iure dot. & in l. 2. num. 2 C. de Donat. Bar. in l. 2. num. 4. C. de negoc. gest. Ruin. cons. 100. num. 25. libr. 4. Menoch. de arbitrar. cas. 88. num. 60. Ioseph. Ludouic. decis. perus. 111. num. 7. Mascard. de probat. conclus. 554. num. 56. Caroc. loc. supra citat. Marescott. variar. resolut. libr. 2. cap. 110. num. 3. Golin. de procurator. part. 4.*

18 *cap. 5. num. 53.* Quotiescumque † tamen amicitia sit talis, vt possit dici vera amicitia, & cum ea concurrat causa pietatis, nè scilicèt

licet amicus opprimatur *l. is qui amicitia ff. de negoc. gest Menoch. d. cas. 88. num. 61. vers. hunc tamen casum Caroc. vbi suprà*, & nos latè diximus supra in *quæst.* 51.

19 Quartus † erit casus quando procurator suas operas impendisset ad fauorem pauperis, & miserabilis personæ, concurrente enim qualitate paupertatis in litigante militat præsumptio, quòd procurator voluerit absque vlla temporali recognitione laborare, accedente maximè obligatione inducta à lege defendendi causas pauperum absque mercede ad text. *in l. prouidendum* §. 1. *C. de postulan. & tradita per glos. in l. tam dementis C. de ep. aud. Alex. in l. argentarius in fine ff. de eden. Ias. in* §. *tripli col. penul. Inst. de Action. Rip. in l. Centurio num.* 3 :. *ff. de vulgar. Foller. in praxi crimin. in secunda secundæ part. principal. vers. recipiantur defensores reorum num.* 27. *Benincas. de pauper. quæst.* 7. *spec.* 1. *in tud. num.* 14. *Gerard. singular.* 13. *Caroc. de locat. part*, 1 *quæst.* 8.

20 *n.* 12. Ita ut † si procurator recusaret postulare, & procurare pro paupere, possent pauperes denunciare Iudici, qui suo officio inuitum compelleret ad præstandum gratis suas operas, *Fælin. in rubr. de offic. Iudic. num.* 3. *vers. an autem pauperi compe'at actio, & in c. si pro debilitate de offic. delegat.* etiam peculiaribus pęnis illum afficiendo, *Gratian. disceptat. forens. cap.* 56. *num* 3'. *Leoncill. de priuileg. pauper. part.* 2. *priu.* 339. *num* 3. & nos latiùs diximus suprà *in quæstion.* 52. de Aduocato, & omnia in eadem quæstione adducta poterunt affirmari, de

21 Procuratoribus Romanæ Curiæ, qui parum, aut nihil differunt ab Aduocatis, cum vtplurimum sint Iuris vtriusque Doctores vt per *Rot. in Romana Pecuniaria* 4. *Decembris* 1628. *coram Reu. Pad. Dom. Coccino*

22 & † præcedant Aduocatis extra Curiam, &

23 hoc maxime dicendum est de † Procuratoribus causarum S. Rotæ, intra quem ordinem non nisi graues viri toga, ac laurea decorati, præcedenti rigoroso examine, admittuntur, vt testatur, *Vestr. in praxi libr.* 2. *cap.* 19. *num.* 1. & 3.

24 Quando † autem Salarium procuratori fuerit promissum omninò erit soluendum, *l. Salarium ff. mandati l.* 1. *C. eodem tit Surd. cons.* 306. *num.* 9. *vol.* 3. *Boer. decis.* 282. *numer.* 6. *Rot. decis.* 18. *de probat. in antiq. & decis.* 127: *num. primo par.* 4. *diuers. & in Valentina Mercedis* 3. *Iunij* 1621. *coram*

25 *Cardinali Lancellotto* Et † absque difficultate procedit quotiescumque conuentio de Salario sit licita, & procurator ex parte sua adimpleat ea omnia quæ ratione officij ad-

26 implere tenetur, Et † licita dicetur conuentio Salarij si talis sit, vt non excedat summam à Iure determinatam, & dici non possit pactum de quota litis: Quænam autem sit summa determinata à Iure, & quale dicatur pactum de litis quota, satis ostendimus

27 supra in *d. quæst.* 52. Ad effectum vero, vt procurator dicatur adimplere ea, quæ ad suum officium pertinent, non debebit excedere fines mandati, & tenebitur benè, & diligenter in causæ patrocinio se gerere,

28 aliàs si malè causam defenderet, mandatique fines excederet non consequeretur Salarium, *Guidopap. decis.* 68 *num.* 5. *Gratian. disceptat. forens. cap* 55. *num* 21. *Surd. de Alment titul.* 7. *quæstion* 41. *numer.* 3.

29 Imò † voluerunt Aliqui, & præcipuè *Bal. in l. Nesennius in fine ff. de excusat. Tutor.* quòd priuandus esset Salario anteacti temporis, quo benè causam defendisset per *tex. in l. Iudices C. de Anno. & tribu. lib.* 10

30 Verùm † Doctores communitèr huiusmodi sententiam reprobant dicendo, quòd sicuti Dominus commodum recepit ex opere procuratoris tempore, quo benè causam defendit, ita quoque æquitati consentaneum sit, quòd procurator suorum laborum commodum referat, labor enim, & tempus diuisionem recipiunt, *Gratian. d. capit.* 55. *num.* 22. *Surd. de Aliment. quæst.* 41. *tit.* 7. *num.* 8. & pluries diximus in quæstionibus precedentibus.

Quando autem conuentio est licita, & ex parte procuratoris omnia ad suum officium spectantia adimplentur, tunc absque difficultate procedit conclusio, quòd procuratori sit soluendum Salarium, imò plures recipit ampliationes, & Primo amplia-

31 tur, † quòd procurator consequi debeat Salarium etiam pro eo tempore, quo nihil fuit in causa gestum quando Salarium fuit conuentum liberè, & simplicitèr, vt si conueniremus, quod dares mihi centum quolibet anno, vt tuas causas defenderem *Adden. ad Buratt. decis.* 74 *num* 12. *Rot. decis.* 330. *numer.* 2. *part. prima in recentior.* Cum satis sit, quòd per procuratorem non steterit, quin suas operas præstauerit; Et

sufficit, quòd esset paratus laborare occasione adueniente, vt pro toto tempore Salarium consequatur, *l. sed addes* §. *cum quidam & l. qui operas ff. locati glos. magna in l. si vno* §. *cum quidam ver. cum autem ff. eodem titul. Natt. in consil. 452. numer. 2. vol. 2.*

32 Neque obstat si dicatur, † Salarium esse commensurandum pro modo laborum,
33 quia respondetur, hanc † conclusionem non adaptari quando Salarium fuit promissum liberè, & simplicitèr, sed habere locum quando fuit conuentum, habita ratione laborum, certum Salarium pro quolibet actu, prout in casu *decis. 291. part. prima in recen.*

34 Ampliatur † secundo, quòd soluendum veniat integrum Salarium, quod fuit conuentum Procuratori, etiamsi causa terminetur per concordiam, *Guidopap. decis. 102. Gail. singular. obseruat. libr. 1. obseru. 44. num. 12. Golin. de procurator. lib. 4. cap. 5. numer. 45.* quia per eum non stat quominus causam vsque ad conclusionem defendat *l. qui operas ff. locati l. sed addes* §. *fin. ff. mandati l. fin. ff. de condit. & demonstrat.* & dum non stat per eum videtur adimpletum per ipsum procuratorem id, quod promisit, nempe causam defendere vsque ad sententiam *l. iure ciuili ff. de regul. iur.* & victoriam in causa retulisse videtur *l. fin. ff. mandati*, & latius diximus supra in *quaestion. 52.*

35 Ampliatur † Tertio quòd procurator consequatur Salarium etiamsi causa ammittatur *Alex. in l. litem num. primo vers. nam isto casu C. de procurat. Mut. in cap. Sicil. cap. 62. tom. 7. & cap. 243. tom. 5. numer. 10. Golin. vbi supra num 44.* non enim possunt procuratores fauorabilem sententiam suis clientibus in causa dare, cum hoc sit officium Iudicis, sed bene possunt & debent ad hoc, vt consequantur Salarium omni studio, & diligentia causam iustam defendere adducendo coram Iudice bonum ius sui principalis, ita vt victoria mediante sua opera à litigante referatur, quæ Victoria tantam gloriam, & honorem ipsis procuratoribus affert, vt multi, minorem mercedem consequi velle in casu victoriæ, maiorē verò in casu succumbentiæ cum principalibus conueniant, vt pote ille honor, qui ipsis ex Victoria prouenit loco mercedis, & Salarij succedere debeat, vt testatur *Speculat. libr. primo partic. 4. tit. de Salarijs* §. *sequitur sub num. 6. vers. Quidam tamen vbi Adden. littera L & nos diximus supra ex sententia Martials in dicta quaest. 52.*

36 Ampliatur † Quartò, soluendum Salarium procuratori etiam post reuocationem mandati lite iam contestata, quando reuocatio fuit facta absque vlla legitima præcedente causa, *Rot. coram bon. mem. Coccino decis. 256. sub num. primo vers. Domini tamen*
37 procurator † enim post contestationem litis dicitur effectus Dominus, neque potest reuocari, nisi adsit iusta causa *l. post litem ff. de procurat. c. 2. de procurat. in 6.* quæ causa, cum non possit sub certa regula
38 tradi, quænam ad hunc effectum dicenda veniat iusta, vel iniusta relinquitur arbitrio Iudicis *Afflict. in c. primo num. 24. ex quibus caus. feud. amittat. Bal. in l prima nu. 8. C. de Aduocat. diuers. Iudic. Ias. in l. properandum* §. *sin autem alterutra num. 8. C. de*
39 *Iudic. Coccin. decis. 288. num. 2.* Et † iustam causam esse ad effectum, vt procurator possit reuocari si ipse mouerit litem Domino super Salario, petendo maiorem summā, quàm fuerit promissa *resoluit Rot. coram Coccino d. decis. 288. sub num. 1. & dec. 341. num 1.*

40 Ampliatur Quinto, † quòd veniat soluendum Salarium procuratori etiam sine mandato agenti, *Rebuff. consl. 149. nu. 17. l. titio in princip. ff. ad Municip.* quod procedit etiamsi ad idem negocium, seu causas
41 esset alius procurator † constitutus, nam
42 qui exequitur actum alteri mandatum non prohibetur Salarium petere *Bar. in d. l. titio Gabr. cons. 9. nu. primo lib. primo* Et quamuis in cōtrariū facere videātur, aliqui textus *& primo reg. culpa est de reg. Iur. in 6* vbi dicitur
43 culpam † esse miscere se in rebus ad se non pertinentibus ergo si procurator immiscet se in causa ad se non spectante non debebit consequi Salarium, maxime alteri promissum, ne dicatur à culpa præmium reportare, secundo facit, *tex. in c. tua nos de homicid.*
44 vbi habetur, quē † delinquere alterius officium exercendo ergo, &c. tandē concurrit *tex. in l. doli mali* §. *fin. ff. de nouation.* vbi,
45 quis † non debet esse curiosus de rebus alternis, & vnus officialis non debet se in officio alterius intromittere, *Bar. in l. prouincijs*

C. de numer. actua & cartul. lib. 12. *Bal. in l. repetita C. de episcop. & cleric. Sicul. cons.* 45 *col.* 3. *lib.* 3. Attamen prædicta, non obstant, nam respondetur, procuratorem non recipere Salarium à culpa immediate, sed a negocio licito, quod exercuit, & quamuis videatur, quòd dum Salarium fuit promissum alteri procuratori, qui in causa patrocinium præstare debebat, non veniat de iure alteri soluendum, attamen contrarium est verum, nam Salarium erat constitutum non personæ, sed labori *l. medico C. de annu. legat.* cum autem labor fuerit passus à procuratore non habente mandatum, non autem ab illo, qui habebat, iustum est, quòd laborum præmium consequatur, sicuti iniustum esse apparet, quòd Salarium soluẽdum veniret procuratori habenti mandatum, dum alter laborauit, Ad id vero, quod dicitur, quem delinquere alterius officium exercendo, respondetur, seu declaratur secundum *Din. & Dec. in d. reg. culpa est*, quòd non dicatur in culpa, nec alienæ rei se se immiscere ille, qui ratione officij, vel pietatis, vel coniunctionis officium alterius exercet *l. non tantum ff de app. l. vt vim. ff. de Iust. & Iure Dec. in c. primo de offic. delegat.* cum autem procurator possit dici ratione officij, seu etiam ratione pietatis, seu etiam coniunctionis sit concurrit, causam patrocinasse, non potest dici quod sit in culpa, sicque Salariũ pro suo patrocinio habere debebit:

46 Ampliatur † Sexto, deberi Salarium etiam procuratori falso *Bal. in c. ex parte n.* 15. *de rescript. Golin. de procurator. par.* 4. *cap.* 5. *num* 49.

47 Demum ampliatur, soluendum † esse Salarium procuratori substituto à procuratore principali habente procurę mandatum cum facultate substituendi *Rot. coram Cardinali Caualerio decis.* 416. *num.* 2. *Bar. in l. Titio per illum tex. ff. ad municip. Rot. coram bon. mem. Coccino decis.* 256. *numer.* 2. ibi: Dixerunt Salarium deberi à die quo fuit substitutus, & incepit seruire, &c.

47 Procurator † enim substitutus dicitur habere mandatum à Domino qui principalem procuratorem constituit *Rot. decis.* 692. *nume.* 2: *glos. in c. primo v. substituendi de procurat. in* 6. *Rot. decis.* 8. & 38. *in fine de procurat. in nouis*, Et sic, si inter principalem procuratorem, & Dominum fuerit conuentum Salarium cum substituto etiam conuentum fuisse dicendum erit, quia sub-

49 rogatus † assumit naturam eius, in cuius locum subrogatur, & fruitur omnibus iuribus tam actiuis, quàm passiuis, quæ spectabant ad eum in cuius locum fuit subrogatus, nisi expresse tollantur, *Rot. decis.* 358. *numer.* 7. & *decision.* 258. *numer.* 4. *part.* 5. & *decis.* 271. *num* 5. & 7. *num.* 7. *in Recen. & in Taraconen. Subrilitie* 19. *Martij* 1601. *coram Iusto*.

50 Et hæc amplia, quòd licèt † per mortem mandantis dicatur expirasse mandatum *Put. decis.* 295 *num primo libr.* 2. *Rot. decis.* 12 *de offic. delegati in nouis c. sicut* §.

51 *sicus de præben. lib.* 6 attamen si † procurator substitutus continuaret suas operas præstare post mortem substituentis Salarium consequeretur, & ratio est, quia diceretur præstare ex mandato, quod non dicitur expirasse per mortem substituentis, per litis enim cõtestationem procurator dicitur illius effectus Dominus *l. post litem. & l. si defunctus ff. de procurator. l. procuratoribus C. eodem ti.* ea ratione, quia post litis contestationem res non dicitur amplius integra, &

52 † re non integra per mortem Domini non finitur mandatum, prout habetur in *d. decis. Put.* 24. & *decis* 12. *num primo de offic. delegat. in nouis Capella Tholos. decis.* 65. *nu-*

53 *mer. primo*, Nisi † tamen ipse Dominus moreretur sine hærede nam tunc finitur mandatum procuratoris etiamsi lis fuerit contestata, vt est tex in *l. prima C. de action. & obligat. & ibi Bal.* vbi assignat rationem, quòd sicuti, tunc nulla remanet imago defuncti, quẽ nullus repræsentat, ideoque tunc procurator non potest vti titulo sui nominis, quod à rerum natura fuit extinctum, *l. postquam ff. vt legat. nom. c. u.*

Neque obstat si dicatur, quòd tunc per mortem mandantis re non integra mandatum non expiret quando versamur in procuratore ab ipsomet Domino constituto, secus vero in substituto ab alio procuratore,

54 nam cum quis † non possit plus iuris in alium tranferre, quàm ipse habeat *reg. nemo potest de reg. Iur. in* 6. Et cum per mortem procuratoris dicatur expirasse mandatum, à quo dicta substitutio ortum habuit, & ipsam quoque substitutionem expirasse dicendum sit corruente enim principali; & accessorium corruere necesse est, Respondetur

detur namque, illum procuratorem substi-
tutum habuisse substitutionem de manda-
to Domini, & sic ab ipso Domino habere
mandatum, quod non expirat per mortem
substituentis, sicuti nec per mortem Do-
mini ob rationes supra allatas, neque mi-
nus obstare, quòd corruente principale, ac-
cessorium corruere necesse sit, Quia respon-
55 detur substitutum † per litis contestatio-
nem effici procuratorem principalem, ita-
ut possit ipse etiam alios substituere, *Ias. in l. nihil. & in l. nulla C. de procurat. argumento c. 1. de procurat. & c. is qui cum ibi notat eodem tit. in 6. Rot. dec. 18. incipien. procurator substitutus & decis. 146 de procurat. in nouis.*

Proxenetis quando debeatur Salarium.

QVAESTIO LXXXIII.
SVMMARIVM.

1 *Proxenetæ qui dicantur.*
2 *Proxenetarum officium circa quæ versetur?*
3 *Proxenetarum opera in magnis ciuitatibus reputatur valde vtilis.*
4 *Proxenetis de Iure Salarium debetur.*
5 *Proxenetarum Salarium proxeneticum dicitur.*
6 *Salaria proxenetarum dicuntur expensæ necessariæ, & detrahenda veniunt tamquam æs alienum.*
7 *Proxeneta, qui contractum illicitum tractauit mercedem petere non potest.*
8 *Proxeneta, qui dolose aliquem ad contrahendum induxit, non solùm mercedem petere non potest, sed tenetur contrahenti decepto ad interesse.*
9 *Proxeneta si minoris emat, vel pluris vendat rem, quàm emere, vel vendere pro certo prætio in mandatis habuit, non potest vti proprium retinere id, quod pluris emerit, vel minoris vendiderit.*
10 *Proxenetæ Salarium debetur etiamsi post perfectum contractum partes pœniteant, & de consensu contractum rescindant, Declara vt num. 11.*

1 PRoxenetæ † illi dicuntur, qui explorant voluntates hominum, qui, & cum quibus, & qualitèr velint
contrahere, & quę sint facultates eorum,
qui contractum facere intendunt, *Azo. in summa tit. de spons. & arr. num. 1?. Cuiac. obseru it. libr. 11. cap. 18. sub littera C. Berò cons. 229. num. 2. Decian. respons. ?5. nu-*
2 *mer 20. vol. 2.* Et † versatur eorum officium
circa matrimonia contrahenda, amicitias
copulandas, famulos Dominis quęrendos,
venditiones rerum procurandas, & circa a-
lios contractus, vt exponit, *Glos. in l. 1. verb. proxenetica ff de proxenet. & in c. primo v. Mediatores de Testib. in 6. Alciat. dispunct. lib. 1. cap. 22. in fine Paris. de resignation. libr. 14. quæstion. 10. num. 34.* illorumque
3 † opera in magnis ciuitatibus reputatur val-
dè vtilis, vt per *Azon. loc. citat. Carpan. ad Statut. mediolan tom. 2. cap. 420. sub littera*
4 *A.* Vndè † merito eis Salarium de Iure de-
5 betur, † quod proxeneticum appellari con-
sueuit, *l. 1. & l. proxenetico ff. de proxenet. Bim. cons. 248. num. 28. libr. 3. Stracc. de proxenet part. prima vlt. par. numer. 16. Rot. decis. 392. num. 1. part. 4. in recent.* In
6 † tantùm, vt Salaria, quæ ipsis dantur,
dicantur expensę necessariæ, & de-
beant detrahi tamquam ęs alienum, prout
illę, quę fiunt pro solutione gabellarum,
subhastationibus, confectione instrumen-
tum, & similibus, *Bar. in l. vbi purè §. fin. num. primo ff. ad senat. Consult. Trebellian. & l quantitas patrimonij ff. ad leg. falcid. & in l. finali §. in computatione in princ. n. 3, & ibidem Ias. nu. 2. & Corn. n. primo in fine C. de Iure deliber Gratian. discept forens. cap. 343. num. primo.*

In tribus tamen casibus non erit illi Sa-
larium persoluendum, quorum primus est
7 quando contractus per proxenetam tracta-
tus esset illicitus *Glos in l. 3. verb. licitis ff. de proxenet. Fenzon. ad Statut. Vrb. libr. 1. cap. 153. sub n. 30 vers. & in fine.*

8 Alter est casus quando † Proxeneta do-
losè induxisset aliquem ad contrahendum;
Tunc enim, non solùm mercedem petere
non valebit, sed tenebitur parti ad interesse
l. eleganter §. finali ff. de dol. Bal. in l. seruus tuus in princip. eodem tit. Azo. in summa loc. citat. sub num. 12. Gratian. disceptat. forens. cap. 343. sub num. 16. Scacc. in d. tractat. de Proxenet. tit. quand. in negoc. interuen. proxenet. num. 24. & in tractat. de Mercatur. tit. de decoctor. in rubr. quomod. proceden. sit in 2. par. vlt. princip. num. 34. & 35. Mart.

vol.

vot. pisan. 146. *sub num.* 1. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæst.* 162. *num.* 3. *Rot. decis.* 162. *numer.* 2. *part.* 4. *tom.* 3. *recentior.*

9 Tertius, & vltimus casus est † quando proxeneta rem pro certo prætio emendam, vel vendendam emeret, minori, vel venderet maiori proetio, non enim illud plus potest sibi retinere vti proprium, sed computare debet in suam mercedem, & si illam excedit tenetur quod reliquum est restituere, quia nulla specie iustitiæ retinere sibi potest illud prætij incrementum nisi expresse cum Domino conuenerit, vt quid quid amplius vendiderit vltra summam taxatam esset ipsius proxenetæ, vt expressè habetur *in* §. *is qui Institution. de mandat.* ibi Quod si minoris emeris habebis cum eo mandati actionem, quoniam qui mandat, vt sibi centum aureorum fundus emeretur, is vtique mandare intelligitur, vt minoris si possit emeretur, &c. Et firmant, *Bart. in l. ex mandato ff. mandat. Nauarr. in Manual. cap.* 23. *num.* 97. *Syluester in summa verb. emptio quæst.* 25. *Lopez. libr. primo in. Struct. negot. cap.* 53. *Molin. de Iust. & Iure disputat.* 353. *circa med. Salas. in tractat. de empt. dub.* 45. *num.* 6. *Less. de Iust. & Iure libr.* 2. *cap.* 21. *dubit.* 19. *num.* 138. *Reginald. libr.* 25. *cap.* 39. *num.* 317. *Filliuc. tractat.* 35. *cap.* 6. *quæst.* 11. *num.* 144. *Onnat. de Contr. tom.* 3. *disputat.* 68. *sect.* 4. *num.* 50. *& seq.*

Prædictis exceptis casibus semper erit
10 soluendum Salarium proxenetis, nec † contra eos dabitur mercedis repetitio si partes pœniteant, & de consensu contractum rescindant, vel si res in contractu deductæ redibeantur, vt post *Ias. in l.* 1. *num.* 7. *ff de condit. caus. dat.* firmant *Carot. de locat. & conduct. part.* 6. *conclus.* 96. *Gratian. disceptat. forens. d. cap.* 343. *num* 16. Et ratio est, quia Salarium fuit datum proxenetæ pro seruitio, & eius opera, quæ, cum fuerit iam præstita impedire debet repetitionem per *tex. in l. diebus, & ibi glos. ff. de ædilit. edict. Bar. in l. sciendam* §. *fin. ff.*
11 *eodem*, Quod tamen procedere intelligas dummodo contractus non dissoluatur incontinenti, idest antequam Contrahentes ad extraneos actus diuerterint, quia tunc nullam mercedem poterit proxeneta prætendere, cum tali casu perinde habeatur ac si nihil actum fuisset, *Parlador. rer. quotidianar. libr.* 1. *cap.* 3. §. 4. *num.* 37. *Anton. Gomez. variar. libr.* 2. *cap.* 2. *num.* 31. *Tiraquell. de Retract. conuent.* §. 6. *glos.* 3. *nu.* 11. *Sanchez. respons. moral. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 39 *num.* 7.

Relatoribus quando debeatur Salarium.

QVAESTIO LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Relatores voluntarij qui sint?*
2 *Relatores necessarij qui sint?*
3 *Relatores constitui consueuerunt ad perquirenda, & enuncianda crimina, nè delicta remaneant impunita.*
4 *Relatoribus necessarijs ea debetur merces, quæ fuit promissa, vel quæ fuit dari solita.*
5 *Merces recipi non potest pro faciendo id, ad, quod quis ex lege Iustitiæ tenetur.*
6 *Indicare furem, vel alium male agentem quilibet tenetur, vt liberet proximum à damno.*
7 *Merces datur Relatori pro industria & labore necessario in perquisitione eius, quod refertur.*
8 *Relatori proprij criminis nulla debetur merces, Amplia vt num.* 9.
10 *Bannum promittens præmium relatori alicuius delicti non comprehendit delinquentes, nec complices, nisi dexpressè specificet.*
11 *Relator voluntarius aliorū delictorum mercedem consequitur, Declara vt num. seqq.*
12 *Relator suam relationem probare tenetur.*
13 *Relator, qui suam relationem non probat quas pœnas incurrat?*
14 *Referre quinam à Iure prohibeantur?*
15 *Relator, si sit de ijs quibus à Iure prohibitum est referre, non consequitur mercedem pro relatione.*
16 *Referens detentorem rei spectantis ad fiscum quando, & quam mercedem consequatur?*

1 Re-

1 RElatorum duo sunt genera, Alij † enim sunt voluntarij, qui non ratione officij vltro ad deferendum accedunt *l. si quis in graui vbi DD. ff. ad Senat.*
2 *consult. Syllan.* Alij † vero necessarij & ij sunt, qui ratione proprij officij, quod exercent debent referre *l. 2 & 4. C. de Delat. libr* 10. Et † consueuerunt isti constitui
3 à Principe, vel à quacumque Vniuersitate, vel Iudice ad crimina perquirenda, eaque denuncianda, nè delicta remaneant impunita *l. 1. §. quoties ff. de offic. præfect. Vrb. l. diuus ff. de cust. reor l. congruit ff. de offic. præsid. Salicet. & Alij in l. ea quidem C. de Accusat. Bar. in d. l. Diuus ff de cust. reor. Angel. in tract. de malefic num. 6.*

Dum igitur quærimus, An Relatoribus sit soluendum Salarium, animaduertendum erit pro solutione quæstionis, An versemur in Relatore Necessario, vel Volun-
4 tario, & † si in necessario versabimur illa erit persoluenda merces, quæ vel fuit promissa, vel quæ de consuetudine huiusmodi officialibus dari consueuit *glos. in c. qui cum fure verb. indicat. de furt. Couarru. in reg. peccatum part. 2. §. 3. sub num. 4. Caroc. de Locat. & conduct. par. 1. tit. de condit ob caus. num. 1. & faciunt tex. in l idem & si §. si tibi ff. de condit. ob turp caus. & in l. solent. ff. de præscript. ver.* Non obstante argumento in contrarum adducto per *glos. in c. qui cum fure v. indicare de furt.* videlicet Quòd
5 † non possit recipi merces pro faciendo id, ad quod quis tenetur ex lege Iustitiæ, & si aliquid accipiatur omninò restituendum sit, cum dicatur turpitèr acceptum iuxtà *tex. in l. 2. & in l. 4. & l. fin. ff de condit. ob turp. caus. Syluester in summa verb. restitutio 4. §. 1. Anton. Gomez variar. tom. 3. capit. 2. sub num. 8. Molin. de Iust. & Iure disputat. 93. num. primo, & seqq. Less eodem tractat. libr. 2. capit. 14 à numer. 6.* Sed
6 † quilibet tenetur lege Iustitiæ, saltèm charitatis furem, seu alium malè agentem indicare, vt liberet proximum à damno, *Clau. in repetit. l. vt vim. sub numer. 127. ibique Curt. numer. 59. Hypolit. Riminal. sub numer. 391 & Bolognett. sub num. 79. ff. de Iust. & Iure Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 355. num. 2. Molin. de Iust. & Iure disputat. 18. num. secundo Farinac. in praxi crimin. quæst. 51. num. 23.* Ergo Relator non debebit aliquam mercedem accipere:

7 Respondetur enim, quòd merces, quæ per Relatorem accipitur, non sit in remunerationem relationis furis, vel alterius malefactoris sed pro labore, & industria, quæ requiritur in perquisitione, *Couarru. vbi suprà in d. §. 3. sub num. 5. Molin d. disp. 93. num. 3. post princip. Less. d. cap. 14. num. 66. Bal. in dicto c. qui cum fure numer. 7. de furt.*

Si vero in voluntario Relatore versabimur facienda erit distinctio relationum, potest enim Relator referre se met ipsum, vel alios, & relatio potest versari, vel circa crimen cõmissum, vel circa rem spectantem ad fiscum, *l. 1. ff. de Iure fisci l. vnica C. de*
8 *his qui se refer. libr. 10.* Et † si relatio contineat crimen commissum à se met ipso Relatore, certum est, quòd pro tali relatione nulla ei erit soluenda merces, *l. post legatum §. vltimo ff. de his quib. vt indign. & in l. edicto § eos qui ff. de Iure fisc. Ioan. de Plat. in d. l. vnic. num. 8. C. de his qui se refert. libr. 10. & ibidem Luc de Penna col. 4.*
9 *vers. ex eis autem,* Etiamsi † fuisset publicatum edictum, per quod promitteretur præmium denuncianti delictum, quia dum
10 bannimentum, † vel edictum loquitur generalitèr de Relatore, nunquam comprætendit delinquentem, vel complices delicti, nisi id expressè specificet *Bar. Angel. & Cuman. in l. 3. §. si ex stipulatione ff. ad Senat. Consult. Syllan. DD. in l. idem est §, fin. ff. de condition. ob turp. caus. Salicet. in l. 2. C. de Noxal. Adden. ad Angel. de Malefic. ver. nec non ad denunciationem num. 31.*
11 Quando † autem relatio continebit delictum commissum ab alio, quàm ab ipso Relatore, tunc ei soluenda erit merces *l. si quis in graui §. vtrum ff. ad Senat. Consult. Sillan. ibique Bar. num. 2. Roman. numer. 4. Igneus num 3. Angel. d. tractat. de Malefic. d. vers. nec non ad denunciationem num. 26. Marsil. cons. 2. num. 48. Menoch. de Arbitr. cas. 198. num 35.* Dummodo duo concur-
12 rant; Primum nempè, quòd Relator † suam relationem probet, prout tenetur probare, *l. Diuus ff. de Cust. reor l. ab accusat. §. nunciatores, & vtrobique Bar. ff. ad Tur-*
13 *pillian.* Aliàs † non solùm mercedem non consequetur, sed si causa fuerit pecuniaria, damnabitur, vt tantundem fisco persoluat quantum Relator ipse accepturus fuisset si relationem iustificasset, *l. Senatus §. finali & l.*

& l. Arrianus ff. de Iure fisc. & si causa fuerit criminalis, quæ imponat pœnam corporis afflictiuam, punietur extra ordinem Iudicis arbitrio tamquam calumniator *d. l. Senatus §. si quis, & l. eos ff. de Iure fisci l. lege cornelia §. qui delatorem vbi Bar. ff. ad leg. cornel. de fals. l. 2. in princip. §. 1. ff. de Calumniator. Glos. in l. penult. C. de Delator. libr. 10. Bal. in l. 1. C. si aduers. liber. Bar. in d. l. Diuus num. 9. Luc. de Penn. in rubr. C. de Calunniator. col. 2. vers. item dicunt aliqui Bos. in praxi tit. de Denunciat num. 15. Clar. in §. fin. quæst. 7. in fine Menoch. dicto cas. 198. num. 17. & seq.* Præuia semper expensarum refectione, *Gramatic. decis. 39. per tot. Marsil. in pract. criminal. §. superest num 6. & seq. Menoch. loc. supr. citat. Hypolit Riminal. cons. 303. num. 18. vol. 3. Farinacc. in praxi criminal. tit. de Accusator. quest. 15. num. 17.*

14 Secundum † requisitum pro cõsecutione mercedis illud est, quòd Relator non sit de ijs, quibus de Iure prohibitum est referre, ex quorum classe sunt Nobilissimi, Milites, Minores, Tutores, & Curatores contra pupillos, vt in *l. deferre ff. de Iure fisci*, Filij contrà parentes, Serui contra Dominos, Liberti contra patronos, Vassalli contra principem, & alij, de quibus in *l. 2. §. Imperator cum glos. ff. eodem tit. de Iure fisc. & l. fin. C. de Delator. libr 10. l. qui accusare in fine ff. de Accusator. l. 1. §. cum patronos*
15 *ff. de offic. præfect. Vrb.* Isti † namque si ad referendum accederent, non solùm mercedem aliquam non consequerentur, sed tamquam facientes actum ipsis à Lege prohibitum puniri possent, etiamsi relationem probarent non calumniosam, sed veridicam *l. fin. C. de Delator. lib. 10. & ibi Ioan. de Plat. num. 1. vers. secundo nota Luc. de Penna in rubr. eiusd. tit. col. 2. vers. item prohibentur alij Menoch. de Arbitrar. in sepe allegat. cas. 198. num. 12. & 13.*

16 At † si relatio versabitur circa rem spectantem ad fiscum talis erit adhibenda distinctio, videlicèt: Aut quis refertur ab extraneo, Aut se ipsum refert, & primo casu referens consequetur tertiam partem eius, quod fisco esset applicandum *l. edicto §. extat. & ibi glos. in verb. vulgare ff. de Iure fisci Cuiac. in d. l. vnic. C. de his qui se ips. defer. Menoch. d. cas. 198. num. 40.* Secundo vero casu iterum erit distinguendum sic: Aut is, qui referet, est incapax bonorum propter suum delictum, & nihil consequitur *l. edicto §. eo ff de Iure fisci*, Aut eius incapacitas non resultat ex proprio delicto, & tali casu si bona ad eum peruenerũt liberè absque onere restitutionis lucratur dimidiam bonorum partem vt in *d. l. senatus § senatus* Nisi esset fideicommissarius, cui ante relationem fuisset ei hæreditas restituta, Tunc enim, quia, dum passus fuit hæreditatem sibi incapaci restitui, quodammodo approbauit dispositionem, nisi probaret ignorantiam suæ incapacitatis, non consequeretur medietatem hæreditatis sibi restitutæ, sed dimidiam drodrantis *l cum tacitum ff. de Iure fisci Menoch. vbi supra num. 42.*

Sed cuinam erit debitum prœmium relationis in casu, quo quis referat sui inhabilitatem retinendi bona postquam hæc incapacitas fuerat ab extraneo relata? Et pro resolutione huius dubij inspiciendum erit, An testamentum, in quo incapax instituitur, fuerit publicatum, quia si non fuisset publicatum præferendus esset in consecutione prœmij ille, qui se ipsum referret ad *tex. in d. l. edicto §. cum ante ff. de Iure fisci*, At si denunciatio facta esset per vtrumque post apertas tabulas melior esset conditio possidentis, vt per *Bart. in d l. Senatus ff. de Iure fisc. & Peregrin. in eod. tract. de Iure fisc. lib. 2. tit. de Declarator. num. 16.*

Sacerdotibus An pro celebratione missarum stipendia debeantur.

QVAESTIO LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes possunt pro celebratione missarum stipendia recipere, Declara vt num. seq.*
2 *Sacerdotes possunt via Iuris exigere stipendia pro celebratione missarum à soluere recusantibus.*
3 *Sacerdotes possunt absque labe Symoniæ stipendia exigere pro celebratione missarum.*
4 *Sacerdos triplici causa potest mercedem reci-*

recipere pro celebratione missarum.

5 *Sacerdos accipiens stipendium pro missæ celebratione tamquam præmium ipsius actionis committit simoniam.*

6 *Sacerdotes possunt pro celebratione missarum stipendia recipere ratione laboris, Declara vt num.8.*

7 *Laborem vendens, sine quo opus sacrum non fit, non censetur relinquere inuenditum ipsum opus sacrum, Declara vt num.8. & 9.*

10 *Iudicem laycum competentē esse ad condemnandum laycum conuentum pro solutione Salarij debito præsbitero pro missis celebratis fuit iudicatum in parlamentis Franciæ.*

11 *Labor extrinsecus interueniens in sacrificio missæ, cuius ratione merces percipi possit quinam sit?*

12 *Sacerdotes possunt pro celebratione missarum stipendia accipere ratione propriæ substentationis.*

13 *Sacerdotes possunt pro celebratione missarum stipendia accipere ratione illius obligationis, quam contrahunt celebrandi.*

14 *Obligatio aliquid faciendi est prætio æstimabilis quatenus priuat hominem sua libertate, & facultate aliarum actionum, ex quibus vtile peruenire posset.*

15 *Sacerdos non potest applicare missam ei, qui primo daturus est stipendium.*

16 *Sacerdotes non debent pro missarum celebratione exigere vltra summam iusti stipendij, Declara, vt num. 19. & 20.*

17 *Merces iusta pro missarum celebratione quænam dicatur.*

18 *Episcopus potest taxare summam stipendij soluendi pro missæ celebratione.*

21 *Lex Iustitiæ non impedit opera liberalitatis.*

22 *Sacerdotes non possunt pro vnica missa duo stipendia recipere.*

23 *Sacerdos duplex stipendium recipiens pro vnica missa tenetur ad restitutionem, Amplia vt num.24. 25. & seq.*

26 *Sacerdos non potest duplex stipendium recipere pro celebranda missa die festiuo.*

27 *Sacerdos, qui ratione beneficij, seu cappellaniæ tenetur quotidiè celebrare, non potest alia stipendia accipere pro celebratione missarum.*

28 *Sacerdotes non possunt eadem die plures missas celebrare.*

29 *Sacerdoti quibus in casibus sit permissum eadem die plures missas celebrare.*

30 *Sacerdos, qui stipendia recepit pro celebratione missarum non debet diu differre celebrationem, Declara, vt num.31.*

32 *Datum ob causam repetitur si causa adimpleri non possit ob infirmitatem recipientis.*

33 *Sacerdos habens cappellaniam cum onere celebrandi missas non tenetur illas celebrare per alium tempore infirmitatis, Declara vt num.34.*

35 *Sacerdoti non licet stipendium accipere pro celebranda missa, & deinde illam alteri celebrandam committere parte stipendij sibi retenta, Amplia vt num.36. & 37. Declara, vt numer. 38.39. & 40.*

1 SAcerdotes † possunt pro celebratione missarum stipendia recipere *Glos. in c. significatum verb. ita quod de præben.* ibi: Sacerdos potest recipere pecuniam, vt celebret diuina quia sic operas suas videtur potius locare &c. *Henriquez. in summ. lib.9 cap.22. §. 1. Posseuin. de offic. curat. capit.2. numer. 20. Aegid. Coninc. de Sacrament. tom. primo quæst.83. num.196. & seq. Cenel. ad Decretal. col. 44. n.3. Mich. Timot. de Sacrific. miss. tract. 3. quæst. 48. Graffis in aur. decision. libr.2. cap.96. num. 32. Gutier. Canonic. libr.1. cap.29. à num.3. Vgolin. de Simon. tab. 1. cap. 9. Morl. in empor. Iur. par.1. tit.1. quæst.13. in princip. Petr. de Ledesma in summ. part.1. de Sacramen. Eucharest. cap.18. vers.4. conclusio Soarez. de Religion. tom. 1. lib. 4. cap.14. & par.3. quæstion. 83. art. 6. & disput. 86. sect. 1. vers. circa alium modum & sect. 3. Vasq. tom. 3. disp. 234. Barthol. ab Angelo exam. confess. dialog. 5. §. 528. Fraxinell. de obligat. Sacerdot. sect.3. præn.1. num.2. & 5. Azor. Instit. moral. par.3. libr.12. cap.3. quæst. 5. Less. de Iust. & Iure libr.2. cap.35. dub.8. Barbos. de offic. & potest. Episcop. allegat. 24. numer. 2.*

2 Imò illa via Iuris apud Iudices à soluere recusantibus exigere, *Barbos. in collect. DD. ad d. c. significatum num. 10. de præben. & dignitat. Azor. vbi supra eodem lib.12. cap.7. quæst.2. Fraxinell. in d. tract. sect. 3. præ-*

3 *not. 1. §.2.* Et † hoc absque aliqua labe, & simo-

simoniæ nota, *Anton. de Cordub. de casib. conscien. cas. 77. Mich. Timot. loc. citat.* & notant DD. omnes supra relati, quos sequitur, *Onnat. de contract. tom. 2. tract. 23. disp. 84. sect. 7. num. 131.* Non obstantibus ijs, quæ possent in contrarium adduci, facillimè enim corruunt animaduertendo,
4 quòd † triplici causa possit Sacerdos mercedem recipere, & Primò tamquam prœtium ipsius actionis, quatenus talis est, secundò non tamquam prœtium ipsius actionis, sed laborum, qui in ipsa actione, impenduntur, Tertio, vt stipendium substentationis, *Sanchez. consil. moral par 1. libr. 2. cap. 3. dub. 7. num. pri-*
5 *mo* Et † considerando ipsam actionem de per se, vt sacrificium, nemo est, qui nesciat, Sacerdotem stipendium aliquod accipientem pro ipsius celebratione incidere in execrabile Simoniæ crimen *c. quis quis 1. quæst. 1. D Thom secunda secundæ quæst. 100*
6 *art. 3.* At † si inspiciatur labor ipsi actioni annexus, certum est, quòd possit Sacerdos stipendium petere, vt probant omnes relati supra *num. 1.*

7 Nec obstat dicere, quòd † vendens laborem, sine quo opus sacrum, & spirituale non fit, non censeatur relinquere inuenditum ipsum opus spirituale, vt in *c. 1. de Sim. & in c. si quis Episcopus 1. quæst. 2. Caietan in summ. verb. Simonia regul 5. Victor. in relect. de Simon. part. 2. num. 20. Sot. de Iust. libr. 9 quæst. 6. art. primo Nauarr. in manual. capit. 23. num. 101. & seq. Valent. tom. 3. disput. 6. quæst. 16. punct. 2. vers. nihilominus Valer. Reginald. in praxi for poeniten. lib. 23*
8 *num. 119.* Quia † intelligendum est de labore intrinseco, non autem de extrinseco, seu per accidens operi sacro adiuncto, veluti pro defatigatione, & molestia, quæ percipitur, vt declarant, *Adrian. Quodlib. p. 1. Bonauent. in 4. dist. 25. art. 1. quæst. 4. in fine Suarez. lib. 4. cap. 21. num. 11. Sot. de Iust lib. 9. quæst. 6. art. 2. conclus. 2. vers. An vero in mercedem* Bonacin. *tractat. var. tit. de Simon. quæst. 6. disputat. 3. numer secundo*
9 Pro † qua quidèm defatigatione dum merces percipitur non redditur mercenaria ipsa ratio sacramenti, nec numario prœtio æstimatur, sed prœsbiter refert prœmium sui laboris, qui in se est quid temporale, & prœtio æstimabile, neque rei spirituali necessariò connexum *Less. de Iust. & Iure* Lanfranc. Zacchias de Salario.

libr. 2. cap. 35. dubitat. 8. num 45. Et latiùs nos diximus suprà in *quæst 81. numer. 14.*
10 Adeout in † parlamentis Franciæ fuerit iudicatum, solum Iudicem laicum esse competentem ad condemnandum laycum conuentum pro solutione Salarij debiti præsbitero pro celebratione missarum, vt refert, *Ioan. Papon. in coll. Arrestor. parlament. Franc. libr. primo titul. primo arrest. 3.*

11 Sed † quœret aliquis qualis sit iste labor extrinsecus in missę celebratione, cuius ratione merces percipi possit? Cui quęsito satisfactum remanet respondendo, quòd labor huiusmodi versari possit in longo itinere ad missam celebrandam, & idem dicendum de obligatione permanendi in tali loco, celebrandi tali hora, vel talibus circumstantijs, quæ omnia sunt prœtio æstimabilia, *vt per Less. loc. citat. num. 45. Filliuc. tract. it. 45. numer. 40. Bonacin vbi suprà numer. 7. Suarez. libr 4. capit. 21. num. 17.*

12 Si † autem cessaret labor iste extrinsecus sufficiens esset pro consecutione mercedis titulus substentationis sacerdotis, Licitum enim est ministris Ecclesiæ rerum quatumuis spiritualium, ratione earum accipere ab his, quibus spiritualia ministrant congruam substentationem *Glos in c. significatum, & ibidem Abb. num 8. de præben D. Thom quæst. 100. art. 2. & 3. Rosell. in summ. verb. simonia 4. quæst 4. Angel. eodem verb. num. 3. & Syluest. quæstion. 8. Nauarr. cons. 14. num. 7. libr. 5 Bonacin. in tractat de Simon. disput. 6. part. 2. num 1. Suarez lib. 4. de Simon. cap. 6. nu. 2, & cap. 45. nu. 7. Onnat. de Contract. disp. 84. num. 117. & seqq.*

13 Et † quando etiam deficeret labor extrinsecus, & non concurreret titulus substentationis eo quia Sacerdos esset diues ex bonis temporalibus, siue Ecclesiasticis, Adhuc tamen posset pro missis celebrandis stipendia recipere *Glos. & DD. in c. clericos 1. quæst. 2. Barbos. in c. significatum num 11 in fine de præben Aragon. de Iust. quæst. 100. de Simon. art. 2. Soar. tom. 3. disp 86. sect. 3. conclus. prima & 2. Possevin de offic. Curat. cap. 2. num. 20. Fraxinell. de Obligat. Sacerdot. sect. 3. prænot. 1. §. 4* Loco enim laboris extrinseci, & tituli substentationis succedit obligatio illa, quam contrahit Sa-

14 cerdos celebrandi, quæ † prætio æstimari potest quatenus hominem sua libertate, & facultate aliarum actionum, ex quibus vtile peruenire posset, priuat *Caietan. secunda secund. quæst 100. art. 3. & in summa verb. simonia reg. 4. Nauarr. in summ. cap. 23. num. 102.*

At si vltrà defectum laboris extrinseci, & tituli substentationis deficeret etiam obligatio præfata nullatenus posset Sacerdos pro celebratione missarum mercedem aliquam absque simoniæ labe percipere ex supra allegatis, Sed tamen iste defectus obligationis prędictæ non potest veri-
15 ficari, nisi in casu, quo † prœsbiter, qui pro die currenti non haberet eleemosinam pro celebranda missa, vellet illam celebrare applicando primo offerenti stipendium, quem Deus scit futurum primum, quod facere Sacerdotibus est prohibitum vt firmant, *Ricc. in praxi par. 3. resolut. 361. num. 3. Barbos. de offic. & potest. Episcop. part. 2. alleg. 24. num. 12. Homobon. de Exam. Eccles. part. prima tractat. 4. cap. 14. quæst. 130. Io. de la Cruz. in direct. consc. par. 2. de sacrific. missæ quæst. prima dub. 8. conclus. prima Fagundez. de præc. Eccles. par. prima libr. 9. quæst. 9. num. 10. Coniach. de Sacr. quæst. 83. art. 5. dub. 9. numer. 168. Filliuc. tom. primo tractat 5. cap. 3. num. 79. Cenedo in quæst. canonic. quæst. 28. num. 6.* Et quamuis contrarium voluerint, *Henriquez. libr. 9. cap. 21. num. 2. Vegha in summa tom. 2. cap. 41. cas. 5. Fernandez in examin. Theolog. moral. part. 3. cap. 5. §. 9. numer. 5. Fraxinell. de obligat. Sacerdot sect. 5. prænot. 5. §. 5. num. primo Petr. de Aragona in secunda secundæ quæst. 85. art. 3. Rodriquez. in summa tom. primo capit. 242. num 9. Reginald. in praxi tom. 2. libr. 23. cap. 17. num. 233.* eorum tamen sententia reprobatur per decisionem promulgatam ab Eminentissimis Cardinalibus S. Concilij Tridentini de mandato San. mem. Clement. Papæ octaui ædita sub die 15. Nouembris 1605. cuius tenor refertur per, *Ioan. Gallemart. in declaration. S. Concilij sess. 22. de sacr. miss. fol. mihi 176.*

16 Prohibitum † etiam est Sacerdotibus exigere pro missarum celebratione vltra summam iusti stipendij *Petr. de Ledesma in summa part. prima de Sacram. Euchariſt, cap. 18. conclus. 7. & 8. Aragon. secunda secundæ quæst. 85. de sacrific, art. 3. vers. sed dubitab t aliquis Prax. Episc. part. 1. verb. missa §. 3. conclus 2. & 3. Vasquez. tom. 3: disp. 234. cap. 4. fr. Eman. in sum. p. 1. cap. 251 concl. 4. Nugn. de Sacrament. tom. 1. ad quæstion. 83. art. 1. par. 3. Tract. de Sacr. dub. 9. concl. 1. Fraxinell. de Obligat. Sacerd. sect. 3. prænot. 5 §. 2. Miranda in manual. prælat.*
17 *tom. 1. quæst. 41. art. 23.* Et † iustum dicendum est illud, quod in qualibet regione communi consuetudine receptum, & approbatum fuit à viris prudentibus, vel quod fuit ab Episcopo taxatum, *Petr. Ledesma vbi supra conclus. 7. & 8. Arag. loc. citat. Zer. in praxi Episc. par. 1. verb. missa*
18 *conclus. 2. & 3. §. 3.* Prout † potest Episcopus taxare ad euitanda scandala, quæ in exigendis huiusmodi stipendijs oriri possent, *Cordub. libr. primo quæst. 4. dub. 4. Soarez. disp. 86, sect. 2. conclus. prima Reginal. libr. 23. num 241 Mirand. in manual. prælat. tom. primo quæst. 41 art. 23.* Aduerten-
19 do † tamen, quòd rigorem taxæ non teneretur seruare prœsbiter ille, qui requireretur celebrare summo mane, vel in loco distanti, vel cum alia qualitate, quæ extraordinarium laborem requireret, vt firmant, *Fraxinell. d. tractat. sect 3. prænot. prima §. 7. Graff. in aur. decis. libr. 2. cap. 96. num. 34.*

20 Sicuti † nec taxæ rationem habere debebit Sacerdos si stipendium non exigeret, sed à sponte dantibus acciperet; Taxæ enim in tali casu locum non habent, eo quia
21 Lex Iustitiæ non impedit opera liberalitatis, *Reginald libr. 23. num. 232. Mirand. in manual. prælat. tom. primo quæst. 41. art. 43 conclus. prima & 2. Soar. disp. 86. sect. 2. col. prima Less. de Iust. & Iure lib. 2. cap. 4. dubit. 6. num. 37. Zanar. par. 1. director. Theolog. de Euchar. cap. 13. de missa vers. decimo dico Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 24 num. 10.*

Et si prohibitum est Sacerdoti exigere stipendia vltra summam iustam, & con-
22 suetam, multo magis † erit ipsi interdictum pro vnica missa duo stipendia accipere, *Nauarr. de restit. libr. 2. cap. 2. dub. 6. num. 243. Bonacin. de Sacram. disputat. 4. quæst. fin. punct. 8. num. 15. D. Antonin. par. prima tit. 10. cap. 2. num. 4. Bellarmin. in controuers. catholic. tom. 2. lib. 2. de missa cap. 4. proposit. 4. & alij allegati per Barbos.*

23 *de potest. Episcopi alleg. at. 24. num. 5.* Et † si duplicatum recepisset stipendium pro vnica missa teneretur ad restitutionem, *Petr. Nauarr. de Restitut. lib. 2. cap. 2. num. 329. & 82 Graff. in decis. aureis part. prima libr. 2. cap. 25. num. 17. Fr. Eman. par. prima cap. 251. de missa concl. 2. & 4. Vasq. tom. 3. disp. 231 cap. 4.* Quam restitutionem facere poterit, vel celebrando missas, quas celebrare prætermisit, vel curando, vt per alium celebrentur, vel restituendo stipendia ijs, à quibus acceperat monendo eosdem de neglecta missarum celebratione *Fraxinell. in d. tract. de obligat. Sacerdot. sect. 4 conclus. 1. §. 1.*

24 Nec † ab huiusmodi restitutione facienda poterit quis se excusare dicendo, quòd necessitate coactus fuerit pacisci pro inæquali, & iniusto stipendio, quia, si tale agnouit stipendium oblatum, non debuisset illud recipere cum promissione, de celebrando iuxta veriorem opinionem de qua *Bonacin. de Sacrament. disputat. 4. quæst. fin. punct. 7. §. 2. num. 8.* nulla ratione habita, quòd quamplures Doctores contrarium firmauerint, quia eorum opinio reprobata remansit per Decretum factum ab Eminentissimis Cardinalibus S. Congregationis Concilij, vt aduertit, *Antonin. Dian. resolut. moral. part. 2. tractat. 14 resol. 7. in fine, & part. 5. tractat. 13. resolut. 52.*

25 Sicuti † ad eximendum se à restitutione non suffragaretur Sacerdoti allegare propriam paupertatem, & quòd non valeat se substentare, nisi recipiendo pro vna missa tot stipendia, quæ pro eius alimentis sufficiant, vt declarauit S. Congregatio in dicto decreto, per quod confutata remanet opinio eorũ, qui referũtur per *Dian. resol moral. part. 2. tractat. 14 resolut. 8. in princip.* & comprobata remanet sententia quã ante prolationem dicti Decreti docuerant *Less. de Iust. & Iure libr. 2. cap. 24. dub. 5. num. 28.* & alij, quos longa serie refert, *Dian. loc. citat. in §. etiam.*

Nec demum prodesset ad euitandam restitutionem adducere, quòd duo stipendia receperit, quia missa erat die festo ce-
26 lebranda, hoc † enim non est iusta causa, propter quàm duplicata stipendia recipi possint, cum non sit habenda ratio qualitatis sacrificij, sed tantùm laboris extrinseci, qui semper est idem tam si celebretur die festo, quàm si diebus non festiuis *Dian. resolut. moral. par. 2. tract. 14. resol. 14. & p. 4. tract. 4. resol. 16.*

27 Erit † quoque prohibitum pro celebrandis missis stipendia accipere ijs Sacerdotibus, qui ratione officij, quod habent puta parochus, vel cappellanus teneantur quotidie celebrare, hoc enim aliud non esset, quàm duplicata stipendia pro vnica missa recipere, vt habetur in decreto S: Congregationis Concilij Tridentini de Celebrat. miss. de mandato san. mem. Vrbani Papæ Octaui emanato, cuius verba sunt hæc: Ad quartum Respondetur Sacerdotes, quibus diebus tenetur missas celebrare ratione beneficij, seu cappellæ, legati, aut Salarij, si elemosinas pro alijs etiam missis celebrandis susceperint, non posse eadem missa vtrique obligationi satisfacere: Et proposito dubio in eadem S Congregatione An Parochi terræ Verciani f-nen Diocesis, quibus diebus ex proprio officio, & obligatione tenentur missam celebrare, possint pro eadem missa in propria, vel aliena Ecclesia celebranda manuales eleemosinas recipere? S. Congregatio die prima Septembris 1629. respondit, Quibus diebus parochi tenentur missam celebrare non posse manualem eleemosinam recipere.

28 Interdictum † pariter est Sacerdotibus satisfacere pluribus obligationibus per receptionem plurium stipendiorum contractis dicendo eadem die plures missas *c. sufficit. de Consecrat. distinct. prima*, ibi: Qui vero pro pecunijs, aut adulationibus secularium vna die præsumunt plures facere missas non æstimo euadere damnationem, &c. *c. te referente & c. consulusti vbi Abb. de celebrat. missar. Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 87. Angel. in verb. missa n. 46. Siluester. in verb. missa il 2. num. 7. Spin. in speeul. testam. gloss. 3. princ num 54. Franc. Leo in Thesaur. for. Eccles. part. 3. cap. 4. n. 62. Azor. Institut. moral. part prima lib. 10. capit. 24. quæst. 8. Maiol. de Irregular. t. libr. 3. cap. 15 num. 6. Diaz. in praxi canonic. cap. 30 Campanil. in diuersor. Iur. Canonic rub. 11. cap. 13. num. 200. Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 407. num. 4. Ricc. in prax. for. Eccles. resolut. 301. num. primo Farinacc. in fragm. criminal, part. prima littera C. num. 302. Bonac. de Sacram. disp. 4. quæst. finali punct. 7. num. 9.*

29 *num.9.* Quibus † autem in casibus permittatur sacerdotibus duas missas facere tradunt *D. Anton.3. par. tit.13. cap. 6. §. 4. Syluest. in summa verb. missa 1. §. 7. Ricc. in praxi for. Eccles. resolut. 301. vers. & inter legitimas causas, Alijque relati per Barbos. in collectan. Doctor. ad c. sufficit num. 2. de consecrat distinct. 1.*

30 Vetitum † insuper est Sacerdotibus, qui stipendia receperunt, differre celebrationem missarum ad longum tempus, vt firmant, *Bonacin. de Sacrament. disputat. 4. quaest. vlt. punct. 7. §. 5 num. 2. Homobon. in Examin. par. 1. tract. 14. quaest. 132. Fernandez. in examin. Theolog. part. 3. cap. 5. §. 11. num. 4. Dian. resolut. moral. part. 2.*
31 *tractat 14. resolution. 25.* Quod † tamen puto esse verum quotiescumque talis dilatio non causaretur ab infirmitate, à qua Sacerdos fuisset aggressus, quia tali casu, quoties Sacerdos pauper sit; itaut non habeat pecunias elargiendas alteri, qui suae obligationi satisfaciat, crederem, quòd posset diferre vsquequo infirmitas duraret *Campanil. in diuersor. Iur. Canonic. rubr. 7. cap. 6. num. 14.* Infirmitas enim & necessitas excusat *c. significatum de praeben* Licet contrarium credam vbi Sacerdos habeat vnde possit stipendia soluere alteri, qui missas celebret, quia, cum stipendia dentur ad consequendum fructum ex Sacrificio prouenientem, non videtur aequitati consonum, vt longo tempore sacrificium differatur ex causa infirmitatis ministri, dum per alium potest fieri, & ad hoc facere vi-
32 detur conclusio: Quod † datum ob causam repetitur si causa adimpleri non potest ob infirmitatem recipientis, *l. si pecuniam in princip. ff. de condit. caus. dat.*

33 Haec † autem, quae dicimus de Sacerdotibus diurna stipendia accipientibus locum non habent in cappellanis obligatis ad faciendum quotidie sacrum, quibus non solùm licitum est differre tempore infirmitatis, sed nec tenentur pro eo tempore alteri celebrationem aliquo modo demanda-
34 re, quotiescumque † infirmitas vltra duos menses non progrediatur, *Peyrin. in priuileg. tom. 3. cap. 1. num. 24. Bariola in Aphorism. littera C. v. Cappellanus Eminentiss. de Lugo de Sacrament. Eucharist. disp. 21. sect. 1 num. 49. Dian. resolut. moral. part. 5. tract. 13. resolut. 51. §. notandum Petr. Nauarr. de Restitut. libr. 2. num 210.* Quamuis contrarium in substantia firmare videatur, dum pro maiori intelligentia distinguit, quaedam esse beneficia fundata ex decimis, & alijs redditibus principalitèr ad substentationem ministrorum, quorum substentatio magis necessaria est quando infirmitate oppressi detinentur, quàm alio tempore, & talibus beneficiatis deberi fructus tempore infirmitatis, etiamsi essent distributiones quotidianae *c. vnico de Cleric. non residen. in 6.* Quaedam esse beneficia principalitèr instituta pro celebratione missarum, & secundario ad ministrorum substentationem pro eo tempore, quo celebrant missas, vt cappellaniae, quae habent talia onera, & illas habentibus dicit, non esse conueniens, quòd tempore infirmitatis dentur redditus, & hanc distinctionem approbat *Genuen. in praxi Cur. Archiepiscop. Neapol. cap. 47. numer. 2.* afferens ad illius comprobationem, quòd Cappellanus censeatur locare operas suas tamquam famulus, *Glos. in d. c. significatum de praeben.* & propterea ei tempore infirmitatis non sit soluendum Salarium, sicuti nec famulo est de Iure debitum, *Bar. in l. si vno § item cum quidam ff. locati.*

35 Demùm † non licet Sacerdoti stipendium accipere pro missae celebratione, & deinde illam alteri celebrandam committere parte stipendij sibi retenta, *Ricc. in praxi par. 2. resol. 363. num. 1. & 2. & part. 3. resol. 309. per tot. Valer. in differ. vtriusq. for verb. missa diff. 1. per tot. Molphes. in summ. tom. 1. tractat. 3. cap. 16. num. 20. Moron. respons. 68. num. 27.* & ita declaratum fuit à S. congregatione Concilij mediante decreto aedito auctoritate sanct. mem. Vrbani
36 Octaui Etiamsi † hoc faceret ad se substen-
37 tandum, vel † vt libros pro studio sibi compararet *Dian. resolut. moral. part. 2. tractat.*
38 *14. resolut. 8.* Poterit † tamen hoc facere cappellanus, quia illud reliquum retinetur titulo beneficij, vt eadem S. Congregatio declarauit, vt refert *idem Diana vbi su-*
39 *prà resolut. 11. in fine:* Erit † quoque permissum cuicumque sacerdoti in casu, quo alius Sacerdos gratis reliquum remittat, *Ioan. de Cruz. in director. conscien. par. 2. de sacrific. miss. quaest. 2. dub. 8. conclus. prima Homobon. de Exam. Eccles. part. prima. tract. 4*
40 *cap. 14. quaest. 191.* Et † in casu, quo Sacerdos à suo amico, vel consanguineo accepisset

pisset pingue stipendium potius intuitu, amicitiæ, vel consanguinitatis, vt per *Dian loc. citat. resolut.* 12.

Testibus An, & quando pro testificando veniat soluenda merces.

QVAESTIO LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Testibus nulla est soluenda merces pro testimonio ferendo.*
2 *Merces nulla peti potest pro exercendo munere publico, & num.22.*
3 *Testimonium ferre est munus publicum.*
4 *Testis aliquid accipiens pro testimonio ferendo non probat, & de falso accusatur.*
5 *Testis reputatur falsus etiamsi accipiat aliquid pro veritate dicenda.*
6 *Testis potest mercedem accipere pro expensis in ferendo testimonio factis.*
7 *Merces debita testi pro expensis soluenda est ab eo, qui illum producit.*
8 *Taxatio mercedis debitæ testibus pro expensis relinquitur arbitrio Iudicis.*
9 *Testi nobili soluenda veniunt alimenta non solùm pro sua persona, sed etiam pro famulo.*
10 *Testi nobili soluenda est vectura equorum secus vero alijs personis rusticis.*
11 *Testibus ab Hispanijs conductis taxatur Salarium in iulijs decem pro singulo die si testis est solitus tenere equum, & famulum alioquin in iulijs octo*
12 *Producens testes tenetur facere depositum mercedis pro expensis antequam testes à patria discedant.*
13 *Testis poterit mercedem petere non solùm pro expensis, sed etiam pro operibus suis habita ratione artis, quam solet exercere.*
14 *Inclusio vnius est exclusio alterius, intellige vt num.15.*
16 *Testes non possunt cogi stare in loco Iudicij vltra quindecim dies.*
17 *Testis vocatus ad examen si in itinere fuerit spoliatus à latronibus non recuperat damna à producente, declara tamen, vt num. 21.*
18 *Priuilegia semper veniunt intelligenda concessa absque præiudicio tertij, & sunt potius restringenda, quàm ampliandа.*
19 *Testes compelluntur accedere ad ferendum testimonium, quotiescumque sunt vocati.*
20 *Argumentum à contrario sensu quando locum habeat.*
23 *Bal. & Salicet. in l fin. C. de fruct. & lit. expens. declarantur.*
24 *Stipendium is consequi debet, qui pro tempore suum commodat obsequium.*
25 *Testi non debet suum officium esse damnosum.*
26 *Damnorum refectionem petere potest is, qui à suis negocijs auocatur.*
27 *Testis habens equum, quem solitus erat locare, si illo vtatur pro eundo ad ferendum testimonium, tenebitur producens testes ad vecturam.*
28 *Testis poterit mercedem petere si in testimonio ferendo aliquem passus fuerit laborem.*

1 TEstibus † nullam mercedem soluendam esse pro testimonio ferendo apertis verbis dispositum reperitur in *c. non sane* 14.*quæst* 5. ibi: Sed non ideo debet iudex vendere iustam iudicium, aut testis verum testimonium &c. & in *c. nolite timere* 11. *quæst.* 3. *& in c. intimauit de Testibus*, & dicunt communitèr DD. & precipuè *Abb. & Fælin. in d. c. intimauit & Scribentes in c. qualiter il primo de Accusat. Innocen. in c.* 4. *eodem tit. D. Thom. & Caiet. in secunda secundæ quæst.* 70. *art. primo Menoch. de arbitrar. Iudic. cent.* 4. *lib.* 2. *cas.* 310
2 *num. primo* Cum enim † pro munere publico exercendo aliqua merces peti nequeat, & si iam fuerit data repeti possit per conditionem ob turpem causam *glos. in l. in eos vbi Bar. ff. de Tutel. glos. in c. ab omni in*
3 *v. gratis de vita & honest. cleric.* Et † ferre testimonium sit munus publicum *gloss. in l. si quis ex signatoribus in v. obsignentur ff quemadmod. testamen. apertan. & in l. si quando vbi Cyn. Bal. Angel. & alij C. de Testibus per tex. in l.* 2. *§. primo & ibi Ias. in* 4. *notab. ff. si quis cau. Fælin. in rubr. de Testibus,*
4 sequitur, quòd quis † non possit aliquid pro

pro testimonio ferendo accipere, & si aliquid acceperit eius depositio nihil probat, & de falso accusatur *c. primo de Testibus Cephal. cons. 233. num. primo libr. 3. Roman. singul. 330. in princip. Ias. in l. Diuus Adrianus num. 4. ff. de re iudic. Mascard. de probation. conclus. 454. num. primo* & hoc pro-
5 cedit, etiamsi † quis accipiat pecuniam, vt verum dicat, nam adhuc reputatur falsus, & nihil probat, & vti talis puniri potest *Falin. in rubr. de Testibus in princip. l. 1. §. primo ff. de falsis* ibi; Sed & si quis ob renunciandum, remittendumque testimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam acceperit pœna Legis Corneliæ afficietur &c. & facit *d. c. non sane 14. quæst. 5. Mascard. de probation. d. conclus. 454. nu. 5. Boss. in tit. de falsis num. 168.* vbi reprehendit *Dec. in cons. 89.* asserentem communem esse opinionem, non valere argumentum, quis accepit prœtium pro testimonio ferendo ergo falsum deposuit, Ad iustitiam namque pertinent, quòd quis verum testimonium dicat quoties à Iudice vocatus in testem fuerit, & eo ipso, quòd siue vocatus, vel non accesserit ad testificandum tenetur de iustitia verum proferre, nihilque celare, sicque, cum ad hoc faciendum de iustitia teneatur, patet, quòd nihil possit pro eo faciendo accipi, quod enim fit ex debito mercedem seu remunerationem aliquam non meretur, *Molin. de Iust. & Iure tom. 1. tractat. 2. disput. 83. col. 309. sub littera B.*

6 Poterit † tamen testis mercedem aliquam accipere, non pro testificando, sed pro expensis in ferendo testimonio factis *l. quoniam liberi C. de Testibus c. statutum, & c. veniunt 4. quæst. 3. glos. in c. non licet 11. quæst. 3. l. eos §. si quis autem C. de appellationibus Couarru. in reg. peccatum part. 2. §. 3. num. 2. Menoch. de arbitr. Iudic. libr. 2. cas. 310. num. 10. Surd. de Aliment. tit. 1. quæst. 62. num. primo* suis enim expensis nemo militare tenetur, *Bal. in c. primo*
7 *num. 2. de Testibus,* Quam † mercedem pro expensis exigere debebit testis ab eo, qui illum producit, *Monter. à Ceua Aragoniæ decis. 36. num. 25. Borrel. cons. 21. sub numer. 16. Surd. de Aliment. d. quæst. 62. numer. primo*, Et debebit tantam exigere, quæ sufficiat pro expensis tantummodo: Et propterea, ad obuiandas fraudes
8 ipsius † taxatio non testis, aut partis voluntati, relinquitur, sed arbitrio Iudicis, *Philiph. Franch. in c. statutum §. pro ferendo de rescript. in 6. quem refert. Petr. de Moncad. in tractat. de Testibus num. 406. vers. & scias.* Qui Iudex in taxatione debebit habere rationem qualitatis personæ, itaut maiorem mercedem taxet illustri, & nobili viro, qui solet lautiori, & delicatiori cibo vesci, quàm humilioris conditionis personæ, *Surd. de Aliment. tit. 4. quæst. 18. numer. 8. 12. 13. & 14. Tiraquel. in tractat. de nobilit. cap. 20. num. 142. Alex. in l. si maritus la 2. ff. solut. matrimon. Roman. con-*
9 *sil. 189. in princip.* Quamobrem testi † nobili præstanda essent alimenta non solùm pro sua persona, verum etiam pro famulo, *l. habitatio ff. de ventre in possession. mitten. l. tutor secundum dignitatem in princip. ff. de administrat. tutor. Tiraquell. in d. c. 20. numer. 141. Surd. dicta quæst. 18. numer. 10.*
10 Item † Testi nobili, & egregio dabitur equi vectura *Gratian. discept. forens. cap. 57. à num. 6. Surd. d. tit. 4. quæst. 21. numer. 7.* Alijs autem personis rusticis non debebit Iudex aliquid pro vectura equorum taxare, nam non debent ire equites, ideoque non repeterent expensas, si quas fecissent in equis, *Tiraquel. in d. tract. de nobilit. cap. 20 num. 75. Lara in l. si quis à liberis §. non tantum num. 26. cum seq. ff. de liber. agnoscen. Cabed. decis. Lusit. 73. num. 14. part. 2. Surd. d. tit. 4. quæst. 21. num. 10. & sic resoluit Rota,* vt refert *Verallus in decis. 104. seu vnica in verbo Salarium,* vbi dicit, quòd testi-
11 bus † ab Hispanijs conductis taxetur Salarium in Iulijs decem pro singulo die, si testis est solitus tenere equum, & famulum, alioquin in iulijs octo si solitus sit tantummodo famulum tenere.

12 Et nota, † quòd adeo verum est, vt debeatur istud Salarium Testibus, vt illos producēs teneatur pro tali Salario facere depositū pœnes causæ notariū antequā testis discedat à patria, & ideo non prius Iudex citationem contra testes decernet, quàm fuerit factum dictum depositum, *glos. in c. statutum §. penultimo in v. expensas in fine de rescriptis in 6. Abb. in c. Constitutus sub num. 8. de fideiussor. Ias. in l. prima num. 27. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Luc. Pet. in pract. Capitol. libr. cap. 5. num. 25. Scaccia de Iudicijs lib. 2. cap. 3. quæst. 4. num. 137.*

13 Pote-

13 Poterit † similiter Testis mercedem petere non solùm pro expensis, verum etiam pro suis operibus, habita ratione artis, quam solet exercere, *Francisc. Marc. decis. delph.* 178. *num.* 3. *part. prima Camill. Borel. cons.* 21. *num. fin. Less. de Iust. & Iure libr.* 2. *cap.* 14. *dubitat.* 9. *sub num.* 65. *Molin. de Iust. & Iure tom. primo tractat.* 2. *disputat.* 83. *col.* 308. *sub littera D.* §. *De Teste constat. c. statutum* §. *pro ferendo de rescript. in* 6. *c. si testes* §. *liberi* 4. *quæst.* 3. *l. quoniam C. de Testibus* nam æquitatis ratio non suadet, testem debere sentire iacturam lucri, quod ipsi mediantibus suis operibus prouenie bat, pro alieno commodo, *l. si quando C. de Testibus Surd. dicto tit. primo quæst.* 62 *num.* 2.

Neque obstant, quæ in contrarium af-
14 ferri possunt; Et † primo si dicatur, quòd in *l. quoniam liberi C. de Testibus*, & in alijs iuribus supra *num.* 6. allegatis, solùm de sumptibus, siue expensis ministrandis fiat mentio, ergo mercedes operarum, siue alia damna non videntur deberi, cum non veniant appellatione expensarum, *c. in nostra de iniur. Boer. decis.* 52. *num.* 5. *cum alijs per eum allegatis*, inclusio enim vnius est alterius exclusio *c. non ne de præsumpt. l. cum prætor. ff. de Iudic. l. maritus C. de procurat. l. quamuis C. de pignor.* Huic namque primæ op-
15 positioni respondetur, quòd † regula prædicta, inclusionem vnius, esse exclusionem alterius, locum habeat quando plura fuerunt proposita, & vnum admissum, seu prohibitum, secus vero est quando vnus tantum casus fuit prohibitus, nam illius admissio non erit aliorum exclusio, *Bal. ita declarans in l. iubemus* §. *fin. per illum tex. ff. de testamen. & quemad. testa ordin.* quia tunc casus omissus remanet in dispositione iuris communis *l. commodissime ff. de liber. & posthum. c. susceptum de rescriptis in* 6. igitur quamuis supra allegata iura loquantur tantummodo de expensis, non propterea dicendum venit, non esse constituendam mercedem ratione damnorum, quæ ipse testis patitur, quia adsunt alia iura, quæ volunt, damna esse reficienda, vt videre est in *l. sancimus iuncta glos. in v. damna C. de Iudic. Dec. cons.* 119. *num.* 9. *vers secundo & cons.* 199. *num.* 4. *vers. non obstat quæ ad intellectum regulæ l. cum prætor.*

16 Secundo † non obstat aliud obiectum deductum ex *l. si quando C. de Testibus*, quia in Lege disponitur, testes non posse cogi stare in loco iudicij vltra quindecim dies, ne pro alienis commodis suas inueniant difficultates, Ex cuius textus dispositione fit illatio. Ergo per spatium quindecim dierum potest cogi testis pati suas difficultates, nempè damna, absque eo, quòd aliquid ratione ipsorum damnorum prætendere possit, Et arguendo à contrario sensu deducitur, quòd damna non debeantur intra quindecim dies, nec post, quia si deberentur non diceretur iacturam pati, Hinc
17 videmus, quòd testis † vocatus ad examen si in itinere fuerit à latronibus agressus & spoliatus de rigore iustitiæ non recuperat damna passa à producente, *Bald. in c.* 1. *sub numer.* 2. *in fine vers. quid si testis vbi etiam Fælin. sub numer.* 2. *vers. Et si testis itinerans de Testibus*. Respondetur namque non valere argumentum: Testis potest cogi ad permanendum, quindecim dies in loco iudicij, ergo intra dictos dies debet damnum pati; Priui-
18 legia † namque semper intelligenda veniunt, fuisse concessa sine iniuria, & præiudicio tertij *l.* 2. §. *merito ff. ne quid in loco publico*, & semper veniunt restringenda, non autem amplianda *c. sane de priuileg. c. non exem.* 16 *q.* 2. *cum simil.* ea ratione, quia priuilegia recedunt à iure communi, & omnis recessus à iure communi est odiosus, & per consequens restringendus *c.* 1. & 2. *de fil. præsbiter. in* 6. & satis est, quòd testes
19 † cōpellātur accedere ad testimoniū ferendū quotiescūque fuerint vocati, prout habetur in *d. l. si quādo vbi Bar. & Castr. C. de Test. & in d. c.* 1. *vbi Bal. & Fæl. de Test.* absque eo, quòd vltra incōmodū, quòd patiūtur, tene-
20 ātur etiam sentire dānum. Ad † argumentū vero deductum à contrario sensu datur responsio, quòd non habeat locum quotiescumque resultat absurdus intellectus, & cōtra rationem naturalem *l. conuenticulam C. de Episcop. & cleric.* sed absurdum, & contra naturalem æquitatem esset, vt quis locupletaretur cum iactura testis *l. nam hoc natura ff. de condict. indebit.* & quòd officium suum esset ipsi testi damnosum, dum non est vtile *l. si quis ex signatoribus ff. quemadmodum testamen. aperian.* ergo non potest sumi tale argumentum, sicut nec pariter sumi posset quando sensus esset contrarius

alijs Legibus *Io: And. in c. publicato de Elect.* cum alijs, quos refert, & sequitur, *Euerar. in loc. à contrario sensu num. 4. & seq.* Ad illud vero, quòd dicitur de teste spoliato à latronibus, quòd non recuperet damna de rigore Iuris ab eo, qui ipsum producit, Re-
21 spondetur, † opinionem prędictam non procedere simpliciter, sed cum distinctione, videlicèt; Aut testis se obtulit ire ad ferendũ testimonium, & tali casu procedit opinio, quòd si spoliaretur à latronibus non essent ei reficienda damna, si vero non voluntariè, sed coactus iuit, nullo modo locum habere potest dicta opinio in teste, quamuis procedere possit in alijs personis, nempe in Ambasciatoribus, in quibus militat diuersa ratio, nam istis pro suo munere exercendo datur Salarium, *Bar. in l. si seruus communis §. quod vero ad mandati sub num. 5. ff. de furt.* Testis vero nullum pro suo officio Salarium consequitur, sicque nulla æquitatis ratio suadet, quòd dum non sentit commodum, debeat incommodum, & damna sentire, Ambasciatori vero si non essent reficienda damna, non ita discordaret ab æquitate rationis, nam si sentiunt commodum Salarij, possunt etiam sentire incommodum *reg. secundum naturam de reg. Iur. in 6.* Posset etiam prędicta opinio locum habere quando testis potuit ire per viam breuiorem, & à latronibus tutam, & voluit ire per longiorem, & suspectam, nam tunc nullo modo essent reficienda damna, qui enim amat periculum pereat in illo; Imo nec essent subministrandæ expensæ pro eo tempore, quod impendit in faciendo viam longiorem.

22 Non obstat † Tertio quod nihil peti possit pro exercendo munere publico, quia non tenet consequentia est munus publicum ergo debet illi esse damnosum, & quòd dicitur nihil posse accipi à Teste, intelligitur pro ferendo testimonio, secus autem pro refectione damnorum, & interesse, *DD. communiter in d. c. 1. de Testibus.*

23 Tandem † non obstat, quòd multi adsint DD. qui velint, Testem non posse petere refectionem damnorum, afferentes rationem, quia hoc esset litigantibus nimis onerosum, Et inter istius opinionis sequaces connumerantur. *Bal. & Salycet. in l. fin. in fine C. de fruct. & lit. expens. Alberic. in l. quoniam liberi num. 4. in fine C. de Testibus Philip. Franc. in c. Statutum §. penult. col. 2. de rescript. in 6. Card. in c. placuit 4. quæst. 1. Nellus de sancto Geminiano in tractat. de Testibus sub num. 3. vers. Testibus debent fieri expensæ sed non damna &c.* Istorum namque DD. opinio locum habet in damno temporis, vt videre est apud *Bal. & Salicet. locis supra citatis*, non autem in damno seu potius, (vt magis propriè loquamur) in lucro cessante, quod patitur testis ex eo, quòd auocatur ab operibus suis, quibus sibi victũ quærere solitus erat: *Nellus* autem, licèt loquatur simpliciter, attamen cum alleget *Bal. & Salicet.* dicendum est, ipsum quoque loqui de damno temporis, aliàs eius opinio nullo modo saluari posset, Neque obstat ratio, quòd nimis esset onerosum litigantibus talia damna reficere, quia respondetur, si esset onerosum reficere talia dãna pro suo met commodo, multo magis onerosum esset testi illa pro alieno commoda pati, Et si replicetur, quòd satis videntur refecta talia damna, dum ipsi testi subministrantur expensę victus, quas suis operibus acquirere solebat, Inpromptu adest huic replicationi responsio, nempe, vltra expensas victus, esse reficienda prędicta damna, quia aliàs sequeretur, quòd si Testis haberet familiam, quę lucro ex eius operibus proueniente substentabatur, opporteret quòd eo tempore, quo testis moraretur in testimonio ferendo, fame periret, quòd dicere, cum ex se pateat quantum iniquum, & contra iustitiam sit, patet quoque quòd si opinio *Nelli, & aliorum* procederet in damnis, quæ patitur testis ex eo, quòd suis ab operibus auocetur, esset iniqua, & contra iustitiam, & consequenter non attendenda. Et sic ex deductis remanet firma conclusio, quòd possit Testis mercedem petere ratione damnorum, quæ patitur dum a suis operibus auocatur, Contra quam conclusionẽ, licèt plura, vt uidimus in contrarium adsint, non tamen desunt plures rationes, & argumenta, quæ pro ipsius fundamento adduci possunt, Et facit Primo loco id, quod habetur *in c. charitatem 12. quæst. 2.* nem-
24 pe, iustum † esse, vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium, sicque dum testes suum commodant obsequium, si non debent capere mercedẽ eo quia quilibet de publi-

publico teneatur absque aliqua mercede officia publica suscipere, prout tale esse ferre testimonium multis iuribus supra probauimus, saltem poterunt mercedem petere, ratione damnorum, quæ illis ex lucro cessante proueniunt, nam aliàs, si deberent gratis laborare, & damnum insuper sentire, esset maximum absurdum, cum quis, vt alieno consuleret commodo, in egestatem incideret iuxta illud.

Cum labor est damno mortalis cres it egestas quod allegat *Glos. in §. ne autem v. Pedaneis auth. de Iudi.*

25 Concurrit † Secundo, quòd officium suum nemini debeat esse damnosum, *l. sed et si quis ff. quemadmodum testamen. aperian.* Sed si reficienda non essent damna, quæ patitur testis, dum auocatur ab operibus suis, quibus sibi lucra comparabat, sequeretur, quòd eius officium ipsi esset damnosum cōtra dispositionem *d. l. sed & si quis & d. l. si quando C. de Testibus* in eo, quòd vult, testes non debere pati iacturam pro alienis commodis, ergo est dicendum, damna ipsi esse reficienda.

Facit Tertio doctrina, *Bar. in l. Procurator §. si Procurator in fine ff. rem rat. hab.* vbi
26 dicit, quòd † quis repetat id, in quo damnificatus est, ex eo quia à suis negocijs auocatur, & in *l. 1 num. 1. ff. de alienat. iudic. mutan. caus. fact.* quem refert, & sequitur. *Ias. in l. 1. §. hoc iudicium num. 14. ff. si quis iudic. non obtemper. & in l. properandum § fin. autem alterutra num.* 13. *C de Iudic.* Et facit id, quòd dicemus infrà in par. 3. de Aduocato, qui propriam causam patrocinatus fuit licèt non possit Salarium petere tanquam mercedem operarum, potest tamen petere ratione damnorum, quæ passus fuit, quia eo tempore, quo poterat pro alijs patrocinium impendere, & sic lucrum facere, opus fuit, quòd pro propria causa laboraret, & sic lucrum cessauit, sicque si veniunt reficienda, quæ damna quis sentit ex eo, quòd pro se ipso tempus, & operas impendit, maiori quidem ratione dicendum venit, reficienda esse damna, quæ eueniūt Testi, dum pro alijs, & operas, & tempus absque vlla remuneratione cōsumit.

Accedit Quarto Doctrina *Alberici in d. l. quoniam* & aliorum, quos supra pro con-
27 traria opinione retulimus, Quòd si † testis habeat equū, quē solitus erat locare, illoq; vtatur in eundo ad locū in quo debet testimoniū ferre teneatur ille, qui testē producit, soluere mercedē talis equi, ne testis ex tali lucro cessāte, sentire debeat dānū, Ergo multo magis dicendum est, Producentem teneri ad solutionem mercedis operarum, quas testis solebat alijs locare. Sed dicet aliquis iure quidem factum est, quòd producens testem habentem equum teneatur talis equi mercedem suppeditare, nam aliàs non solùm testis pateretur damnum ex non receptione mercedis, quæ ex vecturæ talis equi ipsi proueniebat, verumetiam haberet damnum, quia teneretur expensas sine lucro tali equo subministrare, In casu autem nostro non potest considerari hoc damnum proueniens ex subministratione expensarum, sed tantummodo ex lucro cessante, quod suis operibus consequebatur, sicque non valet argumentum deductum ab equo ad operas: Verùm respondeo etiam in nostro casu duplex considerari damnum, nam vltra lucrum cessans tenetur alimentare suam familiam, quam si testis esset adeo pauper, vt non aliunde, nisi continuis suis operibus haberet, vt alere posset, si non daretur ipsi testi suarum operarum merces, qua suæ familiæ consulere posset, esset, illam occidere, necare enim dicitur qui alimenta negat ergo &c.

Accedit denique magnus numerus DD qui volunt, huiusmodi dāna esse ōnino reficienda, itaut ex tali numero, communem esse opinionem arguere liceat, & apparet talis numerus non tam ex relatis supra num. 12. quàm ex *Guido ap. quæst. 1 S. num. 3. & 4. Alberic in tract. de Testibus. v. dicendum est nunc vbi reprehendit Alb. in d. l quoniam liberi* dicens eius opinionem esse iniquam, *Fælin. in c. 1. de Testibus. B. Antonin. in Summ. par. 2. tit. 1. cap. 19 §. 7. col. 2. Flor. in l ex hac lege ff. si quis truper pauper. fecis. dicat. Iacob. Belui in sua praxi crimin. vers. de Testibus sub num. 21 Firmanus tract. de Epis. op. par. 2. col. 6. lib. 4.*

28 Poterit † tandem Testis mercedem laborum petere si aliquos in ferendo testimonio substulit, & ad hoc facit id, quod dicitur de tutore, nempè, quod si Tutor aliquem patiatur laborem, qui ad Tutoris officium nō spectet, vt si colet agrum, vel putet vineam pupilli, aut quid simile faciat, in quo necesse foret alterius operas pro mercede conduce-

re, possit mercedem petere pro illo labore, eamque in redditione rationum administratæ tutelę computare, vt per *Munnoz de ratiocin. administrat. cap. 21. num. 54.* & latiùs dicemus infra in *quæst.* 87. Itaquè idē quoque erit dicendum de Teste si aliquem patiatur laborem, quem sufferre ad testis officium non spectet, Et potiori quidem ratione, nam si pro laboribus datur merces Tutori, qui non solùm aliquid pro administratione tutelę accipere non potest, sed nec minùs potest petere alimenta, multò magis erit soluenda Testi, cui licet à Iure prohibeatur mercedem aliquam pro ferendo testimonio accipere, non tamen alimenta denegantur, *Less. de Iust. & Iure d. dubitat. 9. sub num 65. vers. similiter si labor Couarruuias in d. §. 3. sub num. 2. vers. pro labore tamen Io. Crot. de Testib. quæst. 15. Molin. d. disputat. 8. d. col. 308. sub littera D. vers. vel valorem operarum &c.*

Tutoribus, & Curatoribus An, & quando sit soluendum Salarium.

QVAESTIO LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Tutelæ, & curæ munus debet esse gratuitum.*

2 *Tutori, seu Curatori nullum debetur Salarium.*

3 *Tutoris officium dicitur publicum, quod quilibet subire tenetur absque mercede.*

4 *Tutori si quid fuerit solutum pro administratione tutelæ repeti potest per conditionem ob turpem causam.*

5 *Salarium turpitèr recipitur pro faciendo id, quod quis gratis facere tenetur.*

6 *Iudex potest constituere Salarium Tutori concurrente iusta causa.*

7 *Tutori, qui non nisi proprijs laboribus potest sibi victum quærere, constituendum est Salarium.*

8 *Tutori constituendum est Salarium quando ob administrationem bonorum pupilli tenetur res proprias deserere, Amplia, vt num seqq.*

9 *Tutor potest Salarium constituere contutori, qui propter negocia pupilli propria deseruit.*

10 *Salarium constitutum à tutore Contutori, qui propria negocia deseruit, vt illis pupilli inseruiret, venit recipiendum in calculo redditionis rationum.*

11 *Tutori, qui propter negocia pupilli iter facit, soluendum est Salarium habita ratione facultatum pupilli, & qualitatis personæ Tutoris.*

12 *Tutoribus, & curatoribus Principum, & nobilium personarum à Iudice Salarium constituendum est.*

13 *Tutori pupilli habentis bona feudalia in Regno Neapolis constituitur Salarium ex bonis ipsius pupilli.*

14 *Salarium à Iudice assignatum Tutori, qui aliàs administrare nolebat, non debetur, & si iam fuerit solutum repetitur conditione ob turpem causam.*

15 *Salarium Tutori constitui potest ab illo met Iudice, qui tutorem dedit, non autem ab alio.*

16 *Officialis, licèt habeat facultatem remunerandi benefactores Reipublicæ, tamen dicta facultas non transit ad alios officiales subrogatos, quia remuneratio est personalis ex parte remunerantis.*

17 *Tutor petere non potest Salarium, quod ab initio sibi constitui non fecit, nec illi Iudex potest constituere pro iam administrata tutela.*

18 *Exercens officium gratuitum si non petat, quòd sibi salarium constituatur, gratis exercere voluisse præsumitur, declara vt num. 19. & 20.*

21 *Tutori non est soluendum Salarium, licet à Iudice fuerit constitutum, nisi satisdederit.*

22 *Tutori soluendum est Salarium quando ipsi à Testatore fuit in testamento relictum.*

23 *Legatum factum Tutori valet, & censetur factum ob administrationem tutelæ.*

24 *Tutelam recusans ammittit legatum ipsi tutori à testatore factum, & si plures fuerint tutores illud legatum accrescit alijs.*

25 *Boer. in consuetudinibus Bituricensibus titulo de consuetudine Iuris status personarum §. 11. col. 1. declaratur.*

26 *Tutori soluendum est Salarium pro faciendis ijs quæ ad tutelæ officium non pertinent.*

27 *Tutela est onus.*

28 *Offi-*

28 *Officium tutoris versatur in bene administrandis rebus pupilli.*

29 *Tutori soluendum est Salarium quando talis adest consuetudo.*

30 *Tutori, qui non se benè gerit in administratione rerum pupilli non est soluendum salarium, Intellige vt num. 34.*

31 *Administratori malo non est soluendum salarium.*

32 *Tutor malè administrans non repetit expensas, Intellige, vt num. 33.*

35 *Tutori remoto propter doli suspicionem non est soluendum salarium.*

36 *Suspicio sola alicuius mali euentus idem operatur ac si casus euenisset*

37 *Tutori, qui inuentarium non confecit, non est soluendum Salarium.*

38 *Dolosus dicitur is, qui non facit ea, quæ pro suo officio facere tenetur.*

39 *Tutor tenetur facere inuentarium antequam se ingerat in administratione tutelæ.*

40 *Totor non faciens inuentarium præsumitur dolosus, & contra eum in litem iurari potest.*

41 *Lucas de Periosis in cons. 114. sub num. 4. inter consil. vltim. volunt. reprobatur.*

42 *Tutor quando non teneatur facere inuentarium? remissiuè.*

1 COmmunis, & apud omnes est recepta conclusio; quòd † tutelæ, & curæ munus debeat esse gratuitum, *Glos. in l. eos in verbo datis ff. de Tutel. & in l. 1. verb. nisi gratuitum ff. mandati Barz. cons. 115. num. 7. vol. 1. diuers. vltim. volunt. Caball. cons. 13. num. 2. vol. 1. Monter. decis. 29. sub num. 10. Baet. in tractat. de Decim tutor. præstan. cap. 1. num. 1. Gutier. de Tutel. par. 3. cap. 2. num. 1. Cost. de Remed. subsid. remed. 106. illat. 5. num. 1.* deque ordine, & natura tutelæ, & curæ
2 esse, vt † tutores, & curatores mercedem nullam consequi possint, *l. qui sine vsuris ff. de negoc. gest. l. à tutoribus §. principalibus ff. de administrat tutor. l qui negociationem in fine ff. eodem Bal in c. cum ab omni num. 1. de vit. & honest. cleric. Guidopap. decis. 68. Iodoc. Damhouder. in tractat. de pupillor. patrocin. tit. de Tutor. & curat. merced. capit. vnic. num. 3. Leoncill. de priuil. pauper. par. 2. priuileg. 397. num. 2. & 7. Franc. decis. 122 Caroc. de locat. part. 1. quæst. 3. num. 7. & seq. Surd. de Aliment tit. 1. quæst. 47. num. 6.*
3 cum exerceant officium † publicum, quod vnusquisque subire tenetur absque vlla mercede, *Galganett. de Tutor & Curat. lib. 2. tit. 36. num. 26. Borgnin. de Tutor. num 310. Surd. de Aliment tit. 1. quæst. 47. num. 6. Menoch. cons. 2?8. num. 1. & seq. lib. 3. Cacheran. decis. pedemont 45 sub num. 5.* Imò
4 † si aliquid ipsis datum fuisset repeti posset per conditionem ob turpem causam, *Glos. in d. l. in eos in verb datis, & ibidem Bart. num. 2. & Cuman. num. 3. ff. de Tutel. Barz. d. cons. 115. sub num. 11. Vitalin. in tractat. de clausul. clausula nil nouar. penden. confect. inuent. quæst. 14. Gutier. d. tractat. part. 3. cap. 2. numer. 1. Gratian. disceptat. forens. cap. 919. num. 6. Tondut. Sanleger. quæst. &*
5 *resolut. ciuil. cap. 76. num. 2.* Turpitèr enim recipitur Salarium pro faciendo id, quod quis gratis facere tenetur, *Surd vbi supra sub d. num. 6. Caballin. de Vsur. quæst. 31 nu. 251. Munnoz de Ratiocin. par. 2. cap. 16. num 4.*

Et hæc dicta, licèt verissima sint, attamen nonnullis in casibus limitationem recipiunt, & Primo locum non habent quan-
6 do Iudex † in datione tutoris ipsi Salarium constitueret, iusta concurrente causa propter quam æquitas & ratio suadeat, vt aliqua ipsis merces soluatur, tunc enim recte poterit Iudex tutori Salarium aliquod constituere *l. à tutoribus §. fin. vbi Bar. & Alij ff. de administrat. tutor. Glos. in l si hæreditas ff. ad exhibend. Ang. in §. actionum n. 36. Inst. de Action. Guidopap. decis. 68. Caroc. de locat. par. 1. quæst. 3. num. 13. Franch. decis. 122. num 3. & ibi Adden. num. 2. Menoch. de Arbitrar. Iudic. lib. 2. cent. 6 cas. 512 num. 7. Cordub. in l. si quis à liberis §. si mater num. 73. ff. de liber. agnoscen. Borgnin. in tractat. de Tut. & curat. num. 310. Ias. in l. litem num. 2. C. de procurat. Corn. cons. 63. vol. 4. Ioan. Garz. de Expens cap. 20. nu. 13.* taxando quantitatem suo arbitrio, *Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 512. num. 16. & seqq. Galganett. de Tut. & Curat. lib. 2. tit. 36. numer. 31.* Quod Salarium sic taxatum licitè poterit Tutor petere, & soluere renuentes conuenire, *l. à tutoribus 34. ff. de administrat. tutor. Galganett. vbi supra num. 2.*

Iustæ autem causæ, propter quas à Iudice

dicc constituendum est tutori Salarium, multæ esse possunt, quarum aliquas nos hic recensere non grauabimur; Prima igi-
7 tur causa erit si † tutor, vel curator esset adeo pauper, vt suis laboribus sibi victum quærere cogeretur; Tali enim casu, non teneretur tutor bona pupilli diuitis tueri, quia, dum pro administratione bonorum pupilli elaboraret, non posset suis laboribus sibi victum quærere, sicque omnis ratio honestatis, & æquitatis exposcit, vt aliquod Salarium ipsi tutori constituatur, *l. 1. §. si pupillis ff. de tutel. & ratio. distrahen. Menoch. de Arbitrar. Iudic. d. cas. 512. num. 11. Castren. cons. 302. incipien. Et ad bene examinandum dubia libr. primo Iodoc. Damhouder. in tractat. de pupillo. patrocin. tit. de Tut. & curat. mercede cap. vnico sub num. 9. vers. & maxime Bar. in tractat. de Aliment. numer. 51. Viu. decis. 4. num. 4. & 5. libr. 1. Surd. cons. 159. in fine libr. 2. & in tractat. de Aliment. d. tit. primo quæst. 47. numer. 3. Cost. de Remed. subsidiar. remed. 106. illat. 5.*
8 *num. 1.* Secunda causa est quando † tutela esset talis, vt ob multitudinem, & grauitatem negociorum, qui in ea adessent, cogeretur tutor propria deserere, vt illis tutelæ incumberet, nulli enim officium suum debet esse damnosum *l. sed & si quis ex signatoribus ff. de fur. Ancharan. quæst. 61. num. 7. Menoch. cons. 512. num. 12. Baet. de decim. tut. cap. 2. num. 91. Ciriac. controu. 503 num. 49.* & ideo dicendum est à Iudice tali casu constituendum esse Salarium, *Aret. in §. actionum num. 36. Instit. de Action. Menoch. cons. 2:8. vol. 3. & cons. 570. num. 4. vol. 6. & 1247. sub num. 8. vol. 13. idem de Arbitrar. d. cas. 512. nu 4. Ladercb. cons. 177. in fine Alduin. cons. 31. num. 10. Ratian. consil. 153. num. 50. Francb. dec. 122. sub num. 4. Ciriac. controuers. 503. num. 49. & seq. Surd. de aliment. quæst. 47. tit. 1. num 8. Guidop.*
9 *d. quæst. 68.* Imo hoc in casu non † solùm Salarium constitui poterit à Iudice, verum etiam ab alijs contutoribus *d. l. 1 §. si pupillus ff. de tutel. & ratio. distraben. Bar. in l. eos num. 2. & 3. ff. de tutel. & in l. 1. num. 4. ff. mandati Alex. cons. 109. num. 6. Caualcan. de Tutor. num. 310. Aret. in tractat. de Testamen. glos. 69. num. 9. & in §. sed vt propter Instit. de excusat. tutor. Munnoz de Escobar. de Ratiocin. administrat. part. prima cap. 27. num 30. Surd. de Aliment. d. tit. 1. quæst. 47.*
10 *num 9.* Et † rectè poterunt contutores quid quid alij tutori ex prædicta causa soluerint, dummodo tamen non fuerit summa excessiua, quia tunc præsumeretur collusio, adducendo, & probando prædictam causam realitèr, & cum effectu adfuisse, in reddenda ratione administrationis tutelæ computare *Gasp. Baet. in tractat. de Decim-Tutor. hispan. iure præstan. cap. primo num. 9. post. Bar. in l. prima §. fin. ff. mandati & in l. in eos & ibidem Bal. Dyn. Alberic. & alij ff. de*
11 *tutel.* Tertia causa est, quando † Tutor pro negocijs pupilli cogitur diuersa loca adire, & iter facere, & hoc quoque casu poterit Iudex ipsi Salarium assignare, & ratio est, quia in itinere faciendo, & multi sufferuntur labores, & molestiæ, & magnæ fiunt expensæ *d. l prima §. si pupillus ff. de tutel. & ration. distraben. vbi Bal. in §. fin & in cons. 256. vol. 3. Angel. in §. sed & si quis præsens Instit. de suspect. Tutor. Castren. cons. 374 incipien. super istis dubijs lib. 2. Soc. cons. 180. num. 5. lib. 2. Gasp. Baet. in d. tractat. de Decim. Tut. cap. 1. num. 3. & 5. Surd. de Alimen. d. quæst. 47. num. 8. cum alijs ab ipso relatis,* Quod tamen Salarium soluendum erit, habita ratione facultatum, & redditùum pupilli, & qualitatis personæ tutoris, si enim tutor sit nobilis tantum Salarij soluendum erit, vt sufficiat ad se alendũ, nõ vulgaribus cibis sed talibus, quibus nobilis persona vesci solet. & hoc Salarium solueretur, non pro labore, sed tantummodo pro victu, nemo enim suis expensis militare tenetur; Si autem Tutor sit vilis conditionis, recipiet tale Salarium, quod sufficiat pro expensis victus iuxtà ipsius gradum, & vltrà victus expensas, recipiet ratione damnorum, & interesse tantum Salarij, quantum domi suæ verisimilitèr labore, & industria lucratus fuisset *Damhouder. vbi supra num. 13.* Quarta, & vltima causa est
12 quando † quis tutelam, vel curam gereret alicuius Principis, nam tali casu benè poterit à Iudice tutori Salarium constitui, tamquam legitima concurrente causa, ita post *Gemin. Corset. Ancharan. Paris. & alios, quos allegat, dicit Menoch. de Arbitrar. Iudic. d. cas. 512. num. 13. & cons. 228. nu. 31. Granut. Theorem 12. num. 4. in in fine Galganet. de Tut. & curat. lib. 2. tit. 36. num. 34. Gemin. in c. grandi num. 12. de supplen. negligen. prælat. vbi etiam Corset. numer. 93,*

Surd.

Surd. de Aliment. tit. 9. quæst. 44. num. primo Caroc. de locat. & conduct. part. prima tit. de Administrat tutor. quæst. 3. num. 28. vers. secundo ab illo met. Ratio autem est, quia, cũ tutelæ, & curæ huiusmodi personarũ soleant magnos labores requirere, & ita soleant tutores defatigare, vt propria negocia deserere cogantur, ideoque ratio suadet, vt aliqua ex parte ipsorum labor, & detrimentum remunerationem consequatur *Menoch. d. cons. 228. nu. 20. & 24. & cons. 570 num. 4. libr. 6. Galganet. de tut. & curat lib. 2. tit. 36. num. 34.* Neque Principibus, & nobilibus personis conuenit, vt quis proprijs expensis in ipsorum bonis administrandis elaboret, absque eo, quòd ex illa administratione prœmium consequatur; Et hanc
13 ob causam in Regno Neapolitano factum est, vt tutori pupilli habentis bona feudalia Salarium aliquod constituatur ex bonis ipsius pupilli, prout videre est in *Constitutione Regni de minoribus vbi Afflict. in primo notabili, & in fine rubricæ*, & ita seruari testatur *Vincent. de franch. decis. 122. nu. 5.* quem refert, & sequitur *Menoch. de Arbitrar. Iudic. d. cas. 512. num. 14.* & nos diximus supra in *quæstion. 57. huius secundæ partis.*

Possunt etiam vltra relatas causas aliæ afferri, propter quas licitum erit Iudici constituere Salarium tutori, quæ cum variæ esse possint iuxta casuum contingentias, relinquuntur arbitrio Iudicis, *Gaspar. Baet. in d. tractat. de Decim tut. cap. p. n. 10.*
14 cui tamen non poterit pro iusta causa constituendi Salarium seruire, quòd tutor nolit aliter acceptare tutelam, & ipse ad hunc finem Salarium assignet, quia, cum talis causa, non solùm non dicatur iusta, sed turpis, ideo Salarium constitutum soluendum non erit, & si iam fuerit solutum, erit repetendum conditione ob turpem causam, argumento *l. fin. lis ff. de condict. ob turp. caus. l. in eos ff. de Tutelis Lucas de Periosis consil. 114. num. 1. inter cons. vlt. volunt. Benedict. de Barz. cons. 115. num. 11. pariter inter consilia vltim. volunt.*

Supra allatæ limitationi ad principalem conclusionem nonnullæ assignari debent declarationes, inter quas Prima est, quòd
15 † Salarij constitutio fieri debeat ab illo Iudice, qui decreuit Tutorem, non autem fieri possit ab alijs, vt desumitur ex *l. à tutoribus §. quemadmodum ff. de administrat. tut.* ibi: nisi ab eo &c. vbi dicitur, quòd Salarium constituitur ab illo Iudice, qui tutorem dat, & ad hoc facit, quod dicit *Bar. in l. ambit. vsa num. 4. ff. de Decret. ab*
16 *ord. faciendis* vbi ait, quòd, licèt † officiali sit permissum recognoscere benefactores Reipublicæ aliqua remuneratione tamen intelligendum veniat, remunerationem fieri posse ab illis officialibus, qui tempore, quo factum fuit beneficium Reip. erant in officio, si vero ipsorum officialium tempus expiret, non poterit dicta remuneratio fieri ab alijs, licèt in eodem officio subrogatis, & ratio est, quia, cum remuneratio sit personalis ex parte remunerantis, sic ipsorum officio expirato non possunt grauare successores, quòd aliquem remunerent, ergo sic in casu nostro non poterit alius Iudex nisi ille, qui tutorem decreuit Salarium eidem constituere: Secunda declaratio
17 est, quòd † constitui possit per Iudicem tutori Salarium iusta concurrente causa pro tutela administranda, non autem pro tutela administrata, nam si à principio administrationis non fuerit Salarium constitutum nec in fine à tutore peti, neque à Iudice constitui poterit *l. qui mutua § Salarium ff. mandati & l. Salarium C. eodem Menoch. d. cons. 228. numer. 6. & d. cas. 512. n. 2. Vincent. de Franch. d. d. cas. 22. num. primo Bal. cons. 256. incipien. Super primo puncto in princip. vol. 4. Imo cons. 75. col. 2. vers. circa quartum Barz d. consil. 115. sub numer. 11. volum. 1. cons. vltim. volunt inter Viu. decis. 41. sub numer. 4. Cornel. cons. 62. num. 9. vol. 4. Monter. decis 29. per tot. præcipue sub numer. 25. & seq. Caball. consil. 13. num. 1. vol. 1. Ciriac. controu. 103. num. 6.* & ratio huius declarationis esse po-
18 test, quia † cum tutor administrauerit tutelam absque eo, quòd Salarium petierit, præsumitur gratis administrare voluisse, quando enim, quis se ingerit ad exercendum officium gratuitum, hoc ipso videtur tacitè asserere, se pro illo exercitio nullum Salarium, seu mercedem prætendere *l. sed an vltro ff. de negoc. gest Feder. c. de sen. consil. 118. num. 2. Alex. cons. 109. num. primo & 2. libr. 6. Castren. cons. 326. libr. 2. Guidopap. d. decis. 68. Soccin. cons. 169. col. vltim. libr. 2. Menoch. d. cons. 228. num. 6.* Si autem Iudex adhuc vellet Salarium tutori assigna-

signa-

signare diceretur donare; quod nullo modo facere potest in præiudicium pupilli:
19 Neque obstat si dicatur, † Iudicem Salarium hoc in casu assignare posse tutori saltem in remunerationem laborum à Tutore in administratione passorum, quòd est permissum, vt in *l. si remunerandi ff. mandati*, Quia respondetur, dictam legem respectum habere ad administrationem futuram, non autem præteritam, vt probatur per *l. Salarium ff. eod tit.*
20 Veritas † tamen est, quòd etiam in hoc casu licitum sit Iudici tutorem Salariare, si tempore, quo tutelam suscepit, sibi constitui petierit, licèt non fuerit cum effectu constitutum, *Munnoz. de Ratiocin. administrat. d. cap. 27. num. 34.* Tunc enim, cum per prædictam petionem constet, tutorem noluisse gratis administrare, nec donare, rectè poterit ab ipso pro tempore prœterito peti, & à Iudice assignari æquitate tamen id suadente *Menoch. d. cons. 228. num. 38. & d. cas. 512. nu. 4. Soccin. sen. cons. 196. col. vltima lib. 2.* Tertia declaratio est, quòd
21 † non sit soluendum illi tutori Salarium, licèt fuerit à Iudice à principio tutelæ constitutum, qui non satisdederit, prout tenebatur, quia tunc diceretur non adimpleuisse ea, quæ in datiuo tutore requiruntur *Gasp. Baet. in Tractat. de Decim. Tut. hispan. Iure præstan. cap. 12. num. 14.* affe-
22 rens exemplum in vsufructuario, † qui non cauens non lucratur fructus *l. si vsufructus legatus sit ff. de vsufruct. l. vxori C. de vsufruct. legat. Bar. in l. si homo ff. de Vsucapion. & in l. vsusfructus C. de Vsufruct. & in l. hac edictali §. finali C. de Secund. nupt. Felin. in c. si autem col. 4. de Rescript.* Aliæ vltrà allatas adducendæ sunt declarationes, verùm quia applicari possunt etiam alijs limitationibus, quas principali conclusioni assignabimus, ideo post dictas limitationes illas afferre reuersamus.

Limitatur Secundo principalis conclusio,
22 quòd non procedat quando † à testatore fuerit ipsi tutori Salarium in testamento relictum, nam tunc illi soluendum erit etiamsi aliqua iusta causa, propter quam motus fuerit testator ad legandum, non adfuerit, vt firmant, *Baet. de Decim. tutor. capit. 18. num. 13. & 16. cum seqq. Ciriac. controuers. 583. numer. 31.* Et in Iure dif-
23 ficultatem non habet, cum valeat † legatum factum Tutori, quod lex declarat factum fuisse ob administrationem tutelæ, & tamen illud non improbat, vt videre est in *l. sed hæc nimium cum lege præcedenti ff. de excusat. tutor.* Imò tale legatum approbat,
24 & † pœnam priuationis illius imponit tutori, qui administrationem tutelæ suscipere recusauerit, vt in *l. Nesennius, & l. amicissimus ff. eodem tit. de Administrat. tuto.* qui enim non vult sentire incommodum, nec commodum sentire debebit *l. secundum naturam ff. de reg. Iur. reg. qui sentit. de reg. Iur. in 6.* Quamobrem si plures fuerint tutores, & vnus administrare recuset, cum alijs contutoribus labor augeatur, legatum illius, qui non administrat, accrescet alijs administrantibus, ita *Adden. ad Cappel. Tholos. decis. 294. littera A.* quod etiam locum habere dicunt quando alter tutorum, vt suspectus remoueretur.
25 Neque † obstat si dicatur, quòd tutor puniatur extra ordinem si data sibi pecunia administrationem tutelæ suscipiat, *Boer. in consuetud. Bituricensib. titul. de Iur. stat. personar. §. 11. vol. 1.* Quia hoc intelligendum est procedere, quando tutor renueret tutelam suscipere, & ad hoc, vt ad illam suscipiendam induceretur aliquid ipsi solueretur; Non autem quando aliquid soluitur ex liberalitate dantis, tunc enim sine scrupulo quid quid fuerit datum poterit tutor accipere, *Galganet. de Tut. & curat. lib. 2. cap. 36. n. 27. per l. à tutoribus §. fin. vbi glos. in verb. nisi ab eo, & Bar. in princip. ff. de administrat. tutor. Borgnin. in dicto tract. de tutore, & curatore num. 310.*

Limitatur Tertio conclusio, quòd tutori non sit soluendum Salarium, locum
26 † non habere, quando tutor egit pro pupillo res ad tutelam non pertinentes, vt puta si pupilli agrum coluerit, vindemias fecerit, triticum, & poma collexerit, vel aliquid simile munus ad tutelam non pertinens exercuerit, tunc enim rectè poterit Tutor Salarium petere, quia, cum prædicta opera sint diuersa ab officio tutorum, & sit per accidens, quòd tutor sciat agrum colere, vindemias facere, triticum, & poma colligere, quæ rustici tantum facere solent, & si tutor facere ignoraret certum est, quòd conducendæ essent operæ alterius, qui prædicta, vel quid simile faceret, & illi soluendum foret Salarium

rium; Non video quænam ratio assignari possit, proptèr quàm, non sit dicendum Tutori in hoc casu soluendum esse Salarium, cum multæ altera ex parte assignari possint, Et primo, quòd si non solueretur tutori Salarium pro labore in rebus pupilli impenso sequeretur, ipsius officium illi esse damnosum, cum tamen tale illi esse non debeat, *Menoch. de Arbitrar. cas. 512. numer. 12. Baet. d. tractat. cap. 2. numer. 31. Ciriac. controuers. 503. num. 49.* Secundo facit regula, quòd onera à lege imposita sint restringenda, non autem amplianda, *reg. odia de reg. Iur. in sexto* cum autem ne-
27 gari non possit, tutelam † esse onus *§. primo Instit. de excusat. tutor. Ias. in l. si quis à filio §. si qui plures num. 15. ff. de legat. primo Soccin. in repetit. l. cum filio numer. 41. de legat. primo* Ergo erit restringenda, non autē āplianda, itaut tutor non teneatur gratis laborare pro pupillo etiam in rebus ad officium tutoris non pertinentibus: Facit Tertio, quòd in casu nostro tutor consideratur tanquam diuersa persona à tutore, & tanquam tertius cum se exercuerit in re, quam facere tutor non tenebatur; Tutoris
28 † enim officium versatur tantummodò in benè administrandis rebus pupilli, idest benè disponendis, non autem in illis laborando, sed committenda erant facienda tertiæ personæ, cuius in locum fuit subrogatus ipse tutor, cui propterea tanquam illi tertio soluendum venit Salarium, *Vincent. de Franch. decis. 122. num. 4 vbi Adden. num. 4. Ias. in l. littera C. de procurat. Baet. in d. tractat. de Decim. tutor cap. primo num. 6. & nos diximus supra in quæst. 52.* vbi, Quod Tutori aduocato, qui pro suo pupillo patrocinium præstatit debeatur Salarium, quod alteri aduocato fuisset solutum, & quòd dictum Salarium possit in redditione rationis administrationis tutelæ computari.

Quarto, & vltimo limitatur dicta Con-
29 clusio, quòd non procedat quando † adesset consuetudo, quòd Tutori solueretur Salarium, tunc enim omnino erit soluendum *Petrus Cabal. consil. dec. tom. 2. cons. 40. num. 4. vers. & ex consuetudine Menoch. cons. 228. num. 51. & seqq. vol. 3. Caball. cons. 41. circa finem vol. 2. Ciriac. controuers. 103. num. 48.* Quæ Consuetudo multis in locis viget, & præcipue in Regno Franciæ, in quo non solùm constituitur certum Salarium tutori, sed omnes fructus ex bonis pupilli prouenientibus ad ipsum spectant, vt refert *Boer. in dictis Consuetudinibus Butricensibus tit. de Consuetud. Iuris status personarum §. 11. & Menoch. de Arbitrarijs Iudic. d. cas. 512. sub num. 19. Cassa. in consuetud. Burgun. Rubr. 6. §. 4. verb Et sila dite feme Baez. de decim. Tutor. cap primo num. 33. Io: Guttier. de tutel libr. 3. capit. 2. num. 14.* Et in Cauodistria, quæ est quædam Italiæ prouincia ea viget consuetudo, quòd tutores lucrentur fructus, quorumcumque bonorum pupilli, & in quocumque loco positorum, etiamsi bona adsint in alijs locis, dummodo tamen debita pupilli, si quæ habeat, soluat, & alimenta pupillo, & eius familiæ iuxta ipsorum gradum, & conditionem præstet, *Castren. cons. 374. incipien. super istis dubijs num. 1. vol. 2. & similis consuetudinis meminit Lara in tractat. de Aliment. §. si mater num. 46. in fine*, Et quamuis à *Padilla in l. 1. nu. 13. C. de Transact* & ab alijs relatis à *Guttier. in tractat. de Tutel. libr. 3. cap 2. num. 16.* hæc Consuetudo tanquam iniqua reprobetur; Tamen illam tanquam validam, & seruandam approbarunt, *Castren. in dicto cons. 374. num. 1. vers. quia d. Consuetudo Chassa. in consuetud. Burgund. rubr. 6. § 4. v. & facit la dite femme Petr. Bellapertic. in auth. minoris debitor. C. qui tuto dari possint*, quos refert, & sequitur *Baet. in d. tractat. de Decim. Tuto. cap. primo num. 33* Viget etiam prædicta consuetudo in Regno Hyspaniarum, sed aliquantulum moderata, itaut non omnes bonorum pupilli fructus tutori pro administratione tribuat, sed decimam tantummodo illorum partem concedat, vt videre est in *l 2. tit 7. libr. 3. fori* super cuius legis explanatione latè scripsit *Baet. in d. tractat. de Decim tutor. Hyspanic. Iure præstan. & Munnoz. de Escobar. in d. tractat. de Ratiocin. administr. cap. 28. 29. & 30.* Cū maiori etiā moderamine, quā in Regno Hispaniarum locum sibi vindicat dicta Consuetudo, dum tutor vigesimam tantum partem fructuum bonorum pupilli, cuius administrationem gerit consequitur: vt per *Barbos. in l. fructus num. 21. ff. solut. matrimon. Guttier. vbi supra num. 15. Munnoz. in d. cap. 28. num. 3. & Baet. in d. cap. primo*, vbi alia refert loca, in quibus tu-

tori in remunerationem laborum, quos in administratione patitur aliqua merces tribuitur.

Primæ ſupra relatæ limitationi vltra aſſignatas declarationes nonnullæ aliæ addendæ ſunt, quæ cum etiam ſecundæ, & quarta limitationibus adaptarentur, ideo huc illas afferre volui, inter quas primum ſibi vindicat locum, quòd dictæ limitationes procedant, ſi Tutor benè ſe geſſerit in ad-
30 miniſtratione, nam † aliàs ſi malè adminiſtrauerit, ſiuè Salarium fuerit conſtitutum à Iudice, ſiue fuerit à teſtatore relictum, ſiue per conſuetudinem eſſet ſoluendum, non ſolùm, non debebitur, *l. qui autem ff. de excuſat. tuto. l. etiamſi partis ff. de legat.* 1. *Auth. licet C. de Epiſcop. & cleric. Corn. conſ.*62. *col. fin. vol.* 4. *Borgnin. in d. tract. de Tutor. nu.*310. *Surd. de Aliment. tit.*7. *quæſt.*41. *num. primo Menoch. in d. conſ.*228. *Caroc. de locat. & conduct. part. prima tit. de admini ſtrat. tuto. part. prima quæſt.* 3. *numer.* 28. *Caſtren. conſ.* 374. *num.* 2. *libr.* 2.
31 Salarium † enim, vt eſt communis DD. ſententia non debetur illi, qui malè, vel doloſè adminiſtrat, *Bar. in l. Meuio nepotem ff. de annu. legat. & in l. prima §. diuus col. fin. ff. de var. & extraordinar. cognit. & in l. iudices C. de ann. & tribut. libr.* 11. *& communitèr ſcribentes in d. l. quid autem, & in l. diem functo ff. de offic. Aſſeſſor. Corſet. in ſuis ſingular. v. Salarium primo Bal. in l.* 2. *col.*2. *C. de loc. & in l. vna col. fin. C. de ſuſfrag. & in l. Neſennius ff. de excuſation. tutor* Et nos diximus ſupra in *quæſt.*51. Sed
32 nec etiam † conſequetur expenſas, ſi quas ipſe tutor de proprio feciſſet, etiamſi dictæ expenſæ fuiſſent vtiles pupillo *Caſtr. in l. ſi pupilli §. ſed, & ſi quis num.*3. *vbi e-*
33 *tiam Bal. ff. de negoc. geſt.* Niſi † tamen expreſsè appareat, ex dictis expenſis pupillum factum fuiſſe locupletiorem, tali enim in caſu nulli dubium eſt, quòd eſſent reficiendæ ob duplicem rationem, & primo, quia clara eſt regula, quòd nemo debeat locupletari cum iactura tertij, ſecundò, quia dum illæ expenſæ euidentèr apparet, quòd fuerint conuerſæ in vtilitatem pupilli, dici non poteſt, tutorem male adminiſtraſſe, Saltem pro illo tempore, & in illo actu, & ideo erunt reficiendæ expenſæ, & ſol-
34 uendum † Salarium pro illo tempore, quo benè adminiſtrauit, *Iac. Niger. in l. diem functo num.*53. *ff. de offic. Aſſeſſor. Surd. de Aliment. tit.*7. *quæſt.* 41. *num.* 9. *verſ. cum ita tutor. Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 55. *num.*22. Nam, vt ſepius diximus, ſupra, labor, & tempus diuiſionem recipiunt, *l. ſeio amico ff. de annu. legat.* & ſicuti tempore, quo bene adminiſtrauit pupillo attulit vtilitatem, ita quoque ex illa adminiſtratione prœmium referre debebit:

Declarãtur ſecũdo *dd.* limitationes, quòd
35 non procedant quando † Tutor fuerit à tutela remotus propter ſuſpicionem doli; etiamſi cum effectu nihil doloſè geſtum fuiſſe ab illo appareat; attamen nullum Salarium erit ſoluendum, *l. iudices C. de Ann. & tribut. libr.*11. *Parid. de Put. in tractat. de Syndicat. verbo Salarium cap.* 6. *numer.* 12.
36 ſola † enim alicuius mali euentus ſuſpicio idem operatur acſi caſus accidiſſet *l.* 1. *§ ſuſpicio l. Pedius in princip. ff de incend. ruin. naufrag. Ancharan. conſ.*88. quem refert, & ſequitur *Surd deciſ.* 183. *num.* 2.

Declarãtur tãdèm *dd.* Limitationes, quòd
37 non procedant quando † Tutor non confeciſſet inuentarium, nam tunc nullum Salarium ipſi ſoluendum eſſet, *Borgnin. in d. tract. de Tuto. ſub num.* 310. *verſ. quæ quidem Caroc. de locat. & conduct. par.* 1. *tit. de Adminiſtrat. tutor. quæſt.*3. *nu.*26. *Surd. in d. tract. de Aliment. tit.*7. *quæſt* 42. *num.*1.
38 Et ratio eſt, quia non † conficiens ea, quæ pro ſuo officio, & munere facere tenetur præſumitur eſſe in dolo *l. dolus ff. mandati l. dolo ff. ad leg. falcid. Soccin. ſen. conſ.*40. *n.* 4. *lib.*1. *Crauett. conſ.*115. *num.*2. *& conſ.*346 *num.*1. *&* 2. *Cephal. conſ.*230. *num.*4. *lib.*2. *Maſcard. de probat. concluſ.* 531. *num.* 50. *Bero conſ.* 191. *num.* 18. *&* 44. *libr.* 1. Et ſic, cum tutor non confecerit inuentarium,
39 ad † quod faciendum tenebatur antequam ad tutelæ adminiſtrationem deueniret *l. tutores C. de adminiſtrat. tutorum l. tutor. qui in princip. ff. eod. l. veteris §. illo procul. C. de arbitrar. tute. l. cum furioſus §. & ſi quidem C. de Curat. furioſ. l. de creationibus in princ. & §. fin. C. de Epiſ. audien. §. fin. auth. vt ſine probibit. matres Roman. conſ.*425. *verſ. Quarto Rolan. à Valle conſ.* 49. *num.* 19. *libr.*1. *Rot. deciſ.*178. *num.*11. *par.* 7. *recen.*
40 præſumitur † eſſe in dolo, & aduerſus eum in litem iurari poteſt *l. tutor. qui repertiorum in princ. ff. de adminiſtrat. tut. & ibi communiter ſcribentes Gloſ in l. officio v. tenebitur ff.* de

de tutel. & ration. distrahen. Corn. consf. 81. *col.* 3. *vers. imo libr.* 4. *Tiraquel. in l. si vnquam v. donatione largitus num.* 134. *C. de reuocan. donat. Couarr. var. resolut. libr.* 2. *cap.* 14. *num.* 5. & sic ex suo dolo, & negligentia non debebit prœmium reportare,

41 Neque † obstat, quod dicit *Lucas de Periosis in consf.* 114. *sub num.* 4. *vers. Item & fortius inter consil. vltim. volunt*, scilicèt, quòd sit soluendum Salarium Tutori, etiamsi non confecerit inuentarium, nam punitur alijs pœnis legalibus, imò, quòd nullus inueniatur Doctor, dicens quòd Tutori, qui administrauerit non sit soluendum Salarium, Non obstat inquam, quia, cum ipse nullam rationem, seu legem pro suæ opinionis fundamento afferat ipsi non est præstanda fides, Doctori enim consulenti, & pro ipsius sententia rationes, seu leges non alleganti non creditur, maximè quando, prout in casu nostro, contraria est communis sententia, Et nescio quomodo dicere possit apud nullum Doctorem legisse, administranti Tutori non esse præstandum Salarium, cum ego nullam inuenerim legem disponentem, seu Doctorem affirmantem, quòd sit soluendum Salarium tutori, sed bene contrarium sancitum reperio in *l. à tutoribus* §. *fin. ff. de administrat. tut. & alijs supra num.* 1. *allegatis*, & vno ore dicunt DD. munus Tutoris esse gratuitum, nec aliquid ipsi pro Salario soluendum esse, nisi in casibus relatis in supra adductis limitationibus, Et si de Iure regularitèr tutori non debetur Salarium, tanto minus ipsi soluendum erit si negligat ea facere, quæ ad officium pertinent, prout spectat ad officium tutoris confectio inuentarij:

42 Veritas † tamen est, quòd etiam non confecto inuentario Salarium deberetur quotiescumque versaremur in vno ex casibus, in quibus Tutor non tenetur ad inuentarij confectionem, quos late enumerat *Galganett. in d. tractat. de Tutor. & Curat. lib.* 2. *tit.* 1. *per to*[...]

Vecturalibus, seu Nautis quando debeatur Salarium.

QVAESTIO LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vecturales, seu Nautæ mercedem consequi debent.*

2 *Vecturalibus competit hypoteca in rebus translatis pro mercede.*

3 *Merces post conductionem sunt maioris valoris.*

4 *Vecturales possunt res vectas retinere donec eis merces soluatur, Declara vt nu. seqq.*

5 *Vecturalibus competit retentio mercium vectarum pro quantitate mercedis, & non vltra.*

6 *Vecturalibus illa debetur merces, quæ fuit conuenta.*

7 *Vecturalis, qui conuenit de vectura ad rationem tot pro qualibet libra, consequitur mercedem conuentam pro tot libris, quot fuerunt translatæ.*

8 *Vecturali qui locauit rem pro vectura puta equum cum expressione, quòd ferre possit ponderis librarum tot, consequetur mercedem conuentam, licet res translata fuerit minoris ponderis expressi, Limita, vt num.* 9. *Declara limitationem, vt num.* 10.

11 *Merces debetur pro rebus translatis si nauis simpliciter fuerit conducta, Contrarium num.* 12.

13 *Verba generalia contractus generaliter sunt intelligenda.*

14 *Absurdum est in contractu, quòd vnus ex contrahentibus possit ad sui libitum contractum interpetrari.*

15 *Verba contractus ita intelligenda veniunt, vt absurdum euitetur.*

16 *Interpetratio contractus fieri debet contra eum, qui poterat clarioribus verbis vti.*

17 *Interpetratio in dubio illa facienda est, secundum quam obligatio minus continet, Declara, vt num.* 18.

19 *Vecturalis, si ad locum conuentum merces non transtulerit, Salarium petere non potest, & iam acceptum tenetur restituere.*

20 *Vecturali qui merces ad locum conuentum non transtulit mercedē non consequitur, licet hoc euenerit ob casum fortuitum Declara, vt num. 21.*

22 *Vecturalis si merces vsque ad locum conuentum ob casum fortuitum transferre non valet, mercedem non petit pro rata itineris, Contrarium nu. 23. Declara, vt num. 25.*

24 *Conductor, qui ob casum fortuitum re conducta vti non potest, non repetit integram mercedem, sed pro rata temporis, quo vti non potuit.*

26 *Vecturalis tenetur merces diligentèr custodire, itaut eius culpa adscribi non possit si aliquid mali in illis eueniat.*

27 *Vecturalis, cuius culpa merces traditæ perierunt, mercedem petere non potest, & tenetur Domino ad damna, & interesse.*

28 *Vecturalis dicitur in culpa si res vehendas imposuerit in equo non apto.*

29 *Vecturalis, seu Nauta præponens ministros minus aptos dicitur in culpa si res vehenda pereat.*

30 *Vecturalis tenetur ne dum de culpa propria, sed etiam eorum, quos transuectioni præposuit.*

31 *Vecturalis iter faciens tempore intempestiuo dicitur in culpa si res pereat.*

32 *Vecturalis iter non faciens tempore promisso dicitur in culpa si res pereat.*

33 *Vecturalis, qui voluit nouas tentare vias, relicta via veteri, dicitur in culpa si merces pereant, Declara, vt num. 34.*

35 *Vecturalis culpæ, si merces pereant, adscribendum est pluribus in casibus, qui referuntur.*

1 VEcturales, † seu Nautæ, qui locant operas suas ad vehendum bona, mercedem consequi debent, *Stracc. de Nauib. par. 3. num. 1. Onnat. de Contract. tom. 2. disputat. 46. sect. 8. nu. 177.*
2 Et † pro illius consecutione competit ipsis hypoteca super mercibus translatis, *Stracc. vbi suprà num. 29. Negusan. de pignor. & hypotec. 4. membr. 2. par. num. 141. Mantic. de Tacit. & ambig. conuent. libr. 11. tit. 23. num. 6. vol. 1. Camuncul. decis. bononien. 1. num. 2.* quia ex huiusmodi conductione oritur tacita legalis hypoteca, *l. interdum vbi Bar. ff. qui potior. in pign. habean. Negusan. vbi supra vers. sextus decimus sub num. 162.*
3 Maximè † ratione vtilitatis mercium, quæ post conductionem effectæ fuerunt maioris valoris *l. si non sortem §. si centum ff. de condit. indebit. Negusan. in eodem tract. 4. mem-*
4 *br. 5. par. num. 8.* Itaut † possint res vectas retinere donec merces soluatur *l. vtique ff. de damn. infect. Decian. respons. 109. sub num. 84. vers. & postremo vol. 2. Ias. in §. Item seruiana num. 80. vers. aliam rationem Institution. de Action. Caroc. de locat. & conduct. par. 4. quæst. 14. num. 6. vers. ampliatur secundo Coler. de process. executiu. par. 1. cap. 2. num. 204. vers. vnde si merces Viu. decis. 308. in princip. & num. 11. Mauson. de*
5 *caus. executiu. ampliat. 5. num. 26.* pro † ea tamen quantitate, quæ sufficiat pro eorum satisfactione, satis enim est, vt succurratur eorum indemnitati, & pro eorum credito caueatur, vt notatur in *l. si non sortem §. si decem, & §. si centum ff. de condict. indebit. & l. colonus in fine ff. de vi, & vi armat. & in l. huius enim. ff. qui potior. in pign. habean. Bal. in l. finali C. commodat. Decian. d. respons. 109. num. 85. Ias. vbi supra nu. 65. Mantic. de Tacit. d. lib. 11. tit. 15. vers. notandum est sub num. 40. Mauson. loc. citat. num. 32.*

Quanta autem eorum merces esse debeat determinatur, vel à locorum consuetudine, vel à partium conuentionibus, quæ
6 solent esse diuersæ; Nonnunquam † enim constitui solet merces certæ summæ pro certa re, quo casu nullum dubium est, quòd debeatur in ea summa, quæ fuit
7 promissa: Aliquando vero † promittitur, merces habita ratione oneris, vt puta ad rationem tot pro qualibet libra, neque hoc casu dubium aliquod oriri potest, quin merces debeatur pro tot libris, quot fuerūt asportatæ *l. vlt. §. fin. ff. ad leg. Rhod. de Iact.*
8 Sepe etiam † pro certa mercede conducitur Nauis, seu aliud pro vectura aptum cum expressione, quòd in eo ferri possint res ponderis librarum tot, & tunc illa erit debita merces, quæ fuit conuenta, nulla ratione habita, quòd res translata sit minoris ponderis, quàm fuerit expressum esse aptam ad ferendam nauim conductam,
9 *Castren. in d. §. fin. in princip.* At † si non fuissent impositæ res ponderis expressi, eo quia realitèr nauis non erat capax, tunc non nisi pro mercibus illatis merces deberetur

retur, *l. tenetur* §. *si vas ff. de action. empt.*
10 Nisi † conducta fuisset aduersione, quia siue nauis ferat pondus expressum, siue non merces constituta debetur, vt per *Gloss. in eodem* §. *finali verb. aduersione Cuiac. obseruat. lib. 3. cap. 2. vers. si aduersione*, In
11 † casu autem, quo nauis simplicitèr conducta fuisset deberi tantummodo mercedem pro onere imposito voluit, *Gloss. in d. §. vltimo in verb. portasti*, *& ibidem*
12 *Bal.* Glossæ opinioni adheret. Alij † vero Doctores illam fuerunt amplexi sententiam, quòd merces debeatur pro tota naui, vt videre est apud, *Castren. & Angel. in eodem* §. *fin.* Quæ quidem sententia probabilior apparet, quia cum fuerit conducta
13 nauis simplicitèr, quæ † conductio est apta comprehendere nauim absque aliqua diminutione, de integra naui dicendum est initum fuisse contractum *l. labeo* §. *idem ff. de supellectil. legat. c. vlt. de verb. significat. Bal. in l. rogasti* §. *si tibi ff. si cert. petat. Marescot. variar. resolut. lib. 2. cap. 76.*
14 *num. 4. & sequen.* Præcipuè, † cum aliàs contractus remaneret incertus, dum non posset pro certo haberi quænam nauis pars fuisset locata, & esset in facultate conductoris suo arbitrio contractum declarare, quòd est absurdum *l. si quis rem*, *& l. ne in potestate ff. de recept. arbitr. Crauett. in respons. pro genero num. 77. Mantic. de Tacit. libr. 2. tit. 13 num. 15* ad † quòd absur-
15 dum euitandum dicendum est, integram nauim fuisse conductam *l. si sic stipulatus la 2. & ibi notat Ias. num. 1. ff. de verbor. obligat. l. Saluius Aristo ff. de legat. præstan. Seraphin. decis. 331. num. 2.*
16 Præcipuè † cum potuisset conductor clarius declarare quid vellet conducere, & dum vti voluit verbis importantibus totalitatem contra ipsum in dubio facienda venit interpetratio *l. veteribus ff. de pact. l. labeo scripsit ff. de contrahen. empt. l. quid quid astringendæ ff. de verbor. oblig. Bal. cons. 160. par. 1. Corn. cons. 116. in princip. Gozadin. cons. 74. num. 13. Dec. in l. Fæminæ sub numer. 113. vers. postremo ff. de regul. Iur. Roman. cons. 95. num. 2. Paris. cons. 64. num. 5. vol. 1. Bursatt. consil. 104. num. 13. volum. 1. Caroc. de locat. par. 5. tit. de verb. significat. quæst. 3. Put. decis. 266. lib. 1. Rot. decis. 561 num. 7. part. prima in recentior.* Nec in con-
17 trarium facit, quòd in † dubio illa interpetratio magis sit facienda, secundùm, quam minus continet obligatio *l. semper in stipulationibus ff. de regul. Iur l. si stipulatus*
18 *ff. de Usur.* Quia † non ex hoc sequitur, quòd sit recendum à propria verborum significatione, vt promissor minus sit obligatus, *Ruin. cons. 118. num. 6. lib. 3. Mantic. de Tacit. lib. 2. tit. 7. num. 13.*

Cognita quantitate mercedis, debitæ ex conuentione debebunt Vecturales, seu Nautæ pro illius consecutione docere suas adimpleuisse partes, quæ consistunt in du-
19 obus, & principalitèr in eo, quòd † asportauerint illa bona, quæ vehenda receperunt ad locum conuentum; nam aliàs non solùm eis non esset soluendum Salarium, sed competeret contra ipsos iam soluti repetitio iuxta tex. expressum in, *l. si vno* §. *item. cum quidam ff. locat.* cuius verba sunt: Item cum quidam naui amissa vecturam, quam pro inuecto acceperat, repeteret, rescriptum est ab Antonio Augusto non immeritò procuratorem Cæsaris hanc ab eo vecturam repetere, cum munere vehendi functus non sit &c. & per *d. l. firmarunt Stacc. de Nauib. par. 3. num. 24. Signoroll. cons. 195. num. 6. Mart. cons. 152. numer. 2. Monet. de distribution. quotid. par. 2. quæst. 6. sub num. 5.* Quodque eiusdem legis dispositio non in solis Nautis seruanda sit, sed etiam in omnibus similibus personis dixit, *Aluar. Valasc. consultation. 75. vers. quod in omnibus sub numer. secundo libr. primo.*
20 Et † hoc procedit etiamsi ob casum fortuitum non potuerit res transferri: Nisi
21 † casus euenirit culpa conductoris, qui forsan illicitas merces vehendas tradidisset, nam tali casu Vecturalis Salarium consequeretur etiamsi sequeretur confiscatio, & merces transferri non possent, quotiescumque ipsius Vecturalis assensus non accessisset *l. colonus* §. *nauem ff. locat. Bal. in d. §. item cum quidam in princ. ff. eodem Stracc. de nauib. par. 3. num. 25*, At hoc circumscripto casu, vecturalis Salarium non consequetur etiamsi translatio non sequatur ob casum contingentem in ipsa re vehenda, vt puta si res imposita pereat, vt per *tex. in l. fin.* ibi: Si vehenda mancipia conduxisti: pro eo mancipio, quod in naue mortuum est, vectura tibi non debetur, &c. *ff. ad leg. Rhod. de Iact.* Et ea est ratio, quia
is,

is, qui nautæ, seu Vecturalis operas conducit dicitur promisisse mercedem conditionalitèr si operæ præstabuntur, *argumento tex. & quod ibi notatur per Abb. in c. sicut de Iureiuran. ad idem facit. tex. in l. 1. C. de re milit. libr. 12. & l. seio ff. de ann. legat. & quod notat Bar. in l. diem functo ff. de offic. Assessor. & in l. in rebus ff. de com. & in l. si cum dotem §. sin autem ff. solut. matrimon. cum alijs adductis per Alex. in addit. ad Bar. in d. §. Item cum quidam vers. famulus tuus sub littera* G. Sed cum in conditionibus attendatur solus euentus, ideò quicumque casus acciderit, per quem bona vehenda non potuerint consignari in loco conuento, Salarium non debetur, & iam
22 solutum repeti poterit absque † eo, quòd possit, Vecturalis, seu Nauta prætendere retentionem mercedis saltèm pro rata vecturæ, vt tenent *Signoroll. & Mart. loc. supra citat.*
23 Et † quamuis contrarium voluerit *Strac. in d. tractat. de Nauib. par. 3. num.* 24. vbi firmat, quòd pro parte itineris, qua merces aduectæ fuerunt debeatur Salarium, & non nisi pro rata repetitionem competere, Attamen illius opinio non aduersatur, dum fundatur in eo, quòd dispositum reperitur in *l. si quis domum § primo, & l. si quis fundum §. Imperator ff. locati*, per quæ iura
24 habetur, quòd si † conductor casu impeditur, quin possit vti re conducta non debeat repetere totam mercedem, sed pro rata temporis, quo vsus rei conductæ fuit impeditus: Quæ quidem Leges non applicantur casui nostro, quia in *d l. si quis domum* fuerat locata res tantùm, sicque pro eo tempore, quo res inseruiuit, æquitas suadet, quòd merces soluatur, In casu vero nostro, & *d.* §. *item cum quidam* non solùm fuit locata res, nempè nauis, vel equus, sed etiam opera, sicque versamur in casu differenti, Vndè nil mirum si diuersa sit iuris dispositio: Sed, vt veram rationem afferamus, Aduertendum est, quòd in nostra facti specie proptèr casum contingentem Conductor nullum sentit commodum ex vectura adimpleta in parte, sicut sentit is, qui pro rata temporis domum inhabitauit, Vndè nil mirum si Vecturalis non consequitur mercedem pro rata vecturæ, imo contra eum competat repetitio integræ mercedis solutæ; Sicut consequitur is, qui domum locauit ita, *Bar. in d. §. item cum quidam num. primo ff. locati.*

Sicut nec aduersatur prædictis si dicatur, quòd quotiescumque stat per casum licèt contingentem in re locatoris, non teneatur ipse locator restituere mercedem, quia in contractibus bonæ fidei quis non tenetur de casu fortuito *l. quæ fortuitis C. de pign. act.* Etenim verum est, quòd non tenetur quantum ad hoc, vt remaneat in damno, & sic non teneatur ad interesse, sed nocet ei casus in tantum, vt non remaneat in lucro, & sic teneatur restituere mercedem.

25 Posset † tamen opinio *Stracc.* & aliorum, qui illam sectantur, locum sibi vindicare, quando Salarium fuisset promissum pro mercibus in naui impositis, quia tunc etiamsi merces pereant, Nauta Salarium promissum consequetur, est enim quid diuersum promittere Salarium pro asportatione bonorum ad certum locum, & illud promittere pro mercibus in naui imponendis, vt per tex. *in d l. si vehenda* ibi: Imò quæritur quid actum est, Verum pro ijs, qui impositi, an pro ijs, qui deportati essent merces daretur &c. & hanc distinctionem approbant, *Aluar. Valasc d. consultat.* 75. *num.* 11. *Molin. de Iust. & Iure tom. 2. disputat.* 502. *circa finem vers. ad tertium dicendum*, Et ratio differentiæ est quia promissio Salarij pro mercibus transferendis continet, vt dicebam promissionem conditionalem si merces fuerint translatæ, licèt per Vecturalem non steterit, nec per casum in eius persona contingentem, vt per *Valasc. loc. citat. num.* 4. Quando vero fuit facta promissio pro mercibus imponendis in naui, vel super equo dicitur adimpleta conditio eo ipso, quòd merces reperiantur in loco, in quo erant imponendæ, In tantùm, vt Salarium debeatur etiamsi merces non potuerint transferri, ob casum fortuitum nulla accedente culpa Vecturalis, cum distinctione tamen, quòd si casus euenerit in naui, vel equo, Salarium debeatur pro rata, At si casus eueniat in rebus, vt puta si mancipia moriantur integrum Salarium erit soluendum, cum rationabile non sit in hoc casu soluere Salarium pro rata itineris, quandoquidèm per Nautam, seu Vecturalem non stetit quominùs

minùs

minùs illa transferret, præsertim, cum Nautæ in medio maris non possint alias merces assumere loco earum, quæ perierunt, *Molin. de Iust. & Iure dictâ disputat.* 502. *sub numer. secundo vers. ad tertium.*

Quid autem dicendum in casu, quo non poterit apparere An fuerit promissum Salarium pro asportandis bonis ad certum, locum, vel pro illis imponendis in naui, & tale dubium proponitur, & resoluitur in eadem *l. si vehenda*; scilicèt, quòd sufficiet Nautæ pro consecutione Salarij si probauerit merces fuisse in naui impositas, vt videre est in ijs verbis: Quid si hoc apparere non poterit; Satis erit pro Nauta si probauerit impositum esse mancipium, *vbi glos. in v. mancipium* rationem reddit, quia per nautam non stetit, & id ipsum firmarunt, *Bar. & Petr. Pecch. in commentar. ad d. l. si vehenda & Roman. in singul.* 555. *Signoroll. cons.* 195. *num.* 7. *Stracc. de Nauib. par.* 3. *num.* 2. *Menoch. de præsumpt. libr.* 3. *præsumpt.* 87. *nu.* 1. & 2. *Rot. Ianuen. decis.* 127. *num.* 3.

26 Partes † quoque Vecturalis erunt docere, diligentèr custodiuisse res ad uehendum traditas, itaut si illæ non benè conditionatæ appareant, malum, quod in illis euenit eius culpa contigisse dici non possit *Glos. in l. cum ita legatur* §. *species ff. de legat.* 2. *vbi Bal. in fine Castren. num.* 3. *Boss. in praxi crimin. tit. de Carcere num.* 7. *Becc. cons.* 44. *numer.* 14. *Riminal. Iun. cons.* 441. *sub num.* 35 *Munnoz de ratiocin. administrat. capit.* 18.

27 *sub num.* 32. & *seq.* aliàs † enim non solùm mercedem Vecturalis non consequeretur, sed insuper teneretur Domino ad refectionem damnorum, & interesse *l. cum proponas vbi Bal. num.* 16. *C. de Naut. Fænor. l. item quæritur* §. 1. *ff. locat. facit l. videamus* §. *qui vinum ff. eodem tit. Glos. in l.* 1. *vbi etiam Bal. num.* 6. *C. quæ sit long. consuetud. Petr. de Vbald. de duob. Fratrib. par.* 8. *principal. quæst.* 27. *sub num.* 26. *Rip. in tract. de pest. tit. de remed. ad conseruand. vbertat. num* 85. *Grammatic cons. ciuil.* 2. *Surd. consil.* 12. *Alduin. cons.* 19 *Ciriac. controu.* 166. *num.* 1. *Molin. de Iust. & iure disput.* 494. *num.* 12.

28 Diceretur † autem in culpa Vecturalis, & Nauta, si res vehendas imposuissent in Nauibus, seu equis minus aptis, vt in *l.* 1. *ff. de exerciter. action. & in l.* 1. *cum seq. ff. ad leg. Rhod. de Iact. Onnat. de Contract. tom.* 2. *tractat.* 15. *disputat.* 46. *sect.* 8. *num.* 166.

29 Item † esset in culpa Vecturalis, seu nauta si præposuisset Ministros, & Nauarcos minus practicos, & non idoneos *l. vtique in fine ff. de rei vendicat. l. si seruum* §. *si fornicarius ff. ad legem Aquil. l. quod si nolit.* §. *si mancipium ff. de ædilit. edict. Glos. in l. videamus ff. locat. l. item quæritur* §. *si magister ff. eodem l. nam, & seruius* §. *fin. ff. de negoc. gest. Onnat. loc. citat. num.* 167. *Ciriac. controuers.* 166. *sub num.* 23. Tene-

30 tur † enim Vecturalis ne dum ex propria culpa, sed etiam eorum, quorum opera vsus fuit, vel quos præposuit in ipsa transiectione *l. si merces* §. *qui columnam* ibi: Si qua ipsius, eorumque, quorum opera vteretur culpa acciderit &c: *ff. locati l. vtique* §. 1. ibi; Nisi si minus idoneis hominibus eam commisit, *ff. de rei vendicat. Caroc. de locat. & conduct. par.* 4. *tit de Dolo. & culpa quæst.* 2. *nu.* 12. *Riminal. Iun. cons.* 441. *num.* 21.

31 Culpæ † etiam ipsius adscriberetur si tempore intempestiuo iter fecisset, *l. vtique* §. *finali ff. de rei vendicat. l. qui petitorio* §. *finali ff. eodem l. item quæritur* §. *si nauicularius ff. locat. Glos. in l finali C. de Naufrag. Bal. in l.* 1. *sub num.* 6. *C. quæ sit long. consuetud. Riminal. Iun. consi.* 210. *n.* 42. & 43. & *cons.* 441. *n.* 32. *Ciriac. d. controuers.* 166. *num.* 28.

32 Imputabitur † etiam culpæ Vecturalis, si promisso tempore iter non faciat, sed absque legitima causa illud differat, *l. qui Romæ* §. *Callimachus vbi Bal. ff. de verbor. obligat.*

33 Adscribendum † pariter erit culpæ Vecturalis si res asportandæ pereant, quando ipse semitam consuetam calcare noluit, sed nouas uoluit tentare vias *l qui fiscales C. de Nauicul. libr.* 11. *l. cum proponas C. de Nau. Fæno. Bar. in l. Imperator. ff. de Appellat. Bal. cons.* 395. *n.* 7. *libr.* 2. *Corn. cons.* 273. *vol.* 1. *per tot. Surd. cons.* 12. *per tot. Grammatic. cons. ciuil.* 1. *per tot. Crauett. cons.* 115. *nu.* 5. *Bero. decis.* 178. *num.* 32. *Ciriac. controuers.* 166.

34 *num.* 31. Quotiescumque † tamen legitima aliqua causa non adfuerit, vt puta si via solita fuerit deuastata, vel superuenerit suspicio, quòd in illa latrunculi adessent, vel

vel aliam ob causam, de quibus, *Stracc. de Nauib. par. 3. num. 6. & seqq.*

35 Vertendum † quoque erit culpæ Vecturalis si plus iusto equum, vel nauim onerauerit, si absque cautela ignotos homines in naui receperit, si illicitas merces in naui imposuerit, si illicitis insignibus in naui fuerit vsus, si non omnes ministros in naui necessarios adhibuerit, si in locis periculosis omnes diligentias non fecerit, vt puta, si sit Vecturalis debebit ire pedester, præuidere, & considerare iter, tentare foueas, tenere manum ad plaustrum, & alias diligētias adhibere de quibus latè, *Stracc. loc. citat. à n. 32. vsque ad finem, & Ciriac. d. controuers. 166. sub n. 31. vers. denique.*

De Venatorum Mercede.

QVAESTIO LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Venatores vtplurimùm suas operas locare non solent, itaut id, quod ex venatione consequuntur potius rerum prætium, quàm merces dicendum sit, Declara vt num. 2.*

3 *Venditio quid comprahenderit arguitur ex quantitate prætij.*

4 *Venatores Luporum mercedem consequi solent à publico.*

5 *Statutum* Vrbis libr. 3. cap. 70. *constituit mercedem iuliorum decem interficienti Lupum in Ciuitate, & iuliorum quinque extrà Ciuitatem circa decem milliaria.*

6 *Statutum constituens certam mercedem ei, qui lupum interfecit, an si quis, lupam prægnantem occidat habere debeat mercedem, pro quolibet Lupatino.*

7 *Natus reputatur is, qui est in vtero.*

8 *Percutiens ventrem prægnantem, itaut partus animatus moriatur, homicidij pænam incurrit.*

9 *Natus tunc reputatur existens in vtero quando de eius commodo agitur, secus si de damno.*

10 *Animalia mansueta, licet fugiant remanent tamen sub dominio Domini.*

11 *Venator appræhendens animalia mansueta si illa Domino non restituat committit furtum.*

12 *Venator appræhendens animalia mansueta, quæ peritura erant, licèt illa non faciat sua, debet tamen sui laboris mercedem consequi.*

1 Venatores † vtplurimùm non consueuerunt suas operas locare, itaut, quid quid ex venatione consequuntur, potiùs dicendum sit prætium rerum, quæ venduntur, quàm laborum Salarium *l. naturalis §. 1. ff. de præscript. verb Mantic. de Tacit. & ambig. conuent. libr. 4.*
2 *tit. 3. num. 16.* Attamen † dantur casus, in quibus Salarium potiùs consequi dicuntur, quàm rerum prœtia, vt puta, si venator locet operas suas alicui principi, quo casu non diceretur consequi prœtium rerum, quæ in venatione appræhendit, sed laborum mercedem, quià pecunia, quam recipit, non correspondet valori animalium, quæ per ipsum venatorem capiuntur, proùt est necesse ad hoc, vt dicatur emptio,
3 & venditio, itaut ex † quantitate prætij in dubio arguatur, quid, & quantum in venditione sit comprætensum *l. 1. §. 1. & ibi Glos. ff. de superfic. Bar. in l. 1. eodem tit. & in l. patronus § sempronio col. 2. vers. fallit si ex coniecturis ff. de Legat. 3. & in l. semper in stipulationibus n. 1. ff. de reg. iur. Bal. cons. 109. num. 1. vers. si autem lib. 4. Aret. cons. 6 n. 9. ad fin. Alex. in l. diuortio §. 1. num. 7. ff. solut. matrimon. & in l. seruum §. eum qui chirografum num. 2. ff. de legat. 1. & in consil. 84. num. 4. lib. 1. & consil. 26. num. 7. lib. 4 Dec. cons 43. num. 5. Rolan. cons. 82. nu. 52. lib. 2. Couarru. practicar. quæst. cap. 3. num. 3. vers. hæc vero Bero cons. 160: num. 3. & 6. lib. 1.* Sed est summa certa menstruatim constituta, habita ratione laborum, & in hoc casu debebit Venator Salarium consequi iuxtà conuentionem factam inter ipsum, & Dominum, & de tali Salario iudicandum erit eisdem Legibus, quibus famulorum merces, de qua diximus suprà in hac secunda parte *quæst. 68.*

Dicuntur etiam laborum mercedem consequi, non autem res in venatione ca-
4 ptas vendere † Venatores Luporum, & Vul-

pium, & similium animalium, quæ cum damna inferant hominibus, & bestijs ipsorum hominum vsui necessarijs, ideò solet à publico illorum interfectoribus Salarium constitui, vt per *Scriben. in l. vnic. C. de Venat. ferar. lib. 11. Guliel. de Benedict. in c. Raynutius in v. Vxorem nomine Adelasiam num. 321. de Testamen. Cassan in Catalog. Glor. Mund. par. 11. considerat. 51. §.*
5 *Aduerte quia*; Prout videmus † in Vrbe, in qua viget statutum constituens mercedem interficientibus Lupum quocumque modo intrà Vrbem iuliorum decem, & si extrà Vrbem circà decem milliaria Salarium iuliorum quinque à Camera persoluendum, vt disponitur in Statutorum *lib. 3. cap. 70.*

6 Sed oriri potest quæstio,† An stante loci consuetudine, vel statuto constituente certam pecuniarum summam pro mercede Venatoribus Luporum, An, inquam, capienti Lupam prægnantem dari debeat integrum Salarium pro quolibet lupatino, vel pro omnibus vnica soluenda merces sit. Et videtur dicendum, quòd Venator recipere debeat mercedem pro omnibus
7 Lupatinis, pro † nato enim habetur is, qui in vtero est *l. qui in vtero ff. de stat. homin. l. cum quidam §. 1. ff. de acq. hæred. l. quod dicimus ff. de verbor. significat. §. cum autem*
8 *Instit. de tut.* Itaut † in pœnam homicidij incurrat percutiens data opera prægnantem, si mortuus sit partus animatus *Rom. in l. 1. §. occisorum n. 3. ad ff. Syllan. post. glos. in c. sicut de homicid. & Bar. in l. diuus ff. de extraord. crimin. Mandos. de ætat min. cap. 1. nu. 2. Gratian. disceptat. forens. cap. 72. n. 17. Farinacc. de homicid. quæst. 122. num. 134.* Verùm, his non obstantibus, contrarium communitèr hæc quæstio definitur, scilicet, quòd venator mercedem consequi debeat pro vno Lupo tantummodo, non computatis Lupatinis, vt videre est apud, *Bar. in d. l. qui in vtero num. 1. Bal. in l. fin. C. de liber. caus. Guliel. de Benedict. in d. c. Raynutius verb. et vxorem nomine Adelas.*
9 *num. 321. de Testamen.* Nec † tali definitioni obstat conclusio, quòd habeatur pro nato is, qui in vtero est, quia ea procedit quando tractatur de commodo ipsius partus, in casu vero nostro de damno potius, quàm de commodo agitur, vt benè aduertit, *Bar. in d. l. qui inuito in fine.*

Alius casus, in quo venatores dicuntur mercedem consequi est, quando Venator apprehendit animalia mansueta, quæ peritura erant, Vt puta si ea Lupus persequeretur, & venator sua industria, & labore à periculo extrahat; In hac enim fa-
10 cti contingentia, quia animalia † huiusmodi proprios habent dominos, & licèt fugiant, non tamen libertatem acquirunt, sed remanent in dominio prioris domini,
11 *§. gallinarum Instit. de rerum diuis.* Ideo † tenetur venator illa Dominis restituere, aliàs furtum committere dicitur, vt in *d. §. gallinarum Less. de Iust. & Iure lib. 2. ca-*
12 *pit. 5 dubitat. 6. §. nunc resp.* sed † benè potest à Domino mercedem sui laboris exigere, *Molin. de Iust. & Iure tractat. 2. disputat. 41. §. vt vero à mansuetis per tex. in l. Pomponius ff. de acquiren. hæred. & in l. Pomponius ff. famil. hercisund. & §. gallinarum Institution. de rer. diuision.*

Vicarijs An, & quando debeatur Salarium.

QVAESTIO XC.

SVMMARIVM.

1 *Vicarijs est soluendum Salarium ab Episcopis.*
2 *Vicarijs Salarium debetur etiam non conuentum.*
3 *Vicarius, vt consequatur Salarium non conuentum, non tenetur probare se esse solitum locare operas suas pro mercede, & Dominum conducere, Contrarium num. 5. Declara, vt num. 6.*
4 *Decis. Put. 43. lib. 2. declaratur.*
7 *Vicariatus officium sepè solent* Diocesani *subire absque aliquo emolumento.*
8 *Successor in episcopatu regulariter tenetur ad expensas necessarias factas ab Antecessore.*
9 *Vicarius Salarium sibi debitum ab Episcopo, à quo fuit constitutus, non potest petere à successore, & num. 11. sed debet conuenire hæredes Episcopi defuncti, numer. 12. Declara, vt numer. 13. & 14.*

10 *Episcopus necessitatem non habet constituendi Vicarium, Declara vt num. 13.*

15 *Vicarius, qui percipit ab officio tot emolumenta quot sufficiunt pro remuneratione suorum laborum Salarium non conuentum non consequitur.*

1 EPiscopi † qui volunt Vicarios deputare tenentur illis prouidere de Salario, vt probatur in *c. inter cætera cum glos. in v. necessaria de offic. Ordinar.* & firmant *Segur. in direct. Iud. §. 1. cap. 14. à n. 1. Sbroz. de offic. Vicar. lib. primo quæstion. 55. à numer. primo Barbos. de offic. & potest. Episcop. allegat. 54. numer. 178. & in collectan. DD. ad c. primum numer. 5.* 2 *Ne prælat. Vic. suas*; Itaut possint † Vicarij sic constituti, Salarium iudicialitèr petere, & consequi; etiamsi nulla intercesserit conuentio inter Episcopum, & Vicarium de Salarij præstatione, *Campanil. in diuersor. Iur. canonic. rubric. 11. capit. 33. numer. 14. Io: Baptista Ventriglia in praxi rerum notabil. Annotation. 36. numer. 17. & resolutum fuit in S. Rota Romana in causa Turritana Mercedis die 20. Maij 1569. coram Cardinali Seraphino quæ inter eius impressas est in ordine dec. 74.*

3 Et quamuis † ad hoc, vt Vicarius possit Salarium non conuentum consequi voluerint Nonnulli, quòd probare debeat duo extrema; nempè, quòd Episcopus solitus esset conducere Vicarios pro certa mercede, & Vicarius solitus locare operas suas, vt videre est apud, *Alex. consil. 109. lib. 6. Dec. consil. 132. in fine Granut. Theorem. 12. vers. de Iure Canonico libr. primo Put. decision. 6. de Offic. Vicar. quæ est in extensis decision. 43. libr. secundo*; Attamen contrarium est verum de iure, Illa enim requisita sunt probanda à famulis, & alijs vilibus personis, quæ sepè inseruiunt pro expensis sine alio Salario; Secùs vero est in illis, quæ vacant honestioribus muneribus, & disciplinis, quibus de iure constituendum est Salarium, *gloss. in c. primo in verbo quantitate Nè prælat. vic. suas*, quam ibidèm sequuntur, *Innocent. Hostien. & Cardinalis, & idem Cardinal. in clementin. Statutum quæstion. 7. vers. in contrarium de Elect. Ancharan. ibidem numer. 3. Imol. numer. 27. Archidiacon. in c. charitatem 12. quæstion. secunda Summa Angelic. in verbo Vicarius numer nono Sbroz. de offic. Vicar. dicta quæstion. 55. numer. quinto libr. primo Gratian. disceptat. forens. capit. 561 numer. vigesimotertio Rot. coràm Seraphin. decision. 74.* vbi firmat,

4 † decisionem Putei non obstare, quia in ea non agebatur de quæstione, An posset Vicarius petere à suo Episcopo Salarium etiam non conuentum.

5 Nec † ab ipsa opinione est recedendum, licèt, Eadem Rota in vna *Nolana Mercedis 12. Iunij 1596. coram Pœnia*, resoluerit, non esse soluendum Vicario Salarium non conuentum, Quia

6 † in casu dictæ decisionis concurrebant plura specialia, videlicèt, quòd Vicarius victum pro se, & famulo, & commodam habitationem habuerat ab Episcopo, & perceperat redditus, seu prouentus audientiæ Vicariatus, nec aliud vnquam viuente Episcopo petierat; Vnde cum prædicta succederent loco Salarij, dici poterat, quòd voluisset seruire pro solo victu, & emolumentis officij, talis enim præsumitur facta conuentio qualis fuit subsequuta solutio: Concurrebat insupèr consuetudo Episcopi, non soluendi alijs Vicarijs mercedem aliquam, Quodquè

7 ille Vicarius erat ex diocesanis, qui sepe solent in patria huiusmodi munera honorifica subire absque emolumentis, Et Episcopus illi contulerat beneficia ecclesiastica, Quibus concurrentibus licebit, & nobis à prædicta conclusione recedere, prout recessit Rot, in prædicta decisione quæ est 120. *part. 4. diuersor. & inter decision. Peniæ 413. numer. nono & sequen. secundum impressionem venetam, & dec. 528 num. 5. secundum impressionem Lugdunen.*

Sed An possit Vicarius Salarium sibi debitum ab Episcopo, à quo fuit consti-

8 tutus, prætendere à Successore, qui † regularitèr tenetur ad expensas necessarias factas à suo Antecessore, *Abb. in c. primo, & 2. de solution. Put. decision. 45. numer. 3. libr. 2. Mohedan. decision. 4. de offic. vicar.?*

9 fuit † pluriès in Iudicijs dubitatum, & negatiuè resolutum, ea ratione, quia Salarium debitum Vicario non potest dici expensa necessaria, sed voluntaria, non

10 † enim necessitatem habet Episcopus constituendi Vicarium, *Mohedan. decision. 4. de*

de offic. Vicar. Ricc. in collect. decis. part. 5. collect. 160:. Caualer. decision. 418. num. 10. Rot. decision. 222. numer. 5. par. 4. diuersor.
11 Ideoque † ad illius solutionem successor non tenetur, vt fuit resolutum coram *Puteo in dicta decision. 45. lib. 2.* & firmant *Paris. de Resignat. lib. 5. quaest. 16. num. 53. Barbos. dicta allegat. 54. num. 179. Marchesan. de commission. appellat. in caus. Merced.*
12 *§. 1. num. 16.* Sed † debebit Vicarius conuenire hæredes Episcopi defuncti, à quibus Salarium erit persoluendum, *Gratian. di-*
13 *cta disceptat. 561. num. 18.* Quod † tamen declara non procedere in Episcopatibus magnis, insignibus, & numerosis, in quibus Episcopi non possunt rebus Ecclesiæ, & fori præesse, quo casu cum debeant de necessitate Vicarium constituere *c. in noua 16. quaestion. 7. c. cum simus 9. quaest. 4. c. quoniam 89. distinct. Bald. in l. aliquando num. primo in 4. opposit. ff. de offic. proconsul. Abb. in c. quoniam num. 3. de offic. Ordinar. Couarru. variar. lib. 3. cap. 20. num. 4. Ruin. in cons. 148. num. 4. libr. 3. Boer. decis. 347. num. 6. Gabr. cons. 22. num. 22. lib. 2. Sbroz. de offic. Vicar. libr. primo quaest. 46. Azor. institut. Moral. part. 2. libr. 3. capit. 29.*
14 *quaest. 7. vers. quo loco*, propterea † Salarium prestandum ipsi Vicario dicitur debitum necessarium, & ad illius solutionem tenetur Successor in Episcopatu, *Flores variar. quaest. libr. primo quaest. 8 num. 4. cum seqq. Hoied. de Incompatibilit. benefic. par. 2. cap. 10. num. nono Gratian discept. forens. cap. 94. num. 37. & d. cap. 561. num. 18.*

At siue Vicarius fuerit ab Episcopo constitutus ex necessitate, siue ex voluntate consequi non debebit Salarium, quotiescumque percepisset ex officio tot redditus, quot sufficerent pro remuneratione laborum per ipsum impensorum, tali namque casu dicti redditus succederent loco mercedis, nec posset aliud quidquam prætendere nisi fuisset conuentum, *Gratian. d. discept. 561. num 14 Diaz variar. quaest. lib. 1. quaest 8. num. 6 & seqq. Caroc. de Locat. tit de Sportul. Iudic num. 84. Sbroz. in d. tractat. quaest. 55. num. 6.*

Finis Partis Secundæ,

LANFRANCI ZACCHIAE
I. V. D. ET ADVOCATI ROMANI, TRACTATVS DE SALARIO; SEV OPERARIORVM MERCEDE
PARS TERTIA.

Forum competens in causa Mercedis quale sit:

QVAESTIO XCI.

SVMMARIVM.

1 *Merces rarò operarijs per Dominos persoluitur non praecedentibus iudicialibus instantijs, & mandatis.*

2 *Forum competens in causa mercedis est illud, quod per speciale Principis rescriptū fuit deputatum.*

3 *Forum competens in causis mercedum est illud, in quo ex inueterata consuetudine tales causae tractari consueuerunt, & num. 47.*

4 *Forum competens est illud, in quod partes consenserunt, Amplia vt num. 5.*

6 *Consensus in iurisdictionem ex pluribus actibus deduci potest.*

7 *Consensus in iurisdictionem non inducitur per comparitionem coram Iudice, quando id fit cum protestatione* Citra consensum in iurisdictionem.

8 *Protestatio* Citra consensum in iurisdictionem *est in omnibus actibus repetenda, ne dicatur ab illa recessum.*

9 *Forum sortitur reus conuentus pro solutione mercedis ratione contractus, vel quasi,* Declara *vt num. 46.*

10 *Aduocati, procuratores, sollicitatores, & similes possunt conuenire litigantes pro consecutione mercedis coram illo Iudice, coram quo eorum causas defenderunt, Amplia vt num. 12. & 13.*

11 *Forum Iudicis, coram quo causa versa fuit non possunt litigantes declinare, si conueniantur*

IN præcedentibus partibus visum fuit, Quibus Salarium debeatur, qui teneantur illud præstare, & quando soluendum sit, Exigit nunc propositæ tractationis ordo disquirere de Foro in causis mercedum com-

competenti, de Actionibus, quæ pro Salarij consecutione proponi possunt, de Exceptionibus, quæ in huiusmodi iudicijs admittantur, ac de alijs ad foros pertinentibus pro complemento huius tractatus omninò necessarijs, cum inualuerit
1 abusus † non soluendi debitas mercedes operarijs, nisi præuijs iudicialibus instantijs, & mandatis, Vndè, *Iuuenalis Satir.7. vers.228.* cecinit.

Rara tamen merces, quæ cognitione Tribuni.

Non egeat &c.

Quæramus ergo Primò: Quale sit Forum competens? In qua quœstione Intentionis nostræ non est referre modos omnes, ex quorum vnoquoque Iudex, coram quo reus conuenitur competens dicendus sit, illos enim copiosissimè, & alphabetico ordine enumerauit, *Marian. Soccin. in rubr. de foro competen. à num. primo vsque ad 118 inclusiue, quos reassumpsit Scacc. de Senten. & re iudic. glos.7. quæst. 1. num. 28.* Sed tantùm illos afferre intendimus, qui ad materiam, de qua agimus quoquomodo spectant.

2 Competens † igitur Forum in nostra materia dicendum erit, Vel propter rescriptum Principis, vt si Princeps forum aliquod ad huiusmodi causarum decisionem per speciale rescriptum deputasset, *c. super eo il 2.* ibi: cum Iudices contigerit litteras recepisse, &c. *de Appellat. Innocen. in c. cum M. Ferrarienfis de Constitution. Garc. Girond. de priuileg. seu exempt. explic. num.1137. Gomes. in c. ipso iure num.21. de rescript. in 6. & in compend. vtriusque sign. vers, postquam igitur Rom. in. cons.353. numer. 8. Staphil. de litter. Iust. numer. 2. Scacc. de Iudic. lib.1. cap.64. num.23.*

3 Vel † ob consuetudinem, vt puta si causæ mercedum in certo Tribunali de inuetetata, consuetudine cognosci consueuerint, *c. cum contingat. de foro competen. Roch. ad c. fin. de consuetud. sect. 1. num. 25. Palat. Rub. in repetition. c. per vestras notab.2. §. 1. num.27. de Donat. inter vir. & vxor.*

4 Vel † ex consensu partium se submittentium Iurisdictioni certi Iudicis *l.1 & l.2. in princip. ff. de Iudic. & in l. si per errorem & in l. si conuenerit ff. de Iurisdiction. omn. Iudic. l. si qui ex consensu C. de Episcop. audien. c. de causis de offic. & potest. Iudic. delegat.*

5 Et † iste consensus necessarium non est, quòd sit expressus, sed satis erit tacitus, *c. cum olim. il primo, ibique Abb. numer. 3. de offic. & potest. Iudic. delegat. Idem* Abb. *in c. P. et G. num.20. & ibidem Imol. numer.56. eodem tit. Fælin. in c. significasti numer.5. de foro competen. Dec. in c. primo numer.103. de Iudic. Paris. cons.15. numer.4. libr.4. Marant. in praxi part.4. distint. 12. num. 11. Menoch. de præsumpt. libr. 2. præ-*
6 *sump.19. num.1.* Actus † vero ex quibus elicitur consensus tacitus multi sunt, quos enumerat, *Butr. in d. c. P. & G. numer.21. de offic. & potestat. Iudic. delegat. Dec. in c. primo num.170. & 171. cum seqq. de Iudicijs* & illorum aliqui sunt extraiudiciales, alij vero Iudiciales, *Glos. in l. si conuenerit verb. adiretur ibique Bar. num.3.*
7 *ff. de Iurisdict. omn. Iudic.* Ad † hoc autem, vt Pars citata euitet consensum in iurisdictionem, debebit comparere cum protestatione: Citra consensum in iurisdictionem, nisi si, & quatenùs consentire teneatur, *l. sed etsi susceptit ff. de Iudic. l finali C. de except. c. inter Monasterium de re iudic. Bar. in l. quidam consulebant sub num. 9. ff. de re iudic. vbi etiam Alex. num. 20. Dec. in c. primo num. 187. de Iudic. Put. decis.379. libr. primo Mantic. decis.24. num.8. & seq.*
8 quam † protestationem in alijs quibuscumque comparitionibus subsequentibus repetere tenebitur; aliàs diceretur à prima protestatione recessisse, & in Iurisdictionem consensisse, *Marchesan. de Commission. susp. iud. §. primo numer.74. fol.383. & §.2. nu.45. & seq. fol. 396. & par. 3. de commission. impetran absque mand. num.45. fol.377. Pract. Papien in for. decl iurisdict. in glos. protestans sub num.4. & 5. Tiber. in praxi A. C. lib. 2. cap. 2. num.6. Posth. de Manuten. obseruat.85. num.7.*

9 Competens † quoque forum dici potest in nostra materia. Ex causa contractus, seu quasi vt per tex. in *l. hæres absens §. proinde ff. de Iudic. §. hæc considerantes & §. si igitur Auth. vt omn. obed. Iudic. coll. 5. c. finali de foro competen. & ibi gloss. in verbo seu contractus Couarru. practicar. quæst. cap. 10. num. 3. Gutier. de Iuramen. confirmat. par.3. cap. 16. Surd. cons. 106. num. 16. Canall. commun. contra comm n. quæst.154. Franc. Molin. de Brach. Secular. cap.28.*

*cap.*28. *num.*16. Et ad hunc effectum omnis obligatio vndecumque oriatur habenda est pro contractu *l. omnem*, *& ibi notat Glos. Bart. Bal. Alberic. Angel. Castren. Fulgos. & Alij ff. de Iudicijs*. Ex quo infertur,
10 Aduocatos, † Procuratores, Sollicitatores, Notarios, & similes ad exigenda Salaria posse conuenire litigantes apud eosdem Iudices, coram quibus lis agitata fuit, ex qua orta est obligatio soluendi Salaria, & eosdem esse Iudices competentes, vt cogant litigantes ad huiusmodi Salariorum solutionem, & ea est ratio, quia in loco, in quo versa fuit lis, emanauit obligatio
11 soluendi ista Salaria, & † consequentèr ibi litigantes possunt conueniri absque eo, quòd valeant forum declinare ex *l. prima §. in honorarijs ff. de var. & extraordinar. cognit. Abb. in c. licet ratione num*. 33. *vers. & per hoc dico de foro competen. Felin. ibi numer.*19. *in fine Marian. Soccin. in c. dilecti num.* 20. *eodem tit. Barbos. in l. hæres absens §. proinde num.*126. *ff. de Iudic. Bobadill. in politic. libr.* 2. *cap.* 17. *à num.*130. *Mandos. in formular. commission.*11. *in verbo validitate iurisdictionis Salgad. de Reg. potest. vi oppress. appellat. par.*3. *cap.*2. *num*. 93. *& seq. Marchesan. de Commission. part. prima tit. de commiss. appellat. in caus. Merced. §. primo num.*68. *Franc. Marc. decis.*1059. 1. *part. Verall. decis.*342. *part. prima Leon. dec.*177. *libr.* 2. *Gratian. disceptat. forens. capit.* 56. *num.*7. *& cap.*154. *num.*24. *Hipp. Maia consult.* 19. *Vgolin. de procurator. part.* 4. *cap.* 5. *num.*43. *Florez. de Mena variar. libr. primo quæst.* 12. *num.* 50. vbi tèstatur
12 de praxi omnium Tribunalium; Quod † procedit siue Iudex, coram quo causa versa fuit, sit ordinarius, siue delegatus, *Mandos. de Monitor. quæst.*18. *& quæst.*20.
13 *Gratian. d. cap.*56. *num.*8. Ac etiamsi † litigantes, pro quibus fuit præstitum patrocinium non sint aliàs subiecti *Gratian. d. discept.* 56. *num.*7.
14 Vel † demùm propter priuilegium *Ruin. vbi supra*, *& Scacc. loc. citat.* Quod priuilegium ex pluribus causis competere potest,
15 & Primò † ratione clericatus, quia si reus conuentus sit Clericus, non nisi coram Iudice Ecclesiastico poterit conueniri,
16 cum † nullo modo trahi valeat ad Tribunalia secularia quocumque modo agatur, & pro quocumque credito quantumuis priuilegiato conueniatur, *c. denique* 96. *distinct. c. decernimus c. & si clerici c. cum non ab homine*, *& c. qualiter de Iudic. c. si diligenti c. significasti de foro competen. c. seculares de for. competen. in* 6. *c. si Iudex, Laycus de senten. excommunicat. S. Concil. Tridentin. sess.* 25. *de reformation. cap.* 20. *Auth. statuimus C. de Episcop. & Cleric. Guliel. de Benedict. in c. Rainuntius verbo*, *& vxorem nomine Adelasiam decis.*2. *n.*30. *& seq. de Testam. Couarru practicar. quæst. cap.*31. *num. primo* 2. *&* 3. *& cap.* 32. *&* 33. *Gratian. discept. forens. capit.* 190. *& cap.* 226. *Menoch. de Arbitrar. cas.*246. *Marant. in praxi par.*4. *distint.*11. *num.*25. *& seqq. Ambrosin. de Immunit. & Libert. Ecclesiastic. cap.*16. *ex num. primo & cap.*20. *per tot. Scacc. de Iudic. lib. primo cap.* 11. *ex num.*14. *Mart. de Iurisdict. par. prima cap.*8. *num.*9. *Grass. de effect. Clericat. effect. primo ex num. primo Less. de Iust. & Iure libr. secundo capit.* 29. *dubitat.* 6. *num.*51.

17 Sed † etsi causa mercedis non operetur, quòd Clerici possint coram Iudice seculari vocari, effecit tamen, quòd ipsi Clerici, etiam exempti à iurisdictione, possint coram Episcopo conueniri, & ad debitam mercedem soluendam compelli, non obstantibus exemptionibus; vt expressè cautum reperitur per *S. Concil. Tridentin. sess.*17. *cap.*14. *de Reformat. & notat Leoncill. de priuileg. pauper. part. secunda priuileg.* 165. *num.*19.

18 Secundò ratione militiæ, milites † enim non nisi coràm Præfectis, & Ducibus suis, aut Auditoribus exercitus conueniri possunt, *l. magisteria C. de Iurisdict. omn. Iudic. vbi glos. Bal. Angel. Salicet. & Fulgos. Castren. in l. prima §. si vero miles C. de fals. monet. l. tam collatores §. erit autem*, *& §. quoniam vero C. de re milit. libr.*12. *l. desertorem in princip. l. officium regentis §. tribunorum ff. de re milit. l. de militibus ff. de custod. & exhibit. reorum Marian. Soccin. in rubr. de for. competen. num.*14. *vers. sexagesimonono Claud. Cotere. de Iure milit. libr.* 2. *cap.* 6. *Iul. Ferrett. tractat. de Re*, *& disciplin. milit. rubr. de militar. Iust. & de pæn. desertor. insligen. num.* 152. *Ayala de Iure belli libr.* 3. *cap.* 8. *ex num. primo Mastrill. de Magistrat. libr.*5. *cap.*16. *num.* 5. *& seq. Pont. de potestat. proreg. tit.*7. *§.* 7. *num.*11.

Clar.

Clar. libr. 5. sent. §. fin. quæst. 35. num. 24. Nauarr. in praxi elect. for. sect. 2. quæst. 37. ex num. 2. Giurb. consil. 59. num. 77. Rodriquez de annu. reddit. libr. 3. quæst. prima num. 3. Castill. decis. 105. num. 8. & seqq. Boss. in praxi tit. de foro competen. numer. 3. Caball. resolut. criminal. cent. 3. cas. 225. numer. 24. & cas. 294. num. 252. Farinacc. in Fragment. criminal. part. 2. numer. 218. & cons. 4. numer. 9. libr. primo Cyriac. controuers. 448. num. 62. Milleus in praxi Criminal. in tit. de for. præscription. numer. 72. Vincent. de Franch. decision. 88. num. primo Viu. decis. 254. num. primo Ricc. collect. de-

19 *cis. 95.* Dummodo † tamen, sint in albo militum descripti alias enim, nec fori electionem habent, neque aliis militaribus priuilegijs gaudent, *l. eos, qui, vbi Ioan. de Plat. C. de Apparit. Magistr. milit. libr. 12. l. qui prætextu C. de Collegiat. & cartopatr. & nummular. libr. 11. l. ne quidem C. de Testamen. milit. l. sancimus C. de restit. milit. l. ex eo vbi Bart. Bald. Alberic. & Cuman. ff. de milit. testam. Glos. in l. eos C. de offic. mag. milit. et in l. non ignorat n. 14. in fine C. de iis, qui accus. non poss. Castr. in d. l. scrinarios n. 5. et 6. Alex. sub n. 3. Dec. num. 14. Ias. numer. 4. Farinacc. cosil. 4. num. 9. libr. primo Giurb. cons. 59. num. 77. Vincent. de Franch decis. 417. num. 4. et decis. 481. Pont. de potest. proreg. tit. 7. §. 7. ex*

20 *num. 34.* Quinimò † non sufficit ad hunc effectum, quòd sint descripti in matricula militum, nisi etiam actu militiam exerceant, *à Ponte de potestat. proreg. tit. 7. de Assens. Reg. §. 7. num. 34. & seqq. Vincent. de Franch. decision. 481. Tondut. de præuent. tom. primo cap. 28. nu. 3. Menoch. cons. 908. num. 22. vers. postquam lib. 9.* Vel saltem sint semper parati cum armis, & equis, vt seruiant in bello ad omne mandatum Superioris, nam hi continuò militare dicuntur, *Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 16. num. 5. Cyriac. controuers. 201. nu. 114. Gratian. disceptat. forens. capit. 186. numer. 27. & 28.*

21 At † si quis fuerit pro solutione Mercedis conuentus, & lite pendente efficiatur miles non poterit causam à Iudice, coram quo lis reperitur introducta, auocare, in hoc enim casu priuilegium fori militibus concessum non suffragatur, *l. si quis posteaquam, & ibi DD. ff. de Iudic. Tondut. de præuent. tom. 1. cap. 28. num. 43.* ea ratione

22 quia Iudicium † finem habere debet vbi fuit incohatum, *l. vbi ceptum ff. de Iudic. l. cum quædam puella ff. de iurisdiction. omn. Iudic. Soccin. in c. proposuisti num. 27. & seq. de foro competen.*

23 Neque † suffragaretur militibus fori priuilegium si conuenirentur pro mercede debita occasione negociationis, quam exercuissent durante tempore militiæ, possunt enim milites negociatores, non obstāte priuilegio fori, conueniri coram Iudice illius negocij, quod exercent *l. periniquum C. de Iurisdiction. omn. Iudic. l. vnic. C. in quibus caus. milit. fori præscript. vti non poss. Pont. vbi supra num. 17. & seqq.* siue negociationem exerceant per se ipsos, siue per interpositam personam, *Bal. in l. in testamento in fine C. de Testamen. milit. Bar. in l. prima C. in quibus casib. milit. person. Martin. Lauden. in tractat. de milite quæstion. 5. Caball. resolut. criminal. 294. numer. 258. à Ponte de potestat. proreg. tit. 7. de Assens. reg. §. 7. num. 17. & ibi Addit. num. 18. Rebuff. in tractat. de militib. numer. 9. Gratian. discept. forens. cap. 186. numer. 24.* non enim priuilegijs militiæ frui

24 debent dum exercent negociationem, † quod militibus à Iure prohibetur, vt in *rubr. C. negociator. non militen. lib. 12.*

25 Tertiò si reus conuentus fuerit Scholaris; Priuilegium enim Scholares habent, quòd non nisi coràm eorum Domino, seu Rectore studij, vel coram Episcopo possint conueniri, *Auth. habita §. verumtamen C. ne fil. pro patr. vbi notat. Glos. in verb. optione, & verb. Domino Bar. num. 4. Cyn. numer. 4. Bal. num. 47. & 56. Angel. num. 6. Salicet. num. 17. cum seqq. Fulgos. numer. 4. speculat. libr. primo tit. de Reo §. primo numer. 5. Marian. Soccin. in rubr. de foro competen. num. 16. vers. ocluage simonono, et in c. licet ratione num. 90. sub §. vlterius vers prædicta tamen regula eodem tit. Rebuff. de priuileg. Scholar. num. 163. priuileg. 69.* Et

26 † tale priuilegium ipsis suffragatur etiam prò causis introductis antequam essent, Scholares, itaut possint illas auocare facere à primis Iudicibus, & reassumi per eorum Iudices *Bal. in Auth. habita num. 32. vers. vltimo oppono C. ne fil. pro patr. et in l. si quis posteaquam ff. de Iudic. Bolognin. in d. Auth. habita num. 220. vers. sed videtur*, quòd

Iudex Horat. Luc. de priuileg. Scholar. priuileg. 66. Nec in contrarium facit id, quod diximus supra de militibus, quibus non suffragatur priuilegium fori quoad causas introductas antequam essent effecti milites, Quia hoc est ex speciali priuilegio Scholarium, vt dicunt Doctores omnes supra citati, per d. *Auth. habita in §. verumtamen.* & notat *Tondut. Sanleger. in tract. de præuent. part. prima cap. 28. num. 56. Rebuff. de priuileg. Scholar. num. 266. priuileg. 153. Aufer. in addition. ad Cappell. Tholosan. decis. 169. num. 1.*

27 Quarto † si reus pro mercedis solutione conuentus, connumeraretur inter miserabiles personas, quæ non nisi coram Iudice ab ipsis electo poterunt coueniri ex priuilegio eis à Iure concesso in *l. vnica C. quand. Imperat. inter pupill. & vid. vbi communitèr Scribentes, & præcipuè Azo. Cyn. Bar. Alberic. Bal. Angel. Salicet. Castren. & Fulgos. Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 66. sub num. 31. volum. 2. Natt. cons. 590. tom. 3. Gayll. singular. obseruat. lib. 1. obseruat. 1. sub num. 40. Scacc. de Appellat. quæst. 7. nu. 114. Thesaur. decis. 177. Giurb. decis. 82. Mastrill. decis. 268. num. 1. Castill. quotidian. controu. lib. 3. cap. 25. Afflict. decis. 257. Paschal. de patr. potest. par. 2. cap. 2. ex num. 91. Ricc. in collectan. decis. coll. 1. 86. 300. & 2274. Nouar. de elect. & variat. for. sect. 1. quæstion. 3.* Personæ vero, quæ ad hunc effectum miserabiles dicuntur recensentur aliquæ

28 quæ in *d. l. vnica*, & sunt Pupilli, Viduæ,

29 & diuturno morbo laborantes, Aliæ † vero Iudicis arbitrio declarantur, *Soccin. in c. ex tenore num. 4. de foro competen. Fælin. in c. significantibus num. 6. de offic. & potest. Iudic. delegat. Couarru. practicar. quæst. capit. 6. num. 3. in fine Alex. cons. 18. volum. 4. Ciarlin. controuersiar. forens. cap. 55. num. 8. Trentacinq. variar. resol. 2. num. 24. Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 66. num. primo*

30 Et † tales declarari consueuerunt pauperes non habentes vnde viuere possint, vt notant *Doctores in d. l. vnic. Couarru. practicar. quæst. cap. 6. num. 2. vers. secundus subsequitur casus Bellug. in specul. rubr. 23. vers. sed pone num. 10. Natt. cons. 590. num. 7. Thesaur. decis. 177. num. primo Menoch. dicto cas. 66. numer. 14. Leoncill. de priuileg. pauper. part. secunda priuileg. 165.* Car-

31 ceratos † quoque miserabiles personas ad effectum electionis fori iudicandos esse firmant, *Menoch. d. cas. 66. num. 17. Nouar. d. sect. 1. quæst. 14. & 26. Sol. in decret. Sabaud. tit. de caus. miserab. personar. §. causa rusticorum glos. prima tex. num 11. Carleual. de Iudic. disp. 2. quæst. 6. sect. 7. num. 569. Scannarol. de Visitat. Carcerat. lib. 1. §. 5. ca-*

32 *pit. 1. num. 17. & 19.* Peregrini † paritèr, & Aduenæ reputantur tales teste *Butrio in c. significantibus num. 22. de offic. & potest. Iudic. delegat. Menoch. d. cas. 66. num. 15. Thesaur. d. decis. 177. num. 1. Nouar. dicta*

33 *sect. 1. quæst. 22.* Et † sub nomine Aduenarum, & Peregrinorum compræhendēdos esse etiam mercatores; itaut possint gaudere priuilegio electionis fori, voluerunt, *Menoch. d cas. 66. num. 18 Nouar. d. sect. 1. quæst. 13 Trentacinq. lib. 2 tit. de Citation.*

34 *resolut. 2. num. 33.* Agricolas † quoque hoc priuilegio decoratas esse firmarunt *Soccin. in c. cum sit generale num. 15. in fine de foro competen. Innocen. in c. significantibus numer. 38. de offic. & potest. Iud. delegat. Menoch. d. cas. 66. num. 22. Carleual. vbi supra num. 572, Scannarol. eodem tractat. libr. 2. §. 4. cap. 2 num. 23. Mauson. de caus. executiu. limitat. 17. numer. 14. & seqq.* Item

35 † Meretrices inter miserabiles personas compræhensas esse, itaut fori electionem habeant decisum fuisse testatur *Vincent. de Franch. decis. 233. Viu. decis. 521. num. 5. Capiblanc. de Iure Baron. pragmatic. 8. part. prima num. 311. Nouar. d. sect. 1 quæst. 7 numer. 5. Adden. ad Thesaur. decis. 777. ad numer. 13. Gallup. in prax. par. 2. cap. 6 nu. 58.*

36 Et † tandèm sub eadem classe militare Expositos, Pœnitentes publicos, Neophitos, & Alios, in quibus eadem possit considerari miserationis ratio, quæ concurrit in superius memoriatis testantur, *Innocen. in d. c. significantibus num. 1. Ioan. Andr. num. 4. Butr. num. 22. Zabarell. numer. 2. 3. & 5. Abb. num. 6. Imol. num. 19. de offic. delegat. Erasm. Cochier. de Iurisdiction. tom. 1. par. 4. quæst. 108. Mar. Anton. de Amat. decis. 99. Mart. de Iurisdict. par. 2. cap. 21.*

37 Adsunt † quoque plures Artes habentes priuilegium, quòd quotiescumque de eorum mercede debita ratione artis, quam exercent agi contingat coram proprijs Iudicibus, seu Consulibus iudicium sit insti-

38 tuendum, Et † in Vrbe plures adsunt ar-

tes

tes habentes huiusmodi priuilegium, quo tamen ita vti debent, vt eis permissum non dicatur causas mercedum coram maioribus Iudicibus introductas reassumere, sed benè illas cognoscere si coram ipsis causæ introducantur, vt cautum habetur in Constitutione *Fæl. record. Pauli Papæ V. super reformat. Tribunal. Vrb. tit. de Capitol. & eius official. §. consules artium*, & *notat Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 95. num. 8.*

39 Fiscus † etiam gaudet fori priuilegio, itaut si succedat damnato, qui sit creditor, vel debitor mercedis vtroque casu coram Iudice fiscali erit de mercede agendum; Fiscus enim siue actor agat aduersus priuatum, siue reus à priuato conueniatur causas trahit ad proprios Iudices, & à nemine quantumcumque priuilegiato trahitur ad extraneos *l. 2. C. si aduers. fisc. l. 2. & l. ad fiscum C. vbi caus. fiscal. l. cum eorum vbi Bal. num. 7. C. de senten. & interlocutor. omn. iudic. l. si minori vbi Rebuff. num. primo C. de Iure fisc. lib. 10. l. 1. C. de fid. instr. & Iur. hast. fiscal. eod. lib. Scribentes communiter in l. si constante §. finali ff. solut. matrimon. Bal. in l. 1 num. 19. C. de hæred. vel act. vend. Castren. in l. si in te nu. 4. vers. vndecimo, & ibidem Salicet. n. 1 2. C. de priu. fisc. Padilla in l. si manifest. n. 4. C. de Seru. & acq. Martin. Lauden. de fisco q. 2 22. Lucan. eod. tract. par. 1. num. 24. Gayll. singular. obseruat. lib. 1. obseruat. 20. num. 1. & 2. Boss. in praxi tit. de fisc. & priuileg. eius num. 43. Cassan. in Catalog. Glor. mund. par. 7. considerat. 15. Farinacc. in fragment. criminal. litt. F. ex n. 180. Peregrin. de Iure fisc. lib. 7, tit. 1 num. 1. 2. et 3.*

In Vrbe vero quando de Salario Iudicialitèr agi contingit competens forum erit illud Gubernatoris, Auditoris Cameræ, &
40 Senatoris, qui † in huiusmodi causis paria habent priuilegia, & propterea inter eos attenditur præuentio, vt disponitur in *statut. Vrb. lib. 1. cap. 41. Scacc. de Iudic. libr. primo cap. 23. num. 4.* Quotiescumque tamen Salarium petendum sit à personis
41 degentibus extrà Vrbem, cum † Iurisdictio Gubernatoris non se extendat vltra distri-
42 ctum, qui † est spatium quatraginta milliarium, vt dicitur in *Statut. libr. primo capit. 197.* & notat *Fenzon. ad idem statut. num. 97. Rot. coram Puteo decis. 24. libr. 3.*
43 Forum † competens erit illud A. C. qui vigore suarum facultatum potest occasione Salarij monere existentes in quacumque parte Status Ecclesiastici, vt desumitur, ex lectura earumdem facultatum impressarum pœnes Salust. Tiber. in praxi A. C. & aduertit, *Mandos. de Commission. iurisdict. confirmat. vers. validitate iurisdictionis in*
44 *princip.* Imò † vigore earumdem facultatum monere poterit debitores Salarij in Curia, decreti, & debiti degentes in terris immediatè, vel mediatè non subiectis Pontifici: Quod etsi aliqui vellent in dubium reuocare fuit tamen ita resolutum articulo maturè discusso in S. Rota *in Vna Vlixbonen. pecuniaria coram Tbolomeo*, quæ reperitur extensa *in par. 3. diuers. decis. 847.* vt infra: Vlixbonen pecuniaria. Didacus Antonius pro nonnullis mercatoribus in materia hæreticæ prauitatis contra Regem Portugalliæ causam agitauit, & plures bullas, & breuia obtinuit, & varias pecuniarum summas pro eis partibus existentibus, ipse præsens in Curia exposuit, & per viam Monitorij coram Auditore Cameræ obtinuit procedi contra Mercatores, & illos declarari vna cum inuocatione brachij secularis, & dabatur de nullitate monitorij, & censurarum ex quo Auditor Cameræ non habeat iurisdictionem in non subditos Ecclesiæ mediatè, vel immedia-
45 tè Sed replicabatur † de facultate Auditoris Cameræ, quòd potest monere, videlicèt, extra Curiam degentes suæ iurisdictionis ratione Salarij, seu contractus in Curia decreti, & debiti, vel expensarum seu mutui, vel contractus in eadem Curia, & non intelligitur si sint suæ iurisdictionis, hoc est mediatè, vel immediatè subiecti Ecclesiæ, sed intelligitur, (& in hoc fuerunt Domini quinque) quòd sint suæ iurisdictionis ratione Salarij, seu contractus in Curia decreti, & initi, & quòd personæ, cum quibus est quasicontractus consentiendo sint mediatè, vel immediatæ subiectæ. Sed oriebatur dubium, An ratione Salarij, seu contractus dicantur de iurisdictione Auditoris Cameræ, ex quo non sunt in Curia, nam licèt *c. fin. de for. competen.* dicat, quòd quis sortitur forum
46 ratione contractus, hoc † tamen est verum si in loco contractus reperietur *l. hæres absens in princip. ff. de Iudic. vbi Angel. Paul. & Curt. Innior*, Clarius, & hoc pro-

batur per *c. Romana* §. *contrahentes de foro competen. in* 6. vbi primo dicit si reperitur in loco contractus, & ibi potest conueniri: Si vero extra, benè potest citari, sed non potest contra eum procedi, nisi, quòd si habet bona in loco contractus creditor mittatur in possessionem dictorum bonorum ex primo decreto, quòd dat nec dominium, nec possessionem: Si vero sunt extra locum contractus, tunc scribitur Iudici loci bonorum, quòd immittat in possessionem dictorum bonorum ex primo decreto, etiam, quòd non haberet iurisdictionem in persona, neque posset excommunicare, vt dicitur in figuratione casus, vt *Innocen. in d.* §. *contrahentes vbi Franc. col. penul. Ancharan. in* 4. *notab.* Licèt etiam fuerit dubium, An Iudex loci contractus potuerit citare extra locum *Marian. Soccin. iunior cons.* 11. Tamen Domini fuerunt concordes, quòd tales dicerentur esse de iurisdictione Iudicis loci contractus, quià aliàs si inueniretur non posset coram eo conueniri, & si extra locum esset non posset citari, cuius contrarium dicitur in §. *contrahentes*, & licèt non posset cogi comparere, tamen citatur, & fit missio in possessionem, ergo iurisdictio facit, quod dicit *Abb. in c. finali de foro competen. col.* 22. *& Salicet. in Auth. si ea C. de adul.* quòd habens domicilium, seu originem in aliquo loco, si domi existat non possit cogi ad comparendum *l. prelique ff. de in ius vocan.* ita absens à loco contractus non cogitur comparere coram Iudice contractus. Ex quo patet, quòd iurisdictio est rei habitu propter contractum, licèt non sit actu propter absentiam, quæ in hac ratione sequitur *Fælin. in d c. finali col.* 4. & allegabatur etiam, quòd subesset dispositioni *tex. in l. omnem, & ibi Angel. ff. de Iudic.* cum ergo facultas datur, quòd moneat degentes extrà Curiam iurisdictionis ratione contractus, & iste sit talis, meritò Domini voluerunt, quòd potuisset contra illos procedere. Sed mihi occurrebat, quòd istud procederet si contractus fuisset cum alienigena, vel in Vrbe, vel dum Mercatores alienigenæ fuissent in Vrbe, quia si postea fuissent absentes, tamen effecti fuissent iurisdictionis Auditoris Cameræ, mouebar per *tex. in d. l. absens* §. 1. vbi dicit tex. quòd ita demum quis conuenitur in loco contractus, vel quasi (& in casu nostro sumus in quasi contractu) si constiterit in loco domicilij, non habere domicilium, sed tabernas, pergulam, officinas, & ibi cum eo contrahitur, quasi cum viatore, qui sic venit, vt statim discedat. Et ideò inferebam, quòd, cum isti mercatores non solùm itinerando, sed nunquam in Curia fuerint, quòd Didacus proptèr seruitia cum eis quasicontrahendo in Curia facta, non potuisset illos in Curia conuenire; Tamen Domini tenuerunt, quòd posset proptèr Auditoris Cameræ facultatem, non alitèr respondendo ad hunc textum, nisi, quòd facultas Auditoris Cameræ receperat hanc interpetrationem, vt
47 Notarij attestabantur, nam † stylus ita seruatus dat iurisdictionem *c. cum contingat de foro competen. & ibi Abb. in* 3. *notab. per Glos. in c. Romana in verb. consuetudine de appellat. in* 6. *& in verb. dari potest in fine de Tutor. & curator. dat. ab his Bar. Imol. & Ioan. in l.* 1. *in* §. *denique ff. de acquiren. possess. &c.*

At quotiescumque agatur pro consecutione Salarij contrà degentes in Vrbe, licèt cõpetẽtes Iudices sint Gubernator, & A C. & Senator, vt plurimũ adiri solet tribunal Gubernatoris, in quo seruatur praxis,
48 † quòd, Si agatur de mercede menstrua, vel diurna citetur Debitor ad soluendũ scuta tot pro mercede debita occasione seruitutis præstitæ, seù faciendum depositum aliàs videndum decerni, & relaxari mandatum executiuum ad primam diem, Et in termino istius citationis si summa debita non excedat viginti denarios relaxatur mandatum nisi per totam; Si vero summa excedat fit decretum nisi ad primam, qua elapsa nisi debitor soluat, vel depositum faciat, exequitur mandatum in tot bonis, quorum valor sit sufficiens pro satisfactione creditoris, Nec ante potest reus conuentus audiri, nisi assecurato iudicio,
49 quod † fuit adinuentum, vt causæ huiusmodi, quæ vtplurimùm sunt miserabilium personarum, celerius, & facilius expediantur *Luc. Pet. in prax. for. Capitol. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 1. Poterit tamen reus conuentus antequam faciat actuale depositum protestari, Nihil fieri nisi per Actorem medio iuramento fuerit specificatum tempus seruitutis; nec non summa prætensa,

quæ

quæ protestatio multùm inseruiet reo conuento, ne ipse cogatur ad deponendam summam excessiuam, poterit enim Iudex facta per Actorem specificatione temporis seruitutis, mandare depositum fieri in minori summa quàm fuerit per Actorem pe-
50 tita; Et † si summa requisita excedat scuta decem admittetur cautio in forma deposita, *Luc. Pet. vbi supra num.* 1.

51 Verùm † erit locus actuali deposito quoties conueniatur idem met, cui quis suas operas præstauit, At si conueniatur alter sub prætextu, quòd sit obligatus ad solutionem mercedis debitæ, antequam fiat depositum necesse habebit Actor iustificare, quòd reus conuentus teneatur pro illo, cui ipse actor inseruiuit, vt puta si prætendat, reum conuentum teneri ratione obligationis contractæ, prius esset iustificanda talis obligatio, aliàs nullitèr procederetur, Sicuti si prætenderetur, reum teneri vti hæredem debitoris, prius hæc qualitas iustificanda veniret aliàs quid quid ageretur nullitatis vitio laboraret *l. quæramus ff. de Testamen. Tiber. in praxi libr.* 1. *capit.* 43. *num.*4. *Rot. in recen. decis.* 307. *numer.* 7. *par.* 1. *in recen. & coram san. mem. Gregor. XV. decis.* 223. *num.*3. Eo quia legiti-
52 matio † personæ necessaria est in quocumque iudicio quantumuis summario, & executiuo, *Vant. de Nullitat. in tit. de Nullit. ex defect. habilitat. n.*3. *Marant. in praxi par.*4. *dist.*9. *num.*38. *Paris. cons.* 11. *n.*2. *lib.*2. *Bursatt. cons.*129. *num.*67. *& cons.*125. *nu.*70. *lib.*2. *Riminal. Iun. cons.*494. *nu.* 10. *lib.*4. *Adrian. Negusan. quæst.* 153. *num.* 20. *Menoch. de recuperan. remed.* 15. *quæst.* 24. *numer.*272, *& seq. Argel. de legitim. Contradictor. quæst.*3. *art.*1. *num.*63. *Boer. decis.*171 *num.*19. *Rot. in recen. decis.*18. *nu.*3. *par.*1. *& decis.*234. *num.*18. *par.* 5. *& decis.* 141.
53 *num.*6. *par.*6. Nec † saluari posset nullitas per superuenientiam ipsius probationis, quia hæc fieri debet à principio antequam deueniatur ad relaxationem mandati, *Riminal. Iun. cons.*223. *num.* 114. *post princ. libr.*3. *Gratian. disceptat. forens. capit.* 486. *numer.*7. *&* 8. *& plures adduximus in addition. ad Tractat. de obligation. Camerali quæst.*33.

54 Neque † locus est actuali deposito quando non agitur de mercede menstrua, vel diurna, cum hoc sit priuilegium speciale mercedis menstruæ, vt expresse cautum reperitur in constitutione san. mem. Pauli Papæ Quinti supèr *reformat. Tribunal. Vrb. tit. de iudic. in caus. ciuil.* ibi: Et causæ mercedis ad effectum faciendi depositum illæ tantùm intelligantur, in quibus agitur de diurna, vel menstrua mercede siue Salario &c. Sed omissa citatione ad faciendum depositum eadem seruatur praxis, quę seruatur pro consequenda mercede menstrua, vel diurna postquam fuit assecuratum iudicium mediante deposito, vel cautione;
55 videlicèt, † Citatur reus ad soluendum scuta tot pro mercede debita occasione seruitutis, aliàs videndum decerni, & relaxari mandatum executiuum ad primam diem, In cuius citationis termino, si reus conuentus non compareat, Iudex relaxat mandatum nisi ad primam cum intimatione, idemque facit si reus compareat, & debitum fateatur, At si neget, se teneri ad petita per actorem, necessarium est aliqualem probationem adducere, postquam Iudex deueniet ad relaxationem mandati, *Mandos. de Monitor. quæst* 59. *vers. hinc dignoscere licet sub num.*2. Et notandum est, quòd di-
56 xi aliqualem probationem, quia † potest Iudex in huiusmodi causis probationes oretenus recipere, præsertim quando agitur de modica summa, itaut standum sit soli relationi, & informationi ipsius, qui dum facit decretum partibus præsentibus censetur illud facere causa cognita *Maran. consil.*34. *num.*2. *& seq. Natt. cons.*182. *per tot. Alciat. cons.*79. *lib.*6. *tom.* 2. Et hoc ex eo,
57 quòd causa † Salarij dicitur summaria, & in ea proceditur absque aliqua scriptura *l.* 1 *ff. de var. & extraordin. cognit. l. penult. §. illo C. de necess. hæred. c. charitatem ad finem* 12. *quæst.* 1. *Glos. in clement. dudum §. virum de sepultur. Cardinalis in clement. vltim. quæst.* 13. *de præben. Mandos. de monitor. quæstion.* 59. *numer.* 2. *Gargiar. decision. Tribunor. Pleb. Bononien. decision.* 55. *per tot.*

An

An diebus Feriatis procedi possit in causis Salarii.

QVAESTIO XCII.

SVMMARIVM.

1 *Feriatis diebus non licet aliquem in iudicio molestare.*
2 *Feriatis diebus in honorem Dei non possunt partes renunciare.*
3 *Ferijs non obstantibus proceditur in causis, quae pietatem respicere dicuntur.*
4 *Pietas, & necessitas ferias non habent.*
5 *Causa pia quaenam dicatur, ita ut possit cognosci diebus feriatis.*
6 *Causa Alimentorum cognosci potest diebus feriatis.*
7 *Causa Salarij debiti pauperibus cognosci poterit diebus feriatis, Amplia, vt num. 8.*
9 *Iuris Diuinis solemnitas relaxatur ex causa pietatis.*
10 *Causa alimentorum non potest tractari diebus feriatis in honorem Dei, Intellige vt num. 11.*
12 *Feriatis diebus in honorem Dei an possit cognosci causa pauperis instantis pro Salario praeteriti temporis, & numer. seqq.*
13 *Salarium peti non potest nisi in fine operis quando debetur ratione laboris.*
14 *Laborare diebus festis absque peccato licet pauperi fame laboranti.*
15 *Laborans propter necessitatem diebus festiuis non incidit in excommunicationem promulgatam ab Episcopo contra laborantes diebus festiuis.*
16 *Statutum Vrb. libr. primo capit. 88. prohibens, quòd possit procedi in causis mercedum diebus feriatis in honorem Dei declaratur.*
17 *Verba statuti ita interpetrari debent, vt illud reddatur aequum, & rationabile.*
18 *Alimenta negans dicitur necare.*

1 PRohibitum † licèt sit currentibus Ferijs aliquem in iudicio molestare, *c. finali de ferijs l. finali C. eodem tit. Ias. in l prima num. 1. ff. eodem Specul. tit. in tit. de Citation. §. 1. col. 7. vers. item excipitur Caluol. in praxi §. feriae conclus. 2. num. 1.*
2 & † maximè diebus feriatis in honorem Dei, quibus nec licitum est renunciare, nec processus, & sententia in eis habitus, consentientibus etiam partibus tenet *Faelin. in c. si diligenti col. 5. vers. quartum corollarium de for. competen. Abb. in d. c. fin. num. 1. 2. & 3. de ferijs Alberic. in l. 1. num. 7. & ibidem Ias. num. 4. ff. de Ferijs Salicet in l. omnes dies num. 3. ff. eodem tit. Speculat. in tit. de ferijs §. fin. in princip. Lanfranc. de Orian. in praxi tit. de fer. cap. 12. num. 33. Alex. cons. 36. col. fin. vol. 7. Menoch. de Arbitrar. Iudic. libr. 1. quaest. 30. num. 3. Leo in Thesaur. For. Eccles. part. 2. capit. 1. num. 27. Thesaur. decis. 39. Peguer. decis 53. num. 5.*
3 *libr. 1.* In † causis tamen, quae pietatem respiciunt permittitur diebus feriatis procedi, vt desumitur ex *d. c. fin. de ferijs.* ibi: Nisi necessitas vrgeat, vel pietas suadeat &c. *Tiraquell. de priuileg. piae caus. in praefat. Surd. cons. 367. num. 11. Fr. Emanuel. quaest. regular. tom. 2. quaest. 70. art. 2. Bernard. Greue. ad pract. Camer. Imperial. lib. 1. conclus. 26. considerat. 1. num. 14. Mar. Antonin. variar. resolut. libr. 3. resolut. 48. in*
4 *princip.* Pietas † enim, & necessitas ferias non habent *c. vtinam 76. dist. glos. in d. c. fin. de fer. l. sunt personae ff. de relig. Alex. in cons. 130. vol. 4.* Imò Deo gratum est, quòd Iudices diebus feriatis in causis huiusmodi procedant *l. 2. ff. de fer. Iodoc. Dambouder. in Enchiridion. par. aut simil. Iur. verb. alimenta.*

Verùm, cum piae causae quamplures es-
5 se possint, aduertendum est † ad hunc effectum eas tantummodo intelligi pias, quae respiciunt opera misericordiae *Abb. in c. fin. n. 14. de fer. Armill. in sum. verb. festum n. 3. & 13. Nauarr in manual. capit. 13. num. 4. Tolet. in summ. lib. 4. cap. 25. num. 7. Mar. Antonin. d. resolut. 48. num. 1.* Inter quae connumeratur causa alimentorum, Vnde
6 † diebus feriatis de alimentis potest contendi, *Faelin. in c. quae in ecclesiarum nu. 2. de Constitution. Alciat. in l. de Alimentis C. de Transaction. Bar. in l. filiusfamilias num. 5. ff. de donat. & in l. mela num. 6. ff. de Alim. & cibar. legat. Tiraquell. in d. tractat. priuileg. 156. Caeuall. commun. opinion. quaestion. 112. num. 7. & quaest. 760. Surd. de*

Aliment. tit.8. priuileg.2. nu.7. & dec. 323. num. 5. Et † consequentèr potent etiam
7 diebus feriatis iudicialitèr contendi de Salario debito pauperi, quod loco alimentorum succedit. *Bal. in l. eadem in 1. lect. vers. in textu C. de fer. & in Auth. nisi breuiores C. de Senten. ex breuic. recitan. Afin., in pract. §.3. cap. 31. num. 35. Gratian. in addit. ad decis. Marchiæ 53. num. 1. Bonacoss. de famul. quæst. 22, Caroc. de locat. & conduct. part.6 except. 1. de ferijs numer. 3. Surd. de Aliment. d. tit.8 priuileg.2. sub numer.7. in fine* Quod † procedit etiamsi dies
8 sint feriati in honorem Dei, *Marian. Soccin. de Citation. art. 19. in 2. fall. sub numer. 7. Mand. f. in formular. Commission. commission. 13. verb. Ferias vers. octauo quæro in fine Gratian. vbi supra num.2.* Ex † causa
9 enim necessitatis relaxatur etiam solemnitas Iuris Diuini *Abb. in c. licet de ferijs Felin in c. vltimo in fine vers. nam posset statuere de Maioritat. & obbedien.* Et in operibus pietatis, & misericordiæ, prout est facere, quòd pauperi suorum laborum merces soluatur, non est habenda ratio dierum *c. vtinam 77. dist. c. etiam 78. distinct. c. nunquam de Consecrat. distinct. 5. & in l. publicas C. de ferijs Tiraquell. vbi supra priu. 156 Leoncill. de priuileg. pauper, par. 2. priuil. 151. num. 2.* quinimò diebus feriatis magis exercenda sunt huiusmodi opera *c. cum ad monasterium §. in refectorio de stat. Monach.* & Deo gratum esse, quòd Iudex diebus feriatis in huiusmodi causis procedat, diximus supra *sub n. 13.* Et hoc non habet difficultatem, quotidie enim in Vrbe videmus in praxi obseruari, & præcipue in Curia Reuerendissimi Gubernatoris vbi ius redditur tam diebus dominicis, quàm alijs diebus in honorem Dei, & Sanctorum feriatis in causis mercedum rusticorum, & aliarum miserabilium personarum, qui quotidiè ad eam concurrunt, & maxime tempore messium.

10 Neque obstat, Si dicatur, † quòd diebus feriatis in honorem Dei non possit tractari causa alimentorum, vt per *Bald. in cons. 318. incipien. ista captura in fine col. 4.* quia lex mandans procedi summariè non videtur tollere ea, quæ sunt de Iure Diuino, prout est festiuitates santificare *Tiraquell. in tractat. de priuileg. piæ causæ priuileg. 156.* referens plerosque intelligere, posse solum procedi in ferijs ad vtilitatem hominum introductis *Bal. Nouell. in tractat. de Dote part. 9. priuileg. 13. fol. mihi 144. vers. intellige prædicta* vbi, quòd etiamsi causæ alimentorum requirant celeritatem, tamen tempore ad Dei honorem feriato agitari non possint, Ergo nec poterit agitari causa Salarij, etiam debiti pauperi, ratio enim, propter quàm agitari potest diebus feriatis, est quia Salarium loco alimentorum succedit, sed cum nec ipse alimentorum causæ cognosci possint in ferijs ad honorem Dei introductis, ergo nec poterit cognosci causa Salarij, Hoc inquam argumentum non obstat, quia Respondetur non subsistere, quòd causa alimentorum non possit cognosci diebus feriatis ad Dei honorem, Imò contrarium firmatur per *Surd. de Alimentis d. tit. 8, priuileg. 2. num. 10.* Et Auctores in contrarium allega-
11 ti † procedunt quando alimenta deberentur alicui diuiti, qui haberet aliunde modum se alendi, vel quando tractaretur de alimentis præteritis, in quibus non militat ratio necessitatis, & pietatis, quæ facit causam fauorabilem *Bar. in l. de alimentis in 2. lectura C. de transact. Alberic. de Rosate in l. cum hi in princip. ff. de transaction. Aret. in cons. 97. incipien. in causa, & puncto Alex. & Ias. in l. prima §. excipiuntur ff. de ferijs Bal. in l. prima numer. 6. vers. quæro numquid in causa C. de fideicomiss.* vbi, quòd non proceditur summariè nisi petantur alimenta præsentia, vel futura cum alijs relatis per *Surd. locis proximè supra re-*
12 *latis num. 14.* Et † hæc distinctio assignatur à Doctoribus, etiam in causa Salarij. Verum non videtur posse applicari, sed dicẽdũ esse, quòd possit procedi in causis Salarij diebus feriatis in honorem Dei etiamsi agatur de Salario præterito, quotiescumque petens Salarium sit pauper, ea ratio-
13 ne, quia cum Salarium † semper præstetur pro tempore præterito, dum actio pro illius consecutione non oritur nisi post operas finitas, maxime quando datur pauperibus, quorum opera consistit in labore, vt puta famulis, rusticis, & similibus. *Rebuff. de sentent. prouisionalib. art.3 glos.7. num.3. Alex. & Cagnol. in l. diem functo ff. de offic. Assess. Duen. reg.63. Gratian. decis. Marchiæ 101. num.23. & decis. 00. num.6* frustrà esset dicere ferias non seruari quando

do petitur Salarium futurum, quia ex supradictis apparet, Salarium futurum non posse peti, sed semper petitur Salarium prçteriti temporis, maximè quando est Salarium miserabilium personarum, quorum fauore derogantur feriæ, Ergo est dicendum, quòd, dummodo persona, quæ instat sit miserabilis, habenda non sit ratio, an Salarium, sit præteriti temporis, vel non,
14 Et ad hoc facit, quia si † ille, qui consequi debet Salarium etiam temporis præteriti fame laboret, possit festiuis diebus operari, vt suæ necessitati consulat, *c. licet etiam de ferijs Fælin. in c. fin. numer. 7. de Maiorit. & obbedien. Benincas. in tractat. de pauper. quæst. 4. num. 28.* absque eo, quòd incidat in pœnam peccati mortalis, imò
15 † etiamsi Episcopus sub pœna excommunicationis iuberet, quòd nemo diebus festis operaretur, non tamen esset excommunicatus ille, qui ex necessitate laboraret, quia Necessitas nullis legibus adstringitur, & prohibitio prædicta generalis esset interpetranda iuridicè, sed cuilibet de Iure conceditur diebus festis opus facere vitæ necessarium, *c. discipulos de consecrat. distinct. 5.* Ergo &c. ita *Nauarr. in Manuali*
16 *confess. cap. 13. num. 15. & 16.* vbi, † quòd sola necessitas sine licentia superioris excuset operantem diebus festis: Ergo, si licet pauperibus propter necessitatem laborare, vt aliquid lucrari possint, quo suæ prouideant necessitati, multo magis licebit, dicta necessitate stante, in iudicio prosequi mercedem iam lucratam, qua suæ necessitati succurrere possit,
17 Minus, † obstat statutum Vrbis *libr. primo capit. 88. in fine* vbi expresè prohibetur, posse procedi in causis mercedum diebus feriatis in honorem Dei, vt videre est ibi: (Item, & causæ Ecclesiarum, Hospitalium, miserabilium personarum, & Mercedis, in quibus non solùm modo præmisso, sed etiam iusta subsit causa extraiudicialiter omnibus diebus etiam festis; præterquam in honorem Dei indictis &c.) Quia Respondetur, dictum Statutum locum habere, quando Merces deberetur alicui, qui non esset pauper, & ita non succederet loco alimentorum non autem, quando loco alimentorum succedit, quia tunc posset benè procedi in causa, etiam diebus feriatis in honorem Dei, & sic dictum statutum intelligendum venit
18 cum † illius verba ita veniant interpetranda, vt illud reddatur æquum, & rationabile *l. ex facto in princip. ff. de vulg. & pupillari Bald. cons. 92. num. 2. libr. 4. Rot. decis. 494. num. 15. part. prima Recen. et decis. 620. sub num. primo part. 2. Recen. et decis. 475. num. 4. part. prima Diuers.* & si aliàs intelligendum veniret, ita vt propria eius dispositio esset, quòd, nec in causis Salarij Alimentorum loco succedentis posset procedi diebus ad honorem Dei feriatis, diceretur impium, & irrationabile, & in consequentiam non seruandum tanquam
19 negans alimenta, qui enim alimenta negat dicitur necare, *l. necare ff. de liber. agnoscen. c. pasce 86. distinct. Rip. in l. si vnquam num. 72. C. de reuocan. donat. Corn. cons. 120. col. prima vol. primo, et in cons. 15 col. penult. eod. vol. Crot. cons. 76. num. 21. Abb. in c. fin. de donat. Crauett. cons. 51. numer. 5. Caonol. in l. in condemnatione num. 2 ff. de reg. Iur. Rolan. in tractat. de lucro Dotis quæstion. 67. in fine cum alijs relatis per Surd. de Aliment. tit. primo quæstion. 48. num. 5.*

Quænam Actiones competant pro consequendo Salario.

QVAESTIO XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Salarium Aduocatis, Doctoribus, & similibus soluitur ob nobilitatem officij.*
2 *Officium sollicitatorum, Notariorum, & similium dicitur vile.*
3 *Salarium Aduocato, & similibus quando debeatur certi conditione?*
4 *Salarium Aduocato, medicis, & huiusmodi personis quando debeatur actione ex stipulatu.*
5 *Salarium prædictis personis quando debeatur conditione ex lege.*
6 *Salarium prædictis personis quando debeatur officio Iudicis.*
7 *Salarium non conuentum non possunt petere illi, quorum officium in labore consistit.*
8 *Salarium non conuentum si debeatur personis*

sonis quorum officium in solo labore consistit implorandum erit officium Iudicis nobile.

9 *Officium Iudicis nobile succedit loco deficientis actionis.*

10 *Officium Iudicis nobile concedi solet adinstar actionis.*

11 *Officium Iudicis licèt sit quid diuersum ab actione, tamen venit sub eius nomine latè sumpto vocabulo.*

12 *Procuratores, & Sollicitatores poterunt pro consequendo Salario non conuento implorare officium Iudicis.*

13 *Officium Iudicis nobile nunquam censetur sublatum, etiam si fuerit sublata actio, vel exceptio.*

14 *Salarium certum si fuerit promissum stipulatione interueniente petitur actione certi conditione ex stipulatu, & num. 17.*

15 *Salarium conuentum sine stipulatione petitur actione contraria mandati si incontinenti post mandatum petatur. secus si post interuallum, nam tunc implorandum est officium Iudicis vt num. 16.*

18 *Salarium incertum genere, & specie si fuerit promissum nulla actione peti potest, Secus si fuerit incertum specie tantum, vt num. 19 sed quod peti possit etiam incertum genere, & specie num. 20.*

EX diuersitate personarum, & promissionum diuersificantur Actiones competentes pro consecutione Salarij, Ideo pro resolutione præsentis quæstionis Primo loco inspiciendum venit An ille, qui Sala-Salarium petit sit ex ijs, quibus debetur
1 Salarium † ob probitatem scientiæ, & intellectus, in quorum classe comprænhenduntur, Iudices, Aduocati, Magistri scientiarum, Medici, & similes. Aut ex illis, quibus ratione solius laboris merces persoluitur, Distinguuntur enim Salaria respicientia probitatem scientię, & intellectus *Bar. in l. 1. ff. si mens. fals. mod. dix. Alex. in addit. ad Bar. in l. 2. §. adeo ff. locat.* ab ijs, quæ solummodo corporis laborem respiciunt, prout sunt illa, quæ soluuntur famulis, Operarijs manualibus, & similibus,
2 nec non alijs, quorum † officium dicitur vile; prout tale est illud sollicitatorum, Mandatariorum, & similium, *Ias. in l. militem numer. 2. C. de procurat. Dec. in c. ex litteris num. 5. de probat. Bal. in c. post cessionem num. 6. eod. tit. Crauett. cons. 163. numer. 1. Angel. cons. 284. n. 1. Oldrad. cons. 85. num. 2. Rolan. cons. 66. num 30. lib. 1. Cassan. cons. 64. num. 34. Menoch. cons. 18. n. 1. lib. 1. Boer. decis. 222. num. 5. Vestr. in praxi lib. 2. capit. 19. numer. 2. Tiraquell. de Nobilitat. cap. 30. num. 9. Bon. de Curt. eodem tractat. num. 130.*

Et si ille, qui Salarium petit sit Aduocatus
3 Medicus, vel similis, videndum erit, An † Salarium fuerit promissum, vel non, & quatenus sic, An promissio fuerit certa, vel incerta, Nam Primo dabitur Actio, quæ dicitur Certi conditione si certum Salarium fuerit promissum, vt puta si dixero tuearis meam causam, & tibi dabo centum, vel aliam rem certæ speciei qualitatis, & valoris; in tantum, vt eius rei solutio non possit variari, *Glos. in l. Salarium ff. mandati & in l. 1. verb. constrinxerint vers. si interuenit stipulatio C. de suffrag. Speculat. in tit. de Magistr. §. 1. num. 5.* Secundo actio
4 †ex Stipulatu Si promissio fuerit incerta *§. 1 Inst. de verbor. oblig. Glos. in d. l. 1. verb. constrinxerit vers. si autem nullo modo C. de suffrag. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in d. tit. de Magistr. §. 1. vers. sed & Salarium*
5 *sub littera H.* Tertio † Actio, quæ dicitur Conditione ex lege quoties nudo pacto fuerit promissum, vt in *d. l. 1. C. de suffrag. vbi glos. in verb constrinxerint vers. sed dicas*
6 Quarto † tandem officium Iudicis in casu, quo nulla conuentio præcesserit, vt *in l. 1. §. in honorarijs ff. de var. & extraordinar. cognit. Glos. vbi supra sub d. verb. constrinxerint Bar. in l. 1. §. in honorarijs ff. de var. & extraordinar. cognit. & in l properandum §. illo in vltimo not. C. de Iudic. Bellon. in tit. Institut. de Obligat. in princip. num. 5. Bellamer. in c. Romana in princip. num. 18. de foro competen. Ias. in §. tripli num. 50 circa med. Inst. de Action. Alex. cons. 109. num. 2. vers. hoc idem deciditur libr. 6. Soccin. sen. cons. 196. per tot. libr. 2. Natt. cons. 326. Myssinger. singular. obseruat. cent. 3. obseruat. 7. num. 5. Magon. decis. florent. 12. nu. 4. Gratian. discept. forens. cap. 257. num. 6. Pontan. de Aliment. cap. 16. num. 5.* vbi quòd ita seruatur in S. Rota Romana, prout etiam testatur *Granut. theor. 12. n. 4. Put. dec. 11. lib. 3.*

Verùm si is, qui instat pro consequendo Salario sit ex illis, quibus soluendum sit ratione laboris inspiciendum erit, An Sa-

larium, quod petitur fuerit conuentum vel non: Et si non fuerit conuentum regula est, quòd † peti non possit, nec actione mandati, nec extrà ordinem per officium Iudicis nobile, *l. Salarium, & l. qui mutuam §. Salarium ff. mandati l. 1. in fine C. eodem tit. Seraphin. decis. 65. num. 1. Rot. in Toletana, seu Romana Mercedis 14. Maij 1568. coram Aldobrandino* fallit † tamen hæc regula in nonnullis casibus pluries suprà in præcedentibus partibus enumeratis, in quibus implorandum erit officium Iudicis nobile, quod † succedit loco deficientis actionis, & semper datur ex æquitate quando deficit actio ad consequendum, quod suum est, vel ad compellendum aliquem ad implendum id, quòd actione non potest astringi *c. 2. de offic. Iudic. l. Quintus ff. de ann. legat. vbi Bar. num. 1. Ias. in l. si me & Titium num. 3. & ibidem Dec. nu. 4. & seqq ff. si cert. petat. Osasch. decis. 40. nu. 7. Surd. de Aliment. tit. 3. quæst. 3. num. 24. & cons. 528. n. 20. Rot. in recen. decis. 329. sub n. 2. par. 1. & decis. 315. nu. 27. par. 4. tom. 2. & coram san. mem. Gregor. XV. dec. 503. nu. 4.*

7

8

9

10 & † solet concedi ad instar actionis, *Abb. in d. c. 1. num. 2. & ibidem Imol. n. 4 Fælin. numer. 4. de offic. Iud.* dicentes, quòd

11 † etsi officium Iudicis non sit idem, quod actio, lato tamen sumpto vocabulo actio dici possit per, *l. actionis verbo ff. de action. & obligat. l. quod si minor. §. finali ff. de minor. & in d. c. 1. de offic. Iud. Neguf. de pign. 4. membr. secundæ par. nu 51.*

12 Et † hoc Iudicis officium implorare poterunt etiam procuratores in Vrbe, non obstante, quòd nullam actionem ipsis competere pro consequendo Salario non conuento reperiatur dispositum in *Reformatione Tribunalium Vrbis san. me. Pauli Papæ V. in tit. de Aduocat. & procurat. §. 13.* ibi: Procuratores, & Sollicitatores quarumcumque causarum non possint à suis clientibus Salarium petere nisi conuentum: Nam dicta Reformatio prohibet tantummodò, quòd procuratores possint petere Salarium non conuentum actione locati, & conducti; non autem prohibet implorare officium Iudicis nobile, prout resoluit, *Rot. in vna Romana Salarij 23. Ianuarij 1626. coram R. P. D. Remboldo quam Adden. ad Buratt. referunt & sequuntur in dec. 174. n. 18. & in Toletana Canonicatus pœnitentiariæ 28 Iunij 1645. corā Reuerendiss. P. D. meo Cerro* Et quamuis contraria fuerit nonnullorum DD. opinio, scilicet, quòd nec possint implorare dictum officium Iudicis nobile, *glos. in l. 1. §. aduocatos ff. de var. & extraordin. cognit. & ibi etiam Bar. num. 3. Bal. & Fulgos. in l. Salarium ff. mandati Alex. cons. 109 vol. 6. per. tot. Dec. cons. 132. in fine* Prima tamen est vera, & æquior opinio, quam tenuerunt *Iacob. de Are. Cyn. & Bal. in l. 1. C. mandati Angel. in §. in personam Instit. de Action. Alex. in addit. ad Bar. in l. prima §. in honorarijs ff. de var. & extraordinar. cognit. Gabr. commun. conclus. libr. 2. tit. de procuratoribus conclusion. 5.* vbi post relatam contrariam DD. sententiam affirmatiuam sequitur, & ratio est, quia officium † Iudicis nobile nunquam censetur sublatum, etiam si fuerit sublata actio, vel exceptio, *Ias. in l. vbi pactum n. 13. & seq. libr. 3. Rot. in d. Romana Salarij Asin. de execut. §. 31. capit. 33. n. primo Adden. ad Buratt. d. decis. 174. num. 17.*

13

Quando autem Salarium fuerit conuentum, inspiciendum erit, an † in conuentione interuenerit stipulatio, & tunc poterit conueniri Dominus actione certi conditione ex stipulatu *Speculat. in tit. de Magist. § primo num. 5.* quæ actio semper habet locum quando quis aliquid stipulatus fuit, & datur cōtra promissorē ad consequendū id, quod dare promisit *Bar. & communiter DD. in l. vbi autem non apparet, ff. de verb. obligat. Crysp. de Monte in termin. Action. numer. 175. Rot. dec. 128. nu. 1. par. 4. Diuers.*

14

15 Et † si fuerit conuentum sine stipulatione, sed incontinenti post mandatum petatur Salarium, mandans conueniri poterit actione contraria mandati, vt in *l. 1. vbi Cyn. C. mandati Caroc. de locat. & conduct. par. 2. tit. de Medico quæst. 13. num. 3: Azo. in summa in rubr. de mandato n. 4. Marchesan. de Commission. part. 1. fol. 1195. num 30.* Verùm

16 si † fuit conuentum Salarium sine stipulatione, & post interuallum temporis à die mandati petatur; tunc quia pactum nullam actionem producere potest, vt in *l. iurisgentium §. igitur nuda ff. de pact.* nec ex eo contractus innominatus resultare valet, quia simul vnita debet esse conuentio, & non distans, *l. naturalis ff. de præscript. verb.* tunc peteretur Salarium extrà ordinem, scilicet per officium Iudicis *l. Salarium ff. mandati l. 1. C. eod. Caroc. loc. proxime supra citat.*

cit.n.3.Marchesf.de Com.d.p.1.fol.1193.n.31.
Insuper inspiciendum est, an Salarium conuentum sit certum, vel incertum: Et
17 si † est certum, petitur actione certi condictione ex stipulatu, *l.si quis certũ.ff.si cert.pe tat. Aret. in §. in summa* *Inst.de mandato* Et si
18 † sit incertum genere, & specie, vt puta si dixero: Seruias, & benefaciam tibi nulla competet actio, *l. Salarium, & l.qui mutuam §. Salarium ff. mandati Azo. vbi supra num.3. Caroc. loc. citat. num.1.Marchesan.*
19 *loc. relat. num.* 33. Si † vero incertum sit specie tantùm, & non genere, E. G. si dixero seruias mihi, & dabo equum, vestem, vel quid simile, tunc valeret conuentio Salarij, cum non esset pœnitùs de re incerta, & ageretur præscriptis verbis *l.fideiussor, ff.mãdati*; Secus autem d icendum est in ijs, quę in pondere, vel numero consistunt *l.si hominem ff.de legat.1.Glos. in §.in summa verb. mercede Instit. de Mandat. Marchesan. de Commission. sub d. num.* 33.
20 Verùm † quòd possit peti Salarum etiam incertum genere et specie quotiescumque adsit prouissio de soluedo quia tali casu intret arbitrium Iudicij ad determinandum quantitatẽ resoluit *Rot.in Romana Mercedis* 10. *Martii* 1599.*coram Cardinali Lancelliotto, et in Toletana Canonicatus pænitentiariæ* 28 *Iunii* 1645.*corã Reuerendiss.P.D.meo Cerro*

Saluianum, An competat pro consequutione Salarij.

QVAESTIO XCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Hypoteca est principale Saluiani requisitum.*
2 *Saluianũ competit ei, cui cõpetit hypotecaria*
3 *Salaria habent tacitam hypotecam à Iure inductam.*
4 *Saluianum interdictum datur pro consequutione Salarij, Amplia vt num.6.*
5 *Operarij omnes habent tacitam hypotecam in bonis Domini pro eorum Salario*
7 *Salarium operariorum dicitur expensas necessaria, quae constituit onus reale in bonis Domini.*

1 PRincipale † requisitum ad obtinendum in iudicio saluiani est hypoteca *l.1.C. de præca & saluian.inter. Aret. in §.seruiana num. 9. Institut. de Action. Gabr.* Lanfranc. Zacchias de Salario. *cons.46. num.21. lib.1. Menoch.de adip. poss. remed.3. num.160. Surd. decis. 40. num. 4. Rolan. cons.14. num.13. lib.1 Negusan. de pignorib.1. membr.8. par. nu.6. Pacific. de Saluian. inspect. 1. cap. 5. num 1 Scaccia eod. tractat, lib.1. quæst.25. num.1. Rot. decis.456. num.1.par.2. & decis.308. num. 1.*
2 *part. 5. recentior.* Et † cui competit hypotecaria competit etiam Saluianum *Gabr. cons.44. num.5. lib.2, Pacific. in d. tract. inspect.3. cap.4. num. 468. Rot. coràm Cardi-*
3 *nali Caualer. decis. 419. sub num. 1.* Cum † itaque Salaria habeant tacitam hypotecam à Iure inductam, *Bar. in l. 1. num. 31. vers. & sic ex dicta ff. solut. matrimon. & ibidem Angel, num.12. & Ias. num.51. vers. vltimò circa doctrinam Rip. num. 139. vers. vltimò nota Alciat. num.8.* vbi: quòd omnes hanc opinionem sequautur, *Soccin. num.6. Marian. Soccin. num.278.* vbi de communi, *Rebuff. d. priuileg. schol. 118. n.2.*
4 Pro † illis dabitur Saluianum interdictum *Gratian. disceptat. forens. capit. 257. num 20. Pacific. in d. tract. inspect.3. cap.4. n. 682.*
Et quamuis Doctores supra *num.3.* allegati firmantes, quòd Salaria habeant hypotecam loquantur de Salario Doctorum, Iudicum, Aduocatorum, & similium, quorum officium consistit in probitate scientiæ, & intellectus; Attamen non desunt alij, qui
4 firmarunt pro † aliorum operariorum Salario competere etiam tacitam hypotecam super bonis Domini, in cuius commodum mercenarij suas operas impenderunt, vt videre est apud *Tiraquell. de retract. lignіager. §.1. glos.1. num.7. Pacific. d. cap.4. numer.683. Bonacoss. de famul. quæst.193. Alex. cons.156. num.3. lib 6. Crauett cons.20. num.10. Mart. Medic. dec.19. num.9 Camuncul. decis. Bononien. 1. num.2. Merlin. de pignor. lib.3. tit.1. quæst.21. sub num. 4. vers. adden. dum etiam Rot. post Pacific. decis. 63. num.2. & coram Cardinali Seraphin. dec.63. num.2.* Et hæc opinio ea validatur ratione,
5 quòd † Salarium operariorum sit expensa necessaria, quæ constituit onus reale in bo-
6 nis domini, & † propterea pro eo indistincte datur saluianum, *Pacific vbi supra sub num.683. vers. & sic etiam pro Salario*, & in terminis Salarij famuli *Merlin. de pignor. loc. cit. vers. addendum post Pacific. d. n.683. & Tiraquell. de Retract. legal. §.15. n.7. &* resoluit *Rot. in causa S. Seuerini dotis seu Sal-*

uiani 4. Maij 1640. coram Reuerendiss. P.D. Dunozetto, quæ est, *decis.* 187. *num.* 30. inter recollectas per me post tractatum de Obligatione Camerali.

Manutentio An, & quando competat in exactione Salarij.

QVAESTIO XCV.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio in exactione Salarij debetur operario existenti in quasi possessione exigendi durante tempore conductionis, Declara, vt num.* 7.

2 *Manutentio conceditur existenti in quasi possessione exigendi quamlibet annuam præstationem, seu redditum.*

3 *Manutentio in exactione Salarij non datur operario finito tempore, pro quo eius opera fuerat conducta.*

4 *Manutentio non debetur existenti in possessione exigendi si cesset causa obligationis soluendi in futurum.*

5 *Conductori manutentio non datur finito tempore conductionis.*

6 *Beneficiato manuali non debetur manutentio post reuocationem beneplaciti illius, qui ipsum elegerat.*

7 *Manutentio in exactione Salarij deneganda venit operario existenti in quasipossessione exigendi si ipse ab opera desistat, & num.* 11.

8 *Exceptio non implementi semper obijci potest, nec censetur exclusa per statutum reijciens omnes exceptiones.*

9 *Exceptio non implementi locum habet in iudicio manutentionis.*

10 *Exceptio non implementi locum habet in omnibus iudicijs etiam summarijs, & executiuis.*

12 *Conditio sufficit, quod fuerit semel adimpleta, licèt postea ita adimpleta non duret, Declara vt num* 13.

14 *Possessio pro manutentione sufficiens non potest dici translata pendente conditione.*

15 *Clausula* Rebus sic stantibus *semper intelligitur apposita in contractu, in quo Salarium constituitur.*

16 *Manutentio in exactione mercedis debetur Operario, qui doceat illam exigisse absque seruitij præstatione.*

17 *Manutentio datur ad statum, in quo quis reperitur.*

18 *Manutentio conceditur possidenti etiam iniustè.*

19 *Operarijs non competit manutentio in exactione mercedis constitutæ pro faciendo opere habente peccatum annexum.*

20 *Manutentio non datur in quasipossessione iuris improbi.*

1 SI † operarius fuerit conductus pro annuo Salario ad certum tempus, quo durante, instet pro mandato de manutenendo non erit illi denegandum quotiescumque reperiatur in quasipossessione exigendi, *Rot. in Placentina Donationis* 28. *Iunij* 1588. *coram Gypsio & in Romana Subcollectoriæ* 17. *Martij* 1645. *confirmat. sub die* 2. *Iunij eiusdem anni coram Reuerendiss.*
2 *P. D. meo Bichio*, prout † non denegatur ei, qui reperitur in quasipossessione exigendi annuam præstationem, responsionem, seu redditum, *Boccacc. de Interdict. vti possid. cap.* 8. *num.* 8. *Tiber. in praxi A.C. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 2. *Marant. de Ordin. Iudic. par.* 4. *dist.* 7. *num.* 27. *Ruginell. de Appellat. §.* 2. *cap.* 3. *num.* 694. *Ricc. in collectan. decis. coll.* 668. *in fine Gayll. singular. obseruat. lib.* 2. *obseruat.* 10. *Cancer. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 14. *sub num.* 78. *Gratian. disceptat forens. cap.* 921. *num.* 4. *Cenc. de Censib. quæstion.* 88. *num.* 19. *& seqq. iuxtà nouissimam impressionem Taurinen. aliàs part.* 2. *cap.* 2. *quæstion.* 5. *art.* 2. *num.* 19. *& seqq. cum alijs quampluribus, quos refert, & sequitur Ludouic. Posth. in tractat. de manuten. obseruat.* 19. *num.* 61. *Rot. post eundem dec.* 86 *& coram sanct. mem. Gregor. XV. decis.* 438. *num.* 1.

3 At † si versaremur in operario ad certum opus, vel ad tempus conducto, vel amouibili ad nutum, qui post opus completum, vel lapso tempore conductionis, vel post amotionem instaret pro manutentione in perceptione Salarij omnino illi esset deneganda, licèt reperiretur in quasipossessione exigendi, *Gratian. disceptat. forens. cap.* 113.

cap.113. num.62. & cap.310. num.75. Posth. de Manuten. obseruat.64. numer. 13. Rot. in Romana Cappellaniæ S. Saluatoris ad Scalas Sanctas 8. Nouembris 1624. coram Remboldo, & in d. Romana subcollectoriæ 17. Martij 1645. Et ea est ratio, quia,
4 † cum post opus completum, temporis lapsum, vel amotionem non adsit causa obligatoria in futurum non potest dici per actus receptionis Salarij acquisitum fuisse statum aliquem possessionis, vt post *Bart. in l. cum de in rem verso col. penultim. vers. quæro rusticus ff. de Vsur. Ias. in l quominus num.28. ff. de flumin. Bal. in l. finali C. ne de Stat. defunct. dixit Gratian. discept. forens. cap.113. num.60. Posth. de Manuten. obseruat. 64. num. 13.* Ob quam rationem in simili non
5 † datur manutentio conductori lapso tempore locationis, *Rot. decis. 181. n.9. penes Posth. de Manuten. & in recent. decis.428. num.2. par. 1. & decis.225. num.1. vers. sicque cum cessauerit par.2. & decis 60.*
6 *num. 5. par. 5.* Nec † beneficiato Manuali reuocato beneplacito illius, qui illum elegit, *Garz. de benefic. par. 1. cap.2. n 87. Bal. in l. cum affirmes C. de liberal. caus. Rebuff. de pacific. possess. num.329. & seq. Rot. decis.1. num.1. de restitut. spoliat. in antiquis & decis.6. eodem tit. in nouis & in Hispalen. Iuris nominandi 21. Maij 1638. coram Reuerendiss. Salamantino, & in Hyspalen Iuris amouendi curatos 20. Aprilis 1640. & & 23 Iunij 1642. coram Reu. P. D. Peutingerio.*

7 Denegandum † etiam esset mandatum de manutenendo operario existenti in possessione exigendi Salarium pro opera promissum si ipse in opera, sua culpa, deficeret, vt resoluit *Rot. in d. Placentina donationis co-*
8 *ram Gypsio*, obstaret enim exceptio † non implementi, quæ semper obijci potest, nec vnquam exclusa censetur etiamsi adsit lex, vel statutum reijciens omnes exceptiones *l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. Dec. cons.119. num.2. vers. si etiam dicimus, & cons.446. post princip. Crauett. cons.127. n. 13. & sequen. Alex. cons.119. vol. 1. Corn. cons.112. num.4. libr. primo, & cons. 123. in princip. libr.2. Ossch dec. Pedemont. 146. num.1. & 6. Giurb. decis 60. num.14. Carol. de Grass. de exception. exc. 33. num. primo*
9 Quod † locum sibi vindicat etiam in hoc iudicio manutentionis, *Gratian. disceptat. forens. cap. 113. num. 38. Posth. in d. tract.*
10 *obseruat.63. num. 4.* Et † in alijs iudicijs, quantumuis summarijs, & executiuis *Rolan. cons.53. num 2. libr. primo.*

11 Nec † sufficeret pro manutentione quòd operarius suas operas pro aliquo tempore præstasset, & sic fuisset adimpleta conditio sub qua fuit ipsi annuum Salarium promissum allegando, satis esse, quòd
12 † conditio fuerit semel adimpleta licèt postea ita adimpleta nō duret *l. si quis hæredem C. de Inst. & subsist. Ias. con.67. n.2. lib. primo Menoch. con. 315. n.7 & cons. 379. n.7. & seqq. Bursatt. cons.164. num 4. Peregrin de*
13 *fideicom. art.43. n. 18.* Nam ista † conclusio non procedit in conditione habente tractum successiuum, & exigente perseuerantiam, quia tunc non sufficit adimpleri, nisi adimplementum duret, & conditio semper dicitur pendere, & esse in suspenso *l. si quis ita legauerit ff. de condit. & demonstrat. Ias. in l. si quis hæredem in fine C de Instit. & substitut. Bero cons.27. num.14. libr.2. Alex. consil. 53. num.12. libr.6. Riminal. Iun. consil. 112. numer. 96. & sequen libr. 2. Hond. consil.29. numer.84. lib. primo Surd. consil.381. numer nono. libr.3. Rot. decision. 677. numer 13. part. prima Diuers. & in dicta Placentina donationis §. Illis accedit.*
14 Itaut † non possit aliqua transferri possessio, quæ suffragari valeat pro mandato de Manutenendo *l. qui absenti §.1. ff. de acquir possess. Oldrad. cons.13. num 5. Natta cons. 372. num 6. Ripa respon.8. num 3. Tiraqu. de Constit. possess. ampliat 15. num 3. & 4. Rot. in Romana seu Terracinen. Affictus 27. Ianuarij 1627. coram R P. D. Pirouano quæ est decis.215. num.5. & 8. penes Posth.*
15 *in d. tractat.* cum † in contractibus, in quibus prouisiones, seu Salaria constituuntur semper intelligatur conclusa, Rebus sic stantibus, vt post *Cephal. cons.423. num. 8 & Tiraquel. in tractat cess. caus. dixit Rot. in d. Placentina Donat. coram Gypsio.*

16 Verùm † si appareret operarium, etiam conditione non adimpleta, nempè absque seruitij præstatione, Salarium exigisse, concedendum esset illi mandatum de manutenendo, vt dixit *Rot. in d. Placentina Donationis coram Gipsio in §. nec quasi pos-*
17 *sio*, Nam † in hoc summarijssimo iudicio datur manutentio ad statum, in quo quis reperitur *§. retinendæ Instit. de Interdictis Gratian.*

Gratian. disceptat. forens. cap. 113. nu. 9. Put. decis. 12. in fine lib. 1. in correctis Buratt. decis. 194. num. 5. nec quœritur, an quis iustè, vel iniustè possideat, nec de bono, vel malo iure, sed disputatur tantùm de facto, & non de Iure possessionis, *Fontanell. de pact. nuptial. clausula. 7. gloss. 3. part. 10. numer. 23. 28. & 72. Franc. Milan. decision. 3. numer. 178. & 196. cum alijs relatis per Posth. in dicto tractat. obseruation. 42. numer. 94. Rot. post. eundem decision. 211. numer. 6.*
18 Itaut † ad effectum obtinendi manutentionem duntaxat inspiciatur mera possessio quantumcumque de Iure iniunsta, vel iniustissima, *Fontanell. vbi supra numer. 24 & 73. Peregrin. consil. 84. numer. 5. Cancer. variar. dicto capit. 14. numer. 41. part. 3. Monach. decis. Bonon. 30, numer. 12. & 22. Franc. Milan. d. decis. 3. num. 179. & 197. lib. 1.*

19 Tandem † esset denegandum mandatū de manutendo operarijs illis, quibus fuisset constituta merces annua ad certum tempus pro faciendo aliquod opus habens annexum peccatum, vt puta, si fuisset constituta merces alicui concubinæ, vel hominibus facinorosis, qui licet mercedem pro tempore præterito, quo suas operas præstarunt prætendere valeant, vt diximus *in par. 2. q. 76.* nō tamen pro tempore futuro, pro quo fuerunt conducti petere
20 possunt manutentionem, cum † ista non detur in quasi possessione iuris improbi, *Butr. in c. finali de caus. possession. & proprietat. Giouagnon. consil. 40. numer. 27. libr. secundo Menoch. de retinen. remed. 3. numer. 156. & seqq.* vbi ea affertur ratio, quòd nunquam potest acquiri aliqua possessio, seu quasi iuris improbi, & actus inducentis peccatum, vt post, *Tusch. quem allegat. sequitur Posth. in dicto tractat. numer. 91. cum pluribus sequentibus.*

Creditori mercedis An, & quando competat retentio rei debitoris.

QVAESTIO XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Retentio est de Iure prohibita.*
3 *Ius. in causa propria dicere nemini licet.*
3 *Retentio vnius rei pro alia aliquando est licita.*
4 *Scriptori competit retentio libri per ipsum scripti donec ei merces soluatur, Declara vt num. 5.*
6 *Notarius potest retinere acta, & processum causæ quousque ei de mercede satisfiat.*
7 *Nauta, & vecturalis retinent merces translatas nisi merces ipsis debita persoluatur.*
8 *Tutori, alijsque artificibus licitum est retinere vestes, aliasque res, in quibus eorum operam impenderunt si debita merces denegatur.*
9 *Marescalcus potest retinere equum, quem curauit pro mercede sui laboris.*
10 *Depositario, cui merces debetur, potest retinere depositum donec merces soluatur.*
11 *Famulus potest retinere rem* Domini, *qui ei debitam mercedem soluere abnuat.*
12 *Aduocatus, & procurator. possunt scripturas retinere si litigantes debitam mercedem soluere recusent, Contrarium n. 13. Declara, vt num. 17.*
14 *Retentio vnius rei pro alia est de Iure prohibita.*
15 *Decisio. 353. part. 4. diuersor. declaratur.*
16 *L. quæ omnia ff. de procurator. declaratur.*
18 *Retentio competit nedum principali creditori mercedis, sed etiam eius hæredibus, & successoribus.*
19 *Retentio rei debitoris competit creditori mercedis etiamsi creditum sit præscriptum.*
20 *Retentio creditori mercedis datur in bonis*

bonis debitoris pro rata crediti, & non vltra, Declara, vt numer. 21. & 22.

1 QVamuis retentio sit de Iure prohibita, *l. finali C. commodati l. si non inducta C. ex quibus cauſ. pign. tac. contrahat.* DD. *in l si non sortem §. si centum ff. de condit. indebit. Negusan. de pignor. membr. 4. part. 5. num. primo Surd. de Aliment. priuileg. 62. num. 8. & tit. 19. quæstion.. 32. num. 53. Garz. in tractat. de Expens. sub num. 16. in princip. Rot. decis. 691. sub num. 2. vers. & id merito part. prima in*
2 *recentior.* Quia † esset ius dicere in causa propria, quod nemini licet *l. 1. ff. ne quis in prop. cauſ. iudicet l. hoc interdictum ff. quorum legat. l. nullus C. de Iudeis l. si ex stipulatione ff. de acqiren. possess. l. miles §. penul. ff. de re iudic. l. prima §. & parui ff. quod vi*
3 *aut clam. l. penul. ff. pro leg.* Multi † tamen sunt casus in iure, in quibus permittitur, vt videre est apud *Bal. in d. l. fin numer. 2. vers. & hoc determinatur ff. commodati Bar. & DD. in d. l. si non sortem §. si centum ff. de condit. indebit. Garz. in d. tractat. de expens. d. num. 16.* Quorum aliqui cum spectent ad materiam nostri tractatus hic erunt referendi.

4 Primus igitur casus est in † Scriptore, qui potest retinere librum per ipsum scriptum donech ei merces scripturæ soluatur, *Glos. in d. l. si non sortem §. si centum verb. retinebit ff. de condit. indebit. Garz. vbi supra d. num. 16. vers. quod eadem ratio Caroc. de locat. tit. de expens. num. 58. vers. limitatur & in tit. de Scriptor. quæst. vnic. Gutier. canonicar. quæst. lib. 2. cap. 8. vers. & inducunt hoc Gratian. disceptation forens. cap. 56. num. 15. Ricc. in collectan. decis. coll. 191. in*
5 *fine vers. Item scriptor*, Non † tamen ei licitum erit retinere originale libri exemplati, pro satisfactione suæ mercedis, sed solùm exemplar per ipsum scriptorem exaratum *Alberic. & Fulgos. in d §. si centum vbi etiam Castren. numer. 6. & Ias. numer. 10. Maur. de Solution. capit. vltimo num. 23.*

6 Secundus casus est in Notario, † qui potest retinere acta, & processum litis, donec soluatur, quod sibi pro mercede debetur *Angel. in allegat. l. si non sortem, & ibidem Castren. num. 6. Faber. in suo C. lib. 2 tit. 8. definit. 22. num. 1. Surd. decis. 50. sub num. 2. Boer. decis. 15. num. 4. Arysm. Tepat. var. iur. sent. tit. 87. in fine Gayll. singular. obseruat. lib. 2. obseruat. 12. sub num. 5. Gratian. disceptat. forens. cap. 56. nu. 14. & cap. 618 nu. 6. Golin. de procurat. par. 3. cap. 5. num. 19.*

7 Tertius casus est in † Nauta, & Vecturali, quibus si merces debita pro vectura mercium translatarum non soluatur, licitum erit ipsas merces translatas retinere donec ipsis debitũ Salatiũ fuerit solutũ, *l. si non sortem §. si decem ff. de condit indeb. Bal. in l. fin. ff. commodati Garz. de expens. cap. 1. num. 16. Caroc. de Locat. tit. de expens. num. 59. Decian. respons. 109. num. 84. vers. & postremo libr. 2. Stracc. de Mercatur. rubr. de Nauib. num. 29. Negusan. de pignor. 4. membr. 2. par. num. 141. Mantic. de Tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 23. numer. 6. vol. 1, Mauson. de cauſ. execut. ampliat. 26. num. 16.* & latius diximus supra in *part. 2. quæst. 88.*

8 Quartus casus est in † sutore, fabro, & alijs quibuscumque artificibus, quibus licitũ erit retinere vestẽ, seu aliam rem, in qua eorum operam impenderunt vsquequo ipsius rei dominus de mercede satisfaciat ipsos artifices, *Ias. in d. l. si non sortem §. si centum sub num. 10. vers. & inter cætera post. Bal. in l. finali C. de Commorat. Negusan. de pignor. membr. 3. par. 5. num. 8. Surd. de Aliment. tit. 8. priuileg 62. num. 4. Merlin. de pignorib. libr. 3. titul. 1. quæstion. 51 num. 28.*

9 Quintus casus est in † Marescalco, qui equum curauit; huic namque est à Iure permissum retinere eumdem equum pro mercede sui laboris, *Bal. Castren. & Alij in l. rebus §. possunt ff. commodat. & in l. finali C. eodem Bonacoss. de equo quæst. 21. Caroc. de locat. & conduct. part. 2. tit. de Medic. quæst. 11. num. 1. & part. 4. tit. de expens. num. 56.*

10 Sextus casus est in † Depositario, qui si sit de ijs, quibus merces debetur, poterit rem ipsam, quæ fuit pœnes eum deposita, retinere donec merces soluatur, vt resoluit *Rot. in Romana releuationis indemnitatis 2. Decembris 1579. coram sanct. mem. Clemente Octauo quæ est decis. 679 par. prima diuersor.* Quinam autem sint Depositarij, quibus merces persoluenda veniat dixi.

& licet ab eodem part. prima in recentior.

Est autē notādū, quòd in casibus, in quibus poterit creditor loco mercedis retine-
18 re rē debitoris, talis † retentio cōpetat non solùm ipsismet operarijs, sed etiā eorū hæredibus, & singularibus successoribus *l. in hoc iudicium §. impendia ff. com. diuid. vbi Bar. & alij Roman. singular. 177. vbi Apostill. Seccin cons. 158. num. 28. vol. 2. Crauett. cons. 148. num. 1. Becc. cons. 97. nu. 21. Gabr. cons. 80. num. 33. vol. 2. Cephal. cons. 655. num. 15. Surd. cons. 183. num. 5. & in dicta decision. 50. numer. 4. Gratian. d. capit. 56. num. 16.*

19 Item † notandum venit, quòd possit creditor mercedis retinere rem debitoris, etiamsi creditum esset præscriptum *Duen. in regul. 306. limitat. 7. Caroc. de locat. part. 4. quæst. 2. quæst. 13. princip. n. 11.* ea ratione quia, prohibita actione, non est prohibita retentio *Giurb. decis. 60. n. 5. & seq. Merlin. de pignor. lib. 1. quæst. 25, n. 6.* quæ est fauorabilior ipsa actione *Bar. Ias. & Alij in l. 1. §. sublata ff. ad Trebellian l. pure §. fin. ff. de doli except. glos. in l. sicut §. persecutione C. de præscr. 30 ann. l. pro retentione vbi Bal. in 3. notab. C. de Vsur. Dec. in l. diem functo ff. de offic. Assessor.*

20 Demum est notandum, quòd † retentio competat pro rata Salarij, & non vltra itaut non possint retineri res magni valoris pro modica mercede, Sed Iudex ex officio mandare debet, quòd, retenta quantitate sufficienti pro satisfactione, quod reliquum est restituatur, vt notant *DD. in l. si non sortem §. si decem, & §. si centum ff. de condit. indebit. & l. colonus in fine ff. de vi, & vi armat. & in l. huius enim ff. qui potior. in pign. habean. Bal. in l. finali C. commodati Dec. d. respons. 109. sub num. 84. vers. & postremo, & num. seq. lib. 2. Mauson. de caus. executiu. d. limitat. 26. vers. Declara dummodo retineat tantum sub num. 16. Coler. de process. executiu. cap. 2. par. 1. num. 239.* Satis enim est, quòd succurratur indemnitati, & caueatur eis, vt de eorum credito satisfacti
21 remaneant: Quod † tamen intellige verum quotiescumque res retenta commodam patiatur diuisionem, Secus vero si sit indiuisibilis, *Rot. coram Caualer. decis. 652. num. 5. & in recentior. decision. 294. num. 14. & decis. 559. part. 1. & decis. 318.*
22 *num. 29. part. 6.* & † talis diceretur quotiescumque possessor non posset priuari parte, quin priuaretur toto *Rot. d. decis. 559. n. 5. par. 1. rec. Adden. ad Buratt. decis. 429. n. 11. in fine.*

Repetitio Salarij iam soluti An, & quando competat.

QVAESTIO XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Salarium indebitè solutum repeti potest.*
2 *Indebitum soluens, & renuncians conditioni indebiti credens esse debitum poterit repetere non obstante renunciatione.*
3 *Indebitum soluere nemo præsumitur.*
4 *Indebitum repetere volens tenetur probare solutionem realiter, & cum effectu sequutam.*
5 *Indebitum repetere volens tenetur probare solutionem factam fuisse indebitam.*
6 *Indebitum si scienter fuerit solutum repeti non potest.*
7 *Indebitum ciuiliter tantum facti errore non Iuris solutum repetitur, Declara, vt num. seq.*
8 *Indebitum per ignorantiam Iuris si fuerit solutum, à Minore, Muliere, vel Rustico repeti potest.*
9 *Salarij soluti repetitio competit operario qui operas non præstauit, Declara, vt num, 10.*

PRætendi valet Salarii repetitio ex capite indebitæ solutionis, vel ex eo, quòd non fuerit ab operariis præstitum seruitium propter, quod ipsum Salarium fuerat solutum, Et † si prætendatur ex eo, quòd
1 indebitè fuerit solutum, certum est, quòd de Iure repetitio competat, *l. prima & tot. tit. ff. de condit. indebit.*, & in terminis Salarii *Rebuff. ad constitut. Reg. Gallic. titul. de senten. præiudicial. seu prouisional. art. 3 glos.*
2 *12. in princip.* etiamsi † soluens renunciauerit solutioni indebiti credens esse debitum, quia quo errore soluit eodem renun-

ciauit, vt post *Guliel. de Cun. Iac. Butr. & Alber. in l. prima ff. de condit. indeb. Tiraquell. in l. si vnquam num.111. C. de reuocan. donat. Becc. conf.147. num.48. lib. 1.* Sed is, qui repetere intendit, cum habeat contra
3 se præsumptionem Iuris, † quòd nemo præsumatur soluere nisi debitum *c. qui con. queritur vbi Abb. num. 1. & 2. de solution. l. cum de indebito ff. de probat. Bar. in l. si dubitetur §. filiusfamilias in fine ff. de fideiussor. Rot. Ianuen. decis.3. num.2. & decis.5. n.5 Gratian. disceptat.569. num.28. Federic. de sen. cons.54. num. 2. Alex. cons. 83. num.1. lib.1. Ciriac. controuers.263. num. 5. & 7. & controu.486. num.23. & seq. Rot. coram Coccin. decis.95. num.2. & in Romana Computorum 7. Maij 1604. coram Cardinali Sa-*
4 *crato* debebit assumere † onus probandi non solùm solutionem *d. l. cum de indebito ff. de prob. & d. l.1. ff. de cond. indeb. Castr. cons.123. num.1. lib.2. Rot. decis.157. n.1. par.4. recen.* Et quidèm realitèr, & cum effectu sequutam, itaut non sufficeret illam probare per confessionem de recepto *Federic. de sen. cons.54. n.2. Adden. ad Burat.*
5 *dec.592. n.7. & 8.* Sed † necesse esset etiam probare quod solutio fuisset indebita *Alex. cons.83 in prin. lib.1. Dec. cons.94. n.3. in fine Rot. Ianuen. decis.104. num.14. Rot. Romana decis.38. num.2. & decis.130. n.17. par.5 in recen. & coram Buratt. decis.592. num.3. & ibi Adden. num.6. & in Panormitana Cambiorum 8. Ianuarij 1627. coram Cardinali Vbaldo, & in Romana pecuniaria 14. Ianuarij 1628. coram Pirouano, & in Narnien. seu Romana Fructuum Dotis 8. Februarij 1627. coram Cardinali Virili et in Romana pecuniaria 31. Maij 1634. coram Cardi-*
6 *nali Verospio*, Et † quòd emanasset, per errorem, & ignoranter; Nam si scienter indebitum fuisset solutum repeti minimè posset *§. is quoque Instit. quibus mod. re contrahit. obligat. l. cuius per errorem ff. de regul. Iur l.1. ff. de condict. indebit. l.1. vbi Glos. in v. iudicati vers. sextus, et l. indebitum solutum C. eodem Glos. in l. eleganter §. finali verb. dupli vers. secundus quando ff. de condit. indebit. Rot. decis.145. num.6. par 3 recentior* Quinimò non sufficeret quilibet error, sed necesse esset, quòd solutio facta fuisset per errorem facti; non autem iuris: nam in-
7 debitum † ciuiliter tantùm facti errore non iuris solutum repetitur *l. cum quis C. de Iur & fact. ignoran. Vital. variar. lect. lib.2. cap. 22. Robert. senten. lib. 1. cap. 6. in princip. Donnel. conmment. Iur. ciuil. lib.14. cap.14 Cost. de fact. scien. et ignor. cent. 1. dist. 28.*
8 *num.16. et 17.* Dummodò † non versemur in solutione facta à muliere, minore, vel Rustico, qui repetere possunt etiam indebitum per ignorantiam iuris solutum, *l. regula ff. de Iur. et fact. ignoran. l. quamuis §. interdum ff. ad Velleian. l. cum de indebito §. sin autem ff. de probat. Bar. in l. ex quibusdam §. cum plura num. 3. ff. de Iure fisci Ant. Gomez. var. tom.2. cap.13. n.16. post. med. Fontanel. de pact. Nupt. concl.4. glos.7. n.18 et seqq.*
9 Si † vero prætendatur repetitio Salarij ex quo non fuerit ab operarijs præstitum seruitium, propter quod Salarium fuit solutum poterit quidèm Agens obtinere ita expressè disponente tex. in *l. si vno 17. §. item cum quidam ff. de locat. et conduct. et in l. si pecuniam ff. de condit. caus. dat. Eliseus Daza in pugn. DD. tit. de Salar. cap.2. num.37. post Rouit. quem allegat. in pragmatic.5. de*
10 *offic. Iudic. num. 6.* Sed † probare debebit, quòd steterit per operarium, quin operas præstauerit; nam si fuisset ab ipso Domino impeditus, non tenebitur operarius ad restitutionem, vt est text. expressus in *l. qui operas ff. locat.* ibi: Qui operas suas locauit totius temporis mercedem accipere debet, si per eum non stetit quominus operas præstaret &c, & comprobatur ex *l. sed addes §. cum quidam, et Glos. in l. si vno §. item cum quidam verb. personis ff. eodem tit. Bar. in l. 1. §. Diuus num.1. in fine ff. de var. & extraordinar. cognit. Natt. cons.452. num. 2. Dec. cons. 70. num. 1. in fine Aldobrandin. cons.8. num.15. lib.2. Noguerol. allegat.33. num.64. & seqq. Rot. coram Buratt. decis.5 num.13. et decis.79. num.9. et inter diuers. decis.839. par.4. et in recentior. dec.330. numer.3. par.1. et decis.265. num. 3. part.2. et coram Caualer. decis.520. per tot. et in Vrbinaten. Salarij 26. Iunij 1652. coram R.P.D. Zarate*. Et nor latius dicemus infra in *quæst.103.* vbi agemus de Exceptione non implementi

Operarij

Operarij si in locatione suarum operarum decipiantur vltra dimidiam iustæ mercedis An possint intentare remedium c. cum dilecti de empt. & vendit. & l. 2. C. de rescind. vend.

QVAESTIO XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Emptori, aut Venditori læso vltra dimidiam iusti prætij competit remedium c. cum dilecti de empt. & vend. & l. 2. C. de rescind. vendit.*

2 *Conductores, & Locatores læsi vltra dimidiam iustæ mercedis instare possunt pro supplemento, vel diminutione mercedis, vel pro rescissione contractus.*

3 *Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. non habet locum in locatione operarum, et num. 6.*

4 *Valor operarum non est vniformis.*

5 *Valor operarum variatur à maiori, vel minori habilitate operariorum.*

1 EMptori, † aut Venditori læso vltra dimidiam iusti prætij subuenitur rescissione contractus, vel supplemento iusti prætij ex dispositione *c. cum dilecti de empt. et vendit. et l. 2. C. de rescinden. vendit.* Pro† quibus instare posse etiam conductores, & locatores, qui vltra dimidiam iustæ mercedis fuerint in contractu læsi firmant *Barbos. in collectan. DD. ad d. c. cum dilecti num. 15. de empt. & vendit. Pinel. in d. l. 2. par. 1. cap. 1. num. 17. Bellacomb. commun. opin. tom. 1. lib 4. tit. 30. nu. 48. Gabr. commun: opin. tit. de locat. conclus. 1. n. 3. Cæuall. commun. opin. contr. commun. quæstion. 536. num. 27. Gratian. disceptat. forens. cap. 185. à num. 1. Molin. de Iust. et Iure disput. 487. vers. septimo Azor. instut. moral. par. 3. lib. 8. de locat. et conduct. cap. 11. quæstion. 1. Rot. decis. 128. sub nu. 3. vers. quantum vero par. 4. diuersor.* Ex quo inferri posse videtur, quòd si operarij in locatione suarum operarum decipiantur vltra dimidiam iustæ mercedis possint intentare remedium *d. c. cum dilecti de empt. et vend. et 3 l. 2. C. de rescinden. vendit.* Sed † contrarium est veritas, non enim remedium prædictum competere potest in locatione operarum, quarum æstimatio emanat ab ipsis operarijs 4 nec† habent vniformem valorem *Florian. in l. 3. §. constituitur. ff. de Vsufruct. Henric. Boic. in c. rescripto num. 14. de Iureiuran. Azo in summa C. tit. locat. num. 7. Gayl. de pace public. lib. 2. cap. 7. num. 23. in fine & est tex. in l. stipulatio §. habet autem in fine vbi glos. in verb. placuerit ff. de nou oper. nunciat. l. sed et hæ §. prætor. et §. fin vbi glos. in verb. defendere in princip. ff. de procurat l. rescriptum 5 §. 1. ff. de pact.* Variatur † enim valor ex maiori, vel minori peritia, industria, & habilitate operariorum *l. nemo est qui nesciat ff. de duob. reis Corn. cons. 157. num. 6 lib. 4* 6 Et † ita in nostris terminis firmant *Barbos. in d. c. cum dilecti num. 26, Pinell. in d. l. 2. par. 3. cap. fin. nu. 18 in fine Gratian. discept. forens. d. cap. 186. num. 8. Salas de Contract. tract. de Empt. dub. 27. num. 12. Bobadilla in sua politic. lib. 3. cap. 5 num 43. cum seq. Gutier. practicar. lib. 2. quæst. 144. Auendan. de exequend. mandat. reg. par. 2. cap. 13. nu. 3.* & resoluit Rot. in Romana mercedis 23. Ianuarii 1591. coram Orano, quæ est *decisio. 128. numer. 4. part. 4. diuersorum.*

Nec in contrarium facit id; quod diximus supra in quæstione 11 numero 5. vbi, quòd, Salarium inter Aduocatum, & clientem conuentum possit à Iudice moderari habita ratione laborum non attenta conuentione inita, Idque procedere etiam in Medicis, & Procuratoribus firmauit *Cæuall. commun. opinion. contra. commun. quæst. 288. in fine* Etenim aduertendum est, hoc esse speciale in Aduocatis, Medicis, & similibus, quorum opera cum versetur in conseruandis vita, honore, & bonis, facilè induci poterant ij, qui ipsorum opera indigebant, ad promittendam mercedem immoderatam, & propterea voluit huic absurdo Lex prouidere taxando mercedem Aduocati in certa summa, vt videre est in *l. 1. §. licita autem quantitas ff. de var. et extraordinar. cognit.* & tribuendo facultatem Iudici moderandi aliorum similium operariorum mercedes conuentas vltra summam debitam, vt aduertunt *Cæuall. d. quæst. 286. num. 9. Gratian. disce-*

ptat. forens. cap.56. sub num.4. vers. ad exemplum Segur. Dauaalos. in suo director. Iudic Eccles. cap.13. in 1. part. num.6. & sequen. cum alijs relatis in d. quaest.11. num.5.

An, & qui Creditores Salarij praeferantur in concursu alijs creditoribus anterioribus in bonis communis debitoris.

QVAESTIO XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Prior in tempore praefertur coeteris creditoribus concurrentibus pro satisfactione in bonis communis deditoris.*

2 *Creditores mercedis ex causa studii praeferuntur aliis creditoribus etiam anterioribus, Contraria opinio n.4. quae reprobatur nu.6.*

3 *Creditores mercedis ex causa studii non tenentur in receptione eorum crediti praestare cautionem de restituendo prioribus, & potioribus.*

5 *Priuilegia debent esse in Iure expressa, & non debent ex argumentis deduci.*

7 *Creditores ex causa conseruationis rerum debitoris praeferuntur aliis creditoribus etiam anterioribus.*

8 *Aduocati, et procuratores praeferuntur in bonis debitoris aliis creditoribus etiam anterioribus si agant pro mercede patrocinii praestiti pro ipsorum bonorũ acquisitione, vel defensione.*

9 *Fideicommissi bona, pro quorum defensione, vel recuperatione Aduocatus patrocinium praestitit alienari possunt pro soluendo ipsius honorario, Amplia, vt num.10.*

11 *Feudalia bona alienari poterunt pro praestando honorario Aduocato, qui patrocinium praestauit in causa vertente super ipsis bonis.*

12 *Fedum obligatur pro necessitatibus sui easa prouenientibus, Declara, vt numer. 16.*

13 *Expensae litis pro conseruandis feudis in familia onus feudi sunt, ad quas tenetur successor in feudo.*

14 *Expensae litis dicuntur vtiles, & assimilantur ijs, quae fiunt in re.*

15 *Patrocinium pro defensione rerum dicitur ipsas res seruare.*

17 *Salaria Exactorum pro exigendis creditis, ex quibus satisfiat creditoribus soluuntur ex bonis debitoris cum praelatione.*

18 *Administratores, quibus pro rebus administrandis fuit Salarium constitutum possunt in concursu illud consequi cum praelatione.*

19 *Custodes rerum praeferuntur in ipsis rebus pro eorum mercede alis creditoribus etiam anterioribus.*

20 *Institores in rebus Apothecae, cui fuerant praepositi, consequuntur mercedem ante alios creditores etiam anteriores.*

21 *Vecturales, & Nautae in mercibus translatis consequuntur mercedẽ ante alios creditores etiam anteriores.*

22 *Artifices praeferuntur pro eorum mercede aliis creditoribus etiam anterioribus, in rebus, in quibus eorum operam impenderunt.*

23 *Creditor ex causa alimentorum praefertur aliis creditoribus, etiam anterioribus.*

24 *Medici opera est necessaria pro substentatione corporis humani.*

25 *Medicus agens pro consecutione mercedis debitae ex eo, quòd debitorem infirmum curauerit praefertur aliis anterioribus creditoribus.*

26 *famuli pro eorum Salario praeferuntur aliis creditoribus etiam anterioribus.*

27 *Salaria famulorum veniunt appellatione alimentorum.*

28 *Pauperes in concursu creditorum praeferũtur aliis etiam anterioribus.*

CONcurrentibus pluribus creditoribus pro satisfactione eorum crediti in bonis communis debitoris ordo
1 est, vt † prior in tempore coeteris praeferatur, *l. qui prior de regul. Iur. in 6. l. si fundum C. qui potior. in pign. habean. l. creditori ff. eodem tit. l. qui balneũ in princ. ff. eodem l. diuersis C. eodem Angel. in l. pupillus num.1. vers. similiter ff. quae in fraud. credit. Dec. cons.689. n.1. Negus. de pignor. par.5. memb.2 n.1. & 5. Gait. de credit. num.1193. capit.4. Rot.*

Rot. Recen. decis. 34. num. 1. & decis. 303. num. 3. par. 4. & decis. 174. num. 3. part. 6. et in Ariminen. Saluiani 30. Maij 1646. coram Reuerendiss. P. D. meo Bichio.

Talis autem ordo non attenditur pluribus in casibus, inter quos quatuor numerantur, ad nostram materiam pertinentes,
2 & Primus est, quando † concurrunt in bonis communis debitoris creditores mercedis ex causa studij, vt puta, Iudices, Doctores, Aduocati, Assessores, Ludimagistri, & similes, ad quorum fauorem inducitur per Legem tacita hypoteca cum priuilegio prælationis, ita ex, *Bar. Angel. Soccin. sen. & Iun. Ias. Rip. & Alciat. in l. 1 ff. solut. matrimon.* communem dicit *Bochcrus de Legitim. nupt. lib 6. num. 42. Horat. Luc. de priuileg. Scholar. priuileg. 34. Barbos. in d. l. prima par. 7. sub num. 25. vers. & infertur ff. solut. Matrimon. Alijque relati per Gratian. disceptat forens. cap. 267. num. 17.*
3 *& seqq.* Et † hinc est, quòd creditores huiusmodi in receptione eorum crediti non cogantur præstare cautionem de restituendo prioribus creditoribus, cum nullus creditor vnquam ipsis præferri possit, *Gratian. d. disceptat. 257. num. 31. Pascal. de patr. potest. part. 4. cap. 6 sub num. 67, Gait. de Credit. cap. 4. quæst. 11. num. 2568. Rot. in Romana Mercedis 1. Iunii 1569. coram Oradino.*

4 Et † Quamuis de hac opinione valde dubitet, *Florez. practicar. quæst. lib. 1. quæst 8 §. 1. num. 70.* Imò clarè concludat, non dari istam hypotecam cum prælatione pro mercede debita ex causa studij, adducendo rationem, quòd nulla Lex hoc exprimat, Sed Doctores id deducant fauore studij, & publicæ vtilitatis, & propterea talis opinio non sit attendenda, cum pri-
5 uilegia † debeant esse in Iure expressa, & non sint ex argumentis deducenda *c. penul. vers. non sic de priuileg. in 6. l. scrinarios C. de Testam. milit. auth. habita C. ne fil. prò patr. l. 3. in fine C. de priuileg. scholar. libr. 12. l. ius singulare ff. de legib. Dec. in c sane numer. 13. de priuileg. Alex. in l. scrinarios numer. 2. in fine ff. de militar. testamen. Rodriquez. de concurs. creditor. par. 1. art. 3. nu-*
6 *mer. 23.* Adhuc † tamen in eadem sententia persitendum venit tamquam communi Doctorum subscriptione accepta, vt testatur idem *Florez. d. quæst. 8. num. 70. in fine vers. sed tamen Barbos. vbi supra sub d. numer. 25. vers. infertur secundo Rebuff. de priuileg. Scholar. priuileg. 82. num. 3. & priuileg. 118, num. 2.*

7 Secundus casus est quando † concurrunt illi, qui creditores sunt ex causa conseruationis rerum debitoris, Huiusmodi namque creditores præferendi veniunt aliis anterioribus habentibus expressam generalem, & specialem, vel tacitam hypotecam anteriorem *ad tex. ibique Glos. Bar. Salicet. & Alii in l. interdum ff. qui potior. in pign. habean Barbos. in l. 1. par. 6. num. 12. ff. solut. matrimon. Gayll. singular. obseruat. lib. 2. obseru. 25. num. 8. Decian. respon. 109. num. 29. lib. 2. Gait. in d. tractat. de Credit. cap. 4. num. 2010. & 2014. Surd. in tractat. de Aliment. tit. 8. priuileg. 62. num. 12. Gratian. disceptat. forens. cap. 670. num. 8. & 9. Merlin. Pignattell. contr. cap. 26. numer. 1. Mantic. de Tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 23. num. 1. Vincent. de Franch. decis. 97. num. 1. Adden. ad Buratt. decis. 62. num. 10. Marc. Medic. dec. Senen. 18. exam. 11. Io. Franc. à ponte dec. 34. n. 3. Rot. dec. 322. n. 22 par. 5. recen.*

8 Ex quo infertur, quòd † Aduocati, Procuratores, & Alii, qui pro conseuandis, seu recuperandis bonis patrocinium præstiterint, eorum honoraria consequi debeant ante omnes alios creditores quantumuis expressam, & specialem hypotecam habentes *Bar. in l. interdum numer. 4. ff. qui potior. in pign. habean. Alex. cons. 217. num. 2. libr. 6. Gratian. disceptat. forens. cap. 257. num. 17. & seqq. Pascal. de patr. potest. part. 4. cap. 6. sub nu. 67. Anton. Amat. variar. resolut. lib. 1. resolut. 3. numer. 10. Vgolin. de procurator. part. 4. cap. 5. num. 50. Rot. in Romana Salarij 1. Iulii 1569. coram Oradino, & in Bellucana Discussionis 24. Maii 1574. coram Cardinali Lancellotto, & in Romana Salarii 4. Decembris 1626. coram Durano, & in Ancenitana Censuum 22. Iunii 1626. coram eodem quæ inter eius impress. sunt decis. 53. num. 6. & seqq. & decis. 212. num. 23.* Huiusmodi enim patrocinia pro recuperatione, vel conseruatione rerum sunt eisdem rebus adeo connexa, vt tanto minus in illis videatur adesse, quantum pro Salario soluendum venit, *l. quod dicitur vbi Bar. & Alii ff. de impens. in rebus dot. fact. Afflict. decision. 359. numer. primo et 2.*

& 2. Duran. d. decis. 53. vers. tantominus sub num. 7. & in d. Romana Salarii coram Oradino, Et in puncto quod Salaria debita pro patrocinio eorum, qui causam defenderunt debeant ante omnia deduci, & sint priuilegiata contra omnes creditores firmant, *Grat. respons. 9. incipien. Viso testamento num. 17, vers. eodem modo libr. 2. Peregrin. de fideicommiss. art. 50. per tot. & præsertim num. 9. & 12. Rot. coram Seraph. decis. 925. num. 3. vers. quantum ad tertium et coram Duran. d. decis. 53. num. 8. et coram san. mem. Gregor. XV. decis. 197. et in d. Romana Salarii 1. Iulii 1569. coram Oradino*,

9 Quinimmo adeo † sunt huiusmodi honoraria priuilegiata, vt pro eorum solutione deueniri possit ad alienationem bonorum fideicommisso subiectorum, in quorum defensione, seu recuperatione patrocinium Aduocati, vel procuratoris fuit impensum *Emil. cons. 14. num. 4. in fine et per tot. Io: de Anan. cons. 32. nu. 10. Crauett. cons. 202. numer. 151. Peregrin. de fideicommissis d. art. 50 num. 9. Rot. decis. 517. num. 6. part. 4. diuersor. et coram san. mem. Gregor. XV. dec. 197.*

10 *num. 4. vbi Adden. num. 6.* Etiamsi † ex tali patrocinio non resultauerit sententia fauorabilis, *Seraphin. dicta decis. 925. num. 5. Duran. d. decis. 53. num. 9. Adden. ad Gregor. XV. eadem decis. 197. num. 6.* Rot. *decision. 517. num. 7. part. 4. diuersor. et. in Bononien. bonorum de Mulettis 18. Aprilis 1603. coram Cardinali Pamphilio*. & in dicta Romana Salarij coram Oradino, quæ cum in hac materia sit singularis illam hic transcribere volui, & est tenoris sequentis videlicèt.

Petrus Mattheus sollicitator, & procurator hæredum bo. me. Cardinalis Bellucci admittendus ad concursum aliorum creditorum in discussione bonorum pro tẽpore, quo inseruiuit Cardinali viuenti, & pro tempore autem post illius mortem videtur omnibus præferendus.

Patent fundamẽta, quia officia, & exercitia ipsius Petri præstita sunt hæreditati annexa illam iuuando, defendendo, augendo, pro ea procurando, sollicitando & eius vtilitati inuigendo, quæ adeo coherent ipsi hereditati, vt tanto minus in illa inesse videatur quanto pro mercede soluenda est *l. quod eorum vbi Bart. & alij de impens. in re dot. fact. glos. in l. 1. eod. tit. l. 1. §. sed ne ob impensas C. de rei vxor. act. Afflict. decis. 359. num. 1. & 2.*

Dicitur talis impensa necessaria *d. l. 1. §. inter necessarias & l. seqq. ff. de impens. in re dotal. fact. Ias. in l. fin. §. in computatione num. 2. vers. 5. C. de Iur. delib.* vbi æquiparatur hæc actioni funerariæ, inuentarij, & õnes aliæ Impensæ necessariæ pro hereditate, ex eius bonis ante omnia solui debent, & de illis nullus est locus restitutioni loco pietatis, & in primis deducuntur tanquam æs alienum, & cum prælationis prorogatiua habentium hipothecam, quæ præfertur actionibus hipothecarijs anterioribus, *Rip. in l. quæsitum in princ. num. 7. de priuil. creditor.* Spectantque ad defensionem bonorum, & ad perpetuam illorum securitatẽ *l. 3. §. hoc generaliter eod. tit* & cõcernunt ipsa corpora bonorum tanquam illis annexa *d. l. 1. in. 2. resp.* & Ideo creditores sibi de dictis rebus satisfieri volentes necesse est, vt accipiant illa cum onere *l. si debitor C. de distr. pign. l. debitores C. de pign. l. debitorem C. de pact.*

Cumque dicti Petri officia meliorem bonorum conditionem effecerint ea liberando à calumniosis molestijs prætensorum creditorum sequitur, quòd tria priuilegia consequutus est Petrus.

Primum, quòd alijs personalibus Creditoribus præferatur.

Secũdum, quòd in rebus defensis habeat tacitam rei hipothecam.

Tertium, quòd Cœteris Creditoribus, & expressis hipothecis seu tacitis præferri debeat, *l. interdum vbi glos. in vers. tradidero ff. qui potior. in pign. habeant. Bart. ibi nu. 4. & Salic. num. 3. & l. seqq.* ibi: quòd Ideo hoc est quia officium ipsius res ipsas seruauit *Alex. cons. 217. n. 2. lib. 7. Rip. in l. priuilegia numer. 32. & 35. ff. de priuileg. credit.* Aliàs ex officio Petri locupletarentur creditores cum illius iactura, quòd esse non debet obstat enim regula *l. nam hoc ff. de cond. Indebit. cum vulg.*

Quia, qui defendit bona & liberauit cęteras molestias, et persecutiones temerariorum lucrum dicitur actulisse *c. veniens il primo de testibus l. si quis obligatione de reg. Iur. Specul. de vsur. in fin.*

Graueque quidem, est, alium sudore, & labore suo fraudari *l. cum oportet vers. sic etiam vbi glos. in verb. grauius c. de bonis liber*

ber daretur eius remedium saltem ex *l. si me & tium ff. si cert. petat.* ergo longe magis exceptio *l. si venditor ff. de except.*

Non obstat quòd Petrus, inseruiuerit heredibus, quos obligatos habet personali actione bona autem sint taliter heredum, vt potuerit ispe deteriorem conditionem facere alijs obligando *d. l. si debitor. C. de pign & l. debitorem, C. de pact.* Quia, cum expensæ sint vtiles, & necessariæ vt supra, non potest dici facta deterior conditio Creditorum, & quia, cum hæredem adiuuent cũ, beneficio leg. & inuent. ipsi hæredes prius possent detrahere huiusmodi expensas, quàm Creditoribus satisfaciant *l. fin. §. in computatione* ibi: vel alias necessarias causas, & ibi quod omnes *C. de Iur. delib. Alex. ibi in 3. notab. num. 3. & 4. Rom. cons. 226. nume. 6. vers. si autem in alijs Ias. in §. in computatione num. 3. & ibi Ang.* voluit, quòd procedat etiam in impẽsis factis per hæredem ad sui ipsius defensionem contra alios prætendentes se hæredes præcipuè, *Ias. in primo not. num. 3. vers. ratio patet post Angel. Paul. & Alex. num. 3.* & proprius per *Franciscum de Porcellinis in tractat. de inuent. 2. quæst. principali circa 7. & 8. vtilitatem numer. 6. d. §. in computatione num. 4.* cum tales impensæ funeris impẽsis equipolleãt & cum eis pari passu ambulẽt, ac funeraria actio præferatur creditorib⁹, etiam hipothecarijs vt de communi testatur *Rip. d. l. quæsitum dictis locis supra citatis.*

Adeo, quòd eidem Petro competat actio mandati *l. Salarium ff. mandati vel act loc. Bar in l. prima in fine de procur.* & non teneatur cauere, cum alijs preferatur, & sic cessat causa, ob quam cautio præstatur *l. hac autem ff. si cui plusquam ff. ad leg. falcidiam l hæc stipulatio §. diuus quoque pius ff. vt leg. seu fideicom. nomin. caueat*

Non obstat si dicatur defensio in aliquibus non vtilis vbi quando succubuit, quia non debuit ipse iura hæreditatis indefensa dimittere, *Bart. in l. causam §. in hac il secondo de Iud. sol. vbi uide per l. non est ignotum C. de admini str. tut.*

Ex quibus resultat resolutio, quòd idem Petrus sit cœteris omnibus alijs creditoribus anterioribus, & habentibus hipothecam præferendus sine aliqua cautione præstanda, & prius sit satisfaciendus &c.

Et quod diximus de bonis fideicõmissa-
11 riis procedit † etiam in bonis feudalibus ex pacto, & prouidentia, quæ poterunt alienari pro mercede debita Aduocatis, & procuratoribus, qui patrocinium præstarunt in causa super ipsis bonis vertente *c. 1 de feud. guard. vbi Isern. num. 4. Intrigliol. de feud. cent. 1. quæst. 8. num. 288. & cent. 2 art. 7. num. 153. Petr. Gregor. Confess. feud. part. 2. quæst. 10. num. 19 Peregrin. d. art. 50 num. 12. Ann. sing. 203. & post Isern. Mastrill. & alios, quos allegat, firmat. Borell. in summa decis. tit. de Aduocat. numer. 102. Vrsill. in suis conclusion. verb. Aduocatus con-*
12 *clus. 60. num. 33. & sequ.* Obligatur † namque feudum pro necessitatib⁹ sui causa prouenientibus, *Bal. in l. 2. num. 5. C. commun. de leg. Curt. de feud. par. 4. princip. in vlt. cas. priuat. feud, quæst. 6. Intrigiol. dicto art. 7. à num. 53. cum seqq. et cent. prima quæst. nona*
13 *num. 200, Lanar. cons. 8. num. 7.* Sed † litium expensæ pro conseruandis feudis in familia onus feudi sunt, ad quod tenetur successor *Schader. de feud. part. 7. cap. 7. nu. 43. Intrigl. decis. 16. num. 26. Pinell. in l. prima part. 2. num. 68. C. de bon. matern. Petra de fideicommissis quæst. 15. num. 215. Molin. de Primogenit. cap. 27. num. 11. & quæst 10. num. 15. Palaez. de Maiorat. part. 4. qu. 26. Pont. decis. 4. num. 30. Ias. in l. si non sortem §. si centum final. ff. de condition. indebit.* Et
14 † vtiles dicuntur, eisque assimilantur, quæ in re fiunt *Torniol. cons. 106. num. 48. Gratian. discept. forens. cap. 257. nu. 27.* quia successorum conditio melior fit quando feuda liberantur à calumniosis litigantium molestijs, Adeo vt, qui illa liberauit præferendus sit personalibus creditoribus, & in rebus defensis tacitam habeat hypotecam etiam cum prælatione aduersus alios habentes etiam expressam hypotecam anterio-
15 rem, quasi † tali cum officio, & patrocinio feudum ipsum seruauerit, *Gratian. disceptat. forens. d. capit. 257. nu. 29. ex Bar. in l. interdum num. 4. ff. qui potior. in pign. habean. Alex. cons. 217. num. 2, vol. 6. Rip. in l. qui aliqua. num. 32. & 35. ff. de priuileg, Creditor.*

16 Quod † tamen intelligendum esse existimo cum tali distinctione videlicèt, quòd si lis patrocinata versetur circà vtilitatem feudatarii non habeat Aduocatus in feudo talem hypotecam, vt pro mercede debita possit pro alienatione feudi instare, sed debeat

beat satisfieri ex fructibus, *Pinell. in dicta l. prima part. 2. num. 68. C. de bon. matern. vbi etiam Bar. Bal. Ang. & Corn. Alex. in l. Vsufruct. num. 4. ff. ad leg. falcid. Crot. in l. frater à fratre num. 123. ff. de Condit. indebit. Meneac. de success. creat. libr. primo §. 5. num. 13. circa finem* Quando vero lis non esset ad solum commodum feudatarii sed ad perpetuam feudi vtilitatem, tunc contra ipsum feudum possit iura sua exercere cum prælatione omnium concurrentium, & hanc distinctionem approbant *Molin. de primogenit. libr. primo cap. 27. col. fin. vers. si autem Bald. in auth. excipitur num. 4. C. de bon. quæ liber. Castren. in l. finali §. vbi autem num. 7. C. eodem Bald. in l. finali §. in computatione numer. 3. C. de Iure deliberan. Crot. in l. frater à fratre num. 124. ff. de condit. indebit. Franc. Marzar. in epitom. fideicom. par. 3. quæst. 67. cum alijs quos refert, & sequitur Intrigliol. dicta decis. sicil. 16. num. 29.*

17 Infertur secundo, vt † Salaria Exactoribus pro exigendis creditis debita, sint in concursu creditorum deducenda primo loco ex bonis debitoris cum prælatione; quoniam per Exactorum laborem saluum remansit patrimonium debitoris, ex quo creditores satisfactionem consequuntur, vt post *Anton. Fabr. libr. 8. C. titul. 8. diff. 7. & & Rebuff. ad Constitut. reg. Gallic. tom. 1. tit. de Litteris obligator. art. 12. glos. vnic. n. 8. in fine firmat Carleual. de Iudic. tom. 2. disput. 32. num. 4.*

18 Infertur Tertio, quòd † Administratores, Tutores, Curatores, & similes, quibus pro rebus administrandis fuit Salarium constitutum, possint illud consequi in concursu aliorum cum prælationis priuilegio, *Mart. Medic. decis. senen. 19. numer. 3. & seqq. Merlin. de pignor. lib. 3, tit. 1. quæst. 5. num. 30.*

19 Infertur Quarto, cum † anterioritatis priuilegio concurrere pro consequenda eorum mercede Custodes animalium, fructuum, & aliarum quarumcumque rerum, vt per *Plot. in l. si quando num. 874. C. vnde vi Negusan. de pignor. in 3. membr. 6 part. num. 14. Alciat. de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 13. Menoch. de recuperand. possess. remed. 11. num. 8. Gigas de pension. quæst. 39. num. 10. Natt. consil. 536. num. 8. 9. & 10. vol. 3. Roman singular. 336. Borgnin. dec. 23 num. 32. Caroc. de locat. & conduct. part. 5. tit. de difformitat. quæst. 5. num. 4. fol. 260. Gait. de Creditor. capit. quarto quæstion. 11. num. 1558.*

20 Infertur Quinto, quòd † eodem priuigio fruantur Institores, qui in rebus Apothecarum, & negociorum quibus fuerunt præpositi anteponuntur pro eorum mercede aliis creditoribus, eo quia Institores reputentur quasi custodes, & conseruatores rerum in negociatione deductarum, *Amator. Rodriquez. de Concurs. & priuileg. creditor. part. 1. art. 3. num. 26. Gait. de credit. in appendic. cap. 4. num. 123.*

21 Infertur Sexto, Vecturales † & Nautas pro eorum mercede in mercibus translatis habere hypotecam cum priuilegio, quòd præferantur aliis quibuscumque creditoribus, *l. huius ff. qui potior. in pign. habean. Bart. & Salicet. in l. interdum ff. eodem titul. Mantic. de Tacit. libr. 11, tit. 23. in princip. Molphes. de Contract. tit. de pignor. capit. 18. num. 36. Molin. de Iust. & Iure disput. 438 num. 11. & disputat. 536. nu. 17. & seq. Rodriquez. vbi supra num. 19. & seqq. Gait. de credit. d. cap. 4. num. 1556. Merlin. de pignor loc. cit. num. 12. in fine, Dcian. respons. 109. num. 85. lib. 2.*

22 Infertur demum, quòd † Artifices, & operarii omnes in rebus, in quibus suam operam impenderunt, habeant priuilegium, vt ex eis primo loco deducenda veniat eorum merces, & quod reliquum est aliis creditoribus sit distribuendum, prout de Fabro, Sutore, Marescalco, Scriptore, & aliis firmat idem *Merlin. vbi supra n. 25. 29. & 31. post Angel. in d. l. interdum num. 2 Surd. de Aliment. tit. 8. priuileg. 62. num. 12 Mart. Medic. decis. senen. 19. nu. 19. & 20. Gait. de Credit. in appendi. c. ad capit. 4. num. 132. Roderiquez. in d. tractat. part. 2. art. 4.*

23 Tertius † casus ad nostram materiam pertinens, in quo prior in tempore non præfertur, est quando concurrit creditor ex causa alimentorum, *Felician. de Censib. tom. 2. lib. 3. cap. 5. num. 12. Rodriquez. dicto tractat. de Concurs. creditor. part. prima art. 3. ex num. 19. Carleual. de Iudic. tom. 2. libr. 1. disputat 29. num. 2.* sub quorum creditorum classe militare possunt Medici,
24 † quorum opera, cum ad substentationem humani corporis reputetur necessaria; vt ha-

habetur *Eccles. cap.*38, ibi: Da locum medico proprer necessitatem &c.&ibi: Da locum medico etenim illum Dominus creauit,& non discedat à te quia opera eius sũt necessaria &c;propter a veniunt appellatione alimentorum, *vt late diximus supra*
25 *part. prima quæst.*18. Itaut medicus† agens pro consecutione mercedis debitæ ratione operæ impensę in curando infirmum sit cœteris creditoribus præferendus, *ad tex. in l. restituenda vbi notat Bal. & Salicet. C. de petit. hæred. cum alijs allegat. per Mastrill. decis.*10. *num.* 10, *Carleual. de Iudic. tom.*2. *lib.*1. *tit.*3. *disput.*29. *num.*7.
26 Item volunt aliqui inter † istos creditores connumerandos esse famulos, qui debitori seruitium præstarunt, itaut cœteris creditoribus pro eorum Salario præferantur, vt videre est apud, *Felician. de Censib. tom.*2. *lib.*3. *cap.*5. *num.*12. *vers. sed eximiam*, cuius sententiam in parte approbauit *Larrea decis. granaten.*85. *num.*4. *&* 6. *Carleual. d. disputat.*29. *nu.*13. *& dixit Rot. in S. Seuerin. Dotis seu Saluiani* 4. *Maij* 1640. *coram Reuerendiss. P. D. Dunozetto Decano quæ est decis.*187 *num.*30. *inter recollectas per me post tractat. de Obligatione Camerali*, ea
27 ratione, quia Salaria † famulorum veniunt appellatione alimentorum, in tantùm vt is, qui ad præstanda alimenta obligatus reperitur, teneatur prouidere alimentato de famulis, eisque Salarium soluere si personæ alimentatæ qualitas id requirat, *Glos. in §. illud quoque dubium verb. onera, & ibi Bar. num.*3. *Auth. de non eligen. secund. nuben. Abb. in c. quanto num.*4. *de censib. Ioan. Lup. in repetit. Rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.*68. *num.*5. *&* 6. *& in c. per vestras tertio notab. in princip. num.*2. *vers. ad ad hoc est textus eodem tit. Borgnin. de Vsufruct. mulier. relict. num.*17. *Grammatic. decis.* 113. *num.*29. *Bonacoss. de famul. quæstion.*245. *Rebuff. de prileg. Scholar priu.*166. *vers. præterea qui tenetur sub nu.*279. *Surd. in tractat. de Aliment. tit* 4. *quæst.*24. *num* 9 *& seqq. Rot. in Maceraten. redditionis rationis* 17. *Martij* 1645. *coram Reu. P. D. Meltio.*

Quartus, & vltimus casus est, quando
28 † is, qui agit pro consecutione mercedis est pauper, & miserabilis, ex priuilegio enim concessu per san. mem. Pium Papam V. in constitutione ædita de Anno 1567. inter eius *impress.*27. & confirmato per aliam similem constitutionem à san. mem, Paulo Papa V, inter *impress.* 72. habetur, quòd huiusmodi creditores cœteris aliis præferantur, quod coram omnibus ordinarijs Iudicibus seruandum esse notat *Cherubin in compend. Bullar. tom.* 2. *ad d. Constitut.*27. *Pij V, Schol. primo, & secundo & post eum Leoncill. de priuileg. pauper. part.*2. *priuileg.*325. *num.*1.

Salarium fuisse conuentum quomodo probari possit.

QVAESTIO C.

SVMMARIVM.

1 *Confessione partis nulla potest adduci melior probatio.*
2 *Confessio partis superat omne probationis genus.*
3 *Confessio partis præualet depositionibus testium.*
4 *Confessio partis præualet instrumentis.*
5 *Confessionem propriam impugnare nemo potest.*
6 *Confessio iudicialis dicitur, quæ fit in iudicio.*
7 *Confessio extraiudicialis quænam sit?*
8 *Confessio iudicialis, & extraiudicialis probant Salarii conuentionem, Amplia, vt num.* 10.
9 *Cofessus pro iudicato habetur.*
11 *Conuentio Salarii probatur per confessionẽ partis factam in libello, seu Monitorio.*
12 *Conuentio Salarii probatur per confessionem emanatam in positionibus.*
13 *Conuentio Salarii probatur per responsionem datam positionibus, Amplia, vt num.*14.
15 *Conuentio Salarii probatur per confessionem factam in articulis, Declara, vt num.*16.
17 *Conuentio Salarii probatur per confessionem emanatam in exceptionibus, Contrarium*

trarium numer. 18. Intellige, vt num, 19.

20 *Conuentio Salarii probatur per confessionem resultantem ex productione scripturarum.*

21 *Producens scripturas fatetur omnia in illis contenta esse vera, Amplia vt nu. 22. & 25*

24 *Confessio extraiudicialis de Iure ciuili probationem non facit.*

25 *Confessio extraiudicialis de æquitate canonica plenè probat in omni iudicio, Intellige vt num. 26.*

27 *Confessio verbalis extraiudicialiter facta probatur per duos testes contestes de illa deponentes.*

28 *Conuentio Salarij probari potest per confessionem factam in contractibus, Amplia vt num. 29.*

30 *Conuentio Salarij probari potest per confessionem factam in testamento.*

31 *Conuentio Salarij probatur per confessionem emanatam in Apocis, mandatis, & ordinibus.*

32 *Conuentio Salarij probari potest per confessionem emanatam in præcibus principi porrectis.*

33 *Confessio extraiudicialis non admittitur ad probandum in Vrbe vbi ex dispositione statuti est seruandum Ius Ciuile.*

34 *Confessio extraiudicialis admittenda venit ad probandum in causa salarij.*

35 *Causæ mercedis dicuntur summariæ.*

36 *Causæ mercedis admittunt semiplenas probationes.*

37 *Conuentio Salarij probatur per instrumentum publicum.*

38 *Conuentio Salarii probatur per Apocas.*

39 *Subscriptio operatur, vt approbatum dicatur quidquid continetur in folio subscripto.*

40 *Conuentio Salarij probatur per litteras missiuas, recognita manu scribentis, Amplia, vt numer. 41. Declara, vt num. 42.*

43 *Conuentio Salarii probatur ex partitis librorum approbatis ab vtraque parte.*

44 *Conuentio Salarii, probatur per depositiones testium, Declara vt num. 46. & seq. & num. 50.*

45 *Probatio, quæ fit per testes dicitur digna, & concludens.*

47 *Testes duo requiruntur ad probandam Salarij conuentionem.*

48 *Testis vnicus non sufficit ad probandum Salarium fuisse conuentam.*

49 *Testes debent esse contestes, vt probent, Salarii conuentionem.*

51 *Testes habiles requiruntur ad probandum in omnibus Iudiciis.*

52 *Famulus non dicitur testis idoneus ad probandum in causa, in qua alter famulus eiusdem Domini prætendit, fuisse per Dominum promissam mercedem in maiori summa.*

53 *Conuentio mercedis probari potest per præsumptiones, & coniecturas.*

54 *Salarium si fuerit per Dominum certo tempore in summa certa solutum intrat præsumptio præcedentis conuentionis.*

55 *Obseruantia subsecuta declarat præcedentē conuentionem.*

56 *Reconductus censetur cum eodem Salario, quod fuit in prima conductione conuentum.*

57 *Iuramentum admittitur in supplementum plenæ probationis.*

58 *Iuramentum non admittitur ad probandam conuentionem Salarii in casu, quo aliæ probationes pœnitus deficiant, Declara vt num. 59.*

60 *Statutum disponens, conuentionem Salarii probandam esse per iuramentum, locum habet quando agitur de Salario eorum, qui solent conduci oretenus.*

61 *Probationes in causis mercedum possunt recipi per Iudicem oretenus.*

AD probandum, quòd Salarium fuerit conuentum plura possunt concurrere, inter quæ primum obtinet locum par-
1 tis confessio, † qua melior probatio adduci non valet, *l. prima. C. de confess. l. cum te C. de Transact. Rot. dec. 495. num. 7. par. 5. tom. 2. & decis. 49. numer. 4.*
2 *part. 7. recent.* Superat † enim omne probationis genus *l. finali C. de non numerat. pecun. l. debitores ff. de re iudicat. l. finali C. de fideicomm. c. per tuas de probation. Grauat. ad Vestr. in praxi lib. 5. cap. 16. vers. hac autem Rot. diuers. decis. 170. num. 4. par. 4. & coram Mantica decis. 57. num. 8. & in Leodien. Salarii 17. Decembris 1610. coram Reu. P. D. Pirouano quæ est decis. 310. num. 5. par. 3. recen.*

3 3. *recen.* dum † præualet depositionibus testium *Gratian. disceptat. forens. capit.* 870. *num.*2. *Ioseph. Ludouic. decis. Lucen.* 5. *numer.*5. *Mantic. d. decis.*57. *num.*9. *Rot. post secund. vol. consil. criminal. Farinacc. deci-*
4 *sion.*251 *num.*2. & † publicis instrumentis, *Bal. cons.*192. *col.* 2. *circa finem lib.*2. *Rolan. cons.*54. *à num.* 16. *vsque ad* 21. *Rot. decision.*223. *num.*7. *post tractat. de obligatione*
5 *Camerali* Nec † patitur, quòd audiatur is, qui contra propriam confessionem venire intendit, *l prima ff. de seru. fugitiu. l. generaliter C. de non numerat. pecun, Paris. consil.* 11. *numer.* 30. *&* 40. *libr.*3. *Rot. decision.*174. *num.*12. *post Tract. de obligat. Cameral.*
6 Hæc † autem confessio alia dicitur Iudicialis, quę fit in Iudicio, vt per *tex. in l prima C. de confess.* Alia vero extraiudicia-
7 lis, & talis † est illa, quæ extra iudicium emittitur inter viuos, vel in vltima voluntate, vt per *Bar. in repetit. d. l. generaliter in princip. vers. & quia C. de non numerat. pecun.*
8 Vtraque † ex his confessionibus admittetur ad probandum in nostra facti specie, nam de Iudiciali non potest dubitari cum, vt dicebam, sit probatio maxima, *Marant. de Ord. in Iudic. par.*6. *art.* 5. *num.* 21. Et
9 † confessus pro iudicato habeatur *l.* 1. *ff. de*
10 *confess.* quamuis confessio Iudicialis emanauerit sine causa *Iacobin. in l. si conuenerit in* 2. *lectur. num.*3. *ff. de Iurisdict. omn. iudic. & in l. sicut maior. num.*3. *C. de repud. hæred. Ias. in l. siue apud acta num.* 2, *C. de Transact. Curt. Iun. in l. adita num.*139. *C. de eden. Marsil. in l.* 1. §. *præterea num.* 63. *ff. de quæst. Alex. cons.*13. *num.*4. *libr.*1. *Riminal. Iun. cons.*480. *num.*20. *libr.*4. *Io. de Amic. cons.*129. *num.*7. *Corn. cons.*99. *col.*1. *vers. ex his puto libr.*3. *Mascard. de probat.*
11 *conclus.*345. *num.*16. *&* 19. Vnde † benè probabitur conuentio Salarii in certa quantitate si per Aduersarium fuerit confessata conuentio, vel operarum præstatio in libello, monitorio, citatione, vel commissione *l.*2. *& ibi Bar. Alex. & Ias. C. de institution. & substitution. Idem Ias. in* §. *si minus col.*2. *Instit. de action. Bar. in l. certum* §. *si quis absente ff. de confess. Abb. in c. finali eodem tit. Imol. in c. si cautio col.* 3. *de fide Instrument. Bald. & Salicet. in l. cum precum C. de liberal. caus. Dec. cons.*534. *numer.*4. *Gozadin. cons.*9. *num.*11. *& cons.*70. *num.*6. *& cons.*99. *num.*6. *Peregrin. cons.*20 *num.*3. *libr.*3. *& cons.*148. *num.* 3. *libr.* 5. *Surd. cons.*273. *num.*16. *Paris. cons.* 10. *numer.*48. *Magon. decis. florent.*3. *num.*15 *Rot. decis.*1160. *num.*3. *par.*3. *diuersor. & in recentior. decis.*353. *num.*2. *par.*2. *& decis.*94 *num.*24. *decis.*57. *num.*28. *&* 44. *par.* 7. *& coram Buratt. decis.*139. *num.*9. *& dec.*342. *num.*1. *& decis.*720. *num.*1.
12 Item † probabitur ex confessione emanata in positionibus *c. primo, & ibi glos. de Confess. in* 6. *Crauett. cons.*217. *num.*9. *Rot in recen. decis.*590. *num.* 4. *part.* 3. *& decis.* 541. *sub numer.* 2. *part.* 4. *& decision.*320. *num.*18. *part.*5. *& decis.*127. *num.*5. *par.*7. & in terminis Salarij, *Rot. in Romana Mercedis* 4. *Maii* 1607. *coram sanct. mem. Innocentio X. impress. penes Marchesan. de*
13 *Commission. part. prima folio* 1197. Item † ex confessione facta in responsionibus ad positiones, *l. procuratore, ff. de Inst. act. Abb. in c. quamuis num.* 4. *de re iudic. Cranett. cons.*217. *num.*9. *Michalor. de position. cap.*3. *num.*38. *& cap.*57. *num.*1. *& cap.*64 *num.*1. *Rot. coram sanct. mem. Gregor. XV. decis.*92. *num. primo, & coram Buratt. de-*
14 *cision.*921. *num.*3. etiamsi † facta fuerit per verbum Credo, vt solet fieri à respondente positionibus, vt per *Ias. in rubric. ff. de Iureiuran. num.* 10. *vers. secundo aduerte Riminal. cons.*43. *num.*4. *libr. primo Mascard. de probat. conclus.*388. *num.*49. *Surd. decis.*17. *num.* 11. *Marelian. decis.* 35. *numer.*13. *Cost. de fact. scien. et ignoran. inspect.*62. *numer.* 8. *Grass. de except. exc.* 14.
15 *num.*75. Item † ex confessione facta in articulis, *Adden. ad Alex. cons.*172. *sub littera A. Tusch. in littera P. conclus.*386. *num.*8. *Mar. Antonin. variar. resolut. libr.* 2. *resolut.*11. *num.*45. *et seqq. Farinac. consil.* 50 *num.* 30. *libr. primo Rot. decis.* 225. *numer. primo part. prima recentior.* & in terminis Salarij, *dixit Rot. in Romana Mercedis* 14. *Februarij* 1605. *coram Reu. Pad. Dom. Sacrato impress. penes Marchesan de commiss. part. prima fol.* 1205. *num. tertiò*, quoties-
16 cumque † tamen articuli reperiantur concepti per modum positionum, secus autem si essent directi testibus, & concepti per modum interrogatoriorum. *Rot. in Hispalen Primitiarum* 13. *Maij* 1622. *coram Reu. Pad. Dom. Nauarro quæ inter impress. penes*

Postb. de Manuten. est in ordine decis. 166. sub numer. 52. vers. et non videntur, Item
17 † ex confessione emanata in protestationibus, & exceptionibus in iudicio adductis *Bart. in l. prima C. de his qui pote. nom. & in l. secunda §. si quis absente ff. de confess. Roman. cons. 59. sub num. 9. & cons. 70. sub num. 10. & cons. 235 sub num. 9. Barb. cons. 3. col. penul. vol. 2. Michalor. de position. cap. 5. sub num. 17. & cap. 25. num. 13. Intri-*
18 *gliol. decis. 4. num. 29.* Et † quamuis contrarium dispositum uideatur per *l non vtique ff. de except. not.* per quam firmant Doctores, non nocere confessionem factam in exceptionibus, seu protestationibus, vt videre est apud, *Bart. in eadem l. non vtique, & Scribentes in c. cum venerabilis de except. Alex. in l. decem num. 25. ff. de verb. obligat. Rot. decis. 768. sub num. 6. part. 2. in recentior. & coram Buratt. decis. 136 n. 18.*
19 Attamen † reducuntur ad concordiam hęc duo sententiæ, intelligendo, quòd tunc confessio in exceptionibus emanata probet contra confitentem si excipiens expressè fateatur in exceptionibus, & protestationibus, Secus si tacitè, *Lanfranc. in except. tractat. col. 2. vers. istud quoque est notandum Mandos. in addit. ad d. cons. Roman. 70 in verb. exceptionibus sub litt. R.* quos refert & sequitur, *Mascard. de probation. conclus.*
20 *368. sub num. 8. vers. quod quidem,* Item † demum ex confessione resultante ex productione scripturarum, *c. cum olim de Censib. Felin. in c. cum venerabilis num. 22. de exception. Cagnol. in l. si librarius in fine ff. de regul. Iur. Decian. respons. 20. num. 6. & 7. & resp. 53. num. 9. vol. 2. Afflict. decis. 25. numer. 5. Osasc. decis. 16. n. 20. Surd. dec. 267. num. primo Natt. cons. 365. num. 3. Rolan. cons. 2. num. 116. vol. 1. Becc. cons. 3. nu. 38. Honded. cons. 78. nu. 80. lib. 2. Rot. dec. 159.*
21 *num. 6. par. 2. recen.* Producens † enim videtur omnia, quæ in productis iuribus continentur esse vera, tacitaque huiusmodi confessio contra producentem plenè probat, *Aymon. cons. 201. num. 5. Rot. decis. 2.*
22 *de fid. instr. in nou.* Etiam † vbi ageretur de scriptura priuata, & carente solemnitatibus, quia illam producens censetur approbare, *Bal. in l. alia num. 3. C. de his quibus vt indign. Dec. in c. venerabilis num. 7. de Exception. Bero cons. 90. num. 10. & 22. volum. 3. Surd. cons. 151. num. 16. & in dicta decis. 269. num. 2. vers. qua conclusio Osasc. decis. 59. num. 23. & seqq. Mauson. de caus.*
23 *executiu. ampliat. 36 num. 43.* Ac † etiam si productio, vt fieri solet, facta fuerit in parte, & partibus fauorabilibus tantùm, quando pars, contra quam scripturæ fuerunt productæ, illas repetat, & declaret, velle vti, *Aymon. cons. 201. num. 5. vers. & sine dubio Ias. in l. 1. §. æditiones num. 18. ff. de eden. Paris. cons. 125. num. 22. & seq. libr. 1. Natt. cons. 365. num. 4. lib. 2. Viu. opin. 304. Bursatt. cons. 245. num. 7. 8. & 10. volum. 2. Decian. respon. 20. nu. 8. vers. quinimo volum. 2. Vrsil. ad Afflict. decision. 35. Mauson. de caus. executiu. ampliation. 36. num. 45.*
24 Extraiudicialis † vero confessio, licèt de Iure Ciuili probationem non faciat, *l. certum §. si quis absente ff. de confess. l. capite quinto vbi Glos. fin. ff. de Adulter. Ias. in l. admonendi ff. de Iureiuran. Thesaur. dec. 109 num. primo Viu. decis. 191. num. 1. Trentacinq. variar. resolut. tit. de confess. resolut. 2. num. 78. Rot. decis. 136. numer. 3. part. 5. &*
25 *decision. 214. num. 10. part. 6. recen.* de † æquitate tamen canonica plenè probat in omni Iudicio secundùm magis communem opinionem, de qua testantur, *Couarru. ad c. quamuis par. 2. §. 4. num. 1. de pact. Gabr. cons. 48. num. 2. & cons. 71. num. 18. libr. 1. & cons. 50. num. 57. lib. 2. Anton. Gabriel. de confess. conclus. 1. nu. 46. vers. quarto Paris. cons. 120. num. 7. libr. primo Ludouic. decis. perus. 72. num. 2. Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 44. num. 4.* & hanc sententiam semper sequuta fuit S. Rota, vt videre est in *decis. 4. num. 1. part. 2. diu. & in Recen. dec. 404. num. 3. par. 2. decis. 460. num 2. & 466. num. 1. par. 3. & decis. 136. num. 4. part. 5. & decis. 87. num. 2. & decision. 218. num. 5. part. 6. & decis. 208. nu. 8. part. 7. & coram Coccino decis. 170. num. 10. & coram Buratt. decis. 228. num. 5. dec. 433 num. 8. decis. 317. num. 6. & ibi Adden. n. 9. decis. 792. num. 9. decis. 803. num. 4. & deci-*
26 *sion. 828. num. 4.* Quotiescumque † tamen probata remaneat plenè, & concludenter *Grat. respon. 2. num. 59. libr. secundo Hieron. Gabr. consil. 71. num. 18. libr. primo, et dicto cons. 40. num. 65. libr. 2. Seraphin. in tractat. de Iuramen. priuileg. 24. numer. nono,* &
27 diceretur † concludenter probata quoties de verbali confessione ageretur, si de ea depo-

ponerent duo testes contestes de tempore, loco, & verbis *Gratian.disceptat.forens.capit.144. à num.52. vsque ad 58. Rot. in recen. decis.700. num.33.par.2. & decis. 214. num.12. par.6. & coram Coccin. decis. 297. num.1. & coram Buratt. decis.113. num.35.*
28 *& decis.458. num.5.* Si † vero ageretur de confessione in scriptis redacta probaretur per productionem ipsius scripturæ ipsam confessionem continentis prout de confessione facta in contractibus est *text. in l.cum te C. de Transact. Rot. decis.355. nu.8.par.1*
29 *rec.* etiamsi † contractus sint nulli, & defectuosi *Castren. in l. si ita stipulatus §.Chrisogonus num.4. ff. de verb. oblig. Bar. in l. 1. §. si quis ita, & in l. decem in fine ff. eodem tit. Angel. in l.1. C. de præscript. 30. vel 40. Annor. Iacob. Gall. cons.12. num. 24. & 43. Borell. cons.11. num.14. Mascard.de probat. conclus.358. num.1. & seqq. Mut. decis. 48. num.24. Rot. decis.60. num.9. part.7. in re-*
30 *cen.* Et † de confessione facta in testamentis notat *Soccin. sen. cons.12. num.20. lib. 2. Rot. decision. 169. sub num.6. part.1. recen.*
31 Et † de ea, quæ emanauit in apocha, mandatis, & ordinibus *Rot. d. decis.355. nu.8. par. in recen & coram Cardinali Mantica decis.321. sub num. 2. vers. quod attinet ad Christophorum & coram Cardinali Mellino*
32 *decis.344. num. 1. & 2.* Et † de illa, quæ n supplicatione Principi allata continetur firmant, *Grass. de exception. except.14. numer.70. Viu. decis.60. num.8. Surd. cons.61. num.32. Mart. vot.5. num 10. & vot.86. num.5. Marescott. variar. libr.1. cap. primo num.116. & 118. Rot. decis. 127. num. 10. decis.161. num.4. decis.436. num.2. part. 1. & decis.180. num.4. decis. 652. num. 6. & seq. decis.726. num.2. part. 2. & decis. 255. num.1. par.5. & dec.50. num.3. par.7. in recentioribus.*
33 Et † quamuis talis extraiudicialis probatio dicendum videatur, quòd non sit admittenda in Vrbe, ex quo sit attendẽdũ Ius Ciuile, non autem Canonicum, vt in terminis confessionis extraiudicialis resoluit, *Rot. in Romana redditionis rationis tutelæ 30. Maij 1633. & 16. Ianuarii 1634. coram Pirouano quæ sunt dec.214. & 256 p.*
34 *6. rec.* Attamen † recipienda erit ad probandum in causis Salarij ex particulari priuilegio, quòd habent causæ huiusmodi,
35 quæ dicuntur summariæ *Marant. in praxi part.6. distinct.9 num.197. post Bal. in auth. nisi breuiores C. de sent. ex breu. recit. Cumia. in rit. Regn. Sicil cap.38. numer. 400. vers. vndecimo Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæst.5. num. 126. vers. quinquagesimus Mauson. de caus. executiu. ampliat.32.*
36 *num 10.* Et † propterea admittunt semiplenas probationes, *Marant. d. par.3 art.13 de test. repuls. num. 19. Gail. obseruat.106. num.3. libr. primo Rolan. cons.50. num. 94. Natt. cons.173. num.2. & 36. Mascard de probat. conclus.769. num.16. Rimin. cons.134 num.16. Afflict. decis. 364. nu. 1. Fontanell. decis.133. num.6. & de pact. Nuptial. tom.2. clausula 8. num.17.* præcipuè quando pro illo instant pauperes & miserabiles personæ ad tex; in *c. cum dilectus & c. fin. de success. ab intestat. Bal. in l. 1. col.2. vers. quia dum confessus fuit C. de fals. caus. adiect. legat. & in Auth. similiter in princip. C. ad leg. falcid. Salicet. in l. generaliter in quæst.13. C. de non numerat. pecun. Fælin. in c. si cautio col. 2. vers. fallit 2. de fid. Instr. Tiraquell. de priuileg. piæ caus. priu. 117. Nouar. de priuileg. miser. priuileg.8. num.4.* Quod procedit etiamsi confessio emanauerit absque causa, *Mascard. de probation. conclusion. 345. numer. 6. Nouar. in d. tractat. priuileg. 108. num.9.*
37 Probabitur † insuper conuentio Salarij in certa quantitate per scripturas, nempe per instrumentum publicum, ex quo resultare dicitur probatio, & manifesta, notoria, probata, & euidentissima, *Bar. in l.1, in princip. num. 8. & ibidem Ias. num. 10. ff. de nou. oper. nunciat. Bal. in l. Imperator la seconda ff de Stat. homin. Tiraquell. de Retract. lign. §. 2. glos. 1. num.20. & seq. Crauett. cons. 56. numer. 2. libr.1. Rolan. à Valle cons.40. num.8. & seq libr.2.*
38 Item † per Apocas à partibus scriptas, *l. emptor. §. Lucius ff. de pact l. sicut §. non videtur ff. quibus mod. pign. vel hyp. solu. Dec. cons.115. col. penult. Gabr. conclus 3. de præsumption.* Seu etiam subscriptas, sufficit
39 † enim sola subscriptio, vt per eam dicatur approbatum quidquid in ipsa apocha continetur, *l. si quis ex argentarijs §. primo ff. de eden. & l. plures C. de fide Instrum. Alex. cons.14. n.24. lib.6. Ruin. cons.215. n.1. lib.1 Rot. coram Cardinali Mantic. dec.321. n.4. et coram Cardinali Mellino dec. 344. n.1.*

40 Item †

40 Item † per litteras missiuas, quarum manus fuerit recognita, *Rot. in Toletana Mercedis* 18. *Decembris* 1595. *coram Reu. P. D. Iusto quæ est decis.* 127. *in princ. par.* 4. *diuers & in Valentina, seu Romana Mercedis* 3. *Iunij* 1602. *coram Cardinali Lancellotto in recen decis* 330. *par.* 1. *& in Valentina Mercedis* 2. *Iunij &* 17. *Nouembris* 1603. *coram R. P. D. Coccino inter eius impress. de-*
41 *cis.* 116. *&* 133. Et † litteræ huiusmodi satis conuentionē Salarij probabunt, etiamsi, in illis non fuerit facta mentio certi Salarij in specie, sed tantummodo in genere, vt puta si in illis legerentur verba, *Sarra sodisfatto della sua mercede* non expressa quantitate, *Rot. in Romana Mercedis* 10. *Martij* 1599. *coram Cardinali Lancellotto & in alia Romana Mercedis* 18. *Februarij* 1622. *corā R. P. D. Pirouano, & in Romana Salarij* 23 *Ianuarij* 1626. *coram R. P. D. Remboldo, & in Elboren. expensarum* 5. *Martij* 1642. *coram R. P. D. Carillo, & in Toletana Canonicatus pœnitentiariæ* 28. *Iunij* 1645. *coram Reuerendiss. P. D. meo Cerro*, Quoties-
42 cumque † tamen appareat ipsas litteras fuisse acceptatas per eum, ad quem fuerunt directæ; prout talis acceptatio omninò requiritur, *Rot. in Meleuitana Expensarum* 13. *Nouembris* 1630. *coram Reuerendiss. Terracinen. quæ est decis.* 342. *sub num.* 7. *par.* 6. *in recen.*

43 Ac † etiam ex partitis librorum ab vtraque parte approbatis, si enim ex illis appareret, quòd fuisset soluta certa quantitas pro mercede ad rationem tot pro quolibet mense, vel anno satis diceretur probata conuentio *Bar. in l. si certis annis n.* 9. *C. de pact. Alex. cons.* 107. *num.* 1. *&* 2. *vers. vel illa lib.* 1. *Mantic. de Tacit & ambig. conuent. lib.* 5. *tit.* 2. *nu.* 5. *vers item locatio Rot. in Romana Mercedis* 26. *Ianuarij* 1604. *coram Cardinali Pamphilio, & in eadem* 24. *Nouembris eiusdem anni coram R. P. D. Iusto, & in Alia Romana Mercedis* 18. *Decembris* 1615. *coram Patriarcha Manzanedo inter recentior. decis.* 726. *num.* 2. *part.* 3. *& in alia Romana Mercedis* 26. *Aprilis* 1624. *coram* R. *P. D. Merlino.*

In defectu autem confessionis partis, &
44 scripturarum admittuntur † ad probandam Salarij conuentionem depositiones Testium *Rot. in Romana Mercedis* 9. *Decembris* 1579. *coram san. mem. Clemente Octauo quæ est decis.* 129. *in princip. par.* 4. *diuersor.* nam
45 probatio † quæ fit per testes digna, & concludens dicitur *Abb. in rubr. de Testib. Faln. in rubr. de fide Instr. num.* 1. *Doctores in c. cum P. tabellio eod. tit. de fide Instr.* dum-
46 modo † tamen sint sufficientes in numero,
47 nempe † duo ad minus *l. vbi numerus ff. de Testibus c. si quis testes §. vbi* 4. *quæst.* 3. *c.* 1. *&* 2. 2. *quæ.* 3. *c. finali* 35. *quæst.* 7. *c. in omni negotio & c. licet vniuersis de Testib.* cum
48 † vnicus testis non sufficiat, *c. licet causam de probat. Gabr. de Testibus conclus.* 2. & in terminis Salarij dixit *Rot. in Romana Mercedis* 6. *Martij* 1617. *coram R. P. D. Pirouano quæ est decis.* 428. *num.* 6. *par.* 4. *in recen.*
49 Et † in eorum dicto non sint singulares, sed contestes, prout necesse est, quòd sint ad probandam mercedis conuentionem, vt resoluit, *Rot. in Romana mercedis* 4. *Iulij*
50 1607. *coram R. P. D. Lancellotto*, Et † demum non sint ex ijs, qui ex Iuris dispositione à testimonio ferendo reiiciuntur, *c. attestationes de desponsat. impuber. Ancharan. in c.* 1. *de Testib. Abb. in c. cum I. & A. n.* 19 *de Iudic. Fulgos. in l. pridem num.* 1. *C. de quæst. Ign. in l. serui appellatione num.* 103.
51 *ff. ad Syllan.* In omnibus enim causis quantumuis priuilegiatis requiruntur testes habiles, & idonei, ac ab omni exceptione immunes *Bal. in c. cum causam num.* 9. *de Testib. & in c. in nomine Domini num.* 15. *eodem tit. Archidiac. in c. testes* 12. *quæst.* 8. *Ioan. Monac. in c. cupientes num.* 88. *de elect. in* 6. *Speculat. in tit. de offic. omn. Iudic. §. finali vers. sexto quærendum est Curt. Iun. cons.* 122. *n.* 3. *par.* 2. *Busatt. cons.* 191. *nu.* 61 *et seq. et cons.* 216. *num.* 39. *lib.* 2. *Afflict. decis.* 27. *num.* 4.

Quinam autem sint Testes ad ferendum testimonium inhabiles pleno calamo enumerantur per *Farinacc. in suo tractat. de Testib. tit. de opposit. contra person. Test. per tot* & de ijs, qui ex causa Salarij testes idonei non sint ad testificandum in causis, in quibus agitur de interesse illorum, à quibus Salarium recipiunt, dictum fuit supra in *par.* 1. *quæst* 30. *à num.* 37. *et seq.* Et propterea hìc repetere non est necesse: Vnum tamen notare non erit omittendum; scilicèt, quòd
52 † si famulus prætenderet aliquid plus vltra Salarium, quod similibus operarijs dari consueuerit, & probare vellet conuentionem factam inter ipsum, & Dominum de maio-

maiori quantitate mediantibus attestationibus aliorum famulorum, non essent isti famuli admittendi ad testificandum, quia diceretur deponere in causa propria *Rebuff. ad Constitution. Reg. Gallic. tom. 2. tit. de famul. Salar. glos. 7. Fulu. Benign. in Annotation. ad Statut. Agricultur. capit. 26. sub litt. A.*

Deficientibus autem, Testibus, Scripturis, & partis confessione, ex quibus conuentio de mercede soluenda probari
53 posset, admitterentur † præsumptiones, & coniecturæ, *Calcan. cons. 8. num. 8.* quod absque difficultate procedit quotiescumque præsumptiones sint plures, & vrgentes *Rot decis. 89. nu. 11. & 12. & dec. 450. nu. 1 & 2. par. 1. diuers. & coram Burat. dec. 791. num. 2.*

54 Præsumptiones esse possent, si † appareret, mercedem fuisse pro certo tempore, & ad certam summam promissam, *l. si certis annis C. de pact. l. cum de in rem verso ad finem ff. de Vsur. l. litibus, & ibi Bart. C. de Agricol. & censib. lib. 11. Idem Bar. in l. magistr. ff. ad municipal. Ioseph. Ludouic. conclus. 38. illat. 95. Rot. in Romana Mercedis 14. Februarij. 1605. coram R. P. D. Sacrato quæ reperitur impressa penes Marchesan. de Commission. par. 1. fol. 1295. num. 3. & in Cæsar augustana Lectoriæ 9. Februarij 1629. vers. solutio enim istius Salarij coram R. P. D. Coccin. quæ est decis. 249. par. 5. in recen. & coram Pænia decis. 413. nu. 10. & in Romana Salarij 30. Aprilis 1655. coram R. P. D*
55 *Albergato*, obseruantia † enim subsecuta benè declarat conuentionem præcedentem, *Rot. decis. 8. num. 2. par. 2. diuers. & in Toletana Canonicatus Pænitentiariæ 28. Iunij. 1645. coram Reuerendiss. P. D. meo Cerro*
56 Item si † operarius, aliàs ab eodem Domino pro certo Salario conductus, denuo ad seruitium rediret, intraret præsumptio quòd fuisset conuentum de præstando Salario in eadem quantitate, quæ fuerat in prima conductione conuenta *l. penul. §. vxor. ff. solut. matrimon. Bal. in l. etiam in fine C. de Iure dot. Ias. in l. diem functo num. 19. ff. de offic. Assessor. Menoch. de præsumption. lib. 3. præsumpt. 85. num. 18. Surd. cons. 42. n. 13. lib. 1. & cons. 460. num. 29. lib. 4. Rot. in Lucana Mercedis 25. Iunij 1604. coram sanct. mem. Gregor. XV. inter eius impress. dec. 183. num. 1*, Et aliæ poterunt adduci præsumptiones secundùm facti circumstantias, ex quibus oriuntur, & ipsarum aliquas nos adducemus infra *in quæst. 102.*

57 Et † si ex iuribus, Testibus, vel præsumptionibus non oriretur concludens probatio recurri posset in supplementum ad Iuramentum *l. finali §. licentia C. de Iure deliberan. Bal. in Auth. non licet nouo iure col. finali C. si cert. petat. Crauett. cons. 207.* Quod
58 † tamen non admitteretur in casu, quo aliæ probationes pœnitus deficerent *l. in actionibus vbi glos. et Bar nu. 22. et Dec. num. 31 ff. de in lit. iuran. Menoch. de Arbitrar. iudic. cas. 208. num. 1. Rot. coram Pænia decis. 866.*
59 *num. 1.* Nisi † tamen adesset Statutum disponens, conuentionem Salarij probandam esse per iuramentum de quo meminit *Gratian. discept. forens. cap. 171. num. 19.* ad-
60 monens tamen, quòd tale † statutum intelligendum sit locum habere quotiescumque agatur de Salario eorum. qni solent conduci verbotenus, quia in alijs, qui conducuntur cum conuentionibus, quæ in scriptis redigi consueuerunt non sit standũ iuramento, exemplificando in ministro mercatoris, cuius opera Dominus vtitur pro institore, qui petens Salarium debebit probare conuentionẽ aliter, quàm per iuramentũ, sunt verba *Grat. loc. cit. post Hartman. Pistor.* quem refert, & sequitur, *quæstion. Iur. Roman. & Saxon. quæstion. octaua num. 12.*

Denique reminiscendum est id, quod diximus in prima quæstione huius tertiæ
61 partis, nempe, quòd † possit Iudex in huiusmodi causis probationes oretenus recipere, precipuè quando agitur de modica sũma, & in ea standũ sit soli, relationi et informationi Iudicis, qui dũ facit decretum partibus præsentibus, censetur illud facere causa cognita, *Natt. cons. 182. per tot. Alciat. cons. 79. lib. 6. tom. 2. Maran. cons. 34. num. 2. et seqq. cum alijs quos allegat. et approbat Gargiar. in decis. Tribunor. pleb. Bononien. 55. per tot.*

Exce-

Exceptio quòd Comparens non habeat legitimam personam standi in Iudicio An, & quando admittatur in causis Mercedum.

QVAESTIO CI.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicato in iudicio comparenti nomine proprio vel alieno ius venit denegandum.*
2 *Exceptio excommunicationis admittitur in causis Salarij, Declara, vt num. 3.*
4 *Exceptio hæresis admittitur in causis mercedum.*
5 *Hæretici sunt excommunicati.*
6 *Hæreticam opinionem amplectentes sunt excommunicati ipso Iure.*
7 *Hæreticis est interdictus omnis legitimus actus.*
7 *Heretici non possunt aliquem in Iudicio conuenire, sed benè possunt conueniri.*
9 *Hæretici omnia ammittunt credita, nec pro illis agere possunt, Amplia, vt nu. 10 Declara vt num. 11.*
12 *Debitores hæretici non liberantur à debito sed tenentur soluere fisco.*
13 *Exceptio periurij admittenda est in causis mercedis.*
14 *Exceptio periurij admittitur in omnibus iudicijs.*
15 *Exceptio periurij retardat executionem obligationis Cameralis, Declara, vt num. 16.*
17 *Seruus agens pro consecutione mercedis potest repelli exceptione inhabilitatis personæ.*
18 *Monacus agens pro mercede absque licentia Superioris potest repelli exceptione inhabilitatis personæ.*
19 *Minores, & filijfamilias an agere possint pro consecutione mercedis?*
20 *Minores, & filijfamilias in iudicio stare non possunt absque auctoritate Tutoris, vel patris respectiue.*
22 *Minores, & filijfamilias admittuntur in iudiciis summariis etiam sine auctoritate parentum, & Tutorum Contrarium num. 22.*
23 *Filiifamilias possunt agere absque consensu parentum pro consecutione illius Salarii, quod reputatur peculium quasi-castrense.*
24 *Exceptio quòd non fuerit legitimata persona comparentis admittitur in omnibus iudiciis quantumuis summariis, & executiuis.*
25 *Comparens nomine alterius non admittitur nisi doceat de mandato procuræ, Declara vt num. 26.*
27 *Mandatum procuræ potest produci quandocumque si a parte non opponatur.*
28 *Mandatum satis est producere post sententiam si pars ante non opposuit.*
29 *Mandatum procuræ producendum est in actis si fuerit à parte requisitum.*
30 *Ratificari non possunt gesta per eum, qui non habebat mandatum si fuerit à parte protestatum de defectu mandati cum clausula Itaquod actus ratificari non possint, Declara vt num. seq.*
31 *Mandati procuræ sufficiens probatio resultat ex productione Iurium, & impensæ in litem facta.*
32 *Mandatum procuræ per præsumptiones probatum sufficit, vt sustineatur Iudicium etiamsi pars opposuerit de mandati defectu.*

COeteras inter exceptiones, quæ in Iudicijs opponi consueuerunt principalis illa esse solet, quòd Instans non habeat personam legitimam pro comparendo in iudicio, Et si ista illegitimitas personæ proueniat ex delicto, vt puta si
1 † Actor sit excommunicatus, cui comparenti tam proprio, quàm alieno nomine ius venit denegandum, *c. intelleximus de Iudic. c. 1. eodem tit. in 6. c. cum inter de except. c. 1. eodem tit. in 6. c. excommunicamus §. credentes de hæretic. c. rursus ad finem, et c. excommunicatio 11. quæst. 4. Viu. commun. opin. tom. 1 lib. 1. tit. 12. num. 23. Cauall. commun. opin. contr. commun. quæst. 62 Peregrin. de Iure fisc. lib. 3. tit. 11. numer. 8. Federic. de Sen. cons. 116. in princip. Rot. decis. 7. num. 2. de except. in nou. et decis. 602. num. 1. circa finem par. 1. et decis. 606. in fine*

ne par.2. et decis. 107. num.5. par.6. in recen et in Romana prætensæ absolutionis 18. Iunij 1646. coram R.P.D. Meltio, Certū est, quòd
2 † talis exceptio admittenda veniat etiam in causa Salarij, dum nunquam censetur exclusa quamuis agatur de iudicio sūmario, & executiuo imò etiam coram mero executore opponi potest Glos. in clem. 1. de sequestr. possess. et fruct. Butr. in c. licet de elect. Bal. in l. si quis filios §. si quis ff. de iniust. rupt. et irrit. testam. Galles. de Obligat. Cameral. quæst. 17. num. 4. Quotiescumque
3 † tamen operarius, qui instat pro Salarij consecutione non sit pauper in extrema necessitate constitutus, & in Salario, quod loco alimentorum succedat, nam tali casu exceptio huiusmodi non venit admittenda, Glos. communiter recepta in c. pastoralis §. verum vbi Dec. num. 9. de Appellat. Fælin. in c. apostolicæ num. 5. de Exception. Couarru. variar. resolut. lib. 3. cap. 15. vers. 12. Franc. Marc. decis. 884. num. 2. Surd. de Aliment. tit. 7. quæst. 36. num. 7 & tit. 8. priuileg. 83. num. 14. Carol. de Graff. de Exception. exception. 4. numer. 55. Leoncill. de priuileg. pauper. part. secunda priuileg. 137 num. 2.
4 Pari ratione admittenda † veniet in causis mercedum exceptio, quòd Actor sit hæreticæ prauitatis vitio coinquinatus;
5 Hæretici † enim sunt excommunicati c. cum Christus et c. sicut ait et c. ad abolendam de hæret. c. nouerit de senten. excommunicat. c.
6 quicumque de hæretic. in 6. quoniam † statim ac hæreticalem aliquam opinionem amplectuntur excommunicationem contrahunt ipso iure, Hostien. in d. c. cum Christus in princip. ibique Zabarel. sub nu. 2. Innocen. in d. c. ad abolendum num. 20. Ancharan. in d. c. excommunicamus num. 3. Decian. in tractat. criminal. lib. 1. cap. 41. nu-
7 mer. 2. & † eis est interdictus omnis legitimus actus Alberic. in rubr. C. de hæret. nu. 1. in fine vers. et quia sunt exclusi C. eodem Anton. de Butr. in d. c. excommunicamus num. 35 Zanchin. de heretic. cap. 18. num. 3. Simancb. in Enchiridion. Violat. religion. tit. 67. rubr. de pœnis num. 4. Farinacc. de Hæres. quæst. 189
8 num. 46. itaut † non possint aliquem in Iudicio conuenire, sed benè à suis creditoribus conueniri, l. credentes §. nullus C. de hæretic. d. c. excommunicamus il primo §. credentes vbi Hostien. num. 19. Ioan. Andr. num. 15. Anchar. num. 4. Soccin. sub num. 34. Summ. Angelic. verb. hæreticus n. 21. Summ. Syluestr. eodem verb. §. 1. num. 16. Bursatt. cons. 14. num. 1. et seqq.
9 Quinimo † eo ipso, quòd quis hæreticus euadit omnia amittit credita, Vnde non poterit creditor mercedis in tale crimen lapsus pro illius consecutione agere, c. finali de hæretic. vbi Abb. num. 1. Anania in princip. Butr. num. 3. Zabarell. num. 1. Zanchin. in d. tract. de hæretic. cap. 18. num. 2. Bursatt d. cons. 14. num 2. Summ. Armill. in
10 verb. hæresis num. 11. Etiamsi † resipisceret, & cognita veritate pœnitētiam ageret Hostien. in d. c finali num. primo vers. sed nunquid reconcilietur, et ibidem Ioan. Andr. num. 3 Anton. de Butr. num. 4. Soccin. num. 4. vers. et ex prædictis sequitur, et num. 5. et 9.
11 Bursatt. vbi supra num. 2. Nisi † tamen versaremur in casu, quo hæreticus recuperat bona confiscata; tunc enim nec recuperatio nominum debitorum denegaretur, Soccin. in d. c. finali vers. prædicta tamen nu. 6.
12 quia † debitores non liberantur à solutione eius, quod debent, itaut possit dici, quòd actio semel extincta non possit amplius reuiuiscere, sed tenentur soluere Fisco, cui hæreticorum actiones omnes competunt, Barbos. in d. cap. finali num 6. vers. quæ quidem liberatio Sanchez. in præcept. decalog. lib. 2. cap. 24. num. 8. Sanctarell. de hæresi cap. 37. num. 5.
13 Item † nec reiicienda erit in causis mercedum exceptio periurij si agatur ex eodem contractu cuius vigore periurium intenditur, l. si quis maior C. de Transact.
14 cum † admittatur in omnibus Iudicijs Rot. post 2. vol. consil. Farinacc. decis. 89. num. 5. & in recentior. decis. 701. num. 1. par. 1. & decis. 5. num. 1. & 3. par. 2. coram san. mem
15 Gregor. XV. decis. 64. & † per eam retardetur etiam executio obligationis cameralis, Scacc. de Iudic. caus. ciuil. lib. 2. cap. 2. cas. 1. num. 119. Gratian. decis. Marcb. 165. Ricc. in collectan. decis. part. 3. collect. 686. vers. limita septimo Marescott. variar. resolution. lib. 2. cap. 121. num. 83. Rot. post Pacific. de Saluian. decis. 90. num. 2. & coram Cardinali Mantic. decis. 221. sub num. primo in Romana Deuolutionis Molendini 23. Februarij 1579. coram Reu. P.D. Cantuccio Quo-
16 tiescumque † tamen talis exceptio sit liquida, alias vero executionem minimè re-

tardabit, vt per *Marescott. loc. citat. nu.* 84 *& seqq.*

Si vero illegitimitas personæ, quæ opponeretur in causis mercedum, respiceret inhabilitatem personæ, vt puta, si
17 † ageret pro consecutione Salarij seruus, esset exceptio admittenda, cum serui non possint agere nomine proprio *l. seuus C. de Iudic. l. seruos C. de Testamen. l. non seruum C. de rei vendicat. Guidopap. in tractat. de Compulsor. lit. quæst.* 1. *Scacc. de Iudic. lib.* 2.
18 *cap.* 2. *nu.* 401. Idem † si ageret Monachus sine licentia Superioris *c. causam quæ de Iudic c.* 2. *de postulan. l. omnes* §. *nihilominus C. de Episcop. & cleric. Scacc. de Iudic. lib.* 1. *cap.* 101. *num.* 41. *Zabarell. cons.* 28. *in fine Gratian. disceptation. forens. capit.* 270. *num.* 22.

19 At † si agerent Minor, vel filiusfamilias videretur, non esse admittendã in huiusmodi causis exceptionem inhabilitatis
20 personæ, nam licèt † Minores, & filijsfamilias in Iudicio stare non possint absque auctoritate Parentum, & tutorum respectiuè, *Bar. in l.* 1. §. *& parui num.* 6. *ff. quod vi, aut clam Dec. in c. ex parte il* 2. *num.* 42 *de offic. delegat. Anton. de Virgil. tract. de legitimat. person. cap.* 16. *num.* 3. *Alb. consil.* 187. *num.* 7. *Marant. in praxi par.* 4. *dist.* 16. *num.* 30. *&* 32. *Frec. de præsent. instrum. par.* 12. *num.* 2. *Nepos à monte Alban. in libell. de except. tit.* 5. *circa med. vers. item si actor. Burg. in tractat. de Laudem par.* 3. *in-*
21 *sp.* 40. *num.* 41, Attamen † in causis summarijs, inter quas causæ Salarij connumerantur, Minores, & filiisfamilias admitti etiam sine auctoritate parentum, & tutorum firmat, *Bal. in l.* 3 § *sed vtrum ff. de mino. auctoritate Glos. in l.* 1. *C. qui admitt.*
22 Sed † opinio Bal. reprobatur communitèr per Doctores, vt testatur *Viu. in suis commun. opinion. lib.* 1. *opin.* 122. vbi dicit Baldum parùm sibi constantem reuocasse iudicium in melius in *l. nec quidquam* §. *de plano ff. de offic. proconsul. Ias. in l. quamuis C. de edict. diu. Adrian. tollen. Alex. cons.* 58. *col.* 1. *vol.* 2. *Anton. Tigro. singular.* 64. *num.* 1, *Clementin. de patr. potest. effect.* 4. *vers. communis tamen. sententia sub numer.* 14.

23 Veritas tamen est, quòd † quotiescumque in iudicio ageretur de Salario talis operarij, quod reputetur peculium castrense vel quasi, exceptio defectus consensus patris non admitteretur, attento quod filiusfamilias non censetur indifferenter persona minus integra ad iudicialiter agendum cum videamus, quòd possit agere procuratorio nomine sine patris consensu, vt in *c. quia generaliter* §. 1. *de procurator. in* 6. *Glos. in l. fin.* §. 1. *verb. quid in tutore C. de bon. quæ liber. Tiraquell. de Legib. connub. glos. prima num.* 174. sed tantummodo quando agit pro rebus, seu creditis, quorum vsusfructus, & actionum, ac iurium exercitium patri de Iure quæritur, & competit, prout est in bonis aduentitijs, §. *primo Institut. per quas person. nob. acquir. l. cum oportet C. de bon. quæ liber. Cuman. cons.* 89. *sub num.* 2. *Paschal. de patr. potest. par. prima cap.* 3. *num.* 32. nam quia tunc exercitium actionis patri, non filio quæritur, filius agens sine consensu patris tamquam is, cui non competit Iuris exercitium frustra agit, Et hæc est ratio, propter quam inhibetur filijsfamilias in potestate patris existentibus sine eius assensu in iudicio comparere per *tex. in d. l. finali C. de bon. quæ liber.* At in bonis castrensibus, seu quasi, in quibus nil patri quæritur, filijsfamilias liberè absque consensu patris agere poterunt, & super illis in iudicio experiri, cum isto casu exercitium iurium à nemine sit ipsis præoccupatum, vel impeditum *l.* 1. §. 1. *ff. de castren. pecul. l. filiusfamilias in princip. ff. de proc. l. si longius* §. *primo & ibi Scribentes ff. de Iureiuran. Angel. in* §. *actiones autem col. penul. & finali Instit. de Action. Ancharan. cons* 73. *in princ. Afflict. decis.* 180. *Guidop. quæst.* 54.

Quale autem Salarium dicatur peculium quasicastrense, & spectet ad filiosfamilias pleno iure, nec in eo parentibus sit à Iure aliquod ius tributum; itaut dici possit, quòd filius agens pro consecutione Salarij habeat legitimam personam standi in Iudicio iam satis diximus supra in *par.* 1. *quæst.* 40. *per tot.*

24 Demum † si illegitimitas opposita proueniret ex eo, quòd quis ageret vti hæres, vel cessionarius, principalis creditoris Salarij, & non doceret, se esse talem qualem se faceret, non est dubitandum, quòd exceptio illegitimitatis personæ admittenda veniret, cum in nullo iudicio quantumuis summario, & executiuo reijciatur, *Dec. in*

l. finali num.47. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. Crauett. consf.164. num.1. Neuizan consf. 18. num.4. Rolan. consf.46. num.2. lib.2. Ciriac. controuerſ.384. num.1.4. & 5. Gratian. disceptat. forenſ. cap.486. num.6. & 7 Boer. decisf.171. num.19. & seqq. Rot. diuerſor. decisf. 57 num.3. & 4. et decisf.196. num.3. part.4. et in recentior. decisf.18. sub num.2. et decisf.307. num.7. par.1. et decisf.28. num.4. decisf.183. num.2. par.2. et coram san. mem. Grgor. XV. decisf.264. num.2. vbi Adden. num.5. et seq. et decisf.223. num.6. et in Beneuentana Domus 14. Decembris 1643. coram Eminentissimo Dom. Cardinali Otthobono.

25 Idem † dicendum esset si quis ageret vti procurator, & non doceret de legitimo mandato procuræ *l. licet C. de procurator. c. in nostra in fine eodem tit. c. licet de Appellat. in 6. Bal. in l. si procuratorem in princip. ff. de procurat. Parlador. rer. quotidianar. lib.2 par.2. cap. finali §.2. num.10. Arism. Tepat. variar. Iur. senten. tit 88. cap.4 Boer. decisf.281. num.11. Gratian. disceptat. Forenſ. cap.170. Amat. variar. resolut. vol.2. resolut.78. num.4. Golin. de procurator. par.3. ca-*
26 *pit.3. num.1.* quotiescumque † tamen opponeretur à parte, quòd nemo comparens audiretur, nisi docto de legitimo mandato procuræ *Marchesan. de Commission. par.2. fol.375. num.7. & 8. & par.3. fol.96. num.1. Tiber. in praxi A. C. lib.2. cap.27. numer.1. Vant. de nullitat in tit. qual. sent. & proc.*
29 *num.9.* Quia † parte non opponente, poterit quandocumque produci *Seraphin. decision.1115. Rot. decisf 688. num.2. par. prima diuerſ. & coram Coccino decisf.54. & 62. numer.2. & coram Buratt decisf.927. num.9.*
28 etiam † post sententiam *Fælin. in c. sciscitatus num.15. de rescript. Gratian: disfcept.330 num. finali Rot. decisf.19. de procurator. in antiquis Put. decisf.373. num.4. lib.2. in correctis Crescen. decisf.1. num.4. de re iudic. Achill. decisf.6. de procurat. Rot. decisf.646. numer.6. in fine par.2. in recentior. et coram Bu-*
29 *ratt. decisf.368. num.1.* Sed † stante prædicta protestatione non sufficit, quòd re vera quis sit legitimus procurator, seu legitimum habeat mandatum, nisi etiam illud in actis producat, *Marchesan. de commission. par.3. tit. de commission. impetr. absque mandat. num.7. & 8. fol.375. Tiber. in praxi A. C. lib.2. cap.27. num. primo Vant. de Nullit. tit. qual. sent. & procer. num.9. Borgnin. Caualcan. decisf.23. num.17. par.1. Seraphin. decisf.502. num.2. & decisf 933. numer.1. & decisf.1261. num.1. Mantic. decision.172. num.1. 219. num 2. 223. num.2. 254. num.8. & 9. 328. num.3. Coccin. decision.280. num.3. Caualer. decisf.337. num.6. san. mem. Gregor. XV. decisf. 330. num.1. Rot. in recentior. decisf.135. num.4. & decision.305. num.4. par.1. et decisf.345. num.2*
30 *part.2.* Quinimo† si in protestatione fuisset addita clausula, Itaquòd per subsequens ratificationem actus gesti validari non possint, nihil operaretur subsequens ratificatio, *Bal. in c. primo de Rescr. Mart. decisf. senen. exam.35. num, 38, Gratian. disceptat. forenſ. cap.773. num.51. Rot penes Marchesan. de Commission. part.3. fol.39. numer. 3*
31 Quod † tamen verum esse intelligas quotiescumque non concurrant præsumptiones ex quibus satis probari dicitur mandatum procuræ, prout sunt illæ, quæ resultant ex productione iurium, & impensa in litem facta, *Cassador. decision. 10. num. 2, & decisf 3. num. 4. de procurator Seraphin. decisf.933. num.2. & decisf.974. num.8. Rot. decisf.18 numer. 3. part. secunda recentior.*
42 Sed † illis concurrentibus exceptio huiusmodi non admitteretur maximè si ageretur de actis iam gestis, *Seraphin. decision.933. num.2. Adden. ad Gregor. XV. decisf.330. numer.5. Adden. ad Buratt. decisf. 93. num.14 vbi plures cumulant Rot. in Maceraten. Census 22. Iunij 1646. coram R.P. D. Arguelles quæ est decisf.254. num.25. inter recollect. per me post tractat. de Obligatione Camerali.*

Exceptio, quód Salarium non fuerit conuentum, quando repellat agentem pro consecutione Salarij.

QVAESTIO CII.

SVMMARIVM.

1 *Salarium non conuentum non debetur, Declara vt num seq.*
2 *Salarium non conuentum non debetur, licet*

cet fuerit à prædecessoribus solui solitum.

3 *Solium non extenditur de persona ad personam.*

5 *Salarium; vt dicatur conuentum necesse est, quod fuerit in certa re, vel quantitate promissum,* Contrarium num.5.

6 *Salarium etiam non conuentum debetur ijs quorum officium consistit in probitate scientiæ, & intellectus.*

7 *Famuli aliæque viles personæ sepe absque Salario inseruiunt.*

8 *Salarium non conuentum non debetur ijs, qui vacant muneribus habentibus annexum honorem, & dignitatem.*

9 *Munera, quæ habent annexos honores, & dignitatem absque Salario exerceri consueuerunt.*

10 *Sperans remunerationem si decipiatur non habet actionem pro consequendo Salario.*

11 *Cogitatio vnius in contractibus non attenditur, sed vtriusque consensus.*

12 *Seruientes in ministerio spirituali, vel pio potius sub spe æternæ quàm mundanæ mercedis seruire præsumuntur.*

13 *Salarium non conuentum debetur quando Dominus est solitus locare operas pro mercede,* Intellige vt nu.14.

14 Rota Ianuen. *in decis.115. nu.5. reprobatur.*

16 *Salarium non conuentum debetur quando extat consuetudo loci soluendi Salaria etiam non conuenta, Declara, vt nu.* 20. *& seqq.*

17 *Consuetudo soluendi Salarium non conuentum viget in curia Romana.*

18 *Consuetudini plurimùm defertur in solutione Salarij eaque semper attendenda venit cessante conuentione.*

19 *Contrahentes in locatione, & conductione operarum præsumuntur se conformare cum consuetudine loci.*

21 *Salarium non conuentum nō debetur ei, qui retinetur domi cum expensis, licet in loco adsit consuetudo soluendi Salarium non conuentum.*

22 *Salarium non conuentum non debetur consanguineo seruienti, licet adsit loci cōsuetudo soluendi* Salarium *etiam non conuētum, Declara vt nu.*23.

24 *Salarium non conuentum, licet ex consuetudine loci soluendum sit, non tamen soluendum erit amico inseruienti alteri amico, Declara vt nu.*27. *&* 28.

25 *Amicitiæ nihil magis aduersatur, quàm merces.*

26 *Amici operas donare non vendere Amicis consueuerunt.*

29 *Salarium non conuentum, licèt debeatur ex loci consuetudne, non tamen debetur ei, qui seruiuit per plures annos nec vnquā institit pro Salario, contrarium n. seq: Intellige vt nu.*31.

30 *Salarij renunciatio non inducitur per taciturnitatem plurium annorum, qui non sint sufficientes ad inducendam præscriptionem.*

32 *Salarium non conuentum, licèt ex loci consuetudine deberetur, non esset soluendum ei, qui prapositus esset officio, ex quo plura illud exercenti emolumenta prouenirent, Amplia vt nu* 35.

33 *Officia plura adsunt in Vrbe, quæ absq; Salario exerceri consueuerunt.*

34 *Auditores Illustris. Thesaurari solent seruire absque Salario, contentì emolumentis officij.*

36 *Consuetudinem allegans pro consequendo* Salario *debet illum probare specificè cum omnibus facti circumstantijs.*

37 *Præsumptiones suadentes, quē voluisse absque* Salario *seruire.*

38 *Salarium non conuentum de æquitate venit soluendum, Contrarium nu.* 39.

40 *Aequitas non scripta non attenditur.*

41 *Aequitatem non scriptam Iudices nullo modo debent attendere.*

42 *Salarium etiam non conuentum debetur operarijs alicuius industriæ.*

43 *Salarium etiam non conuentum debetur operarijs non habētibus vnde viuere possint,* Declara *vt nu.*44.

45 *Salarium non conuentum debetur quando à publico taxatum reperitur.*

46 *Salarium etiam non conuentum debetur ei, qui, vt aliena curaret, propria negocia reliquit.*

47 *Salarium non conuentum debetur famulo si Dominus aliquo tempore soluerit, Declara, vt num.*48.

49 *Salarium solui solitum dicitur conuentum, Declara vt nu.*50.

Pecu-

PEculiaris exceptio in materia Salarijs illa est, quòd nulla de ipsius Salarij solutione inter operarium, & Dominum conuentio præcesserit, & adeo inualuit exceptio huiusmodi, vt quasi adagium
1 in ore omnium sit, Salarium† non conuentum non deberi, vt per tex. in *l. 1. ff. var. & extraordinar. cognit. &* l. 1. *& l. Salarium C. mandati l. qui mutuas* §. *Salarium ff. eodem tit. dicunt Bal. in l. sed & si quid* §. *sufficienter ff. de Vsufruct Alex. in l. in iis* §. *seruis ff. solut matrimon. Faber. in* §. *summa num. 2 Instit. de mandat, Dec. cons. 132. in fine Alex. cons. 109. per tot, libr. 6. Crot. cons. 305. numer. 18. lib. 3. Castren. cons. 346. lib. 2. Riminal. sen. cons. 349. num. 3. & cons. 358. numer. 29. lib. 2. Ruin. cons. 138. num. 2. lib. 1. Natt. cons. 376. num. 4. Federic. de Sen. cons. 218. Angel. cons. 85. Riminal. Iun. cons. 428 num. 5. lib. 5. Menoch. cons. 238. lib. 3. Ioan Bott. cons. 43. num. 1. & seqq. Gratian. discept. forens. capit. 257. num. 1. Donat. Anton. de Marin. quotidian. resolut. capit. 73. num. 12. Ceuall. commun. opinion. cov. commun. quæst. 288. num. 5. Ciriac. controuers. forens. 61. num. 11. Florian. Dulph. controuers. 68. num. 12. vol. 2. Florez. Diez. variar resolut. quæst. 8. num. 17. & seq. Gabr. commun. conclus. tit. de procurator. conclus. 5. num. 1. Cardinal. Tusch. practicar. conclus. Iur. tom. 7 littera S. conclus. 7. Adden. ad decision. Bononien. 56. vers. regula inter Statutar. Granut. theorem. 12. n. 12. Caroc. de Locat. & conduct. par. 1. tit. de merc. famulat. quæst. 10. n. 3 Mãtic. de Tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 2 num. 16. Scacc. de Camb.* §. *4. glos. 3. num 2. Marches. de Commission. par. 1. tit. de Commission. appellat. in caus. Merced.* §. *1. num. 1 fol. 1191. Danz. in pugnam Doctor. tom. 1. tit de Salar. cap. 3. num. 3. Mauson. de caus. executiu. ampliat. 32. num. 14. Leoncill. de priuileg. pauper. par. 2. priuileg. 359. num. 1. Hector. Felic. allegat. 9. num. 12. vers. etiam Salarium libr. 3. Rebuff. de priuileg. Scholar. priuileg. 167. Gothofred. in praxi ciuil. lib. 1. tit. 6. de his qui sunt sui vel alien. iur. vers. & nota, quod seruus fol. mihi 493. Mastrill. de Magistrat. lib. 1. cap. 21. num. 101. Leoncill. in tractat. de priuileg. pauper. part. 2. priuileg. 359. num. 1. Rot. Bononien. d. decis. 56. num. 1. inter statutar. recollect. per Fundatium & Gypsium Rota Ianuen. decis. 115. in princip. Mart. vot. pisan. 99. num. 1. Thoro in compend. decis. for. Archiepiscopal. Neapo. in verbo Salarium fol. mihi 38. Ricc. in decis. Curia Abchiepiscopal. Neapol. decis. 85. num. 3. vers. cæterum, & in collectan. decis. par. 3. collectan. 656. in princip. Cassador decis. 160. alias 170. Rot. diuersor. dec. 559. num. 1. par. 1. & decis. 124. num. 1. & decis. 125. num. 1. part. 4. & in Recent ior. decis. 428. num. 1. par. 4, decis. 382. num. 17. par. 5. & coram Puteo decis. 43. alib. 2. decis. 11 lib. 3. & coram Cardinali Seraphin. decis. 65. num. 1. & decis. 849. num. 1. & coram Cardinali Caualerio decis. 400. num. 1 & coram Coccino decis. 256. num. 2. & coram Penia decis. 138. num. 2. & decis. 528. num. 7. & decis. 932. num. 3. & coram Durand. dec. 259. num. 20. & coram Cardinali Mantic. decision. 266. num. 1. & in Toletana seu Romana Mercedis 14. Maij 1568. coram Cardinali Aldobrandino, & in Romana Mercedis 17. Februarij 1581. coram Cardinali Lancellotto, & in alia Romana Mercedis 19. Februarij 1593. coram Cardinali Arigonio, & in alia Romana Mercedis 26. Iunij 1600. coram Cardinali* Pamphilio, *& in Leodien. Salarij 14. Nouembris 1603. coram Reu. P. D. Litta penes Marchesan. de Commission. par. 2 fol. 93. & in Romana Mercedis 14. Februarij 1605. coram R. P. D. Sacrato, & in alia Romana Mercedis 14. Decembris 1615. coram Patriarcha Manzanedo & in Toletana Salarij 8. Nouembris 1621. coram R. P. D. Vbaldo, & in Romana pecuniaria 4. Decembris 1628. coram R. P. D. Coccino, & in Elboren. Expensarum 5. Maii 1642. coram*
2 *Reuerendiss. Salamantino.*

Quod †procedit etiamsi operarius inseruiret Domino, puta Episcopo, vel simili, cuius antecessores fuissent soliti soluere similibus operarijs mercedem, *Marchesan. de Commission. part. prima tit. de commision. appellat. in caus. merced.* §. *1. num. 1. Rot. coram* Puteo *decis. prima num. primo libr. 3. & in Elboren. expensarum 5. Maii 1642. coram Reuerendiss. Salamantino*, Quia † tale
3 solitũ non est extẽdendũ de persona ad personam *ad l. 3.* §. *si quid interdicto & ibi Bar. ff. de itiner. actuque priuat. in l. ius singulare & l. quod vero ff. de Leg. Surd. cons. 74. n. 3. Menoch. cons. 54. nu. 37. Rot. decis. 172. n. 2. part. 1. diuersor. & coram Cardinali Mantic, decis. 284. nu. 6. & coram sanct. mem. Gregorio XV. decis. 162. num. 3.* & in terminis

Sala-

Salarij *Rot. coram Cesar. de Graff. decis. 6. num. 5. de præben. & in Elboren. expensarum 5 Maii 1642. coram Reuerendiss. Salamantino, & in d. Romana Salarii 40. Aprilis 1655. coram R. P. D. Albergato.*

4 Ad † hoc autem, vt Salarium dicatur conuentum non sufficit, quòd fuerit promissa in genere satisfactio laborum, sed requiritur, fuisse promissam certam summam, vel aliam rem iuxta sententiam, quam sequuntur *Speculat. in tit. de Salar. §. nunc de procuratorum*, vbi exemplificat, si fuerit dictum, benefaciam tibi, vel retribuam tibi plenè *Marchesan. de Commission. par. prima fol. 1193. num. 33. Mart. vol. 99. numer. 2. Danz. in pugn. Doctor. part. 1. tit. de Salar.*
5 *cap. 3. num. 3.* Sed † contrariam opinionem tuetur, *Marant. in cons. 34. num. 2.* vbi vult, quòd sufficiat, Salarium fuisse promissum etiam in genere, quia subintrat Iudicis officium pro determinanda quantitate, & ita resoluit *Rot. in Romana Mercedis 10. Maii 1599. coram Cardinali Lancellotto, & in Toletana Canonicatus pœnitentiariæ 28. Iunii 1645. coram Reuerendiss. P. D. meo Cerro.*

Prædicta tamen regula licèt verissima sit; prout talis apparet dum per Legum dispositiones, & ab innumeris Doctoribus, nec non pluribus Orbis supremis Tribunalibus approbata apparet ex supra allegatis, Attamen non ita de plano procedit, vt plures non patiatur limitationes,
6 & † Primo limitatur quando agitur de operarijs, quorum officium consistat in probitate scientiæ, & intellectus; prout sunt Aduocati, Doctores, Medici, & similes, quibus eadem ratio doctrinæ competat, qui Salarium consequentur ab ijs, ad quorum fauorem operam impenderunt etiamsi nullum de solutione pactum, seu conuentio præcesserit *d. l. 1, ff. de var. & extraordinar. cognit. Doctores in l. 1. C. de suffrag. & in l. archiatri aliàs incipien. Antiochus C. de professor. & Medic. lib. x. Bald. in l. prima num. 2. C. mandat. Bellon. in §. nunc transeamus Instit. de obligat. Rip. in tractat. de pest. tit. de remed. ad curand. pest. §. Medicorum num. 124. Federic. de sen. cons. 218. numer. 1. & 2. Natt. cons. 376, per tot. Alex. dicto cons. 109. numer. 2. lib. 6. Gratian. discept. forens. cap. 158. num. 6. & 7. Ben. de priuileg. I. C. part. 3. priuileg. 73. sub num. 2. Ricc. in collectan. decis. collect. 656. vers. limita Put. decis. 11. lib. 3. in fine Rot. coram Seraphin. decis. 74. sub num. 2 vers. secus vero & decis. 849. num. 3. & in* Romana *Mercedis 18. Ianuarij 1604. coram Lancellotto & in* Romana *prætensæ Mercedis 5. Nouembris 1579. coram Aldobrandino impress. penes Marchesan. de Commission par. 1. fol. 1198. & in Leodien. Salarii 19.* Decembris *1610. coram* R. P. D. *Pirouano.*

In istis enim regula suprafirmata non pro
7 cedit, sed † locum habet tantummodo in famulis, & alijs vilioribus personis, quæ sepe numero inseruiunt sine Salario *Gratian. d. cap. 257. num. 3. vers. hoc tamen Paitell. expedit. causar. ciuil. 99. num. 16. in Annotation.* Ricc. *in collectan. decis. 1885. vers. hæc tamen regula declaratur* Rot, *coram Seraphin. decis. 74. num. 2. & decis. 849. num. 2*
8 Et † in illis, qui vacant muneribus habentibus annexa priuilegia, & honores, *Rot. decis. 126. num. 2. part. 4. diuersor. & coram* Cardinali *Seraphino decis. 839. num. 4. Adden. ad decis. Bononien. Statutar. decis. 56.*
9 *vers. solet autem dubitari*, quia † officia huiusmodi à pluribus desiderari solent imò muneribus aucupantur, & potius sub spe alicuius magnæ remunerationis, quàm pro Salario exerceri consueuerunt, vt aduertunt Rot. *in Romana pecuniaria 26. Maii 1654. coram* Reuerendiss. *P. D. meo Cerro, & in* Romana *Salarij 30. Aprilis 1655. coram*
10 *Reu. P. D. meo Albergato*, Quæ † tamen spes si decipiatur, non propterea aliqua speranti remanet actio pro consequendo Salario, *Alex. de Neuo cons. 84. num. 10. Azor. institution Moral. part. 3. libr. 8. capit. 13. vers. quarto quæritur* Rot. *coram Seraphin. d. decis. 849. sub num. 4. & coram Mantic. d. decis. 266. num. 6. & 7.* Nam neque is, qui alicui pecuniam dedit sub spe magnæ remunerationis, quam deinde non habuit pecuniam repetere potest *l. 3. §. si quis quasi in fine ff. de cond. ob caus. Rot. in d.* Romana *pecuniaria 26 Maij 1654. coram* Reuerendiss. *P. D meo Cerro*, & ea est ratio, quia in
11 † his, quæ ex duorum consensu agenda sunt, non sufficit cogitatio vnius, sed vtriusque consensus spectari debet, *l. non solum ff. de Action. et obligat. l. si ego, et ibi Bar. nu. 2. ff. si cert. petat. Idem Bar. in l. cũ*
12 *quid nu. 9. in fine ff. eodem*, Et † quod diximus

mus de inseruientibus in officijs, quæ ha-
12 bent honores annexos, adaptari † potest etiam iis, qui operam præstant in aliquo ministerio spirituali, vel pio, quia huiusmodi operarii, magis contemplatione æternæ mercedis, & lucri, quod facit ex pietate, quàm mundanæ mercedis inseruire consueuerunt, vt dixit, *Rot. in Romana Mercedis 23, Ianuarij 1591. coram R. P. D. Iusto quæ est decis. 128. sub numer. 4. vers. & eo minus par 4. diuers.*

13 Limitatur † Secundo quando operarius instans pro mercede esset solitus locare operas suas, & Dominus conducere, his enim duobus extremis probatis non obstabit ei, qui Salarium petit exceptio, quòd non fuerit conuentum, *l. excepto C. locati Bar. in l. 1. §. ludi ff. de var. & extraordinar. cognit. Archidiacon. in c. sunt nonnulli num. primo vers. canonica tamen 1. quæst. 1. Federic. de sen. d. cons. 18 in fine Alex. eod. cons. 109. num. 12. lib. 6. Natt. cons. 376. num. 4 Soccin. cons. 196. in fine vol. 2. Dec. cons 132 in fine Riminald. Iun. cons. 478. per tot. Corn. cons. 116. num. 2. in fine, & num. 3. libr. 4. Castren. cons. 364. Roman. cons. 140. num. 2. Simon. de Præt. cons. 53. num. 2. Gabr. consil. 170. num. 20 vol. 1. Menoch. cons. 228. num. 4. Capr. regul. 88. num. 46. Granut. theorem. 12. num. 12. & seqq. Ciriac. controuers. 76. num. 6. Bonacoss. de famul. quæst. 79. Caroc. de locat. par. prima quæst. 10. Rebuff. ad Constitut. Reg. Gallic. tit. de famul. Salar. glos. 3. in princip. Idem de priuileg. Scholar. priuileg. 163. Leoncill. de priuileg. pauper. part. 2. priuileg. 360. num. 2. Marches de Commission. loc. supra citat. num. 1. Mart. d. vot. 99. num. 5. Rota coram Put. decis. 44. lib. 2. & decis. 1. lib. 3. & coram Penia decis. 138. num. 2. in fine & coram Caualer. decision. 400. sub num. 1. vers. & licet, & coram Seraphin. decis. 74. num. 2. & decis. 1322 num. 1. et coram Mantic. decis. 266. num. 1. et coram Coccino decis. 256 num. 2. et decision. 128. num. 2. par. 4. diuers. et in recen. decis. 238. num. 1. in fine, et decis. 291. sub num. 1. par. 1. et decis. 157. sub num. 2. vers. dixerunt par. 1. et decis. 428. num. 1. par. 4. & decis. 286. num. 1. eadem par. 4. tom. 2. et in Romana reductionis laudi 12. Februarij 1582. coram Cardinali Blanchetto, et in Romana Mercedis 19. Februarij 1593. coram Cardinali Arigonio, et in Osien. Salarij 21. Maij 1610. coram Cardinali Lancellotto, et in Romana Mercedis 14. Decembris 1615. coram R. P. D. Manzanedo et in Toletana Salarii 8. Nouembris 1621. coram R. P. D. Vbaldo, et in Romana Pecuniaria 4. Decembris 1628. coram R. P. D. Coccino, et in Elboren. Expensarum 5. Maii 1642. coram Reuerendissimo Salamantino,* Quotiescum-
14 que † tamen prædicta duo extrema copulatiuè concurrant, cum non sufficiat probare, quòd solus Dominus fuerit solitus conducere operarios pro mercede, non autem operarius locare, vel e contra *Gratian. dicta disceptat. 257. num 2. Adden. ad decis. Bononien. statutar. decis 56. vers sed contrarium Rot. dicta decis. 428. num. 1. par. quarta diuersor. et coram Penia decis 528. sub numer. 7. vers. neque sufficit & in d. Romana Mercedis 18. Februarij 1593. coram Cardinali Arigonio, & in dicta Elboren. expensarum 5. Maij 1642. coram Reuerendiss.*
15 *Salamantino,* Et † licèt contrarium firmauerit, *Rota Ianuen. in decis. 115. num. 5.* vbi habetur, quòd sufficiat tantùm verificare, operarium esse solitum locare operas suas, Verior tamen opinio est, quòd probari debeat vtrumque extremum copulatiuè, vt testantur, *Adden. ad dict. decis. Bonon. statutar. 56. vers. sed contrarium creditur esse verius Mauson. de caus. executiu. ampliat. 32. n. 15. Ricc. in dec. Curiæ Archiepiscop. Neapol. 85. n. 2. vol. 1.*

16 Limitatur † tertio, quando in loco, in quo quis suas operas præstauit adesset consuetudo soluendi Salarium etiam non conuentum, *Soccin cons. 196. in fine vers. et hac iudicio meo lib. 2. Hippol Riminal in addit. ad Iacob. Riminal. consil. 349. lib. 2. Corn. cons. 116. numer. 2. in fine et numer. 3. lib. 4. Surd. de Aliment. tit. primo quæst. 61. num. 7 Caroc. de locat. part. prima. tit. de Mercede famulatitia quæst. 10. nu 8. Gratian. discept. forens. dicto cap. 257. nu. 35. et sequen. Rot. decis. 238. nu. 1. in fine part. 1. in recentior. et coram Caualerio decision. 400. numer. secundo, & decision. 416. numer. primo, et coram Seraphin. decision. 1323. nu. primo et coram Coccino decision. 356. num. secundo et in Oscen. Salarij 21. Maii 1610. coram Cardinali Lancellotto, et in eadem 28. Nouembris 1613. coram Vbaldo, et in Toletana Canonicatus pœnitentiariæ 18. Iunii 1645. coram Reuerendissimo Pad. Dom. meo Cerro*

Et

17 Et † hæc consuetudo viget in Curia Romana; prout pluriès attestata fuit S. Rota & præcipuè *in dicta decis.238. par. prima recen. & coram Caualer. dicta decision.400. num.2. & decis. 416. num.primo, & in d. Toletana Canonicatus pænitentiariæ coram* Reuerendiss. *P. D. meo* Cerro, *& in alijs*
18 *omnibus mox.supra allegatis*, In † Salariis enim soluendis multùm defertur consuetudini, illaque semper attendenda venit, quando non adest particularis, & expressa conuentio partium, *Caroc. de locat. par. prima titul.de Mercede omissa quæst.2. Surd. cons.460. num.30. Azor. institution. Moral. part.3. libr.8. cap. 13. Gratian. dicta discept.257. num.36. Rot. coram Pænia decision.413. num.10. & in Romana Salarij 30. Aprilis 1655. coram* Reu. *Pad. Dom. Albergato.*

19 Quia † contrahentes in locatione, & conductione operarum præsumuntur se conformare cum consuetudine loci, *Gabr. commun. conclus. lib.6. tit. de Consuetudin. conclus. prima num.5. post Bar. in l. prima §. ludi quoque ff. de var. et extraordinar. cognit. Alex. cons.109. numer. primo vol.6 Soccin. cons.196. vol.2. Surd. cons.460. num. 30. et in tractat. de Aliment. tit.4. quæst.23 n.18. Caroc. de locat. et conduct. tit. de famul. quæstion.10, num.3. et in tit. de Mercede consuetudinar. num. 2. Guttier. de iurament. confirmator. par. prima cap.64. num.3. Carpan. ad Statut. Mediolan.379. numer. 31. vol.2. Granut. theorem.12. num.14. et 15. Menoch. cons.228. num.39. et de Arbitr. cas.515. num.2. et 5. Cancer. variar. libr.2. cap. 14. num.111. et seqq.* Rebuff. *ad constitut. Reg. Gallic. tit. de famul. Salar. glos. 3. Giurb. decis.13. num.2.* Rot. *decis.10. num. 15. par.6. in recen.*

20 Erit tamen animaduertendum, quòd † talis consuetudo non sit attendenda quotiescumque concurrant præsumptiones, & coniecturæ, quòd operarius voluerit absque Salario seruire, Et præsumptiones plures esse possunt, nec omnes referri valent cũ deducendæ sint ex facti circumstantijs, nonnullas tamen adducemus à S. Rota, & Doctoribus canonizatis pro vrgentibus, itaut ipsis concurrentibus consuetu-
21 do prædicta non sit attendenda, & † Prima est quando instans pro Salario recepisset in domo illius, cui operas præstitit, expensas pro victu necessarias, R*ot. coram Seraphin. decis.65. numer. secundo, et coram Penia decis.528. numer. octauo, et coram* Caualer. *decis.400. num.* 5. Nam tunc intrat præsumptio, quòd voluerit pro expensis seruire, *Bal. in l. si certis annis num.9. C. de pact. Alex. cons.107. numer. secundo libr. primo Fælin. in c. cum* Bertoldus *numer.41. de re iudic. Natt. cons.292. numer.2. in fine cum sequen.* Rot. *decis.559. num. primo part. prima diuersor. et coram Seraphin. d. dec.849 num.4. coram Mantic. decis.266. sub num.1 vers. primum, quia & coram* Penia *decis.413 num.13. & in* Romana *Salarij* 30. Aprilis 1655. *coram Reu. P. D. Albergato* Præcipuè si Dominus fuisset solitus retinere famulos pro solis expensis, *Rot. coram Seraphin. d. decis.65. sub num. 2. vers. maximè attenta repetit. in part. 4. diuers. decision. 124. num.3.*

22 Secunda † præsumptio est quando inter operarium, & illum, cui fuerunt præstitæ operæ intercedit sanguinis coniunctio, qua stante, non poterit operarius petere Salarium non conuentum, etiamsi adsit loci cõsuetudo illud soluendi, *Abb. in c. nonne sub num.1. de præsumption. Lup. in c. per vestras §.45. de donation. Roman. cons.207. & 235. & singular. 652. Soccin. cons.5. col.8. vers. Octauo Magis in terminis libr.4. Angel. consil.85. num.7. Purpur. cons. 387. num. 9. et 10. libr.1. Dec. cons.267. numer. secundo in fine Alex. cons. 166. col. 6. vers. non obstat dum quinto opponitur libr. 7. Adrian. Negusan. quæsti on.419. nu. octauo Rot. decis. 305. nu.5. part. secunda et decision.322. nu.11. et 328. nu. quarto part. quarta in recentior.*

23 Quod † tamen verum dicas quotiescumque alia concurrant adminicula; nam aliàs sanguinis coniunctio de per se non sufficeret ad exclusionem Salarij, *Surd con.290 nu.60. Menoch. consil.91. nu.53.* Rot. *coram Cardinali Seraphin. decis.1322. numer.1. & coram Cardinali* Caualerio *decis.400. num.5* Et adminicula, quæ debent concurrere sunt calculatio rationum sepius facta, & temporis diuturnitas, *Glos. in l. libertis §. manumissis verb. si conditio ff. de Aliment legat. Roman. cons.517. num.15. vers. tertio quando concurrunt tria Alex. cons.56. nu. 14. vers. nec obstat. libr.4. Corn. consil.265. nu.20. libr.1. Cæphal. consil.48. nu.36. Soccin. consil.25. nu.10. libr.4. Natt. consil.100 nu. 9.*

num.9. Menoch. de Arbitrar. Iudic. caſ.88. num.16. Mantic. de Tacit. libr. 13. tit. 19. num.9. verſ. & in hoc caſu & tit.22. num.7 verſ. & ſi res.

24 Tertia † præſumptio oritur ex magna amicitia, qua ſtante, operarius mercedem non habebit ſi de illa ſoluenda conuentio non præceſſerit, *Gloſ. in l.1. §. Aduocatus ff. de Var. & extraordinar cognition. Bar. in l.2.num.4. ff. de negoc. geſt. Bald. in l.2. num.2. C. de Iure dot. Menoch. de Arbitrar. Iudic. caſ.88. num.60. & in conſ.683. num.21 libr.7. Macheſan. de Commiſſion.appellat. in cauſ. Merced. nu.13. Ioſeph. Ludouici. deciſ. peruſ.121. num. 7. Maſcard. de probat. concluſ.554. num.56. Mareſcot. variar. reſolut. libr.2. cap.110. numer.3.* Nihil

25 † enim magis amicitiæ contrariatur quàm merces, *l. prima ff. mandat.* Vnde Amici

26 † operas non vendere, ſed donare amicis conſueuerunt, *Surd. conſ.196. numer. 18. lib.2. & in tractat. de Aliment. tit.6. quæſt.1 num.23. Leoncil. de priuileg. pauper. part. 2. priuileg.282. num.16.* Rot. *in recen. deciſ.69*

27 *num. 33. par. 7.* quotieſcumque † tamen Amicitia ſit talis, vt ei ueræ amicitiæ nomen conueniat, & non ſit quædam familiaritas, ſeu beneuolentia, quæ non dicitur propriè amicitia, ſed benè amicitiæ principium, *Alberic. in l. cum quidam num. primo ff. de legat. ſecundo, & per Ariſtot. eth.9*

28 Hæc † tamen amicitia de per ſe non ſufficiet ad excludendum agentem pro Salario etiam non conuento, ſtante loci conſuetudine, niſi alia cum ipſa amicitia concurrant adminicula, vt voluit, *Rot. coram Seraphin. deciſ.1322. num.1. & coram Caualerio deciſ.400. num.3.*

29 Quarta † præſumptio deducitur ex eo, quòd operarius per plures annos ſeruitium præſtiterit, nec vnquã à Dño Salariũ requiſiuerit, ſed ſemper tacuerit, per quam taciturnitatem cenſetur abſque Salario inſeruire voluiſſe, *Federic. de Sen. conſ.119. Soccin. conſ.106. in fine vol.2. Alex. conſ. 109. numer.6. Granut. theorem.12. num.10. Mart vot. piſan.99. n.4. Rot. diuerſ. deciſ. 559. num. primo, & num.2. in fine part. prima & in recentior. deciſ.310. numer.4. in fine part.3. & coram Pænia deciſ.138. numer.3. & coram Cardinali Mantica deciſ.266. numer.5. & coram Seraphin. deciſ.894. num.4 verſ. ſed quod maximi eſt momenti & in Romana Salarij 30. Aprilis 1655. coram R. P.*

30 *D. Albergato*, Et † quamuis contrarium firmauerint, *Seraphin. in d. deciſ. 1322. num.4. & Caualer. d. deciſ.400. num. 4.* vbi, quòd taciturnitas plurium annorum non inducat renunciationem Salarij, niſi concurrat legitima temporis præſcriptio, At-

31 tamen poſſent ad concordiam reduci dicendo, quòd prima opinio locum habeat quando is, qui operas præſtauit, aliquid conſecutus fuit ab eo, in cuius commodum operæ fuerunt impenſæ, quia tunc intrat concluſio, quòd talis præſumatur facta conuentio qualem docuit ſubſecuta obſeruantia, *Felin. in c. cum Bertoldus numer.41. de re Iudic. Bal. in l. ſi certis annis num.9. C. de pact. Alex. conſ.107. numer. 2. libr. 1. Natt. conſ. 292 num. 2. in fine cum ſeq. Ioſeph. Ludouic. concluſ.38. illat.95. Rot. coram Penia deciſ.413 num.10. & in d. Romana Salarij 30. Aprilis 1655. coram R. P. D. Albergato* Secunda vero procedat quando operarius nihil fuerit conſecutus prout ſe declarat, *Caualer. in eadem deciſ. 400. verſ. ille talis habuerit expenſas ſub num. 5. & Seraphin. in deciſ. 849 verſ. conſtat habuiſſe victum, & expenſas ſub num. 4. voſt Syluan. conſ. 26. num 13.* Sed contra hanc diſtinctionem facit, *deciſ. 129. numer. 3. part.4. diuerſor.* vbi dicitur, quòd per receptionem alicuius rei, quæ loco Salarij ſuccedat, non dicatur quis ſibi præiudicaſſe, vt ſupplementum vſque ad ſummam competentem petere non poſſit, ſi quod recepit debitæ mercedi non correſpondeat, & id ipſum videtur firmatum in eadem *deciſ. Caualer. 400. verſ Demum ad aſſertam donationem ſub num.6.* Pro concordia igitur prædictarum opinionum, quæ videntur inter ſe contrariæ, poterit quidèm adduci diſtinctio ſupra allata, ſed illa erit admittenda cum grano ſalis, ſcilicet, quòd tunc taciturnitas in petendo cum receptione alicuius rei loco mercedis præiudicet, ita vt non poſſit illud Salarium expoſci, quando id, quòd fuit receptum correſpondet labori, Secus vero quãdo eſt quidminimũ ratione laboris impenſi, vt in caſu prædictæ deciſionis 129. prout apparet ex lectura eiuſdem in fine *verſ. Portio enim panis, & vini exigua erat, ſub num.3.*

32 Quinta † præſumptio eliditur ex quali-

tate officij, in quo quis se exercet, vt puta si tale sit, vt ex illius exercitio plura commoda, & emolumenta proueniant,ei qui suas operas in illo præstat, Tali enim casu intrat præsumptio, quòd is, qui officium acceptauit, voluerit illud exercere absque Salario, *Bar. & Ias. in l. diem functo ff. de offic. Assessor. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 21. num. 41. Gratian. disceptat. forens. cap. 561. num. 14. Diaz. variar. quæst. libr. 1. quæst. 8. num. 6. & seq. Caroc. de locat. tit. de Sportul. Iudic. num. 84. Sbroz. de offic. Vicar. lib. 1. quæst. 55. num. 6. Modern. à S. Gregor. de Molar. in tract. de diuis fruct. par. 2. cap. 11. nu. 28. Rot. coram Pænia dec. 413. num. 8. & in d. Romana Salarij* 30. *Aprilis* 1655. *coram R. P. D. Albergato*. Præsertim quando adest consuetudo, vt ipsa officia exerceantur absque vllo Salario, & loco illius soleant emolumenta officij suc-
33 cedere, prout in † Vrbe plura adsunt huiusmodi generis officia, vt in *præcitata Romana Salarii coram R. P. D. Albergato*,
34 quæ loquitur de †officio Auditoratus Illu-
35 strissimi Thesaurarij; Quinimo † tali casu non suffragaretur pro Salarij consecutione probare, quòd Dominus esset solitus conducere operas, & operarius locare pro mercede, cum potuisset Dominus alium reperire, qui officium absque Salario exercuisset, *Federic. de sen. d. cons. 218. & seq. Alex. d. cons. 109. vol. 6. Gabr. commun. conclus. lib. 2. tit. de procurator. conclus. 5. nu. 3.* Quotiescumque tamen non probaretur solitum vtriusque conducendi, & locandi respectiuè operas pro mercede in eodem
36 officio, quia quando † quis pro obtinenda mercede vti vult consuetudine debet illam probare cum eisdem facti circumstantijs, *Cæs. de Graff. decision. 6. numer. 5. de præbend.*

37 Poterit †quoque pro coniectura inseruire, quòd Dominus aliqua emolumenta ab extrà, procurauerit famulo, qui proprerea se maximis obligationibus deuictũ ipsi Domino profiteretur, vt per, *Rot. coram Mantic. decis. 266. & coram Seraphin. decis. 849. & in d. Romana Salarii coram R. P. D. Albergato*, in quibus decisionibus aliæ plures præsumptiones cumulantur.

38 Limitatur † quarto, secundum aliquos quòd non procedat de æquitate, vt per *Rebuff. ad Constitution. Reg. Gallic. tom. 2. tit. de famulor. Salar. glos. 3. Granut. theorem 12. sub num. 10. Caroc. de locat. & conduct. par. 1. tit. de Mercede famulat. quæstion. 10. num. 9.* & Alij moti auctoritate dicti Rebuffi, qui tamen, si benè aduertatur, requirit cum æquitate concursum consuetudinis soluendi Salarium etiam non conuentum, qua stante certi Iuris est, quòd debeatur Salarium etiamsi nulla conuentio præcesserit, vt latè diximus supra in præ-
39 cedenti limitatione, sed, † ipsa consuetudine remota, æquitas de per se non potest operari, quòd soluendum sit Salarium non conuentum. vt pluries resoluit, *Rot. & signanter in Romana Mercedis 16. Iunij 1570. coram R. P. D. Binarino quæ est decision. 559. num. 2. par. 1. diuersor. & in Alia Romana Mercedis 19. Februarij 1593. co-*
40 *ram Cardinali Arigonio*, æquitas † enim non scripta, non venit attendenda, sed potius rigor scriptus iuxta tex. in *l. prospexit ff. qui & à quib. l. 1. & ibi DD. C. de legib. Cappell. Tholos. decis. 261. num. 5. Gratian. disceptat. forens. cap. 254. num. 9. Mantic. decis. 148. num. 3.* Et ratio est quia non dicitur æquitas illa, quæ contra ius scriptum certum trahit ex motu, & affectione animi particulari, imò per Iudices euitanda, &
41 † secundùm eam nullatenus iudicari posse dicunt omnes *Scribentes in l. placuit ff. de Iudic. & in l. prospexit ff. qui, & à quib. manumiss. liber. non fiant Gayll. singular. obseruat. libr. 2. obs. 23. num. 26. Missinger. obseruat. 63. centur. 6. num. 4. post Zas. consil. 10. num. 35. lib. 1. Decian. resp. 36. n. 42. & seq. libr. 1.*

42 Limitatur † Quinto in Operarijs alicuius industriæ, qui gratis operas præstare non præsumuntur *Caroc. de locat. & conduct. par. 1. tit. de Mercede famulatitia quæst. 10. num. 7.*

43 Limitatur † sexto in operarijs non habentibus vnde viuere possint; isti namque absque mercede inseruire nolle præsumptio est *Petr. de Vbald. de duob. fratrib. par. 6. in fine Bonacoss. de famul. quæstion. 79.*

44 Sed si expensas à Domino receperint non poterunt aliud Salarium petere, cum loco eius expensæ subrogentur, & pro illis inseruire voluisse dicendum esset maximè cum soleant sepe personæ miserabiles pro solis expensis inseruire, *Gratian. disceptat.*

disceptat. forens. d. cap.257. num.3. vers. hoc tamen Seraphin. *d. dec.74. num.2. & dec.849 num.2.*

45 Limitatur † Septimo in operarijs, quibus à Publico Salarium taxatum reperitur, *Ricc. in collectan. decis. 656. vers. limita 3.* per talem enim taxam contraxisse dicuntur Ciues cum operarijs de soluendo mercedem in summa taxata, itaut possint ipsi operarij, eorum munere expleto, ipsam mercedem petere, non secus ac si expressa conuentio præcessisset, *Felin. in c. nouit. num.18. de Iudic. Barbos. in c.1. num. 9. de probation. Cabed. decis.* Lusitan.95. *num.*14 *Soar. de Legib. lib.8. cap.37. num. 4. & 19. Rodulfin. de Absolut princip. potest. capit. 6. num.170.*

46 Limitatur † Octauo in casu, quo Operarius, vt aliena negocia faceret propria dereliquit; in hac enim facti specie non habetur ratio, An salarium fuerit conuentum, vel non, sed omnino soluendum est *l. à tutoribus §. finali vbi Glos. & Bar. ff. de Tutel. Idem Bar. in l. in eos ff. eodem Caualcan. in tractat. de Tutor. & Curator. numer.301. Guidopap. quæst.68. Ancharan. famil. quæst.61. num.7. libr.2. Menoch. cons. 228. num.1. vsque ad 47. Surd. de Aliment. tit.9. quæst.39. nu.6. Mauson. de caus. executiu. ampliat. 32. num. 22. Paitell. in expedition. causar. ciuil. 99. num.18. in annotation.*

47 Limitatur † Nono, quando per Dominum fuerit aliquo tempore certum solutum Salarium, nam tali casu, licet non fuisset ab initio conuentum; attamen dicendum esset, quòd per solutiones iam factas voluisset Dominus conducere operas famuli pro quantitate Salarij præstiti, sicut, & famulus, quòd voluisset locare, *Rebuff. ad dd. Constitution. Reg. Gallic. tom.2 tit. de famul. Salar. glos.4.* Itaut quotiescumque famulus probet solutiones antecedenter factas; possit conuenire Dominum a-
48 ctione locati Dummodò † appareat, solutionem fuisse factam ex causa Salarij; nam aliàs, si ex alia causa solutio facta appareret, non obligaret Dominum in futurùm ad solutionem Salarij, sed spectaret ad Dominum probare se ex alia causa soluisse, vt latiùs diximus suprà in *par.2: quæst.68. numer.35. & seq.*

49 Limitatur † tandem, quòd locum non habeat in casu, quo quis succederet ad inseruiendum loco alterius operarij, cui certa merces fuisset soluta; intrat enim tali casu vulgata regula, quòd Salarium solui solitum antecessoribus Successoribus etiam soluendum sit, de qua, *Bal. in l. licet C. locati Surd. cons.42. num.13. Menoch cons.570. num.7. & 8. Rot. decis.88. num.5*
50 *& 9. par. 2. diuers.* Necesse † tamen erit probare, quòd Salarium fuerit semper in eadem quantitate ab Antecessoribus habitum, & præcipuè vltimis annis; nam si solutiones fuissent diuersæ, non haberetur illarum ratio; nec recedendum esset à principali Regula, quæ est, Salarium non conuentum non deberi, *Bal. in d. l. licet in fine Corset. in suis singularibus verb. Salarium vers. sed præfatus Mantic. de Tacit. & ambig. conuent. libr.5. tit. 12. num.5. Rot. in d.* Romana *Salarij 30. Aprilis 1655. coram* R. *P. D. Albergato.*

Exceptio non implementi quando admittatur in causa Salarij.

QVAESTIO CIII.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non implementi non censetur exclusa licet adsit statutum reiiciens omnes exceptiones.*

2 *Exceptio non-implementi opponi potest ad retardandam executionem obligationis Cameralis.*

3 *Exceptio non implementi opponi potest in causis mercedum, Declara, vt num. seqq.*

4 *Exceptio non implementi opponi non potest operario agenti pro consecutione mercedis quando non implementum prouenit ex causa conductoris. Declara, vt num.5.*

6 *Exceptio non implementi An sit admittenda in causis mercedū quando adimplementum non fuit secutum ex facto tertii?*

17 *Factum Principis ei nocere debet, cui dirigitur non autem aliis.*
18 *Exceptio non implementi opponi potest operario qui noluit operas præstare.*
19 *Exceptio non implementi impendit operarijs consecutionem Salarii pro eo tempore, quo operas non præstant, non autem pro tempore, quo seruiuerunt.*
20 *Exceptio non implementi opponi potest agenti pro consecutione mercedis etiamsi ob casum fortuitum non potuerit munus suum adimplere si agatur de operario, cuius officium in solo labore consistat.*
21 *Exceptio non secuti adimplementi ob casum fortuitum non obstat Operario agenti pro mercede si eius officium consistat in probitate scientia, & intellectus, Declara, vt num.12.*

1 EXceptio † non adimplementi ex illis est, quæ nunquam censentur exclusæ, licèt adsit statutum omnes reijciens exceptiones, *Bald. in l. prædiis nu. 1. C. de Euiction. Roman. cons. 244. sub num.5. vers. primo enim Crauett. cons. 151. num.10. Rolan. cons.54. num.33. libr.1. & cons. 69. numer.11. libr.4. Menoch. cons.1. num.266. Surd. cons. 186. num. 26. libr. 2. Castren. cons.227. num.2. vol.2. Marescott. variar. resolut. libr.2. cap.121. num.94. Angel. de acquiren. possess. quæst. 2. art. 7. numer.225. Giurb. decis. 100. num.22. Gratian. discept. forens. cap.307. num.2. Ricc. in collectan. decis. 1245. vers. amplia quinto*
2 *par.4.* Semperque † opponi possunt in quocumque Iudicio quantumuis summario, & executiuo, etiam ad retardandam executionem obligationis Cameralis, *l. Iulianus §. offerri ff. de Action. empt. Galles. de obligat. Cameral. quæst.17. num.7. Mangil. de Euiction. quæst.150. num.27. Marescott. vbi supra num.92. Pacific. de Saluian. interdict. inspect.2. cap. 2. num. 269. vers. quod procedit & inspect.5. cap.5. nu.100. Castracan. de Societat. offic. cap.69. nu.3. Rot. in recentior. decis.242. nu.3. cum alijs quampluribus adductis in addit. ad tractat. de obligation. Cameral. quæst, 17. num.86.* Admit-
3 tenda † igitur erit etiam in causis Salarij, *l. item quæritur §. si gemma, & l. si quis donum in princip. & §. Celsus, & l. sed, & damno §. vltimo ff. locat.* & post *Caphal. in cons.423. num.8. & Tiraquell. in tractat. cess. caus.* quos allegat firmat, *Rota in Placentina Donationis 28. Iunii 1588. coram R. P. D. Gypsio*, cum infrascripta tamen distinctione videlicèt: Aut non implementum prouenit à Conductore, vel ab Ope-
4 rario, vel à Tertio, Et † si à conductore operarum prouenit nulli dubium est, quòd exceptio non implementi non obstet operario agenti pro consecutione Salarij, *argumento eorum, quæ habentur in l. Iuris ciuilis ff. de condit. & demonstrat. Simon. de Prat. cons.28. num.7. Carol. de Grass. except. 13. num.49.* sufficit enim, quòd operarius fuerit paratus ex parte sua operas præstare, *l. qui operas, & l. sed addes §. vltimo ff. locat. Glos. in l. si vno §. item cum quidam verb. personis ff. eodem tit. Bar. in l.1. §. diuus num.1. in fine ff. de var. & extraordin. cognit. Natt. cons.452. num. 2. Dec. cons.79 num.1. in fine Aldobrand. cons. 8. num. 15. libr.2. Noguerol. allegat.33. numer.6. Vrsell. conclus.60. num. 22. & 23. Cappell. Tholos. decis.79. & decis.278. Bonacoss. in tractat. de famul. quæst.109. in princip. Rot. coram Buratt. decis.5. num.13. & decis.79. num.9. & coram Caualer. decis.520. per tot. & in diuersor. par.4. decis.839. & in Recentior. decis.330. numer.3. par.1. & decis.265. numer.3 par. 2. & in Vrbinaten. Salarii 26. Iunij 1652. coram Reu. Pad. Dom. Zarate.*
5 Quotiescumque † tamen operarius non dederit causam Domino, vt puta, si Dominus expulerit operarium ad certum tēpus, vel opus conductum ante operis perfectionem, vel lapsum temporis conuenti ob culpam operarij, qui noluerit obedientiam præstare, vel aliquod damnum seu præiudicium factis, vel verbis Domino attulerit, Tali enim casu licèt per factum Domini, qui expulit, non potuerit operarius adimplere, attamen Salarium prætendere non valebit, *Bar. in l. Nesennius ff. de excusat. tutor. Bonacoss. de famul. d. quæst.129. & quæst.213. & facit tex. in l. 1. C. de statuis, & imagin.*
6 Si † vero impedimentum causaretur ex facto tertij, vt puta Principis, tunc erit videndum, an tale factum impediuerit operario suo muneri satisfacere, vel Conductori operibus vti; nam si operarius non potu-

erit seruire obstabit exceptio non adimplementi; Si vero Conductor non valuerit operibus vti, exceptio huiusmodi contra operarium agentem pro Salario nulla-
7 tenus erit admittenda, cum factum† Principis ei nocere debeat, cui dirigitur non autem a iijs, *l. Lucius ff. de euiction. Iacob. de Nigr. in l. diem functo num. 52. ff. de offic. Assessor. Rot. in Vrbinaten. Salarii 30. Aprilis 1654. coram Reu. Pad. Dom. Albergato.*

Demum, si nec conductor, neque Tertius dederint causam non implemento, Videndũ erit An operarius suas partes nõ ex pleuerit ex defectu voluntatis, vel pote-
8 statis, Et † si ex defectu voluntatis, nulli dubium est, quòd exceptio non implementi veniat admittenda ex deductis per *Bolognin. in l. diem functo num. 56. ff. de offic. Assessor. Rot. in Papien. Salarii 2. Ianuarii 1609. coram* R. P. D. *Coccino, quæ inter eius impress. est decis. 442. nu. 1.* Im-
9 pedit † tamen talis exceptio consecutionem Salarij operario pro rata temporis, quo per ipsum operæ non fuerunt præstitæ, non autem pro eo, quo suo muneri satisfecit, *Bal. in l. 2. nu. 3. vers. sed si quis permittat, & in l. ædem nu. 8. C locati DD. in l. penult. ff. solut. matrim. & in l. diuersitatis C, de postlimin. reuers. Rebuff. de priuileg. Scholar. priu. 16. & ad Constitut.* Reg. *Gallic. tit. de famul. Salar. glos. 2. in fine Bonacoss. de famul. quæstion. 169. Caroc. de locat. & conduct. titul. de famul. quæstion. 10. num. 22.*

10 Quando † autem operarius operas non præstitit ob impotentiam inspiciendum erit, An agatur de operarijs conductis ratione solius laboris, cõtra quos erit exceptio huiusmodi admittenda, *Butr. & Abb. in c. sicut de Iureiur. Dec. in l. cum proponas n. 3 C. de pact. Natt. cons. 69. num 2. vol. 4. Menoch. cons. 1. num. 367. & consil. 55. num. 5. Surd. cons. 186. num. 21. libr. 2. Mascard de probat. conclus. 1387. nu. 43. Mancin. de Iuramen. pa. 4. eff. 6. num. 10. Carol. de Graff. except. 13. nu. 44.* & non nisi pro rata temporis, quo in opere fuerunt erit Salarium elargiendum, *Bar. in l. 1. §. diuus ff. de var. & extraordinar. cognition Corn. consil. 5. nu. 7. libr. 4. Dec. consil. 70. per tot. Natt. consil. 79. nu. 1. & consil. 45. nu. 6. Cæphal. consil. 70. num. 4. & consil. 7 num. 3. & 4. libr. 1. Rip. in tract. de peste part. 2. nu. 8. vers. venio ad conductores operarum,* At
11 † si Mercedem expolcerent ij, qui non principaliter pro labore, sed pro virtute, & industria conducuntur, exceptio non implementi ipsis, non obstabit, quin integrum Salarium consequantur, *l. qui operas ff. locat. Gloss. Bart. & alii in l. si vno §. cum quidam ff. eodem tit. l. diem functo vbi communiter Scribentes ff. de officio Assessor. Luc. de Penn. in l. quicumque vers. scias etiam C. de diuers. offic. libr. 12. Cæphal. cons. 70. numer. 7. & cons. 71. num. 2. Surd. cons. 42. numer. 2. vol. 1. Ben. de priuileg. I.C. par. 1. priuileg. 13 in 3. cas. vers. imò si graui, & priuileg. 22. sub num. 9. Viu. commun. opinion. verb. Doctor. Cauall. commun. opin. contr. commun. quæst. 288. num. 4. in fine Adrian. Negusan. in Sylu. responsor. quæst 419. nu. 2.*
12 Dummodo † tamen non fuisset facta conuentio soluendi Salarium si operæ præstarentur, quia tunc pro tempore, quo operæ præstitæ non fuissent admittenda esset exceptio non implementi, *Bart. in l. 1. §. diuus sub num. 2. vers. aut enim sunt concepta ff. de var. & extraordinar. cognit. Cyn. in l. penult. ff de condit. ob caus. Castren. in l. si debendi ff. ad leg. Rod. de Iact. Natt. consil. 472. num. 10. Adden. ad Buratt. decis. 79 num. 14.*

Exceptio Compensationis An, & quandò admittatur contra agentem pro consecutione Salarij.

QVAESTIO CIV.

SVMMARIVM.

1 *Compensationis exceptio opposita à debitore alimentorum non admittitur, Declara vt num. 8. & seq.*
2 *Compensationis exceptio opposita à debitore mercedis non admittitur, Declara vt num. 4. & seqq.*
3 *Compensationis exceptio obijci non potest Doctoribus sua stipendia petentibus.*

5 Com-

5 *Compensationis exceptio admittitur contra operarium petentē mercedem si petatur cōpensatio ex capite non praestiti seruitij.*
6 *Alimentario obligato ad praestationem operarum si eas non praestitit obiicitur, quòd compensetur opera cum alimentis.*
7 *Compensationis exceptio admittitur contra creditorem Salarii, quod alimentorum loco non succedit, Declara vt num. seqq.*
8 *Compensationis exceptio non reiicitur si agatur de alimentis praeteritis, Declara vt nu. 9. & seqq.*
10 *Compensationis exceptio reiicitur quando petitur compensari debitum, de quo non potest incontinenti doceri.*
11 *Compensatio crediti illiquidi cum credito liquido non admittitur.*
12 *Compensatio crediti litigiosi cum credito liquido non admittitur.*
13 *Compensationis exceptio allata per Dominum, qui promisit cum iuramento mercedem soluere non admittitur.*
14 *Compensationis exceptio allata per Dominum, qui promisit mercedem soluere verè, & incontanti, vel alio simili modo non admittitur.*
15 *Compensationis exceptio non admittitur quando quis promisit soluere sine aliqua exceptione iuris, vel facti.*
16 *Compensatio est species solutionis.*
17 *Compensare idem est, quod soluere.*
18 *Compensatio realiter non est vera, sed ficta solutio.*
19 *Compensans non dicitur soluere realitèr, & cum effectu.*
20 *Compensationis exceptio non admittatur, quando debitum compensandum est conditionatum, vel in diem, & dies solutionis non aduenit, vel conditio apposita purificata non remansit.*
21 *Debitor pendente conditione, vel die solutionis habetur pro non debitore.*

PLuriès, & pluriès diximus, Salarium alimentorum loco succedere, eisdemque priuilegijs gaudere; Ita ut, si-
1 cuti non † admittitur compensationis exceptio opposita per debitorem alimentorum, *l. in ea 4. C. de compensat. Io. Faber. in §. bonae fidei num. 19. Instit. de Action. Ferrar. in pract. papien in form. libell. quo agit pro legat. rei particular. num. 85. Bim. cons. 156. num. 17. Polidor. Rip. obseruat. 54. numer. 1. Ricc. in collect. decis. 305. vers. limita 12. part. prima Molphes. in Consuetud. Neapol. part. 6. quaest. 11. num. 22. Surd. de Alimen. tit. 7. quaest. 10. numer. 8. Gigas de pension. quaest. 92. num. 4. Ciarlin. controuersiar. forens. libr. primo capit. 36. numer. 22.* Ita nec
2 † admittendam esse, si opponatur à debitore mercedis, qui operarij creditor sit respondendum videtur, *vt post tex. in l. 1. §. taceat C. de rei vxor. & Bart. in l. prima §. necessario vbi etiam Alberic. ff. de impens. in reb. dotal. fact. dixit* Rot. *in decis. 679. numer. 10. par. 1. diuers.*

Verùm, quotiescumque non versemur in personis, quibus fuerit à Iure speciale hoc priuilegium concessum, quòd contra ipsos stipendia petentes non possit compen-
3 sationis exceptio obijci, † prout tale priuilegium Doctoribus concessum esse à Iure testantur *Alberic. in l. 3. per illum tex: C. de Comp. & communiter* DD. *in l. prima vbi Rip. num. 142. ff. solut. matrimon. Iodoc. in suo Enchiridion. par. seu simil. iur. v. studiorum sumptus Ben. de priuileg. I. C. par. prima priuileg. 4.* His inquam personis circumscriptis, pro generali huius quaestionis definitione talis distinctio adibenda videtur vi-
4 delicèt: Aut † agitur de Salario diurno, quod loco alimentorum succedit, & tali casu compensatio non admittitur, *ex supra*
5 *allegatis*, dummodò † Dominus compensationem non praetenderet, ex quo nō fuissent ei ab operario praestita seruitia conuenta, quia tali casu benè posset talis ex-
6 ceptio opponi, sicut † etiam contra alimentarium obligatum ad praestationem operarum, si eas non praestitit obijcitur, quod cōpensetur opera cum alimentis, *l. in rebus §. possunt ff. commodati l. si serui §. finali ff. de edilit. edict. Salicet. in l. si constat col. 2. vers. exempla huius compensationis C. de compensation. Aret. in §. bonae fidei num. 7. vers. tu potes addere Institution. de Action. Surd. de Aliment. dicto titul. 8. priuileg. 53. numer. 9.*
7 Aut † vero non agitur de Salario, quod praestetur pro alimentis, vt puta, si vltra ipsa alimenta, soluatur, vel si agatur de Salario praeteriti temporis, & tunc compensatio admitteretur argumento *tex. in l. penultimae §. seruus ff. solut. matrimon. et ibi gloss.*

et Bal.

et Bal. num.2. quem sequitur Caroc. in tra-ctat. de locat.et conduct: part. prima tit.de famul. num.12. Quod sine difficultate proce-
8 dit, dum videmus, † quòd nec reiicitur talis exceptio, quando agitur de alimentis præteritis, *Franc. Monald. conf.52. num.9. Gratian disceptat. forens. cap.728. num. 33. et 35 Ciriac. controuers.34. num.26.* Dum-
9 modò † tamen creditum, quod habet Alimentator cum alimentando, vel Dominus cum operario altiorem indaginem non re-
10 quirat, quia † si de eo non potest in continenti doceri reijcitur exceptio compensationis *l.finali et l. si const. it C. de compensat. l: si amboff. eodem tit. Roman.conf.75. nu.2. Alex; conf.12. in fine vol.2. Angel. conf.137. Imol. conf.247. num. 15. Ciriac. controuers. 120.num.31. Rot. in Interamnen. Mercedis 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Mel-*
11 *tio* Vt † puta si non esset liquidata quantitas crediti *per tex. in l. finali vbi DD. C. de compensation. Purpurat. conf.218. num 8 & conf.284. num.eodem Marescott. variar. lib. 2.cap.121.numer.87.Gratian. disceptat. forens. cap. 129. num. 11. Rot. in Recentior. decis.679. num.5.part. prima, & dec.532. num.3.part.3. & decis.117.num.19. par.4. tom.2. & decis. 170. num. 11. part 6. & coram Mantic. decis.221.num 8. & in Romana Salarij 27. Aprilis 1640. coram Reueren-*
12 *dis. Salamantino* Vel † si esset litigiosum *Gratian.disceptat.forens. cap. 515. num. 43. Surd. conf.246. num.4.Rot. coram san.mem. Gregor.XV, decis.542. numer.5. et in recentior. decision. 532. numer. septimo part. 4. tom.3.*

13 Sicut † pariter reijceretur talis compensationis exceptio, quando Dominus cum iuramento promisisset Salariũ soluere, quia iuramentum impleri debet in forma specifica; itaut non satisfaciat compensando ille, qui soluere iurauit *c. ad nostram vbi Innocen. Io.Andr. Butr. Anchayan. Felin. & Alij de Iureiuran. Couarru. in repetit. c. quamuis pactum in 2. par. §. 4. num.9. de pact in 6. Medic. in tract. de compens.par.1. quæst.25. num.1.* vbi, quod hæc opinio sit magis communis *Purpur. conf. 118. num.1. lib. 1. Hondeď. conf.18. num.40. libr.1.* vbi quod opinio contraria, *Bar. in l. amplius non pet. ff. rem rat.hab.* & sequacium sit reprobata, & idem affirmat *Natt. conf.54. n. primo lib.1. Rolan. conf.6. nu.31. & conf.17. num.14. lib.1. Marescott d. cap.121. n 53. Adrian. Neguf.in silua respon. quæst. 177. n. primo Gabr. commun. conclus. tit. de Iureiuran. conclus.7. n.1. Borell. in summa decis.tit. 60. num.88. Neguf de pign. par.5. membr.5 num.14. Gigas de pension. quæst 92. n.final. Gemin. de sur. comment.3. § 6 n.142. Caball. in Milleloq.Iur.par.1. milleloq.224.Ceuall. comm. contra comm.quæst 231. Marc. Anton.Genuen in prax.for.Eccles.quæst.292. à nu.1. Seraphin de priuil. iuramen.priu.74. sub num.10. & plurib.seq. vsque ad nu 120.* vbi latè quæstionem disputat, Et licèt pro contraria opinione plures DD. referat, tamen in hac residet, vt videre est in *n.129 Cacheran. decis pedemont.92. per tot.Mancin.de Iuramen. par.4. effect.36. n primo Viuian. de Iurepatron. lib.13. cap.8.num.191 Rot. coram Cæsar. de Graff. decis.148. alias 3. de solution.*

14 Idem † quoque dicendum esset quotiescumque Dominus promisisset mercedem soluere in pecunia numerata, vel verè, vel manualiter, & incontanti *Felin.in c.sub orta num.2. de re indic. Natt. conf 60. nu.4. lib.primo Intrigl.conf.8. num.15.& seq. Ias. in l. cum qui § si iurauero nu. 7. ff. de Iur. iuran & conf.134 lib.4. Francisc.Marc.decis.148. num.4. lib.2. Boer. conf.14. in fine. Crot. conf.139. num .7.lib.1. Milanen. dec. 14. num.19.lib.2. Pirr.Maur. de solut. cap.2 §.5. num.4. Surd. conf.142. nu.12.lib. 1.Ciriac. controuers.120.num.14. Ciarlin. con-*
15 *trouers.36. num.21.* Vel † si promissio cantaret soluendi sine aliqua exceptione iuris vel facti *Reusner. conf.4.nu.24. & 39.vol. 2 Pedroc. conf.28. nu.16. & seq. Ciriac.d.controuers.120. num.15.* Stante enim tali promissione solutio venit facienda realiter, &
16 cum effectu, Et quamuis † compensatio sit species solutionis *l.amplius ff.rem rat.haben l.si debitor. ff. qui potior. in pign. habeant l. vel permutauit ff. de liberal. caus. Bar. in l. aufertur §.qui compensationem ff. de Iure fisci & in l. diuortio §.ob donationes num.2. ff.solut. matrimon. DD. in §. bonæ fidei Instit.de Action. Sebast. Medic.in d. tract.de compens. in præfat. num.2. Tiraquell. de Retract. consang. §.3. glos.3. num.2. Ciriac. controu.350.*
17 *num.1.* Et † compensare idem sit, quod soluere *l. solutionis ff. de solution.Bar.in l.diuortio §. ob donationis num.21. ff. solut. matrimon. Grat. respon.121. num11. vol.1. Rim.*

Iun.

Iun. conſ.152. num.40. Burſat. conſ.123. nu. 20 Honded. conſ.41. numer. 11. vol.2. Sfort. conſ.61. n.7. Mantic de Tacit. & ambig. conuent. lib. 10. tit. 10. num. 6. Becc. conſ. 227. num.25. Seſſe deciſ.88. num.3. Menoch. de præſumpt. lib.2. præſ 48. num.35. Oſaſc. deciſ.92. n.11. & 35. Turrett. conſ.10. num.2. Cartar. *deciſ.77. num.18. Bardell. conſ. 18. num.8.* Capbal. *conſ. 374. num.44. Coſt. de Ration. rat quæſt. 61. num. 2. 4. 6. & 15.* Cappell. *Tholoſ. quæſt.97 Rot. deciſ.84. num. 2. part prima & deciſ.7. num. primo part.2. diuerſ. & in Recentior. deciſ.529. n.3. par.4. & deciſ 374. n.29. par.5. & deciſ.148. num 7. par.6. & coram Buratt. deciſ.240. nu.20.*

18 Attamen compenſatio † realitèr non eſt vera, ſed ficta ſolutio *l. Iulianus la prima verſ. quaſi dederit ff. de condit. & demonſtr. Crot. d. conſ.139. num.7. lib. primo Surd. d.*
19 *conſ.112. num. 12. lib. primo* itaut † compenſans non dicatur ſoluere realitèr, & cũ effectu *Natt. conſ. 60. num, 3. Maur. in d. tract. de Solution: loc. cit. num.3.*

20 Tandem † non admitteretur, talis exceptio, quandò debitum, quod poteretur compenſari, eſſet conditionatum, vel in diem, & conditio adhuc non eſſet adimpleta, vel dies non aduenisset. *gloſ. in l. quæcumque verb. veniunt ff. de compoſit. Bart in l. ſtatu libero in princip. de ſtat. lib. Medic. in d. tractat. quæſt.49. Rot. deciſ.447 num.151 part.4. tom.2. in recen.* Et ea eſt ra
21 tio quia † pendente conditione, vel die ſolutionis debitor habetur pro non debitore, *l. debitor. ff. de verbor. ſignificat. l. cedere diem ff. eodem l. cum qui §. quoties, et l. liber. homo §. primo, et 2. ff. de verbo obligation. Iacobin. in l. pecuniam num.4. ff. ſi cert. petat. Barboſ. in l. ſi conſtante §. fin. numer.6. ff. ſolut. matrimon. Fenut. de moment. tempor. cap.25. num.4.* Purpurat. *conſ.447. num.35. Borell. conſ. 75. numer.2. Barz. deciſion. 70. num.34.*

Salarium quanto tempore præſcribatur.

QVAESTIO CV.

SVMMARIVM.

1 *Salarium non præſcribitur niſi poſt lapſum triginta annorum de Iure communi, & num.9.*
2 *Actiones non præſcribuntur niſi ſpatio triginta annorum.*
3 *Officium Iudicis non præſcribitur niſi ſpatio triginta annorum.*
4 *Præſcriptio triginta annorum nunquam intelligitur ſublata, niſi id expreſſè cautum reperiatur.*
5 *Salarium præſcribitur ſpatio trium annorũ Declara vt nu.6.*
7 *Conſtitutio emanata pro certis locis non debet ad alia loca extendi.*
8 *Conſuetudo non extenditur de loco ad locum.*
10 *Mercedis petitionem dici pauperem differre inueriſimile redditur.*
11 *Mercedis ſolutæ præſumptio reſultat ex diuturna creditoris taciturnitate.*
12 *Alimenta non admittunt dilationem.*
13 *Alimentandis non obſtat præſcriptio niſi poſt lapſum triginta annorum.*
14 *Doctori aliquid dicenti ſine auctoritate legis, vel ratione non creditur.*
15 *Salarium Familiarium Cardinalium, & Prælatorum in Vrbe infra annum à die obitus Domini, & duorum annorum tantummodò peti poteſt, alias obſtat exceptio præſcriptionis.*
16 *Conſtitutio ſanct. mem. Pauli III. inducens præſcriptionem* Salarij *Familiarium Cardinalium, & Prælatorum ſi illud infra annum à die obitus domini non petatur.*
17 *Conſtitutio ſan. mem.* Pij *V. declarans prædictam conſtitutionem ſan. mem. Pauli III.*
18 *Præſcriptio mercedis familiarium, & Prælatorum in Vrbe inducta per conſtitutiones Pontificias viget etiam contra forenſes.*
19 *Reſtitutio in integrum non competit forenſi ad-*

si aduersùs præscriptionem mercedis inductam per constitutiones loci, in quo ipse forensis seruiuit.

20 *Restitutio in integrum denegari non solet forensi aduersùs præscriptionem statutariam ex capite ignorantiæ, Declara, vt num. 21.*

22 *Forenses non præsumuntur ignorare statuta loci, in quo fuerunt conuersati.*

23 *Constitutio san. mem. Pauli III. inducens præscriptionem mercedis familiarium si intra annum à die obitus Domini non petatur non comprehendit operarios, sed solùm familiares domi existentes.*

24 *Extensio de persona ad personam non admittitur.*

25 *Salaria Aduocatorum non comprehenduntur sub Constitutionibus vel statutis disponentibus, quòd Salarium præscribatur breuiori tempore, quàm triginta annorum.*

26 *Constitutio san. mem. Pauli III. & aliæ inducëtes præscriptionem mercedis familiarium Cardinalibus, & Prælatis inseruientium si infra annum à die obitus Domini non petatur locum non habet extra casum obitus.*

27 *Extensio non admittitur de tempore ad tempus.*

28 *Dispositio ad certum tempus restricta, extra illud deficere dicitur voluntas disponentis.*

29 *Constitutiones correctoriæ Iuris communis non sunt extendendæ.*

30 *Extensio dispositionis nunquam fit de casu ad casum quando potest assignari diuersitas rationis:*

31 *Computa, & rationes mercedis famulorum in scriptis redigi non consueuerunt.*

32 *Præscriptio per Constitutiones, seu statuta inducta non currit contra non valentem agere, Amplia, vt num. 33. & 34.*

35 *Præscriptio non currit ad fauorem debitoris, cui creditor dilationem concessit ad soluendum.*

36 *Præscriptio non currit contra pupillum.*

37 *Præscriptio non currit lite pendente.*

38 *Præscriptio non suffragatur ad effectum excludendi exceptiones.*

39 *Præscriptio non suffragatur Domino agenti pro recuperatione rei existentis pænes famulum creditorem mercedis.*

40 *Actione sublata non censetur sublata retentio, quæ est ipsa actione fauorabilior*

41 *Præscriptio principalitèr fundatur in negligentia creditoris.*

42 *Negligentia considerari non potest in creditore habente in manibus rem debitoris aequiualentem suo credito.*

43 *Præscriptio per Constitutiones, vel statuta inducta in Iudicijs non attenditur, nisi à parte opponatur.*

44 *Constitutiones, vel statuta, quæ probibent actionem, eam non tollunt ipso Iure, nisi in casibus à Iure expressis.*

45 *Præscriptionis natura est non excludere actionem ipso Iure, sed ope exceptionis.*

46 *Præscriptionis exceptio opponi debet à parte, nec potest Iudex ex officio supplere.*

47 *Exceptio carentiæ actionis non includit exceptionem præscriptionis, sed hæc specialitèr opponi debet.*

48 *Constitutio san mem. Pauli III. & aliæ super præscriptione mercedis Familiarium Cardinalium, & prælatorum non habent locum quando euidenter cessat fraus illius, qui instat pro mercede.*

49 *Constitutionem san. mem. Pauli III. super præscriptione mercedis Familiarium Cardinalium, & prælatorum locum non habet si Dominus libros rationum confecerit ex quibus possit apparere an merces realiter fuerit soluta, vel non.*

50 *Præscriptio mercedis Familiarium Cardinalium. & Prælatorum inducta per Constitutionem san. mem. Pauli III. non habet locum quando merces fuit per Dominum relicta in testamento.*

51 *Præscriptio per Constitutiones inducta cessat si fuerit semel interrupta, & intrat præscriptio Iuris communis, Contrarium num. 52. Declara, vt num. 53.*

54 *Præscriptio interrumpitur per agnitionem debiti.*

55 *Agnitio debiti resultat ex solutione partis ipsius debiti.*

56 *Præscriptione iuuari non potest is, qui est in mala fide.*

1 SIVE † iure actionis, siue Iudicis officio Salarium debeatur nunquam creditor excluditur ab illius petitione, nisi post lapsum triginta annorum; attenta dispositione Iuris communis, secundùm quam
2 tantum † temporis requiritur in præscribendis

dis actionibus *l. sicut et l. omnes* C. *de praesciption. triginta annor. Corn. cons.* 244. *n.*
3 2. *lib*, 4. *Dec. cons.* 266. *nu.* 4. Et † tantumdem quando agitur de praescribendo Iudicis officio, *Glos in d. l. sicut verb. persecutione & ibi Bar. num.* 1. *& Bal. Salicet, & Angel. Rolan. cons.* 65, *nu.* 17. *vol.* 4. *Afflict. decis.* 245. *nu.* 13. *Tiraquell. de Retract.* §. 35 *glos.* 4 *n.* 41. *Marescott. variar. resolut. lib.* 2 *cap.* 67. *num.* 7. Nec contrarium in mercede, seu Salario cautum reperiatur, & propterea idem Ius militare dicendum est,
4 cum talis praescriptio nunquam sublata intelligatur, nisi id expressè dispositum reperiatur, *Alex. cons.* 170. *sub num.* 5. *lib.* 7. *Soccin. Iun. cons.* 145. *nu.* 43 *lib.* 1. *Rolan. cons.* 21. *num.* 48. *& seqq. lib.* 2. *Cagnol. in l.* 2. *numer.* 80. *ad finem vers. ad quartum C de pact. inter empt. & vendit. Gratian. discept. forens cap.* 1. *num.* 3.

Et quamuis Doctores communitèr videantur
5 firmare, quòd Salarium † praescribatur triennio, vt videre est apud *Guttierez in repetit. l. nemo potest num.* 487. *ff. de legat.* 1. *& de Iur. ament. confirmator. par.* 3. *cap.* 1 *ex num.* 20. *Padill. in l. si quas actiones sub numer.* 43. *C. de seruit. & aqu. Orosc. in l. omnes populi num.* 76. *ff. de Iust. & Iure Menchac. de succession. creat. lib.* 1. §. 10. *num.* 33. *Gratian. decis. Marchiae* 53. *num* 6. *Ricc. in collectan. decis.* 179. *in fine & collectan.* 285. *vers. sed quanto tempore Gamm. decis.* 334. *Carpan. ad statut. Mediolan lib.* 2. *cap.* 419. *num.* 18. *vbi quod procedat de Iure communi Grilenzol. cons.* 52. *num.* 3. *Caroc. de Exception. exc.* 44. *n.* 24. *& seqq. Danz. in pugn. Doctor. tit. de Salar. cap.* 3. *num.* 6. *Flores de mena variar. quaest. lib.* 1. *quaest.* 8. §. 2. *ex n.* 38. *Rebuff. ad Constitution. Reg. Gallic. tit. de famulor. Salar. glos.* 1 *ex num.* 2. *Alfons. de Cast. de potest: leg. poenal. lib.* 2. *cap.* 10. *vers. quinto adhuc apertissimè Molin. de Iust. & Iure tom. primo tractat. primo disputat.* 67. *num.* 2.

6 Attamen attenta mente considerando relatos Doctores apparet, quod loquantur aliqui in terminis statutorum, & consti-
7 tutionum particularium, quae † non se extendunt ad alia loca, sed vigēt tantum in iis locis, in quibus emanarunt, *Doctores in l. cũ ctos populos C. de summ. Trinit. et fide Cathol. Contard. in l.* 1. *C. si de moment. possession. si per Aegidianam quaest.* 6. *nu.* 1. *cum seq.* *Mar. Anton. variar. resolut. lib.* 1. *resolut.* 41. *sub nu.* 6. *Rot. decis.* 542. *nu.* 28. *part.* 5. *tom.* 2. *recen.* Alii in terminis consuetudinis par-
8 ticularis † quae pariter extra limites, loci in quo ortum habuit non attenditur *l.* 3. §. *si quis hoc interdicto, et ibi Bar. ff. de itiner. actuque priuat. l. ius singulare, & l. quod vero contra ff. de legib Bal. in c.* 1. *in princip. n.* 9. *de feud. cognit. Aret. cons.* 122. *num.* 4. *Dec. cons.* 483. *num.* 22. *Purpur. cons.* 522. *nu.* 12. *Rot. coram Cardinali* Mantic. *decis.* 284 *numer.* 6, Et Alii denique, licèt de Iure communi id dispositum esse affirment, ex doctrinis tamen per eos allegatis, secundum quas Doctores interpretationem semper recipiunt, *Bar in l. non solum* §. *liberationis ff. de lib. leg. Menoch. cons.* 52. *num.* 70. colligitur, quòd non in Iure Communi, sed in particularibus Constitutionibus sancitum reperitur, prout videri potest apud *Carpan. loc. cit.* allegantem *Duen. in Regul.* 306. qui loquitur in terminis pragmaticae Regni 157.

Particularibus igitur constitutionibus, Consuetudinibus, & Statutis de medio su-
9 blatis firma conclusio erit, quòd † Salarium non nisi triginta annorum spatio praescribatur, vt firmat. *Donat Anton. de Marin. resolut. quotid. cap.* 311. *num.* 12. & videtur firmasse *Rot. in Burgen Salarii* 27. *Maii* 1617. *Coram Cardinali Caualerio*, in qua resolutum fuit quòd creditori mercedis non obstaret taciturnitas plurium annorum dum non concurrebat legitima temporis praescriptio, vt videre est in *decis.* 400. *sub num.* 3. *vers. ad taciturnitatem in eius impress.* & cum allegaretur praescriptio ob lapsum triennij in vna Romana mercedis 16 Iulij 1570. coram R. P. D. Binarino noluit S. Rota aliquid firmare, licèt ex alijs rationibus dixerit, Salarium nõ esse de Iure debitum, vt apparet ex eadem decis. impress. in prima parte diuersor. quae est in ordine 559. *in fine* non obstante fũdamentali ratione Doctorum, qui fuerunt supra adducti consistente in eo, quòd in verisimi-
10 le † sit, quem tamdiù differre suorum laborum mercede exposcere. *Grilenz. cons.* 52. *num.* 5. praecipuè cum vt plurimùm operarij diuitijs non affluant *Alex. cons.* 82. *sub num.* 14. *vers. & hanc partem lib.* 6 *Afflict. decis.* 13. *nu.* 15. *vers. quia respondetur Surd. decis.* 105. *nu.* 3. *Zuccar. decis. Lucen. ciuil.* 68. *num.* 6. *Rot. decis.* 751. *num.* 7. *vers. secunda*

11 *cunda coniectura par. 1. diuers. r.* Ideoque † si procrastinetur; e... o, moret præsumptio satisfactionis, *Oliu.a.l. cons.* 18. *num.10. Paris. cons.*137. *num.* 2. *lib.* 4. *Afflict. decis.*13. *num.*21. *vers. nona coniectura Crauett. cons.* 148. *num.*12. quos refert, & sequitur *Rot. coram Cardinali Mantica decis.*266. *num.*5: Nam pro responsione erit animaduertendum, quòd licèt talis inuerisimilitudo considerata multo magis locum sibi vindicet in
12 alimentis, † quæ dilationem non patiuntur, *Bal. in l. pactum C. de collat. Surd. de Aliment. tit.* 1. *quæst* 4. *num* 36. Attamen
13 † non nisi annis triginta elapsis excluditur alimentandus ab illorum petitione, *Surd. vbi proxime quæst.*42. *vers. secundo ... sub num.*91. Et quando etiam admitteretur quòd talis inuerisimilitudo esset ... in credito mercedis, non tamen ex hoc oriretur consequentia, ergo præscribitur spatio trium annorum, non enim aliqua assignari potest ratio, propter quam potius dicendū sit, tale creditum præscriptum remanere per lapsum trienni, quam b... , vel quinquennij, nec ex Doctoribus supra relatis reperitur aliquis, qui in hoc auctoritatē
14 vel rationem aliquam adducat sine † quibus Doctoris dictam non ... *ad secundum, vers. adeo autem* 19. *distinct. illam ibi,* eo quod nulla constitutio super huiusmodi collatione posita esset &c. *vbi Doctores omnes C. de Collation. I. ... vers.* 89. *sub. num.* 21. *&* 22. *vol. ... Cyriac. controu.* 50. *numer. quinto, & controu.*248. *num.*17. *Peña decis.*12... *num.* 13.

Veritas tamen est, quòd in omnibus ferè locis adsint particulares Constitutiones quæ tempus de Iure Communi necessarium ad præscribendum Salarium ad breuius co-
15 arctant; prout videmus in Vrbe vbi † quotiescunque agitur de Salario familiarium, & famulorum Cardinalium, Patriarcharum Archiepiscoporum, Auditorum Rotæ, Clericorum Cameræ, Referendariorum, & similium prælatorum infra annum à die obitus Domini cui seruiuerunt, & stipendium bennij tantùm peti possit, & si vnus vltra petat præscriptionis exceptione potest repelli. *Grattan. d. dec. Marchiæ* 53. *n.*6. *Carroc. de locat. & conduct. par. prima tit. de mercede famulat. quæst.* 10. *n.*44. *Ricc. in collect. Ian. decis. collect.*585. *vers. sed quanto tempore. Gratian. disceptat. forens. cap.*94. *num.*48. *& seq*

Et hæc ex dispositione Constitutionis san.
16 mem. Pauli III. quæ † est tenoris sequentis videlicet. Paulus Papa III. motu proprio &c. Cum sicut nobis nupèr innotuit sepius contingat, vt decedentibus Cardinalibus, & venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs Referendarijs nostris nec non causarum Palatij Apostolici Auditoribus, & Clericis Cameræ Apostolicæ præsidentibus, ac Litterarum Apostolicarum de maiori præsidentia Abbreuiatoribus, qui vt plurimum ... familiarium & seruitorum numerum tenere consueuerunt, familiares, & seruitores præfati contrà eorum ... defunctis insurgendo Salaria & stipendia eorum familiaritatis, & seruitutis pro toto tempore, quo eorum familiares extiterint, seu illis inseruiuerint etiam, quòd de eis sibi satisfactum sit etiam longo tempore post obitum ipsorum Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Referendariorum Auditorum, Clericorum, Præsidentium, & Abbreuiatorum petunt, & efflagitent ac quandoque eorum hæredes, qui ... de his non ... super Salarijs, & stipendijs huiusmodi ... impetrant, & ... in ipsorum hæredum perturbationem & non modicum detrimentum tā. Nos attendentes Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Referendarios, Auditores, Clericos, Præsidentes, & Abbreuiatores præfatos vt poté alijs maioribus negotijs distractos vt plurimum rationes, & computa Salariorum, & stipendiorum familiarium, & seruitorum suorum in scriptis non redigere, & propterea eos non facilè sed etiam difficile eorum hæredes de solutione Salariorum, & stipendiorum huiusmodi fidem facere posse, & insupèr verisimile non esse, vt qui pro mēsuali Salario, & stipendio alijs inseruiunt exactionem eorum Salariorum, & stipendiorum vltrà integrum annum differant. Volentes fraudibus, quæ in præmissis fieri possent occurrere. Motu proprio, &c. statuimus, & ordinamus, quòd de cætero nemo cuiuscumque status, gradus ordinis, vel conditionis exutatur ab hæredibus Cardinalis alicuius, Patriarchę, Archiepiscopi, Episcopi, Referendarij, Auditoris, Clerici, Præsidentis, vel Abbreuiatoris defuncti, cuius familiaris extiterit, seu cui

inseruiuerit, Salarium, seù stipendium familiaritatis, seù seruitutis suæ plus quàm pro integro biennio per annum à die obitus eius patroni petere, aut exigere, seu desuper hęredes pręfatos quouis modo in iudicio, vel extrà impetere, vel molestare possit, districtiùs inhibentes modernis, & pro tempore existentibus almę Vrbis Gubernatori, & Curię causarum dictę Camerę Auditori, ac nostro in eadem Vrbe, & eius districtu in spiritualibus Vicario Generali, nec nõ Senatori, ac quibusuis aliis tàm dictę Vrbis, quã quarũcunque aliarum Ciuitatum, terrarum, & locorum Iudicibus, & officialibus, ne familiares, & seruitores præfatos super exactione salariorum & stipendiorum huiusmodi biennij post annum à die obitus ipsius defuncti lapsum audire, aut ad eorum instantiam contra hæredes præfatos quouis modo procedere, aut ius dicere præsumant Ac decernentes ex nunc irritum, & inane si secùs supèr his à quoquam quauis auctoritate scientèr vel ignorantèr contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Vrbis Ciuitatum, Terrarum, & locorum huiusmodi etiam iuramẽto &c. roboratis, statutis, & consuetudinibus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Fuit posteà hæc Constitutio declarata, & confirmata, per san. mem. Pium V. mediante motu proprio tenoris infrascripti videlicet;
17 Pius † Papa V. motu proprio, &c. Cupientes litium anfractibus, qui post obitum Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & aliorum quorumcumque Prelatorum in Romana Curia decedentium inter eorum creditores oriuntur dum se vnusquisque altero potiorem ostendit, dum aliqui pretextu mercedum, & regaliarum alios creditores pręcedere conantur, quo fit, vt sepe numero pauperrimi, qui eorum substantiam bona fide crediderunt, non tantùm debita satisfactione defraudentur, sed etiam longis, & periculosis litibus grauissimo cum eorum impendio defatigentur, hac perpetuò valitura Constitutione sancimus vt defunctis in Romana Curia tam Sanctæ Romanę Ecclesię Cardinalibus, quàm Patriarchis Archiepiscopis, Episcopis, Camerę Apostolicę clericis, Sacri Palatii Apostolici Auditoribus, Referẽdariis maioris pręsidentię Abbreuiatoribus, & aliis, quibusuis prelatis nullus super eorum bonis mercedem petere possit in præiudicium creditorum, nisi euidentèr appareat, quòd sub certa constituta mercede ad seruitium huiusmodi accessisset; Et vt etiam seruetur forma constitutionis fel: record. Pauli Tertii super hoc concessa, quam (quatenus opus sit) innouamus similitèr eorumdem Cardinalium, & Prælatorum familiares abstineant à petitione regaliarium cuiuscumque generis iuxta formam decreti de fratrum consilio de mense septembris proximè pręteriti super hoc æditi. Porrò in satisfactione creditorum dictorum Cardinalium, & Pręlatorum in Romana Curia decedentium talis ordo seruetur, vt post consignationem annuli, & ornamentorum Cappellę dilecto filio Camerę Commissario, respectu Cardinalium in primis, & ante omnia faciendam Prior causa sit eorum, qui pro vsu dictorum Cardinalium, & Prelatorum, eorumque familię res cibarias dederint. Secunda eorum, qui res vestiarias, & ad vsum corporis ipsorum, non autem ad ornatum, vel ad pompã necessarias subministrauerint. Quãdoquidem ex causis huiusmodi creditores vt plurimùm sint pauperes, vel mercatores, qui pro illis aduehendis innumera pericula subeunt, & sine illis prefati Cardinales, & Prelati statum eorum dignitatis vsque ad obitum minimè substentare potuissent, & requisiti vtique verisimilitèr omnem honestã obligationem etiam cum iuramento, & in forma camerę contraxissent. Tertia vero causa sit prefatorum mercenariorum, quib⁹ certa constituta merces appareat, quibus satisfactis, in cęteris seruetur Ius commune, Quod non tantùm in futuris, sed etiam in pendentibus negociis locum habere decernimus etiamsi ex alia causa creditores instrumenta, & obligationes, etiamsi in forma camerę habeant: Quocirca dilecto filio Curiæ causarum Cameræ Apostolicę nunc & pro tempore existenti tenore pręsentium committimus, & mandamus, quatenus pręmissa omnia, & singula per hæredes, & testamentorũ executores, & cęteros, ad quos pro tempore spectabit, etiam per censuras Ecclesiasticas, & pænas etiam pecuniarias & alia Iuris, & facti remedia opportuna inuiolabilitèr obseruari faciat, Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis priuilegiis obligationibus in forma

camerę

cameræ concessis, cæterisque contrariis nō obstantibus quibuscunque &c.

Circa quas constitutiones, & similes aliis in locis vigentes plura erunt animaduer-
18 tenda, & † Primò, quòd sub earum disposi tione compræhendantur etiam forenses, qui seruitium præstarunt in loco, vbi vigent huiusmodi constitutiones, *Ancharan. in c. canonum statuta in quæst. 12. vers. Istē, & quantum ad præscriptionem de Constitution. Corn. cons. 205. numer 9. libr. 3. Barbat. consil 53. col. 10. libr. 2. Ruin. consil. 117. numer. 12. Caccialup. in l. cunctos populos numer. 131. & ibi Purpur. n. 154 & 161 qui te statur de communi ff de Iust. et Iure Adden ad Buratt. dec. 98. n 6. Rot in Sulmonen Pecunia ria 10. Iunii 1624. coram Reuerendissimo Seleucien in Romana Mercedis 1 . Martii 1578. coram Reu. Padr. Dom. Bubalo, quæ est decis. 602. numer 3. part. prima diuers. & in Maceraten. Census prima Februarii 1638. coram Cardinali Verosp'o Seniori. & in Romana pecuniaria 16 Ianuarii 1632.*
19 *coram Reu. Padr. Dom. P rouano* Nec † poterunt ipsi forenses prætendere aliquam restitutionem in integrum *Adden. ad decision. 6. numer. quinquagesimonon. part. 3 recent*
20 quæ † licet ex capite ignorantiæ non soleat denegari, vt notatur in *l. iubemus C. de Testamen. & in l. final. ff. de decret ab ordin. fa*
21 *cien.* Attament cum ignorantia ad talem effectum requiratur, quò sit iusta, rationabilis, & inuincibilis, ac omni ex parte excusabilis, *Bal. in c. licèt de suppl end. negligen prælator. Fælin. in c. vigilanti in 3. limit. t. de præscription. Roman. cons. 127. col finali, & cons. 140. in fine Aret. cons. 1 in fin Dec cons. 166. circa finem, & cons 267. in fine Rolan cons. 59. num. 21. vol. 4. Bellons. cons. 46, numer. 16. Cæphal. cons. 214. numer. 29. & seq Gazadin. cons. 8. vers sexto & consil. 68. post num. 14. Surd cons. 489. num. 37 lib. 4. Honded. consil 80 numer. 62. libr. 2. Bursatt. cons. 160. numer. 71. libr. . Cost. in tractat. de fact. scien. & ignoran. inspect. 85. numer. primo,* Cessat in casu isto, quia,
22 † cum operarii occasione seruitutis fuerint conuersati in loco præsumuntur se informasse de Constitutionibus, & statutis vigentibus, cum potuerint, & debuerint se informare, vt *post Barbat. in cons. 56. num. 16 & 17. vol. 2. & Rolan. de Lucr. Dot. quæst. 13. numer. 11. dixit Rot. in Vrbeuetana Census 18. Aprilis 1636 coram. R P. D Motmanno quæ est decis. 113. num. 16. part. 7. in recentior.*

23 Secundo † erit animaduertendum, quòd non egrediantur personas expressas, itaut, cum loquantur de familiaribus, qui ad istum effectum non sunt dicendi omnes operarii, sed tantum ij, qui sūt de familia, nempe familiares domi existentes, qui domestici appellari consueuerūt, vt de similibus constitutionibus, & statutis firmant *Duen. regul. 300 Gamma decis. 334. Cirlac controuers. 307. n. 4.* & in terminis istarum Cōstitutionum firmant. *Marchesan. de Cōmission. appellat. in caus. merced. §. 1. n. 13 sol. 1191. par. 1.* vbi refert ita fuisse per S. Rotam resolutum *in vna Romana, seu Bellucana mercedis 19 nouembri 529. coram Sarmiento*, & fuit resolutum *in Romamercedis 18. martij 1591. coram Penia quæ inter eius decisiones Venetijs impressas est. decis. 111. in uers neque ex bulla sub n. .* Propterea non erunt ad alias personas extendendæ. *Redoan. de spol. quest. 10. n. 33. Gratian. d sceptit. forens. cap 94. numer. 9*
24 Extensio † enim de persona ad personam non admittitur, *Bal. in l. sed & milites ff. de excusat. tutor. Dec. in l prima sub numer. 3. C. de success. Rolan. cons. 56. numer. 24. libr 3. & cons 96. numer. 18. libr. 4 Cephal. cons. 616 numer. 93. Bertazol. consil. ciuil. 62. numer. 40. Gabr. cons. 83. n. 61. & cons. 197. numer. 10. Riminal. Iun. cons. 19. numer. 33. Crauett. cons 98. nu 13 Menoch. cons. 220. nu. 128. & seqq per l. si quis ita §. penul. ff. de Testamen. tutor. Aretin. in l. gallus. §. & quid si tantum col. 5. ff. de liber. & posthum. & in cons 211. numer. 5. & cons. 218. numer. 9. & cons. 377. numer. 2. Ias in l. cum res. col 3. in 6. notab. ff. de legat. primo, & in cons. 66. col 7. in 3. Dec. cons. 211. numer. 3. & in cons 346. numer. 6. Natt. cons. 47 numer. 9. Alciat. cons. 2. numer. 33. & seqq. libr. 3. Mantic. de Tacit. libr. 13. tit. 21. numer. 14. Rot. decis. 25. numer. 10. part. 4. tom. 2. in recen.* Ex quo infertur, constitutiones prædictas locum non habere quotiescumque agatur de Sa-
25 larijs Aduocatorum & similium qui † non comprehenduntur sub Constitutionibus, vel statutis disponentibus, quòd Salarium præscribatur breuiori tempore, quàm triginta annorum *Rebuff. ad Constitution. Reg Gallie.*

Gallic. tit. de Salar. famul. glos.10. Florez. Diez. variar. resol. quæst.8. num.44. & 60. Valasc. decis. Lusitan.125. Mastrill. de Magistrat. libr. primo cap.21. numer.102.

26 Tertiò † erit animaduertendum, quòd loquuntur in casu obitus Domini, sicque ad alium casum non sint extendendæ, *l. fideiussores magistratuum §. pro Aurel o vbi glos. in verbo vsuras ff. de fideiussor. Bal. in cap.4. in vers. pone quod emphiteut. qual. olim. dom. prop. feud priu. Laur. à Pinu. cons.90. num. primo Grat. cons.41. numer.24. & seqq. lib. 2. Gratian. disceptat.769. num.84.* & quamuis
27 aliquando extensio soleat admitti de casu ad casum; nunquam tamen admittitur de tempore ad tempus *l. si ita quis ff. de vulgar.* Itaut, cum constitutiones prędictę fuerint restrictę ad tempus obitus Domini, extra illud locum non habeant; Et
28 ratio est, quia Pontifices, † dum restringunt eorũ dispositiones ad certum tempus, apparet extra illud noluisse disponere, *Bar. in l. si mater §. si filius in fine ff. de vulgar. Ias. in l. prima numer.30. vers. confirmatur ff.*
29 *eodem*, pręcipuè † cum versemur in dispositionibus correctoriis iuris communis, *l. præcipimus in fine C. de Appellat. l. si vers. ff. solut. matrimon. c. quæ à Iure de reg. Iur. in 6. glos. in auth. quas actiones in verb. excluduntur vers. Item an idem C. de Sacr. Sanct. Eccles. glos. in c. indemnitatibus §. cæterum in verb. confirmetur in fine de elect. in 6. Bar quem cæteri sequuntur in l. gallus in princip. ff. de liber. & posthum. Fælin. in c. auditis numer.20. de præscription. Gemmian. cons.62 num.9. vers. exhorbitantia Abb. cons.44. in fine lib. primo Oldrad. cons.150. num.3. Becc. cons.3. num.43. Dec. cons.37. num.5. Natt. cons.514. num.19. Surd. cons.163. num.23. & seqq lib.2 Honded cons. primo num.30. libr. primo Gratian. disceptat forens. cap.521 num.11. Andr. Gail practicar obseruation. lib.2. obseruat.33. num.6. Menoch. de recuperan. possess. remed.15. num.17. Osasc. decis. pedemontan.120. num.8 & decision.126 num 12. Villeg. in tractat. de Extension. Legum tit. de extension. leg. exorbitan num.3. Tiraquell in l si vnquam verbo libertis numer.27. C de reuoc. donat Seraph. dec 1756*
30 *num.15.* Et † possit assignari diuersitas rationis iuxta notat. *in l illud ff ad l. Aquil. Dec. cons.684. num.2. Paris. cons.38 num. 28. libr.2.* Diuersitas autem rationis est, cuidens, quia si agatur pro cõsequutione mercedis ante obitum Domini non potest allegari, quòd agatur contra hæredes non informatos; itaut possit dari casus, quòd exigatur Salariũ iam solutum, proùt posset euenire quando ageretur pro eius consequu-
31 tione post mortem Domini, quia † vt plurimum rationes, & computa Salariorum, & stipendiorum familiarium, & seruitorum in scriptis redigi non consueuerunt, vt optimè id aduertit & pro ratione dispositionis inducit relata Constitutio *San. mem. Pauli Tertij.*

32 Erit Quarto loco animaduertendum, † quòd præscriptio per ipsas Constitutiones inducta non currat contra non valentem agere *Duen. Reg.306 num. primo*, quia sicuti non valenti agere non currit præscriptio de Iure communi *l. prima in fine C. de Annal. except. l. prima C. de bon. matern. Alex. cons.106. numer.2. & 4. vol.5. Corn. cons. 22. numer.16. vol.3. Pæuia decis.1414. numer.4. Seraphin. decision.926. numer.3. Rot. recen. decision.671. numer.3. part.2. & decision.512. numer.12. part.4. tom.3. & decis. 407. numer.13. & 17. part.5. & decis.425. numer.11. par.5 tom.2. & decision.159. numer.11. & 270. numer. secundo part. sexta*, Ita non currit præscriptio à statutis, seu particularibus constitutionibus inducta, nè detur pœna, vbi non est negligentia, *Bal. in Auth. nisi annale in princip. C de bon. mater. Fulgos. cons.122. circà finem Alex. consil 84. numer.2. libr. primo, & cons.38. libr. secundo Dec. consil.468. numer. Trigesimotertio, & seq. Mascard. de statut. interpret. conclus.2.*
33 *numer.96.* Quod † procedit licèt verba Cõstitutionum, vel statuti essent præcisa, *Crauett. consil.116. numer. octauo Decian. consil. trigesimotertio numer 26. volum. quinto*
34 Et † etiamsi impedimentum proueniret, ex parte impediti, *Crauett. consil. 201. numer. vigesimonono Ciriac. controuers.321. num.75.*

35 Eadem † ratione Constitutiones prædictæ locum non habebunt in casu, quo inter creditorem mercedis, & Dominum fuisset aliqua dilatio ad soluendum conuenta, ipsa enim dilatione pendente creditor diceretur impeditus agere *§. plus autem Institut. de Action. capit. primo de plus petition. Buratt decision.485. numer. quinto.* & propterea non curreret tempus in ipsis constitutionibus assignatum

signatum *Ricc. collectan. decision.* 155 *ampliat.* 7. *Pinell. in auth. nisi tricennale ex nu.* 42. *C. de bon. mater. Carleual de Iud c. lib. primo tit.* 3. *disputat.* 4 *sub numer* 18 *vers. Idque eo prouenit tom.* 2. duräte enim dilatione non dicitur orta actio pro illius consecutione & contra actionem non natam non currit præscriptio. *l. cum notissimi §. illud C. de præscr* 30 *vel* 40. *annor. Rot. in* Romana *quatuor domorum* 21. *Iulij* 1649. *coram R. P. D. Peutingerio.*

36 Quinto aduertendum erit quod † tempus ad præscribendum in dictis cõstitutionibus inductũ non curreret contra pupillum, vt si mortuo patre filius pupillus mercedem patri debitam non peteret durante eius pupillari ætate, *l. sicut C. de præscription.* 30. *vel* 40. *annorum. Bald. de præscription. par.* 6. *principal. cas.* 23. *numer* 34. *ante fin. Gratian. disceptat. forens cap.* 433. *Marescott. variar. lib.* 2. *cap.* 67. *sub num.* 24. *vers. sed quamuis Rota recen. decis* 419. *numer.* 4. *par.* 2. *& decis.* 372 *numer* 9. *par.* 4. *tom.* 2. *& coram fin. mem. Gregor. XV. decis.* 489. *numer* 13. *& in Romana de Magdalenis* 9. *Iunij* 1597 *coram Cardinali Blanchetto, & in Romana Census de Caffarellis* 2. *Decembris eiusdem anni corã Reuerend. Pad. Dom. Gypsio.*

37 Sexto aduertendum venit, quòd tempus † non currat ad inducendam præscriptionem lite pendente *Coccin. decision.* 362 *numer* 6. *Rot. decision.* 568. *num.* 5. *in fin. par.* 4. *& decision.* 131. *numer* 11. *par.* 7. *in recentior.*

38 Septimò aduertatur † Constitutiones præfatas non suffragari ad effectum exclu-
39 dendi exceptiones, vt puta si † Dominus ageret pro recuperanda re penes famulum existentem, & famulus exciperet de Salario nõ posset Dominus exceptionem repellere præscriptione, *Bar. Ias. & alijs in l prima §. sublata ff. ad Trebellian. l. purè §. finali ff. de doli except. glos. in l. sicut §. persecutione C. de præscript.* 30. *annor. Felin. in c. ex transmissa numer nono de præscription. duen regul* 306. *limitat.* 7. *Caroc de locat. & conduct part.* 4. *tit. de necessitat. vsus quæst* 13. *numer.* 11. *fol. mihi* 204. *verso Ciriac. controuers* 307. *numer.* 2 *Marescot. variar. libr.* 2. *cap.* 67. *numer.* 30 *Ancharan. cons.* 5 *numer* 5. *vers. istud est pulchrum dubium Mobedan. decis.* 3
40 *de præscription.* Sublata † enim actione nõ censetur sublata retentio, quæ est ipsa actione fauorabilior *l. per retentionem C. de Vsur. Giurb. decis.* 60. *numer.* 5 *Cartar decis.* 11. *numer* 4. *Mantic. de Tacit. lib.* 21. *tit.* 8. *num.* 38. *Surd. decis.* 277. *numer* 17. *Barz. decis.* 108. *num.* 37. *&* 40. *Gratian. discept. forens cap.* 470 *numer.* 12. Et ratio, propter quam tali casu non possit allegari præscri-
41 ptio ea esse potest, quia præscriptio † fundatur principalitèr in negligentia creditoris *arg. tex. in c. vigilanti de præscription. & in c quia diuersitatem de concess. præbend. Falin. in d. c. vigilanti nu.* 5. *de præscript. Abb. in c. illud num.* 11. *eod. tit. Petr. de Vbald. in tract. de canon. Episc. capit.* 2. *numer.* 5. *Franc. Marc. decis* 327. *num.* 1 *p.* 2 *Rot. dec.* 270. *num.* 5. *par.* 6. *& decis.* 133. *num.*
42 17. *p.* 7. *rec.* Quæ † negligentia consideari non potest in eo, qui tantumdem, vel plus in manibus habet, quam ipse prætendere de iure potest *Marescot. Variar resolut. lib.* 2. *cap.* 6 . *num.* 30. *Rot. decis.* 17. *numer.* 3. *in fine par.* 4. *in recentior.*

43 Octauo aduertatur quòd † si conuentus in iudicio nihil opponat aduersus seruitorem instantem pro mercede post temporis lapsum in dictis constitutionibus assignati, benè poterit condemnari ipsis constitutionibus minimè obstantibus *Rebuff. ad constitution. reg. Gallic. tit de Mercator. minut. vend. Glos.* 11. *num.* 13. *Mexia de Taxpan. conclus.* 6. *num.* 72 *Duen regul.* 206. *limitat.* 10. *Surd. Decis.* 24. *num.* 3. *Ciriac.*
44 *controuers.* 307. *num.* 6. Nam † constitutiones vel statuta disponentia non dari actionem, non eam ipso iure tollunt, nisi in casibus à iure expressis *l. obligationum fere §. placet. ff. de Act. & oblgat. l.* 1. *ff ad senat. consult. Macedonian. l.* 1. *§.* 2. *ff. ad senat. cons. Velleian.* Sed producunt tantùm exceptionem *l.* 1. *ff. de condit. ex lege l. nam & postea in princip. vbi Bart. ff. de iureiuran. l.* 1 *§. sublata, & ibid. Bart. num.* 1. *Alex. nu.* 1. *&* 2. *ff. ad Trebell. Rebuff. de famul. salar. Gloss.* 11. *num.* 1 *Anguiss. cons.* 6. *numer.* 1. *vol.* 2. *Gonzal. ad. reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 56 *num* 83. *Gabr. in tit de clausul. conclus.* 3. *nu.* 25. *Gomes. in regul. de Triennal. quæst.* 49. *Mandos. in reg.* 7. *quæst.* 4. *num.* 6. *Caputaquen. decis.* 249. *par.* 1. *Put. decis.* 340. *n.* 4. *lib.* 1. *Crescen. decis.* 4. *sub numer.* 3. *de priuileg. Cassador. decis.* 10. *num.* 3. *&* 4. *super regul. & decis.* 2. *&* 3. *de locat. Rot. decis.*

45 *decis. 21. num. 3. de conseß. praben.* Et † est de natura præscriptionis non excludere actionem ipso iure, sed ope exceptionis *c. ad aures de praescription. Alex. cons. 228. in fine vol. 6. Pont. cons. 48, num. 3. Surd. decis. 24. num. 2. Boer. decis. 344. numer. 8. Cancer. variar. lib. 1. capit: 18. numer. 26.*
46 quam † exceptionem opponere est necesse *ad tex. in l. si maritus §. praescriptionem C. de Adult. Guidopap. decis. 221. Magon decis. Florent. 42. num. 17. & decis. 145. numer. 24. & decis. Lucen, 27, num. 20.* quia illam Iudex ex officio supplere non debet *Riminald. iun. cons. 107. num: 26. Magon. d. decis. 42. num. 17. & decision. 145. numer. 24. à Ponte cons. 48. numer, decimo.*
47 In tantùm, quòd † si à reo conuento opponeretur in genere exceptio deficientiæ actionis non diceretur opposita exceptio præscriptionis, quæ non includitur in oppositione generica, nec in voce adduci satis est, sed in processu requiritur expressè *Bar. in l. eum qui §, qui ita ff. de verbor. obligat. Guidopap. decis. 221. Pont. d. cons. 45. numer. 9. Giurb. decis. 13. per tot.*
48 Nono erit aduertendum, † Constitutiones præfatas emanasse ad excludendas fraudes, quæ quotiescumque euidentèr cessarent ipsarum Constitutionum dispositio minimè procederet *Seraphin. decis. 691. num. 4. & decis. 696. num. 3. Rot in Rom. pecuniaria de Casarinis 13. Februarij 1617. et in Romana pratij viridarij 11. Martij 1624. coram* R. P. D. *Vbaldo, et in Romana pecuniaria 8. Nouembris 1624. coram* R. P. D. *Pirouano, et in Romana Palatij 30. Aprilis, et 27. Decembris 1627. coram R. P. D. Coccino. et in* Romana *pecuniaria 10. Iunij 1624. coram* R. *P. D. Merlino, et in Rauennaten. Census 26. Aprilis 1641. coram Reuerendiss.*
49 *P. D. meo Bichio.* Vnde † meritò S. Rota resoluit, præscriptionem non obstare famulo, qui post lapsum triennii mercedem petebat à Prelato, qui librum rationum confecerat, ex quo poterat desumi, an salarium realitèr fuisset solutum vel non, vt in dicta Romana, seu Bellucana mercedis coram Sarmiento resolutũ fuisse testatur 50. *Marchesan. loc. citat. sub d. n. 73.* Et † eadem ratione locũ non haberet præscriptio à dictis cõstitutionibus inducta si à D ño merces debita fuisset seruitori in testamento relicta, *Gabr: commun. conclus. tit. de praescript. conclus. 4. num. 17. Hyeron. Gabr. cons. 8. lib. 1. Rot. in Romana Census de Casarellis 9. Decembris 1597. coram bon. mem. Gypsio & in Tudertina fideicom. 3. Iulii 1606. coram* Patri*archa* Manzanedo.
51 Decimo aduertendum erit, † cessare dispositionem prædictarum constitutionum, quando præscriptio fuit interrupta, quia interruptio pęnitus illas cessare facit *Bal. in l. sunt nu. 5. et 13. & ibi Angel C. de praescr. 30. vel 40. annor. Alex. in l. finali numer. 11. ff. de eo per quem fact. erit Ias. in §. paenales numer. 115. Instit. de Action.* & perpetuat actionem vsque ad annos triginta, *d. l. fin. vers. quod nos vbi DD. C. de praescr. 30. vel 40. ann. Imol. in l. 2. §. si rem ff. pro empt. Iacobin in d. l. ex hoc edicto num. 21. & ibidem* Soccin. *num. 23. & Alex. num. 11 vers. sed contrarium Bou. de* Statut. *Vrb. praescription. glos. 21. num. 15. Corn. consil 180. numer. 5. libr. 3. Brun. de praescription. in 4. par. vlt. par. princip. numer. 8. vers. quarto quaro* Seraph*in. decision. 920. numer. 3. & decision. 926. numer. primo Buratt. decision. octaua numer. secundo Rot. decision. 86. numer. secundo part. prima diuersor*, Et
52 † quamuis contrarium pluriès fuerit ab eadem S. Rota resolutum, vt videre est, *in decision. 6. part. 3. in recentior. & in Romana pratij viridarij 26. Nouembris 1618. coram Cardinali Sacrato, in Romana pecuniaria 28. Nouembris 1619. coram eodem, &*
53 *sepe in alijs*, Attamen † possunt ad concordiam reduci distinguendo sic; Aut præscriptio inducta per Constitutiones fuit interrupta per interpellationem extraiudicialem, prout per eam interrumpi posse dixit *Rot. in Romana Mercedis 30 Maij 1578 coram Reuerend. Padr. Dom. Bubalo.* & tali casu denuo reuiuiscere potest eadem pręscriptio per Constitutiones inducta, *Marescott. var. res. lib. 2. c. 67. n. 10 Bou. ad Statut. Vrb. libr. primo cap. 158. glos. 21. numer. 5. Merlin. de* Legit. *libr. 5. titul. 3. quaest. 10. numer. 20. & seqq.* & locum habent decisiones firmantes, reuiuiscere præscriptionem statutariam, non autem intrare illam à Iure Communi inductam: Aut vero dicta præscriptio inducta per Constitutiones fuit per iudicialem interpellationem interrupta, & tunc ea amplius reuiuiscere non poterit, sed locus erit præscriptioni triginta annorum; *Adden. ad Buratt. decision. 8. sub num. 10.*

numer. 10. *vers. secundus casus est Marescott variar. libr.* 2. *d. cap.* 67. *num.* 9. & 10. *Rot. decision* 86. *sub numer.* 1, *part.* 1. *diuers.* & in istis terminis loquuntur decisiones, firmantes, quòd semel interrupta præscriptione per Constitutiones inducta, ampliùs non reuiuiscat, vt optimè distinguit; *Rot. in Romana pecuniaria* 10. *Iunii* 1624. *coram Reu. Patr. D. m. Merlino quæ est penes Fenzon. ad Statut. Vrb. decision.* 152.

Vndecima animaduersio erit, Constitu-
54 tiones † præfatas cessare ex recognitione debiti facta intra tempus in ipsis constitutionibus præfixum, cum ea recognitio interrumpat cursum præscriptionis, *l. cum acutissimi* §. *immo vbi Bald. in princip. ff. de præscript.* 30. *annor. Idem Bald. in l.* 1. *col.* 6. *C. de furt. & seru. fugit. Alex. consil.* 81. *numer.* 14. *libr.* 6. *Natt. cons.* 402. *numer.* 64. *Coler. in repetit. c. illud numer.* 18 & 19. *de præscript. Bursatt cons.* 217. *numer.* 5. *Gratian. disceptat forens. cap.* 994. *numer.* 10. *Ciriac. controuers.* 321. *numer.* 47. *Boer. decis.* 333. *num.* 2. *Cacheran. decis.* 102. *num.* 1
55 Præcipuè † quando talis agnitio resultat ex solutione partis debiti, *Natt. d. cons.* 402 *sub num.* 64. *Maur. de solution. cap* 65. *numer.* 3. *Rot. diuers. decis* 80. *par.* 1. & *in Romana Dotis, & Legati* 15 *Ianuarii* 1620. *coram Patriarcha Manzaredo, & in Ciuitatis Castelli Saluiani* 18. *Februarii* 1641. *coram R.P.D. Royas.*

Tandem erit aduertendum, iuuari
56 † non posse præscriptione ab eisdem Constitutionibus inducta is, qui esset in mala fide, *c. finali de præscript. vbi Barb. num.* 8. *Bou. de statuti verb. præscriptio glos.* 3. *nu.* 54. *Gabr. d. cons* 8. *lib.* 2. *Paris. cons.* 20. *nu.* 28. & *cons.* 87. *num.* 12. & 13 *vol.* 1. *Simon de pret. cons.* 3. *num.* 21. *Non. cons.* 84. *num.* 8. *Bursatt. cons.* 217. *num.* 1. *Corn. cons.* 277. *vol.* 4. *Alex. cons* 99 *num* 8. *lib.* 4. *Riminal. Iun. cons.* 37, *nu.* 68. *lib.* 1. *Cephal cons.* 316. *num.* 3. *Rolan. à Valle cons.* 6. *numer.* 41. & *seq. vol.* 3. *Rot. in recentior. decis.* 419 *num.* 6. *par.* 2. & *decis.* 472. *num.* 1, *par.* 4. *tom.* 2. & *decis.* 513. *num* 10. *ead. par.* 4. *tom.* 3, & *coram san. mem. Gregorio XV. decis.* 489. *nu* 20. *et coram Durano decis.* 210. *num.* 17. *decis.* 65, *num.* 17. *par.* 5 *tom.* 2, *et coram Seraphin. decis* 614, *num.* 4. *et in Romana Canonicatum* 15. *Aprilis* 1622. *coram R. P. D. Vbaldo, et in Romana Palatii* 31. *Ianuarii* 1624. *coram R. P. D. Remboldo et in Romana pecuniaria* 10. *Iunii* 1624. *coram R.P. D. Merlino.*

Debitor an admittatur ad cessionem bonorum quando creditor vti vult operibus debitoris, & mercedem retinere loco sui crediti.

QVAESTIO CVI.

SVMMARIVM.

1 *Debitoribus ære alieno grauatis competit beneficium cessionis bonorum.*

2 *Cessio bonorum nuncupatur in Iure auxilium miserabile*

3 *Debitor non admittitur ad cessionem bonorum quando creditor vti vult ipsius operibus, et mercedem loco sui crediti retinere. Contrarium num* 4 *Intellige, vt nu.* 5. *et* 9.

6 *Operæ sunt præstandæ prout conueniant artificio ...usque.*

7 *Operario, cuius opera creditor in satisfactionem sui crediti vti vult, reseruanda est talis portio mercedis quæ sufficiat pro victu.*

8 *Operarius, cuius operibus creditor in sui satisfactionem vti vult, poterit quandocumque offerendo creditum se liberare à præstatione operarum.*

10 *Debitores etiam liberi compellebantur antiquitùs operas obsequiales suis creditoribus præstare.*

11 *Creditoribus antiquitùs licebat in suos debitores sæuire.*

1 DEbitoribus † ære alieno grauatis, siue masculis, siue fæminis competit benefi ium cessionis bonorum, vt *tot. tit. ff. et C. de Cession. bonor. l. penult. vbi glos. et Bar. aliique scr bentes*

tes C. qui bon. ced. possess Ias in §. cum ex eo num. 10. *Instit. de Action. Archidiacon. in c. pauper.* 11. *quaest.* 3. *Afflict. decis.* 76. *in fine* Benincas. *de paupert. quaest.* 7. *spec.* 8. *in iudic numer.* 25. Riminal, *Iun. cons.* 377. *num.* 15. *lib.* 4. *Menoch. de Arbitrar. iudic. cas.* 183.
2 *num.* 1. Quod † miserabile auxilium in iure appellari solet *l. finali in princip. C. qui bon. ced. possess. Cost. de remed. subsid. remed.* 27. *num.* 1.

3 Per † hanc tamen cessionem non ita liberatos remanere debitores à molestijs, vt creditores volẽtes vti eorum operibus, & mercedem in satisfactioncm crediti retinere, non valeant instare apud Iudicem, quòd ipsos debitores non soluentes compellat ad præstandas operas donech eis satisfiat firmant, *Glos. Bar. & Angel. in l. si pro hærede §. quid tamen. ff. de acquiren hæredit. Bal. in l.* 1. *col. finali C. de postlimin. reuers. Couarru. de sponsal. par.* 2. *cap.* 7. *num.* 5. *Molin. de Iust & Iure disputat.* 758. *§. superest in fine Brun. de Cession. bonor. quaest.* 6. *princip. num.* 9. *et de communi post et alios, quos allegat, docet Coler. de process. executiu. cap.* 9. *part.* 1. *num.* 28. *Caroc. de Locat, et conduct. part.* 2. *tit. de Creditore quaest.* 20. vbi ait, quòd Romæ ita practicetur.

4 Verùm † contrà huiusmodi doctrinam militat textus expressus in *l ob æs alienum C. de action. & obligation.* vbi habetur, quòd ob æs alienum seruire liberos iura compelli nõ patiuntur; Itaque ad hoc, vt Doctores adducti concordentur cum dispositione prædicti textus facienda erit distinctio inter operas obsequiales, & artificiales, & erit di-
5 cendum, quòd Doctores allegati loquantur de debitore Artifice, qui iure poterit cogi ad præstandas operas ad fauorem sui creditoris, adhibita misericordia, & moderamine, ne plus iusto laboribus debitor grauetur prout concludit, *Angel. in Auth immo num.* 2. *C. de Action. & obligat. cum alijs supra al-*
6 *legatis*, Intelligendo † tamen, quòd debitor tali casu teneatur præstare operas suo artificio conuenientes, *Bar. in l. si non sortem §. libertus num.* 8. *ff. condition: indebit. & ibidem Ias. num.* 24. In tantùm, vt si vacaret vno tempore pluribus operibus artificialibus diuersi generis iudicandum sit de eo secundùm artem, in qua plurimùm versabatur;

Itaut pictor pingat, scriptor scribat, aliique omnes suam exerceant artem ad commodum creditoris, qui si ea non indigeat, valeat alteri illam locare pro certa mercede, *l. hominis quoque §. ne autem ff. de Vsufruct. legat. l. si libertus, & l. operum in fine ff. de oper. libertor. Bar. in d. §. libertus num.* 30. *Bal. in l. prima numer.* 5. *C. de oper. libertor. Ias. in suis singular. resp. lib. primo cap.* 3. *numer.* 50. quia operæ, maximè artificiales, eius sunt naturæ, vt iubente domino cuicunque debeant prẽstari, *l. operæ in rerum ff de oper. libertor. d. l. hominis quoque de Vsufru. legat. Bar. in d. §. libertus num.* 30. *Bal. in l. prima numer. quinto C. de oper. libertor. Zas. in suis singular. intellect. libr. primo capit.* 3. *num.* 50.

7 Erit tamen semper reseruanda talis portio mercedis ipsi debitori, quę pro ipsius victu sufficiat, *Glos. in l. maritus ff. de re iudic. in l. si quis à liberis §. sed & filius ff. de liber. agnoscen. in l. si quis argentum §. sed si quis C. de donat. Brun. de cession bonor. quaest.* 31
8 *num.* 1. Nec non † erit eidem reseruanda facultas offerendi quandocumque pecuniam debitam, & sic se liberare ab operarum prẽstatione, *Zas. in l. si insulam num.* 15. *ff. de verbor. obligat. Coler. d. cap.* 9. *numer.* 36. *per tex. in l. si seruum §. sequitur vers. posse emendare moram ff. de verbor. obligation.*

9 At † si debitor artifex non sit non poterit compelli ad prẽstandas operas obsequiales, vt disponit, *d. l. ob æs C. de Action. & Obligat. Luc. de Penna in l. cum scimus C. de Agricol. & censib. libr.* 10. *Couarru. in c. quamuis par.* 1. *§.* 2. *num.* 5. *de pact. in* 6. Sed erit admittendus ad cessionem bonorum, *Menoch. de Arbitrar. Iudic. lib.* 2. *cent.* 2. *cas* 183. *Couarru. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 1. *sub n.* 4. Et ratio differẽtię inter operas fabriles & obsequiales ea est, quia operas fabriles exercere nõ est species seruitutis, prout subire operas obsequiales, & inconueniens esset quòd vir nobilis non habẽs in bonis posset compelli ad prẽstandũ operas creditori, qui posset esse vilis persona, quòd aduertens, Imperator mandauit, liberos homines non
10 compelli seruire creditoribus, prout † antiquitùs obseruabatur teste *Quintilian. lib.* 8.
11 *Orat. instit. cap.* 4. Quinimò; † non solùm obseruabatur, quòd debitores in seruitute

ope-

operas præstarent donech creditoribus esset satisfactũ, sed etiã licebat ipsis creditoribus sæuire in suos debitores, quod fuit obseruatum donech eius legis obseruantiam Publicus repudiauerit ob casum non minùs crudelem, quam scelestum, quem narrat, *Tit. Liu. lib. 8. decad. prima*.

Appellatio An, & quando admittatur in causis mercedis quoad effectum suspensiuum.

QVAESTIO CVII.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio suspensiua in causis mercedis non admittitur.*

2 *Merces soluenda venit nulla interposita mora de Iure Diuino.*

3 *Appellatio dicitur probibita quando aliquid sine mora persolui mandatur.*

4 *Appellatio non admittitur in causis alimentorum.*

5 *Appellatio suspensiua in causis mercedis tunc solùm reiicitur quando merces debetur pauperi, sed Contrarium de Stylo Curiæ seruatur vt num. seqq.*

6 *Appellatio admittitur in causis alimentorum quando alimentarius est diues.*

7 *Appellatio in causis mercedis non admittitur in Curia Romana, nulla habita ratione qualitatis personarum.*

8 *Signatura Iustitia in causis mercedis solet rescribere cum clausula* Sine præiudicio legitimæ executionis; *vel* Non retardata executione *Declara, vt num. seqq.*

9 *Signatura Iustitiæ in causis mercedis rescribit cum clausula* Si quid exequendum *quãdo merces non fuit conuenta, nec agitur inter operarium, & dominum solitos conducere, & respectiuè locare operas pro mercede.*

10 *Clausula* Si quid exequendum *preseruat executionem*

11 *Clausula* Si quid exequendum *intelligitur prout de Iure*

12 *Clausula* Si quid exequendum *suspendit executionem donec per Iudicem, ad quem cognoscatur de iustitia mandati relaxati*

13 *Signatura Iustitia aliquando in causis mercedis solet pro parte executionem concedere, & pro parte admittere appellationem suspensiuam & quando boc faciat?*

14 *Signatura Iustitia in causis mercedis rescribit cum clausula suspẽsiua executionis pro rata mercedis excedente summam debitam vltra tres annos*

15 *Appellatio admittitur in causis mercedis quando actor in prima instantia contrariam retulit sententiam.*

16 *AEqualitas in iudiciis seruanda venit.*

17 *Appellare si licuit actori debet etiam licere reo.*

18 *Appellatio in causis mercedis datur quando sententia est nulla, et notoriè iniusta.*

19 *Appellatio admittitur in quibuscunque causis quantumuis priuilegiatis, et executiuis stante notoria nullitate, vel iniustitia sententia.*

ÆQuitati consonum non videatur, quòd, qui sudores effudit pro consequenda mercede, illa defraudetur, vel nouis laboribus, & sumptibus quæsitum sudorum fructum iterùm lucrari cogatur: Quamobrèm,
1 † appellationem suspensiuam in causis mercedum admittendam non esse firmant plures Doctores, vt videre est apud, *Barbos. in Collectan. Doctor. ad c. vt debitus 59. numer. 61. de Appellat. Angel. in l. quisquis C. quor. appellat. non recip. Rebuff. ad Constitution. Reg. Gallic. tom. primo de senten. prouisional. art. 3. glos. 7. per tot. Ann. singular. 42. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 2. resol. 4. n. 1. Redoan. de Simon. ment. par. 2. cap. 25. num. 5. Ricc. in collectan. decision. part. prima collect. 166. vers. et eodem modò dicas Gratiã decis. Marchiæ 55. numer. primo Magon. decis. Florent. 12. num 11.*

Et hæc opinio comprobatur ex pluribus,

2 tum ex eo, quòd in S. Pagina præcipiatur † mercedem nulla interposita mora esse soluendam, vt habetur. *Leuit, cap.* 19. ibi: non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane, &c. & *Deuteronom.* 24. ibi. Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, siue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est, sed eadem die reddes ei prætium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo substentat animam suam, ne clamet contrà te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum, &c. & *Thobiæ* 4. ibi quicumque tibi aliquid operatus fuerit statim ei mercedem restitues, & merces mercenarij tui apud te omninò non remaneat &c, quę † verba jmportare, quòd censeatur sublata appellatio desumitur ex textu in *l. 2. C. de senten. ex breuic. recitan. vbi Glos. Ruginell. de Apellation. §. 9. glos. 2. vers. omnia sub num. 49. Rot. in Bononien affictus 10. Nouembris 1629. coram Cardin. Virili quæ est decis. 175. num. 5. inter recollectas per me post tractat. de obligat. Camer.*

3

4 Tùm etiam ex eo, quòd † sententiæ in causis alimentorum executioni mandentur non obstante appellatione, *l. finali ff. de appellat. recip. vbi Bar. num. 1. vers hoc verum & ibidem Cuman. num. 4. Idem Bar. in l. me la in fine ff. de alimen. & cibar. legat. & in tract. de Alimen. num. 47. Gugliel. de Cun. in l. 2. ff. de ser. Cordub. in l. si quis à liberis §. si vel parens num. 29. ff. de liber. agnoscen. Crot. cons. 178. in fine Aret. cons. 97. num. 3. in fine Bot. cons. 24. num. 29. Speculat. de Appellat. §. in quibus num. 11, Vital. de Clausul. Tit. an iur. aliment. renunc. poss. cum iuram. num. 206. Molphes. ad Consuetud. Neapol. par. 5. de Alim. quæst. 4. num. 15. Cancer. variar. resolut. li. 1. cap. 16. & 17. & lib 3. cap. 17. num. 125. Ossch. decis. 25. num. 20. Afflict. decis. 152. num. 3. Macer. var. lib. 1. resol. 93. n. 1. Ceuall. quæst. commun. 897. nu. 917. & 919 Coler. de Aliment. lib. 3. cap. 15. num. 1. Fontanell. de pact. nuptial. clausul. 4. glos. 18. par. 4 num. 69. Petr. Gregor. de Dot. parag. quæst. 39. Riminald Iun. cons. 584. n. 81. & 82. Cæphal. cons. 485. num 86. Surd. de Aliment. tit. 8. priuileg. 6. num. 5. Fachin. controuers. Iur. lib. 1. controu. 77. Ruginell. de Appellat. §. 2. c. 3. n. 733. Trentacinq. var. lib. 1. tit. de Aliment. resolut. 1. num. 17. Rot. Diuers. decis. 764. par. 1. & in Anconitana Mercedis 20. Decembris 1602. coram R. P. D. Sacrato impress. penes Marchesan. de Commission. par. 1. fol. 199.* Et consequenter Idem erit obseruãdum in causis mercedis, quæ equiparatur alimentis, & eorum loco succedit, *Angel. in l. si non sortem §. libertus num. 8. ff. de condit. indeb. Surd. de Aliment. tit. 1. quæst. 67. num. 7. Scacc de Appellation. quæst, 17. limit. 7. num. 9. et limit. 8. num. 8. et 9. Cassador. decis. unica num. 1. de mutuis petitionib.*

5 Alij † autem Doctores in hac quęstione, excludentes casum, in quo agitur de Salario aduocatorum, & officialium, in quo omninò volunt non esse admittendam appellationem *vt per Flor. variar quæst. lib. 1. quæst. 8. et quæst. 12. in fine Gratiau. disceptat. forens. cap. 56. sub num. 7. Milanen. decis. 5. n. 16. lib. 1.* distingunt Salarium debitum pauperibus ab illo, quod alijs operarijs talem qualitatem non habentibus prędãdum est: & quoties agatur de Salario debito pauperi, & non in alio casu volunta appellationem suspensiuam non esse admittendam, vt per *Nouar. in praxi miserab. personar. priuil. 18. num. 1. Leoncill de priuileg. pauper. par. 2. priui leg. 28. sub num. 1. Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 95. col. 143. vers. 50. et ibidem Fenzon. num. 4. Vrsell. in suis conclus. verb. appellatio conclus. 128. num. 297. Scacc. de Appellat: quæst. 17. limitat. 8. num. 9. Gratian. in addition. ad suas decis. Marchiæ 53. n. 3.* E-

6 xemplo alimentorum super † quibus si lis vertatur ad instantiam diuitis, & ad eius fauorem contingat ferri, sententiam, appellatio venit admittenda, cessante causa propter quam alimenta requirunt celeritatem executionis, *Bar. in l. finali num. 1. ff. de Appellat. recipien. Cordub. in l. si quis à liberis §. si vel parens num. 31. ff. de liber. agnoscen. Rot. in Anconitana Alimentorum 4. Decembris 1585. coram R. P. D. Orano.*

Et hanc distinctionem semper approbauit S. Rota, vt apparet ex *decis. 767. num. 3. & decis. 774. par. 1. diuers. & in Anconitana mercedis 20. decembris 1602. coram* R. P. D. *Sacrato, & in Romana Mercedis 16. Nouẽbris 1583. coram. R. P. D. Cantuccio, & in alia Romana Mercedis 14. Februarij 1594. coram Cardinali Mantica inter eius impress. decis. 266. & in Rom. Mercedis artis furnariæ 9. Iunij 1579. coram Reu. P. Dom. Robusteric.*

7 Verùm

7 Verùm In Curia Romana ſtante Conſti-
tutione ſan. mem Leonis Papæ X. quæ eſt
in ordine 7. in 1. tom. Bullar. Vet. incipien
Etſi procũctarum Ciuitatum &c. quæ ex-
preſsè, & indiſtinctè mandat, quòd in cau-
ſis mercedum appellatio nõ admittatur, vt
ex eius lectura colligitur in ijs verbis; Et in
cauſis criminalibus, & mercedum nullatè-
nus per aliquem appellari, vel reclamari
poſſe &c. inoleuit ſtylus reijciendi appel-
lationem ſuſpenſiuam in cauſis mercedum
non attẽta qualitate perſonæ illius, qui pro
8 mercede inſtat: Vnde † Signatuta in cauſis
huiuſmodi reſcribere conſueuit cum clauſu
la, *ſine præiudicio legitimæ executionis*, vel,
Non retardata executione, vt teſtãtur, *Mar.
cheſan. de Commiſs. par. 1. tit. de Commiſsi ap
pellat. in cauſ. merced. §. 1. num. 55. Scacc. de
Appellat. quaſt. 17. limitat. 8. verſ. et ſigna-
tura Iuſtitiæ ſub num. 9. Vrſell. in ſnis con-
cluſ. legal. verb. Appellat.* 10. *concl* 128. *n.* 298
excepptis tamen nonnullis caſibus, quorum
9 Primus eſt quando † non agitur de Salario
conuento, neque inter ſolitos locare, & cõ-
ducere, quibus deficientibus Signatura vti
ſolet clauſula, Si quid exequendum, vt *per
Marcheſan. loc. citat. num. 58, Scacc vbi ſu-
pra num. x. Vrſell. eadem concluſ. 128. d. nu.*
10 298. Quæ † clauſula licet executionẽ prę-
ſeruet, *Rot: in Romana prætij domus 26. Ia-
nuarij 1579. coram ſan. me: Clemente VIII.
& in Rauennatẽ. Pecuniaria 5. Martij 1632.
coram bon. mem. Pirouano, & coram Sera-
phino deciſ. 1412. num. 21. & poſt tractat. de
obligat. Cameral. deciſ. 12. num. 4. & dec. 54
11 num. 3. et deciſ. 156. num. 2.* Tamen † cum
intelligatur prout de Iure *Iaſ. in l. cauſas
num. 7. C. de Tranſact. Mareſcott. loc. citat.
num. 18. Creſcen. deciſ. 42. Adden. ad Buratt*
12 *deciſ. 231. ſub littera A,* ipſam † executionẽ
ſuſpendit donech de Iuſtitia mãdati relaxa-
ti per iudicẽ, ad quẽ cognoſcatur *Lãcellot de
Attentat. part. 2. cap. 18. num. 5. Mareſcott.
variar. reſolut. lib. 2. cap. 121. num. 17. Bu-
ratt. d. deciſ. 231. num. 2. & ibi Adden. litt.
A. in princip. Rot. diuerſor. deciſ. 423. nu. 1.
part. 3. & deciſ. 44. numer. 6. par. 4. et coram
Penia deciſ. 1656. num. 4 et coram Coccin. de-
ciſ. 216, num. 3. et panes Pacific. de Saluian.
interdict. deciſ. 261. num. 3. et in Romana pe-
cunaria 23. Martij 1648, coram R. P. D.
meo Meltio.*
13 Secundus caſus eſt quando † Salarium
non fuit conuentum, ſed agitur inter ſolitos
locare, & conducere, & Iudex, à quo exceſ-
ſit in taxanda quãtitate Salarij; in hac enim
facti cõtingẽtia Signatura ſolet in aliqua pa
rte executionem permittere, & in alia appel
lationi ſimpliciter deſerre, vel cum dicta
clauſula *ſi quid exequendum*, ſiue alia arbi-
trio ſuo *Marcheſan. locis relat. num. 59. ſub
num. 10. et Vrſell. num. 298.*
14 Tertius caſus eſt quando † agitur de mer
cede, quæ excedat duos, vel tres annos: tũc
enim ſolet etiam concedere executionem
in parte mercedis duorum, vel trium anno
rum, & pro reliqua committere cauſam cũ
clauſula ſuſpenſiua, *Rebuff. ad Conſtitution.
Reg. Gallic. tit. de Senten prouiſional gloſ. 8.
art. 3. num. primo Gratian. d. deciſ. March,
53. nu. 5.*
15 Quartus † caſus eſt, quando agens pro
conſecutione Salarij in prima inſtantia ſuc-
cumbat, & in ſecunda iſtantia fauorabilem
ſententiam referat, à qua per reum conuen-
tum appellatio interponatur conſueuit ſim-
pliciter per Signaturam admitti *Gonzal. ad
Regul.* 8, *Cancellar. gloſ. 6. nu. 203. & ſeq.
Marcheſan. de commiſſion. appellat ab obligat.
camer. §. 1. n. 76. Rot. in anconitana aſſecura-
tionis 1. Iulij 1602. corã R. P. D. Cocc. & in Ro-
mana cenſus 28. Iunij 1599. corã R. P. D. Iuſto*
16 ea ratione quia in † Iudicijs æqualitas eſt
ſeruanda *c. non licet actori, &c. in Iu-
dicijs de Regul. Iur. in 6. Gloſ. in cap. 2. de
mut. petit. Bal. in cap. quibuſdam de conſue-
tud. Caualer. deciſ* 911. *n.* 2. itaut ſic uti li-
17 cuit † ipſi actori appellare à prima ſenten-
tia, ita quoque licere debet Reo à ſententia
reuocatoria primæ *Ruginell. de Appellat. §.
2. cap. 3. n. 157. Scacc. eod. tractat. quæſt.
17. limitat. 9. verſ. ſubextende ſub. num. 58.
Ziber. in praxi lib. 2. cap. 23. num. 16. Pon-
tan. de Aliment. cap, 19. & ſeq. Surd. eodem
tractat, tit. 8. priuileg. 61. n. 28. & ſeq.*
18 Quintus & vltimus caſus eſt † ſi ſententia
in cauſa Salarij lata ſit notoriè nulla & in-
iuſta, nam tunc appellatio admittitur ſim-
pliciter, vt per *Rot. in Anconitana mercedis
20. Decembris 1602. corã R. P. D. Sacrato.*
19 prout †, admittitur etiam in alijs quibuſ-
cumqne caſibus quantũuis priuilegiatis &
executiuis *Bal. in cap. non licet. num. 2. de
offic. Ordinar. Dec. in cap. nouit num.
3. de Appellat. Felin. in cap. quoad con-
ſultationem num. 20. circa finem de . re
iudic.*

iudic. Rot. decision. 764. part. 1. diuersor.

Salarium An, & quando possit sequestrari, & in executionem capi.

QVAESTIO CVIII.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum & executio in omnibus rebus fieri valent dum expresse non reperitur in iure probibitum*

2 *Salarium sequestrari potest & n.25 Contrarium n.8. Declara vt n. 9. & seq.*

3 *Salarium capi potest in executionem & num. 25. Contrarium num. 7. Declara vt n.9. & seq.*

4 *Praxis & vsus seruat, quòd salarium sequestretur, et capiatur in executionem.*

5 *Creditor non debet priuari iure suo ne debitor aliena iactura locupletetur*

6 *Distributiones quotidianæ possunt sequestrari*

10 *Salarium debendum pro seruitio præstando non potest sequestrari*

11 *Salarium debitum officialibus publicis non potest sequestrari, vel executari nisi à ijs deficientibus bonis Declara vt n. 12.*

13 *Executoris sola relatio, quòd bona non adsint non probat bonorum defectum*

14 *Defectus bonorum vt probetur requiritur excussio*

15 *Excussio bonorum quæ requirat vt dicatur legitimè facta?*

16 *Excussio bonorum non requiritur quando notoriè constat, debitorem nihil possidere*

17 *Inopia debitoris notoria dicitur si in libro æstimi nihil pro eo descriptum apparet*

18 *Cessio bonorum facta per debitorem probat notoriam eius paupertatem*

19 *Cõfiscatio õniũ bonorũ si appareat alicui facta satis contrare dicitur de notoria illius paupertate*

20 *Inopia debitoris notoriè probata dicitur per testes deponentes, ipsum non esse soluendò; Etiamsi non de propria scientia sed de fama deponerent vt num. 21.*

21 *Debitorem non esse soluendo notoriè dicitur si ipse interpellatus bona non indicet*

22 *Excussio bonorum debitoris non est facienda quando debitor in alieno dominio bona possidet*

23 *Salarium officialis publici potest sequestrari & executari ad instantiam creditorum licet ipse officialis alia bona possideat, sed in alieno dominio, & iurisdictione, Declara vt num. seq.*

24 *Sequestrum vel executio si fiat in Salario officialis publici ob defectum aliorum bonorum debet ei relinqui tanta pars illius quanta sufficiat pro victu, & alimentis ipsius*

26 *Salarium si debeatur pauperi non potest sequestrari, imò iam sequestratum debet reuocari sequestrum, Declara vt num, 27.*

1 TAm † Sequestrum, quàm executio regulariter in omnibus rebus fieri valet nisi expressè reperiatur à Iure prohibitum *Peguer. in praxi rubr. 29. de execut. senten. num. 16.* quæ prohibitio tantũ abest, quod adsit in Salario, vt potius
2 expressè cautum reperiatur, † quòd possit sequestrari, vt videre est in *l. iubemus, seu per hanc §. si qua tamen C. de erogat. milit. anno. lib. 12.* vbi habetur, quòd si tempore erogationis stipendiorum de lucro ex pactione actuarij debito, pecunia deponẽda sit apud principes militũ donec per eos principes, propositis eis sacrosãctis euãgelijs, causa interim fuerit terminata &c. Ac
3 etiam, quod † in executionem capi valeat vt disponit tex. in *l. commod. ff. de re iudic*: vbi, quòd pecunia debita propter sacras coronas possit sequestrari, & iure pignoris in causam iudicati solui &c. vnde
4 † continuo vsus, & praxis obseruat quòd salaria sequestrẽtur, & capiantur in executionem rei iudicatæ *Alberic. in Auth. sed iam cautũ C. depo. Caroc de locat. & conduct. part. 1 quæst. 11. n. 45. fol. 37.*

Et

Et hæc praxis concordat cum illa scripta
5 æquitate, quòd creditor † non priuetur iure suo, & debitor cum aliena iactura locupletetur *c. locupletari de Reg. Iur. in 6. l. iure naturæ ff. eod. tit. l. nam hoc natura l. naturaliter §. finali & l. hæc condi io ff. de condit. indebit. l. finali C. de suc. pi n. Monet. de distribut. quotid. q. 9. n* 57. & 90. vbi
6 quòd † propter hanc rationem instante creditore sequestrari possint distributiones quotidianæ *Rot. decis. 1. n. 2. de solution. in antiquis*

7 Sed † prohibitam esse sequestrationem salarij sentire videtur *Glos. in auth. sed iam tantum verb. vel publica persona C. depositi* & expressè firmāt plures Doctores, nempè *Salicet. in auth. si etiam cautum C. depos. Cucc. de morator. num.* 95. *Caualcan. de Brach.* Reg. *part. 6. in § ag. 123. in fine vers. nec receditur M. uso 1. de caus. executiu. libr. 1. ampliat. 32. num.* 42. ne-
8 que † posse salarium in executionem capi adducendo tex. *in l. stipendia C. de execution. rei iudicat.* voluerunt R *p. in l. obligatione numer. 43. ff. de pignor. Io. de Platea in l. per hanc alias iubemus §. si qua tamen. nu. 1. C. de erogat. militar. anno lib. 12. Coler. de process. executiu. part. 2. cap. 3. sub n* 144 *Luc. Pet. in praxi fori cap. libr. 8. c. 2 n. 19. Palat. Rub. in repe it. rubr. de Donat. inter vir. & vxor in §. idem est dicendum nu. 4. Ancharan. cons.* 378. *n. 2. Caroc. de locat. & cond. p. 2. tit de creditor q. æst. 19. Posth. de subhastation. quæst. 4 Merlin. de pignor. libr. 2. tit. 1. quæst. 62 num. 1. & 2. Larrea decis. Granaten. 25 sub num. 3. vers. & stipendia similiter lib. 2.*

9 Legum, † & Doctorum contrarias dispositiones, & sententias supra relatas conconciliare conatur *Salice. in d. l. stipēdia* intelligendo, quòd prima opinio locum habeat alijs deficientibus bonis; itaut non nisi in subsidium possit salarium sequestrari & capi in executionem, & id etiam videtur fuisse de mente *Bart. in summar. d. l. commodis ff. de re iudic. & Alex. in addit. ad Bart. in d. l. stipendia C. de execut. rei iudic. Caroc de locat. & conduct. part. 3. tit. de sequestr. quæst. 3. num. 5. in fine*, At ego crederem, Salarium non semper gaudere hoc priuilegio, quòd non possit sequestrari, vel executari nisi a lijs deficientibus bonis, sed pro resolutione præsentis quæstionis in trascriptas distinctiones adhibendas esse:
10 videlicèt. Aut † agitur de Salario in futurū m debendo, & nullo modo poterit sequestrari, quia aliàs operarij retraherentur à præstatione seruitij, *Rip. in l. obligatione nu. 43. ff. de pignor. Ben de priuileg. I. C. part. 1. priuileg. 3. sub num. 1. Caroc. vb supra sub. nu. 5.* Aut agitur de salario iam debito, & videndum est, An illud spectet ad officiales publicos, vel nō,
11 Et † primo casu non poterit sequestrari, vel capi in executionem, nisi alijs deficientibus bonis, vt disponitur in dicta *l. stipendia C. de execut. rei iudicat. & firmans Salicet. Rip. et al. supra relati numer. 8.*

12 Quotiescunque † tamen officialis publici sint ex classe illorū, qui vtiles & necessarij dicuntur, quia non omnibus officialibus publicis hoc priuilegium fuit à Iure concessum, vt videre est in allegat. *l. commodis ff. de re iudic.* vbi disponitur, quòd possit merces sequestrari, & iure pignoris in causam iudicati solui, licèt debita sit officialibus publicis, non tamen necessarijs, agit enim textus ibi de ijs, qui pugnabant ad populi delectationem; vt benè exponit *Glos. in eadem l. in verb. coronas*

13 Ad † hoc autem vt dicantur deficere alia bona, itaut salarium sequestrari, vel executari, possit non sufficit simplex relatio executoris, quòd bona non adsint *Ias in l. stipendia §. habes autem num. cum seq. ff de nou. oper. nunciat Merlin de pignor. liber. 5. tit. 2. quæstione 69. vers.*
14 *hinc sequitur sub numer.* 3. sed † facienda
15 venit bonorum excussio, quæ † vt legitimè facta dicatur, requiritur, quòd Iudex mandet duobus executoribus, quòd bona perquirant in domo debitoris, & proclament in vicinia, ac locis publicis, An ipse debitor habeat aliqua bona mobbilia & immobilia, & deindè facta relatione per executorem debet iudex pronunciare, discussionem fuisse legimè factā iuxta tex. *in l. præsenti §. fine vers. adijcientes C. de his qui ad Eccles. confug.* Veritas tamen est,
16 quòd † talis excussio facienda non esset quando notoriè constaret, debitorem non habere alia bona præter salarium *Negusan. de pignor. part. 8. mem. 1. nu. 4. Cephal. cons. 86. num. 16. lib. 1. Bursatt. cons. 48. num. 16. Missinger singular. obseruat. cent. 2. obseruat. 15. num. 2. Gayl obseruat. 27. num. 14. lib. 2. Maurœ de fideiussor. par. 2. cap. 3. num. 177. Merlin. decis. Lucen. 22. num. 12. Caputaq. decis. 273. in fine par. 2. Rota in Bononien. Pecuniaria.*

17. Iulij

17. *Iulij* 1641. *coram R. P. D. Carillo*.
17 Et † notoriè constare diceretur de non existētia aliorum bonorum si exiberetur liber æstimi, in quo nihil esset descriptum pro debitore *Negusan. d. par.* 8. *memb.* 1.
18 *num.* 15. Vel † appareret de cessione bonorum facta per debitorem *Daen. reg.* 235. *limitat.* 1. *Gayll. obseru.* 27. *num.* 16. *lib.* 2. *Rota in Romana censuum* 16. *Martii.* 1646.
19 *coram R. P. D. Roias* Vel † si fuissent omnia bona debitoris confiscata *Negusan. loc.*
20 *citat. vers. idem si debitor sub num.* 15. Vel † si adessent testes deponentes, debitorem non esse soluendo *Merlin. d. decis. Lucen* 22.
21 *num.* 13. Vel † de fama super inhabilitate
22 *Mantic. de Tacit. lib* 16. *tit.* 17. *n.* 21. Praxis † autem inoleuit ad effugiendam excussionem bonorum, vt interpelletur debitor ad indicanda bona intra certum tempus quo elapso, & indicatione non facta probata, remanet bonorum deficientia *Aretin. in* § *itē si quis in fraudem num.* 7. *Instit. de Action. & dixit Rot. in d. Bononien pecuniaria corā R. P. D. Carillo*.
22 Quid † autem dicendum esset, si realitèr debitori bona non deficerent, sed in alieno territorio, & dominio existerent, an talis casu possit Salarium sequestrari, & executari? & respondendum est, quòd non sit facienda excussio bonorum in alieno territorio, & dominio existentium, quia acerbum est, mittere alibi creditorem pro consequenda sua satisfactione, vt inquit *tex. in* §. 11. *Auth de fideiussor. Alex. cons.* 91. *num.* 7. *lib.* 7. *Thesaur. decis. pedemont.* 40. *num.* 3. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 230. *num.* 13. *Amat decis Ferrar.* 34. *num.* 5. & 6.
23 Sed † posset consumari executio super Salario, vt per *Cuman. in d. l. commodis ff. de re iudic. quem sequitur Carleual. de Iudic. to.*
24 2. *lib* 6. *tit.* 3. *disp.* 18. *num.* 2. Habita † tamen semper ratione, quòd tanta pars mercedis debitori relinquatur quanta sufficiēs sit pro alimentis ipsius debitoris *Cin. Bal. Angel. & Salicet. in l. spem. C. quæ res pign. oblig. poss. Ias in sepe allegat. l. commodis nu.* 2. *Carleual d. disputat.* 18 *nu.* 3.

Secundo autem casu, nempè quando salarium non debetur officialibus publicis, animaduertendum venit, An officialis sit
25 diues, vel pauper, quia † si diues sit, absque dubio poterit salarium ei debitum sequestrari, & in executionē capi iuxta dispositionem *dicta. l. iubemus & l. commod.*
26 At † si pauper sit itaut salarium pro eius alimentis inseruiat, & illo ablato non habeat vnde viuere possit, sequestro locus non erit, & si sequestrum fuisset appositum veniret relaxandum, vt est tex. *in l. finali ff. qui satisdar. cogan. Salicet. in l. vnic. C. de prohibit. sequestr. pecun. vbi Curt. nu.* 12. *allegat. tex. in l. is cui* § *legatorum ff. vt in possess. leg.* quem post Bart. ibi dicit ad hoc esse singularem *Ias. in auth. res quæ n.* 31. *C. commun. de legat. Cappell. Tholos. quæst.* 477. *circa med. Lancellot. de Attentat. par.* 2. *cap.* 4. *nu.* 23. cum alijs, quos refert, & sequitur *Surd. in tractat. de Aliment. tit.* 8.
27 *priuileg.* 80. *n.* 4. Benè verum est † quòd, si salarium esset pingue, posset sequestrari in parte, relicta operario portione sufficienti pro sua substentatione *Boer. decis.* 226 *num.* 3. *Parlador. rer. quotidian. cap. fin.* 5. *p.* §. 3. *num.* 32. *in fine Adden. ad Cappell. Tholos. decis.* 246. *num.* 5. cum aliis adductis supra *num.* 24.

Salarium Aduocati vel procuratoris, qui propriam causam defendit & obtinuit An taxanda veniant cum alijs litis expensis.

QVAESTIO CIX.

SVMMARIVM

1 *Salaria procuratorum non solent in Romana Curia in taxatione expensarum admitti.*
2 *Salaria Aduocatorum, & Procuratorum in foro Capitolino taxantur cum aliis litis expensis.*
3 *Sacra Rota solet semper in taxa expensarū aliquid arbitrio apponere pro Salariis Aduocati, & Procuratoris.*
4 *Salaria Procuratorum in taxa expensarum litis, recipi solent per Iudices exteros.*
5 *Salaria Procuratoris, vel Aduocati, qui propriam causam defendit, non sunt recipienda in taxatione expensarum litis, Declara vt num. sequentib.*

Sala-

6 *Salarium debetur iis qui aliena, non autem qui propria negocia gerant.*

7 *Salarii Aduocati, qui propriam causam agitauit recipiuntur in taxa expensarum spectantur ratione damnorum, & interesse contrarium num. 8. Intellige vt num. 16.*

9 *Expensarum in condemnatione habetur ratio damnorum ex persona victoris, quando est talis, qui sua industria solitus erat lucrari.*

10 *Damna non veniunt appellatione expensarum Declara vt num. sequentib.*

11 *Condemnatus ad refectionem expensarum non dicitur condemnatus ad refectionem damnorum.*

12 *Absolutus ab expensis non dicitur absolutus a damnis.*

13 *Damna, quæ contingunt ratione personæ veniunt sub nomine expensarum, cum non propriè damna sint sed lucrum cessans.*

14 *Verba sententiæ sunt strictè intelligenda, nec extenduntur vltra expressa.*

15 *Aduocato qui causam sibi cum alio communem defendit in taxatione expensarum debetur saltem Salarium pro parte socij.*

17 *Æqualis debet esse litigantium conditio*

18 *Officium suum non debet alicui esse damnosum.*

19 *Condemnatio in expensis fit in pœnam temerè litigantium.*

1 QVamuis † in Curia Romana in refectione expensarum non soleant taxari expensæ mercedis Aduocatorum, Procuratorum & similium, quoniam si hæc taxarentur quiuis litigator, licèt locupletissimus, pauperrimus remaneret, *Mand. s. in formular. commission. formul. 23. v. taxet. Gratian. disceptat. forens. cap 5 6. num. 45. Alberic. Oliu. super Ritib. Cur. Archiepisc. Neapol. rit. 4. num* 21. qui loquitur in specie de Tribunali A C. Id † tamen

2 non seruatur in foro Capitolino, in quo huiusmodi Salaria vnà cum alijs expensis taxantur, vt testatur *Luc. Pet in Praxis lib. 9 tit. de lit. expens num. 15. Fenzon ad Status Vrb. lib 3. cap. 92. num.* 1. et colligitur ex verbis ipsius Statuti in fine ibi, Et Iudices vltra Salaria supra definita expensas taxare

3 non possint. Quinimo † in ipso Tribunali S. Rotæ semper in taxa expensarum aliquid plus pro mercede Aduocatorum, Procuratorum & similiū, vltra expensas iudiciarias, arbitrio taxari consueuit *Buratt. decis. 921 num. 2. vbi Adden. num. 11. Duran. decis 161. num. 3. Rot. decis. 283. num. primo par. 1. recen. & in Maceraten. Hæreditatis 24. Ianuarij 1642. coram R.P.D. Bichio, & in Benon. Bonorum 4. Iulij 1642 coram Reuerendiss. Patauino, & in Fanen Prædij 20. Aprilis 1643. coram Reuerendiss. Salamantino,* et testatur *Vestr. in Praxi lib.*

4 *3. cap. 2. num.* 11. Et † Iudices exteri plerique in taxatione expensarum connumerāt Salaria data Aduocatis, & Procuratoribus, sportulas Iudicum, itineris expensas, & his similia, quæ debentur Aduocatis & Iudicibus iuxta *tex in l. eum qui temerè*, ibi viatica sumptusque &c. *ff. de Iudic.* Quamobrem non frustra dubitatur, An Aduocati, & Procuratores, qui propriam causam patrocinarunt, & obtinuerunt, possint in ta-

5 xatione expensarum Salarium petere. Et † communis conclusio est, quòd non possit *Bal. in l. fin num 12. C. de fruct. & lit. expens. Castren in l. stipulatus num. 2. ff. de fideiussor. & mandator. Bar. in d. l. stipulatus num. 3. Gayll. practicar. obseruat. tit. de expens. & earum taxat obseruat. 151 n. 16. Rot. dec. 533 de sent. & re iudic in antiquis & decis 5 de procurat. in antiquis.* Et ratione

6 quia † Salarium iis tantum debetur, qui aliena negocia gerunt, non autem propria, *Cardin. Mantic. de Tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 1 ; num. 47.* Limitant † tamen

7 DD. huiusmodi conclusionem, quòd non procedat quandò Aduocatus, vel procurator petunt aliquid ratione damnorum, & interesse, vt puta, si propter causam, quā proprie agere debuerunt, amiserūt lucrū alterius patrocinii *Mynsing. singular. obseruat. centur. 1. obseru. 2. Gayll d. obseruat. 151. num. 17. Ben. de priuileg. I. C. part. 3. priuileg. 73. numer. 4. Surd. de Aliment. tit. 9. quæst. 39 num. 11. Ioseph Ludouic. decis perus. fin. 111. n. 13. Rot. decis. 460. de dolo & contumac. in antiquis.* Precipuè quando esset aliquis Aduocatus, vel procurator solitus præstare patrocinium in multis causis, & litigantium concursum habere *Castren. in l. stipulatus num. 2 ff de fideiussor Bar. in l. finali C. de fruct, & lit. expens. Ias. in d. l. properandum §. fin autem. C. de iudic. Galganett. ad Statut. Vrb. lib. 3. cap. 92. & ibidem Fenzon. num. 28.* Et vno ore firmant DD. omnes scribentes *in d. l. finali C. de iudic. præ-*

8 *ter Bald.* Qui † noluit, posse Aduocatum petere Salarium pro patrocinio præstito in

causa propria, licèt illud peteret ratione dāni passi, sed contra *Bal.* militat communis DD. opinio concludentissimis rationibus comprobata per DD. supra relatos, & prçcipuè *per Iasin d. §. sin autem d. num.* 14 *vers. ego teneo* Vbi rationem affert; nempe
9 quia † in condemnatione expensarū in casu victoriæ habetur ratio damnorū ex persona victoris quando est talis qui sua industria solitus sit lucrari *Glos. & Bar. in l. 1. ff. de alien iudic. mut. cau. fact.*

Nec obstaret si pro substinenda *Baldi* o-
10 pinione diceretur, quòd † damna non veniant in condemnatione expensarum *c. in nostra de Iniur. & damn. dat. glos. in l. 1. verb. tenebitur ff. de alien iud. mut. caus. fact. c. dilecti, & ibi glos. Abb. & Felin. de foro comp. Rip. in l. ;.n 9. ff. de damn. infect. Cacheran. de cis pedemont. ;5. num.* 2. Ergo condemna-
11 tus † ad reficiendum expensas non est dicendum, quòd fuerit condemnatus ad refectionem damnorum *glos. in d. l. 1. § fin. ff. si quis ius dicen. non obtempera. & ibi Alex n. 7. vers. & de materia Boer. decis 5 . num. 5*
12 prout, & † absolutus a refectione expensarum non dicitur liberatus à refectione dānorum. *Bald. in l. 1. C. vnde v. Rip. vbi supra num. 8. Roman. singular. 237. Aret. in §. hac autem omnia num. 4. Institution. de pæn. temer. litigan. Surd. decis. 261. per tot.* Respondetur enim, argumentum non proce-
13 pere in † damnis, quæ contingunt ratione personæ, vt puta si artifex, vt litem propriam defendat, desistat ab arte, in qua lucrari consueuerat tantum in die, prout in casu nostro. Id enim venit nomine expensarum, cum non sit propriè damnum, sed lucrum cessans quod idem est in Aduocatis quibus vt propriam causam tueantur, cessat lucrū quod solitum erat ipsis prouenire ex patrocinio aliarum causarum, *Iasin. in d. l. 1. §. final. num. 14. ff. si quis ius dic. non obtemper. & in l §. sin. autem a terutra n. 13. Bar. in l. 1. num. 1 vers. vel alter ff. de alien. iud. mut. caus. fact. Boer decis. 52. n 6 in fine,* Et hoc lucrum cessans venit appellatione expensarum in sententijs quamuis
14 alia damna non comprehendantur, cum † verba sententiæ sint strictè intelligenda *l. 1. C. si plur. vn. sent.* nec aliquid includant nisi ea, quæ de necessitate ex illis infertur *l. si quis à liberis §. si vel parens. ff. de liber. agnoscen. Bar. in l. Iulianus num. 5. ff de condit. indebit.*
15 Limitant † etiam DD. conclusionem prædictam quando Aduocatus causam habet cum alio communem, vt puta si pro se & coherede postulatiōnē præstet nam tunc expensas saltē pro parte cohæredis merito percipiet, cū causa dicatur in parte propria, & in parte aliena *Bar. & Aret. in l. 1 §. in prop. causa ff. quā. appell. sit Boer. decis. 210. n. 2.* vbi testatur ita pluries fuisse iudicatum *Lancellott. de Attentat. tit de pæn. attent. num. 153. Asin. in praxi iudic. cap. 31. ampl. 66. & limit. 19. Boer. in suis singul verb. expensæ & fructus num 6. Menoch. de Arbitrar. Iudic. lib. 2. cas. 154 n. 6.*

Licet hæc quæstio soleat vt supra à Doctoribus definiri prout ex longa Doctorum serie, quos supra *nu.* 7. retulimus desumere licet, Attamen mihi magis arridet sententia, quam affert *Aluar. Valasc. consult. 25.*
16 *num.* 21. qui firmat † Aduocatum victorem iure petere salarium in lite propria, tamquam expensas, fundatur enim in pluribus rationibus concludentissemis, qua-
17 rum Prima est, † quòd æqualis debeat esse litigantiū conditio *l. 1 & tot. tit. ff. quod quisque iur. l. fin vbi Bal. C. de fruct. & lit. expens. l. in sacris §. quoniam C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12 c. in iudicijs & c. non licet de Regul. Iur. in 6. Bal. cons. 486. col. 2. vers. quarto pone l b. 2.* Et ideo non debet esse melioris conditionis victus in causa agitata cum Aduocato, itaut si Aduocatus succumbat bebeat reficere parti expensas pro salario procuratoris, & Aduocati in casu vero victoriæ non possit exposcere, Secunda ratio est, quòd æquitas non patiatur Aduocatum sui laboris præmio fraudari, & esse deterioris conditionis aduocando in causa propria, quàm in aliena, Tertia ratio est, quòd, nisi Aduocatus sui laboris prę-
18 mium consequi posset sequeretur, † proprium officium ipsi esse damnosum contra iuris dispositionem in *l. extra ff. de fideiussor. l. peruenit. ff. ex quib. caus. maior. in integr. restit. l. valet ff. de furt l si seruus communis §. quod no. ff. quemadmod testamen. aperian.* Quarta & vltima ratio est, quia non debet victus absolui, saltèm in parte ab expensis ex eo, quòd litiget cum Aduocato dum condemnatio in expensis fiat in pęnam temere litigantium *l. eum quem ff. de iudic. l. properandum §. sin. autem C. eodem tit. §. 1. & §. hæc autem omnia instit. de pæn. temer. litigan* Quibus rationibus attentis veriorē & ęquiorem huius quęstionis resolutionem esse puto: Quòd possit Aduocatus propriam causam defendens, & victoriam referens,

rens. petere honorarium debitum non secùs ac si pro alio patrocinium præstasset.

Salarium Aduocati an sit taxandum cum alijs expensis reficiendis ei, qui victoriam in causa retulit si Aduocatus gratis patrocinium præstauit.

QVAESTIO CX.

SVMMARIVM.

1 *Salarium Aduocati, vel Procuratoris non venit taxandum secundum aliquos cum alijs litis expensis reficiendis victori, qui habuit patrocinium gratuitum, Distingunt alij vt n. 3. Contrarium indistinctè volunt alij vt num. 6. Declara vt num. 13.*

2 *Taxa expensarum litis victori reficiendarum non nisi expensas realiter factas continere debet.*

4 *Fideiussor, cui creditor remisit actionem animo remunerandi, potest agere contra generalem debitorem actione mandati, Secus si actionem remisit ex mera liberalitate vt num. 5. Declara vt num. 11*

7 *Obligatione antidorali adstrictus remanet litigans Aduocato qui pro ipso gratuitũ patrocinium præstat.*

8 *Obligatio antidoralis parit exceptionem contra eũ, qui indebite solutũ repetere intẽdit*

10 *Obligatio de soluendo habet vim realis solutionis creditore annuente.*

12 *Obligatus sibi ipsi nemo dici potest.*

14 *Pauper, cui gratis Aduocatus inseruit non potest in taxatione expensarum petere quod sibi reficiatur honorariũ Aduocati.*

15 *Victus victori condemnatur in expensis, quas verè fecit, non autem in ijs quæ sibi ex priuilegio remittuntur.*

16 *Diues litigans cum paupere quando gaudeat pauperis priuilegio.*

17 *Priuilegiatus facit gaudere priuilegio non priuilegiatum ratione connexitatis*

18 *Priuilegiũ alicui concessum super litis expensis in totum vel in parte non agnoscendis extenditur ad Aduersarium, vt seruetur æqualitas.*

19 *Sportulæ Iudicum, & Salarium Notarij non soluta an veniant taxanda in notula expensarum reficiendarũ litis victori.*

ADeò diuersæ sunt in hac quæstione Doctorum sententiæ, vt vix dignosci possit quęnam opinio in praxi sit amplectenda, Volunt enim aliqui nul-

1 lum † ius, nullaque actionem competere pro consequanda in taxatione expensarum mercede Aduocati, vel procuratoris, qui gratis suum patrocinium præstauit, & huius sententiæ antesignanus est *Bart. in l. finali in fine C. de fruct. et lit. expens.* quem secuti fuerũt *Bal. in d. l. fi. Ias. in l. properand. §. fin. autẽ alterutra sub n. 14 C. de Iudic. Alb. in l. sed et si hæreditas §. 1. ff ad exiben. Boer. in suis singular. verb. expensæ num. 10 & in decis. 210. num. 5. Grat. respons. 108. num 7. Caroc. de locat. & Conduct. par. 1. tit. de fruct. & lit. expens. quæst. 8. nu. 23.* qui omnes Doctores vnicam rationem afferunt, & ea est, quòd non possit dici aliqua facta impensa dum aduocatus gratis causam defendit, et consequenter illius salarium non sit apponendum in expensarum notula, † quæ non nisi expensas reali-
2 ter factas continere debet ex dispositione *l. sancimus C. de Iudic.*

Alij † autem Doctores quæstionem de-
3 cidunt tali distinctione adhibita videlicet: Aut Aduocatus præstat patrocinium gratis animo remunerandi, & tali casu potest victor petere Salarium quod alteri Aduocato dedisset. Si vero ex mera liberalitate Aduocatus mercedem sibi debitam victori remittat non potest in taxa expensarum Salariũ non solutũ apponi. Et huius distinctionis auctor fuit *Speculator. in tit. de expensis §. postremo vers. quid si victor.* quam desũpsit ex text. in *l. idemque §. finali & l. si vero non remunerandi ff. mandat.* vbi habetur
4 quòd † si creditor remunerandi causa creditum fideiussori remisit tunc concedatur ipsi fideiussori actio mandati contra illũ, pro quo fideiussit perinde ac si pro eo soluisset;
5 Si † vero non remunerandi causa sed principaliter donando creditor fideiussorem à debito liberauit tunc cessat actio mandati cuius legis dispositionem punctualem pro præsentis quæstionis definitione existimarunt quamplures, & propterea Speculatoris sententiæ se subscripserunt, inter quos est *Abbas in c. finem litibus num. 29. de dolo, & contumac. Boer. decis. 210. num. 5. Tiraquell. de retract. lignager. §. 29. gloss. 4. nu. 6. Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 144. num. 6. ad fin. Rot. decis. 38. de sentent. & re iudicat. in antiq. & in Romana Pecuniaria 4. I. lij*
6 *1618. coram R.P.D. Vbaldo* Tandem † Alii voluerunt, Salarium Aduocati, licet non solutum, esse in calculo expensarum recipiendum, et hoc firmãrunt *Bar. sibi met contrarius*

rius in l. quòd si domus vers. Item si aliquis habuit Aduocatum gratis ff. locat. Gratian. disceptat. 26. *num.* 41. *Ioseph. Ludouic. decis. perusin. p.* 2. *decis.* 111. *num.* 14. vbi testatur de magis communi, & veriori, & ita iudicatum fuisse arresto Parisiensi testatur *Papon. in collect. arrestor. franc. lib.* 18. *tit.* 2. *arrest.* 14.

Adducunt supracitati Doctores pro fundamento eorum sententiæ obligationem
7 antidoralem; † qua adstrictus remanet Aduocato is, qui gratis patrocinium recepit *l. veluti, & l. ex hoc iure ff. de iust. & Iure l. sed etsi lege §. consuluit. ff. de petit. hered. Scacc. de sent. & re iudic. glos.* 15 *n°*32
8 Et licèt obligatio † huiusmodi nullam pariat actionem in foro contra obligatum,
9 tamen † pareret contra eum exceptionem quando repeteret solutum indebitè *Tiraquell. de retract. lignag. §.* 29. *glos.* 4. *sub n.*6 *Asin. in praxi §.* 32. *cap.* 2. *ampliat.* 66. *n.*5 Et hoc fundamentum est ineuitabile; itaut verior appareat hæc tertia opinio, cum non obstet dicere, quòd agatur de refectione expensarum, ideoque attendendum sit quid realitèr fuerit impensum, quia loco realis
10 expensæ succedit obligatio † quæ creditore volente habet uim realis solutionis *l. finali C. ad leg. falcid. l. fin. C. de dot. promiss. Dec. in l. vt liberis. num.* 5. *C. de collat. Alex. in l. fuit quæstionis in vltimo notab. ff. de acquiren. hæred. Paris. cons.* 33. *vol.* 4. *Surd.*
11 *decis.* 187. *nu.* 8. Neque † aduersatur textus in *l. idemque §. fin. & l. si vero non remunerandi ff. mandati* quia in casu dictarum legum idem creditor remiserat fideiussori actionem, In casu autem nostro Aduocatus non est creditor litigantis contra quem patrocinium præstat, sicque dicitur extraneus; quando autem extraneus soluit pro fideiussore, eumque liberat à creditore indistinctè datur fideiussori actio mandati *l. si remunerandi §. si passus l. qui fide & l. ex mandato in §.* 1 *ff. mandat. l. si fideiussor. C. eodem §. penul. Inst. eod. Soccin. Iun. cons.* 27. *n.* 13. *vol.* 2. *Magon. decis. lucen.* 92. *nu.* 14. Et demùm non applicatur exemplum Aduocati, qui propriam causam defendes nō consequatur in taxa expensarum suum honorarium apponi, quia militat diuersa ratio. Non enim in illo cadit obligatio anti-
12 doralis, cum nemo † sibi met obligatus remaneat *Ioseph Ludouic d. decis. perus.* 111. *n.* 12. *Scacc. de sent. & re iudic. d. glos.* 15. *n.* 12
13 Hanc † igitur tertiam opinionem in praxi amplectendam esse crederem quotiescumque concurrat obligatio ad antidora, sed hac cessante, primam opinionem sequerer. Casus autem, in quo dicta obligatio cessat est, quando Aduocatus præstat patrocinium gratis pauperibus, & miserabilibus personis, quæ nullam contrahunt obligationem cum Aduocato qui ex debito tenetur illis gratis patrocinium prestare *l.* 1. *§. ait prætor ff. de postulan. l. prouidendū C. eodem* cū aliis adductis supra *par* 2. *quæst.* 52. *numer.* 109.
14 Vnde si pauper litigans obtineat condemnationem expensarum contra Aduersarium non poterit ab eo petere expensas Aduocati, quas verè nō fecit *ad tex. in l. fin. C. de fruct. & lit. expens.* iuxta secundam lectu-
15 ram, *ibi per Bar.* vbi quòd † victus victori condemnatur in expensis, quas vere fecit; non autem in ijs, quæ sibi ex priuilegio remittuntur *Bal. in tract. de Iure protomiseos in fin. Benincas. de paup. quæst.* 7. *spec.* 1. *iud. num.* 24. Et hic est notabilis
16 casus, in quo † diues litigans cum paupere gaudebit priuilegio pauperi à Iure concesso
17 quia † priuilegiatus facit gaudere priuilegio non priuilegiatum ratione cōmunionis & connexitatis *Glos. in l. si quis duas ff. de lib. leg. Marsil. singular.* 501. *& sing.* 917. præsertim quādo agitur de damno vitādo, vt in *l. fin. ff. ex quib. caus. maior. & in c. auditis de restitut. in integr.* & facit *tex. in d. l. fin. C. de fruct & lit. expens* secundum primam le-
18 cturam, iuxta quam disponit, quòd † priuilegium alicui concessum super litis expensis in totum, vel in parte non agnoscendis extenditur ad aduersariū vt seruetur equalitas, vt notat *ibi Bar.*
19 Et quæ diximus de salario Aduocati † procedit etiam in sportulis Iudicum, & Notariorum mercede, & in specie de sportulis Iudicum loquitur *Mastrill. de magistrat. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 28. & de mercede notariorum *Scacc. vbi supra d. glos.* 15. *nu.* 27. Et hic vltimam huic tractatui manum imponimus ad laudem, & gloriam Sanctissimæ TRINITATIS & Gloriosissimæ Virginis MARIAE.

FINIS.

INDEX
LOCVPLETISSIMVS CONCLVSIONVM,
Quæ continentur in præſenti tractatu
DE
SALARIO,
SEV
OPERARIORVM MERCEDE.

A

Taxa-

ADVOCATVS.

Testis

Conse-

AEDIFICARE.

AEQVALITAS.

AEQVIPARATA.

AEQVITAS.

AGENS.

AGNITIO.

AGRICOLAE.

ALERE.

ALIENATIO.

AMBA-

BAI-

Execu-

CAR-

CHA-

Ser-

CON-

CON-

COR-

DE-

Non

sa

Merce-

FAMILIARITAS.

FAMILIARIVM.

FAMVLORVM.

FAMVLVS.

FI-

Solue-

GEM-

HONO-

In

IVDICIS.

IVDICIVM.

IVDICVM.

IVNIOR.

IVRA.

IVRAMENTVM.

Non

LEGITIMA.

LIBER.

LIBERTAS.

LIBERTVS.

LICENTIA.

LIS.

LITIGANTES.

LOCATIO.

LOCATOR.

Læsus

MA-

MILI-

NOVATIO

NVLLITAS

NVMERATIO

NVMERVS

NVNCIO

Officium

OFFICIVM

Nobile

PRAE-

Reuo-

PROCVRATORI

PROCVRATORIS

PRO-

QVA-

Deten-

Non

Birroa-

Solu-

Deten-

Haberi

Nutri-

SIMO-

VNI-

Index Conclusionum.

FINIS



ROMAE, Ex Typographia Nicolai Angeli Tinassi. 1658.

SVPERIORVM PERMISSV.